JOHANNIS SPENCERI
DE
LEGIBUS HEBRÆORUM RITUALIBUS
ET
EARUM RATIONIBUS,
TOMUS SECUNDUS.



LIBER TERTIUS

Octo Differtationibus

ABSOLUTUS.

HARUM

I. Generalius agitur de Ritibus e Gentium moribus in Legem translatis.
II. De Origine Sacrificiorum.
III. De Purificationibus.
IV. De Neomeniis.
V. De Arca & Cherubinis.
VI. De Templo.
VII. De Origine τῶν Urim & Thummim.
VIII. De Hirco emissario.


Ἐκεῖνο δεῖ πρῶτον εἰδέναι καλῶς, ὅτι Θεὸς ȣ̓ τρέπεται, ȣ̓ μεταβάλλεται, ȣ̓δ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρας εἰς ἑτέραν μετατίθεται γνώμην· Οὐ ποτὲ μὲν τȣ̃το δοκιμάζει, ποτὲ δὲ ἕτερον· ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν ὢν ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος, ἁρμόζεται πρὸς τὴν ἀσθένειαν τὴν ἀνθρωπίνην. Λαλεῖ Θεὸς, καὶ νομοθετεῖ πολλάκις, ȣ̓χ ὡς αὐτὸς δύναται, ἀλλ᾽ ὡς ἡμεῖς ἀκȣ́ειν δυνάμεθα.

Illud oportet in primis pulchre nosse, quod Deus non vertitur, nec immutatur, nec ab una sententia in aliam dimovetur, ut nunc hoc decernat, nunc diversum: sed quod, quum ipse maneat immotus & immutabilis, sese ad humanam attemperat imbecillitatem. Crebro loquitur Deus, ac leges praescribit, non ut ipse potest, sed ut nos capere valemus. S. Chrysost. Homil. in Psal. 95. pag. 1019. C









DISSERTATIO PRIMA,

Qua Generalius agitur de Ritibus e Gentium moribus in Legem translatis.

PRÆFATIO.

Qua nonnulla, de Ritibus ante Legem datam obtinentibus, & operis instituti methodo, prælibantur.

Magna rituum multitudo ante Legem.

INSTITUTA Mosaica non pauca ea caligine circumfusa sunt, ut opere minote Nili fontes, quam eorum omnium causas & origines investigare possimus. Rationes autem non leves inducunt animum, ut censeam eorum partem non minimam e religiosa aliqua seculi Mosaici consuetudine primirus effluxisse.

Horum variæ causæ assignantur.

Eo nempe seculo (ur rem totam paulo altius reperam) religio ex operosis quibusdam ceremoniis, & *ritibus* (e [1] *Lactantio* loquor) *ad solos digitos pertinentibus* constans, ubique gentium invaluerat. Quantum autem de rebus a præsenti memoria remotissimis conjectura judicemus,

E RITIBUS illis, non pauci e Patriarcharum moribus in posterorum religionem transierunt. Nempe ritus ille [a] primitias Deo consecrandi, alraria [b] tirulosque io illius honorem erigendi, ea [c] unguenri effusione dedicandi, [d] victimas offerendi, [e] sacras epulas ex immolari reliquiis instruendi, loca quædam in cultum religiosum seponendi, & consimiles alii. Norunr scilicet Patriarchæ consultissimi, perquam difficile esse mortalium plebi, Deom invisibilem sola menre venerari; & nisi aliquid religioni insit ipsis pene oculis & manibos usutpandum, cito rudibus & incauris obrepere oon intellectam impietatein: ideoque externa quædam religioni propria prudentes instituerunt, quæ hebetis vulgi mentes exercereot, eosque in Dei veri sensu culruque detinerent.

SED ritus illi pauci facilesque a Patriarchis instituti, post secula non multa, in oumetum adeo excreverunt ut ipsam Atirbmeticam delassare valeant. Eornm enim posteri, cum rerum inopia & locorum angustiæ cogerent, [f] *ad quarendas sibi novas sedes profugi, omnes insulas & orbem totum replerunt; & a stirpe sancta radicis avulsi, novos sibi mores ac instituta pro arbitrio condiderunt.* Hi vero novi mores & instirura variis e fontibus originem hausisse videnrur: vel scilicer e fraude sacerdorum ethnicorum, qui fabulam suam de religione, magna varietate rituum exornarunt, ur plebi gratior accederet, & sibiipsis quæstuosior; vel e pruritu & lascivia ingenii humani, cui veterum omnium fastidium statim obrepit; aut e superstitioso & puerili illo dogmare, quod operosis quibusdam ceremoniis, & culrus sui circumstanriis arrem & elegantiam sapientibus, Deum demereri liceat. His accedar quod evanescente indies antiquæ traditionis lumine, & ignoranriæ nocte morralium animis offusa; rudi populo proclive

a *Gen.* 4. 3, 4. b *Gen.* 28. 18. c *Num.* 7. 88. d *Gen.* 8. 20. e *Exod.* 5. 1, 3.
f *Lactant.* de *Orig. error.* l. 2. c. 13.

1 De *Justitia*. Lib. 5. cap. 19.

esset, cultum ad ipsorum ingenium & mores attemperatum instituere, & [a] *quicquid aspectu rerum, quicquid opere* vel *odore pretiosum est, id* Numini *gratum* existimare: cum *non ex aliqua Divinitatis ratione quam* nesciebant, *sed suis* ipsorum *cupiditatibus* judicarent. Hinc denique rituum varietas & religionum observationes diversæ fluxisse putentur, quod quæque natio, prout affecta fuit ipsa, ritibus aliis atque aliis eorum Deos oblectari credidit. Nam quod observat [b] *Apuleius, Ægyptiaca numina ferme plangoribus, Græca plerunque choreis, Barbara* vero *strepitu Cymbalistarum* & *Tympanistarum & Choraularum*, gaudere censebantur. *Itidem pro regionibus*, inquit, *& cætera in sacris differunt: --pomparum agmina, mysteriorum silentia, sacerdotum officia,-- Deorum effigies,--templorum religiones,--hostiarum--colores. Quæ omnia pro cujusque more loci solennia & rata sunt*, &c.

Quamvis autem multos ethnicorum ritus è fontibus hisce manasse censeam, mihi non ægre persuadeo, Diabolum primarium tot ceremoniarum magistrum extitisse; eumque præcipue ritus illos crudeles, obscœnos, otiosos, mystieos, quibus gentium religio scatebat, instituisse. Nam hac ratione Diabolus imperium quoddam absolutum (Dei solius prærogativam) in genus humanum exercuit, summa scelera in sacrorum officiorum nomen adoptavit, & pueriles hominum animos, religione negotii & pompæ plena defixos, a sanæ rationis usu & solidæ pietatis cura prorsus avocavit. Sed id imprimis egisse videtur male sagax Dæmon, ut per observationes temporum, victimarum frequentium ceremonias, lustrationum exercitia, templorum religiones, ciborum differentias, Deos noviter inductos, festorum solennitates, & rituum similium ambages, homines semper occupatos detineret; nec ullam animis superstitione oppressis respirandi facultatem concederet, ut illius fallacias secum parumper considerare possent, & aliquando cognoscere, quam inutilem, quam operosam, quam omni scelerum genere contaminatam, religionem exercerent. Ut res ad pauca redeat: tunc Dæmonis inprimis artibus & auspiciis factum est, ut idolorum cultus ubique pene gentium obtineret; & antiqua religio, Dei naturæ & humanæ rationi consentanea, profanis & ineptis ceremoniis cedere cogeretur.

Ex iis multi Lege vetiti.

Cum itaque religio pessum iret, & rituum externorum numerus in immensum exiret, Deo visum est hanc rationem inire, cum religionem in integrum restituere, & Israelitas ad patrum pietatem revocare statuisset, Idolorum cultu sub pœna capitis iis interdixit; & ritus omnes fidei vel moribus honestis adversantes, a legis & cultus sui corpore, tanquam membra corrupta, penitus amputavit. Hoc libro superiori, pro facultatum mearum modulo, probatum dedi.

Non pauci etiam tolerati.

Deus interim [ut superstitioni quovis pacto iretur obviam] ritus non paucos, multorum annorum & gentium usu cohonestatos, quos ineptias norat esse tolerabiles, aut ad mysterium aliquod adumbrandum aptos, in sacrorum suorum numerum adoptavit. Cum enim rudes Israelitæ per patrum suorum vestigia eundi cupidine toti flagrarent, & animos gentium [Ægypti præcipue] moribus affixos gererent; modo Deus ritus antiquos omnes inhibuisset, in eos proculdubio & gentium sacra impetu & desiderio calidiore fuissent ruituri. Quando itaque Deo jam res esset cum eo rudi populo, a suis seculique moribus nulla machina dimovendo; eorum ritus nonnullos paululum emendatos leni animo tulit: & per συγκατάβασιν illam Israelitas a gentium idolis & ceremoniis sensim & suaviter avocare studuit, quos statim & cum violentia quadam avellere non potuit. Sat scio non paucos hæc auribus iniquis audituros: fatebuntur equidem & libenter dabunt, Deum ritus & instituta quædam quibus olim Patriarchæ cultum præstabant, in legem cultumque Mosaicum transtulisse: sed ritus alicujus Mosaici a gentibus accepti mentionem ferre nolunt, nec ulla ratione sibi persuaderi patientur, Deum ritus aliquos quibus Ægyptii vel alii idololatræ Deos eorum fictitios coluerunt, in sacrorum suorum numerum ascivisse. Quasi ritus aliquis externus, simpliciter & per se spectatus, melior esset quod a Patriarchis, aut pejor quod ab Ægyptiis aut aliis gentibus originem derivaret.

Ordo servandus in sequentibus.

Cum autem præsens opus ad cultus Judaici origines repetendas institutum sit, missis aliorum præjudiciis, libro sequente de ritibus agam, qui, Dei permissu, e gentium profanarum consuetudine, ad populum sanctum promanarunt. Ut autem variæ præsentis argumenti partes in ordinem digerantur;

Primo: Deum ritus non paucos, ante legem datam inter gentes usitatos, emen-

a *Lactant.* de *ver. cult.* lib. 6. cap. 1. b Lib. de *Deo Socrat.* p. 685.

dasse

daffe, toleraffe, & in legem cultumque fuum tranftuliffe, teftimoniis, argumentis artificialibus, & exemplis illuftribus, manifeftum faciam. CAP. I.

SECUNDO : rationes affignabo cur Deus populum Ifraeliticum tam indulgenter habuerit, ut ritus multos ufu veteri receptos toleraret, & non tantum multa Patriarchatum, fed etiam gentium inftituta, in facrorum fuorum ordinem venire permitteret. SECT. I.

TERTIO : fententiam meam a præcipuis objectionibus vindicare conabor.

TRIBUS hifce penfis abfolutis, lacunam in [a] libri primi methodo relictam impleviffe videar, & meffem illam, cujus [b] antea fpicilegium dedi tantum, integre collegiffe.

CAP. I.

Deum ritus aliquot inter Gentes olim ufitatos in Legem cultumque fuum admififfe probatur teftimoniis.

CUM id ordo mihi præfcriptus exigat, ut primo fententiæ meæ veritatem Teftimoniis aftruam; eam teftibus Divinis & Humanis, Antiquis & Modernis, ratam firmamque faciam.

SECT. I.

Divinis & e Scriptura depromptis.

INTER teftimonia fententiæ meæ fidem conciliantia, primas, uti par eft, Divinis & e Scriptura depromptis tribuo. Ritus autem inter gentes ufitatos ullis Hebræorum inftitutis anfam dediffe, nullibi quidem verbis difertis in Scriptura dicitur; forte quod olim res ea nafis acutioribus facile fuboleret, vel quod leges Mofaicæ, modo Deus earum rationem & originem aperuiffet, in contemptum abiiffent apud hominum plebem, qui aperta & expofita negligere, myftica vel obfcura venerari folent. Non defunt vero nonnulla Scripturæ loca, quibus hæc res non prorfus obfcure fignificatur.

INTER ea, digna cumprimis obfervatu ea Mofis verba : [c] *nam quæ gens maxima* eft, *cui* אלהים קרובים *Dii propinqui funt ei, ficut Jehova Deus nofter in omnibus* pro quibus *invocamus eum? Aut quæ gens maxima* eft, *quæ* habet *ceremonias & judicia jufta, ficut* eft *tota hæc lex quam ego propono vobis hodie?* Mofes itaque, ut Hebræorum affectus Deo & inftitutis ejus conciliaret, fic eos allocutus exiftimetur : "probe novi vos impenfe defiderate Deum, non nubibus tectum, a vobis longe diffitum, & mentis folius oculis percipiendum; fed qui prodigiis, oraculis, & fymbolis illuftribus, fe præfentem probat, & ipfis pene oculis veftris ufurpandum exhibet. Novi etiam vos æmulo oculo gentium aliarum mores ritufque facros intueri, nec quicquam vobis gratius effe, quam ut aliarum gentium more, religinnem ritualem & negotio plenam habeatis. Et certe votis & ftudiis veftris fe tam facilem præbuit indulgens Numen, quod a vobis jam fidens quæro : quænam gens illa fit, quæ Deos fuos magis in propinquo habet, aut ubi Numina cultoribus eorum tam illuftria præfentiæ & favoris fui documenta præbent? Et fi gentium exterarum inftituta recolitis, dicito, o boni, qui ritus exteros affectu ftudioque maximo profequimini, quænam ea natio fit, quæ ritibus ea puritate, gravitate, & fplendore confpicuis cultus facri munia celebrare folet? Neque enim vulgari illa rituum farragine, quibus gentium ignorantia & fuperftitio tot ridicula & impura mifcuernnt, Deo Opt. Max. cultum exhibemus; fed ritibus emendatis & Dei fapientiffimi limam paffis, qui tamen in gentium facris integri & fine ulla correctione retinentur. Paraphrafis hæc eo minus coacta vel a loci fcopo diffita cenfeatur, quod Mofes hoc in loco, legem & conditionem Hebræorum, cum Gentilium conferat: at rudi populo clare conftare vix potuit, quantum ipforum leges & ritus gentium inftituta fanctitate & excellentia fuperarent, nifi inter utraque fimilitudo vel affinitas aliqua generalis intercederet. Teft. 1m.

SECUNDO : fententiæ noftræ fuppetias afferunt *S. Pauli* verba, *Act.* 13. 18. ubi, Teft. 2m.

a Vid. pag. 41. b Lib. 1. cap. 13. c Deut. 4. 7, 8.

SECT. I. de Iſraelitis agens, *Deus*, inquit, *per quadraginta annos* ἐτροποφόρησεν *mores eorum toleravit in Deſerto.* Ibi vero, per mores quos Deus tulit, intelligendæ videntur conſuetudines aliquæ, pueriles magis quam profanæ, quarum nonnullas ad tempus [a] ſuſtinuit, alias autem in ſacrorum ſuorum claſſem tranſtulit. Nam, obſervante *Grotio*, τροποφορεῖν eſt vox bene Græca, *mores alicujus parum commodos perferre vel ſuſtinere* denotans. Neque ratio patitur, ut textum de aliis quam innocuis illis Hebræorum moribus interpretemur; cum abſurdum ſit exiſtimare, ſanctum Deum morem aliquem infamem *ferre* vel impune dimittere voluiſſe. Imo vero tam longe aberat, ut idololatriam, libidinem, intemperantiam, vel hujuſmodi malæ notæ mores, leni animo toleraret; quod omnes Ægypto egreſſi, moribus illis infames, fato præmaturo in Deſerto ceciderint. Ideoque rationi convenit, ut textum non de moribus vitio aliquo notatis, ſed illis quos uſus ſeculi docuit intelligamus. Hunc loci ſenſum [b] *Procopius* aſtruit: nam τροποφορῶν, ait ille, κυρίως σημαίνει τὸ τοὺς παῖδας τρέφειν καὶ μεταφέρειν διὰ συμψελλισμῶν καὶ [1] καταβαίνειν —οὕτω γὰρ ὁ Θεὸς τὴν ἀσθένειαν εἰκασάμενος, κατὰ μικρὸν ἀνῆγεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ τελειότερα· i. e. Vox ea, quaſi a matribus deſumta, *proprie notat, liberos enutrire, de loco in locum transferre, cum iis balbutire, iiſque ſe accommodare. Ita quippe Deus, eorum infirmitatem ſuſtinens, paulatim eos ad perfectiora perduxit.*

Obj. NONNULLI forſan ad vim hujus argumenti frangendam, regerent, quod interpretes haud obſcuri textum Græcum hic in mendo cubare, & in eum ἐτροποφόρησεν pro ἐτροφοφόρησεν, Scribæ dormitantis vitio irrepſiſſe ſentiant. Huic conjecturæ ut colorem inducant, aſſerunt Apoſtolum hæc e Græca verſione *Deuteron.* 1. 31. petiiſſe, ubi hæc habentur, ἐτροφοφόρησέ σε Κύριος ὁ Θεός σου, ὡς εἴ τις τροφοφορήσει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ· Hæc autem anſam ſuſpicandi præbent; ἐτροποφόρησεν pro ἐτροφοφόρησεν in hunc Apoſtoli textum lapſu temporis irrepſiſſe.

Sol. AT ratio illa levioris momenti eſt, quam ut illius gratia textui ſacro ungues criticos afferamus. Nam haud adeo liquidum eſt, Apoſtolum e Græca verſione, & non potius e traditione, ea verba protuliſſe. Neque, ſi largiar illud, in cauſæ meæ præjudicium cedet: quamvis enim Romana & Baſileenſis editio τῶν LXX, textum Græcum ſic ſcriptum referant, apertum eſt codices antiquiores ſe aliter habuiſſe. Cum enim *Celſus* id vitio Scripturæ verteret, quod affectus humanos Deo daret, illius cauſam ſic agit [c] *Origenes; ſicut nos pueriliter cum pueris agere ſolemus, ita Deo viſum eſt eam infantia noſtra balbutire*, καὶ ὥσπερ ψελλιζομένους τὰ ἀναγεγραμμένα, *& ſcripta ſua ad modulum noſtrum diſpenſare. De quo more Dei homines alloquentis hæc leguntur in Deuteron.* ἐτροποφόρησέ σε Κύριος ὁ Θεός σου, ὡς εἴ τις ἄνθρωπος τροποφορήσει τὸν υἱὸν αὐτοῦ· i. e. Interprete Gelenio, *accommodavit ſe moribus tuis Dominus Deus tuus, haud ſecus quam homo pater accommodat ſe filio ſuo.* Sed, ut iſta ſe habent, de lectionis hodiernæ veritate dubitare non ſinit Interpres vetus, ſic textum *Paulinum* transferens, *& per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in Deſerto.*

Teſt. 3um. TESTIMONIUM tertium iis e locis hauriamus, quibus olim inſtitutionum Legalium obſervatio præcipue nitebatur. Nam in locis pleriſque quibus Deus de præcipuæ notæ ritibus & inſtitutis agit, eum vocibus *permittentem* & *dirigentem* potius quam *præcipientem & adhortantem*, ſonantibus utentem inveniamus. Ex. gr. *Exod.* 20. 25. *Si altare lapideum facere velis mihi, non ædificabis e ſectis lapidibus:* Levit. 1. 2. *Si quis e vobis obtulerit oblationem Domino, offeretis de pecoribus*, &c. Numer. 6. 1. *Si quiſpiam voverit votum ad ſeparandam ſe Domino, ſe a vino*, &c. Cum etiam Tabernaculum nondum ſtrueretur, Deus verbis ſpecie quidem præceptivis, revera autem permiſſivis tantum utebatur; dicens, *ſeparate apud vos oblationem Domino: omnis voluntarius & animo libente offerat eam Domino: aurum, argentum, & æs*, &c. Exod. 35. 5. Adeo ut populus ſuo potius facto, quam Dei præcepto, ad Tabernaculum extruendum, & cultum coram eo peragendum obſtringi videretur. Ex his autem & aliis affinibus Scripturæ locis æquum eſt inferre, Deum, εἰκάζοντα τὴν ἀσθένειαν τοῦ λαοῦ (uti loquitur *Procopius*) ut populi infirmitati & mori ſeipſum accommodaret, ſacra & ritus Moſaicos haud paucos inſtituiſſe. Hoc eſt quod ipſe Deus, de cultus Judaici ceremoniis agens, aperte profitetur, *Jeſ.* 1. 12. ubi dicit, ea omnia ſe *de manibus* eorum minime *requiſiviſſe:* nempe quod ritus illi permiſſi potius fuerint quam præcepti, & a ſeculi conſuetudine magis quam Dei voluntate & intentione primaria derivati.

a *Deut.* 12. 8. b Ap. *Heinſ.* in *Act.* 13. 18. p. 297. c Lib. 4. cont. *Celſ.* p. 210.

1 Καταβαίνειν· imo συγκαταβαίνειν· Vid. *Heinſium.*

TESTI-

Testimonium ultimum e 4°. ad *Galatas* v. 3. deduci potest, *cum essemus parvuli* ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι, *sub elementis mundi eramus in servitutem redacti.* Sect. II. Sic enim hunc locum illustrat interpretum [a] coryphæus: "eramus subjecti ritibus illis Test. 4m. "qui nobis cum mundo erant communes: qualia sunt templa, aræ, victimæ, νεομηνίαι, "& similia, imposita Israelitis in hoc, ne talium amore ad idola dilaberentur. —— Hæc quia Judæis cum mundo sunt communia, vocantur στοιχεῖα τοῦ κόσμου, a majore ea usurpantium parte. Hunc sensum germanum arbitror, quod cum Apostoli verbis optime conveniat, & quod e verbis ipsis appareat, elementa quibus Israelitæ subjecti sunt, pædagogia Legis antiquiora fuisse. Idem & *Grotius* ex hac phrasi colligendum censuit: nam de Legis institutis loquens, "hæc, [b] inquit, στοιχεῖα τοῦ κόσμου *mundi elementa* di-"cuntur, nimirum quia Judæis erant communia cum Gentibus aliis: nihil in ipsis riti-"bus erat proprium Judæis: & magis a Gentibus ad Judæos per συγκατάβασιν *demissionem* "quandam Dei, quam a Judæis ad Gentes venerant.

E testimoniis jam adductis apparet, sententiam hanc sua specie non carere, eamque Scripturam oculo satis benigno intueri. Magis disertos Scripturæ locos in causæ meæ subsidium attulissem, nisi quod particularem aliquem ritum Judaicum spectent, ideoque sparsim & prout occasio se dabit, consultius allegandi.

SECT. II.

Humanis etiam, cum Veterum tum Recentiorum, testimoniis.

Ne jam semitam plane novam aut desertam, ubi vix ulla doctorum vestigia deprehendi possunt, inire videar; testimoniis hisce divinis, Antiquorum, Modernorum, Judæorum etiam nonnulla subjungam testimonia; quæ si minus falsitatis, insolentiæ saltem odium, a sententia mea amoliri possint.

Cum autem Scriptorum humanorum suffragia accepturi simus, æquum est, ut primo ad Antiquiorum sensum animos attendamus. Antiquorum testimonia,

Inter eos optimo jure familiam ducat *Origenes*. Cum enim *Celsus* arrogantiæ Origenis. maximæ Judæos argueret, quod primas sibi sanctitatis & favoris apud Deum partes sumerent, ob circumcisionem, abstinentiam a carne porcina, morem in Excelsis immolandi, & hujusmodi alia, quæ tamen Ægyptii, Colchi, Persæ, aliique priores usurpassent; in hunc modum egregie respondet [c] *Origenes*: ὁ δὲ τις ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν τῷ τοῦ νομοθέτου βουλήματι, καὶ τῇ κατ' αὐτὸν πολιτείᾳ ἐξετάζων τὰ κατ' αὐτοὺς, συγκρίνων τῇ νῦν ἀγωγῇ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν· οὐδένας μᾶλλον ἂν θαυμάσαι· ὡς ἐν ἀνθρώποις πάντα μὲν τὰ μὴ χρήσιμα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων περιῃρημένους, μόνα δὲ τὰ εὔχρηστα παραδεξαμένους i. e. Interprete Gelenio, *quod si quis, erecta mente ad contemplandum Legislatoris consilium, examinet collata instituta ejus gentis cum reliquarum moribus, quibus hodieque utuntur, nullum hominum genus magis admirabitur; ut quod, repudiatis omnibus rebus inutilibus homini, solas recipit utiles.* His verbis fatetur *Origenes*, Deum mores sacros a Gentibus, sed cum delectu, accepisse; adeoque Judaicæ religionis instituta, non tam novitate & singularitate, quam [d] sanctitate & utilitate, gentium aliarum ceremonias antecedere.

Origenem excipiat S. *Hieronymus*, ejusdem sententiæ studiosus. Nam de Judæorum gente loquens, *hoc*, [e] inquit, *quasi parvulis* erat *Lege concessum*, *ut* quemadmodum *victimas immolabant Deo*, *ne eas* idolo *immolarent; sic & jurare permitterentur in Deum: non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset id* honoris *Deo exhibere quam dæmonibus.* Huc spectant ejusdem [1] Patris illa, [f] *ante Circumcisionem sacerdotio functus* est Melchisedec: *ut non Gentes a Judæis, sed Judæi a Gentibus sacerdotium acceperint.* [g] Alibi dicta non minus ad rem præsentem attinet: arguit illos Apostolus, quia dies festos & tempora Judæorum observare vellent, sicut antea idolis fecerant. Nam Judæis isti dies idcirco concessi sunt, ne eos, amore festivitatis, *idolis exhiberent.* S. Hieronymi,

Sententia hæc *Eusebio* etiam patrono gaudet, Lib. 7. *Præpar. Evang.* c. 8. p. 312. Eusebii. Ubi postquam narrasset, Israelitas, cum in Ægypto viverent, *ita mores & ritus Æ-*

a *Grot. Annot.* in *Gal.* 4. 3. b *Annot.* in *Ep.* ad *Coloss.* cap. 2. v. 20. c Lib. 5. cont. *Cels.* p. 259. d *Deut.* 4. 7, 8. e *Comment.* in *S. Mat.* 5. Tom. 4. Col. 18. f *Epist.* ad *Evagrium.* g *Comment.* in cap. 4. ad *Galat.* v. 8, 9, 10. T. 4. col. 269, &c.

1 Apud omnes MSS. codices legitur, *Evangelium*, vel *Evangelum*. vid. notas in loc. Tom. 2. col. 570.

SECT. II. *gyptiorum induisse, ut inter utriusque populi vitæ genus nihil discriminis fuisse videretur: in eo*, inquit, *rerum suarum articulo, Patrum suorum Deus Mosen ad eos Legislatorem mittit, —— qui miraculis & inusitatis ante prodigiis, ipsius manu perpetratis*, τὸν ἁρμόδιον τοῖς τῶν ἀκροωμένων ἤθεσι προβέβληται νόμον, *congruentem audientium moribus legem promulgat.* [a] Et alibi cultus rationem *a Mose* institutam, ἀτελῆ τε οἷα νηπίοις καὶ ἀσθενέσι κατάλληλον θεοσέβειαν, *imperfectam & quasi parvulis & infirmis accommodatam observantiam appellat.* Et post pauca, Salvatorem nostrum de *Mose* [b] sic loqui facit, ὁ μὲν πρὸς τὴν τῶν πολλῶν σκληρίαν ἡρμόζετο, καὶ τοῖς ἐμπαθέσι κατάλληλα διετάττετο, &c. *Ille quidem se ad multorum duritiem accommodabat, & iis apta qui pravis affectibus ducebantur, præcipiebat: atque immutatum quendam a vetere illo* Patriarcharum, *inferioremque religionis modum tradebat.*

S. Chrysostomi. EUSEBIO accedit *S. Chrysostomus*, & hujus sententiæ se fautorem præstat, verbis memoratu dignissimis, occurrentibus *Hom.* 6. in illum *S. Mat.* textum T. 1. p. 68. *ecce stella quam viderunt Magi*, &c. Ne quid curiosis desit, verba Græca referam: μὴ τοίνυν ἀνάξιον ἡγοῦ νομίσῃς αὐτῷ [Θεῷ] τὸ δι' ἀστέρος αὐτοὺς καλέσαι· ἐπεὶ ἄρα καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ πάντα διαβαλεῖς, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τοὺς καθαρμούς, καὶ τὰς νουμηνίας, καὶ τὴν κιβωτόν, καὶ τὸν ναὸν δὲ αὐτόν· καὶ γὰρ ἐξ Ἑλληνικῆς ταῦτα παχύτητος ἔλαβε τὴν ἀρχήν, &c. i. e. *Ne opineris Deo indignum, quod Magi per stellam vocentur: hoc enim modo omnes Judæorum* ceremonias, omnesque ritus *& sacrificia, & purificationes, & neomenias, & arcam, templumque ipsum reprobabis: siquidem hæc* omnia *originem a gentium ruditate traxere. Deus* enim *ob deceptorum salutem, se coli passus est per ea, per quæ illi dæmones antea coluere; aliquantulum illa* in melius *inflectens, ut eos paulatim a consuetudine reduceret, & ad philosophiam altiorem perduceret.* Hucusque patrum eloquentissimus. Sed salvo tanti nominis honore, hoc unum dicendum censeo, *S. Chrysostomum* sibi nimium sumsisse dictatoris partes, cum de rituum plane omnium, apud Judæos ævis antiquioribus obtinentium, origine sententiam tam decretoriam tulerit. Nam ægre creditur, circumcisionem, sabbatum, festum paschatis, & alia nonnulla Judæorum instituta, huic origini tribuenda esse. Veritatem forte sibi magis amicam habuisset, si ritus eos solummodo, quorum institutio in causam aliquam lege traditam resolvi nequit, gentium ruditati & mori inolito acceptos retulisset. Sed ad pensum redeo.

Theodoriti. PATRIBUS jam dictis unum subjungam *Theodoritum*, cujus testimonium, utpote tam disertum, præterire non debeo. His autem verbis conceptum legitur, *Tom.* 4. *Serm.* 7. pag. 584. ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πλεῖστον ὅσον τὸν Ἰσραὴλ διατρίψαντα χρόνον, καὶ τὰ πονηρὰ τῶν ἐγχωρίων εἰσδεξάμενον ἔθη, καὶ θύειν εἰδώλοις καὶ δαίμοσι παρ' ἐκείνων μεμαθηκότα, καὶ παίζειν, καὶ χορεύειν, καὶ ὀργάνοις μουσικοῖς ἐπιτέρπεσθαι, &c. *Israelem longum tempus in Ægypto versatum, pravisque indigenarum moribus imbutum, & idolis ac dæmonibus immolare ab illis edoctum, & ludis, choreisque, ac musicis organis oblectari; harum rerum in habitu constitutum liberare volens Deus, sacrificare quidem permisit, non tamen omnia sacrificare, neque falsis Ægyptiorum Diis, sed sibi soli Ægyptiorum etiam Deos offerre.* Et post alia nonnulla, quæ brevitati studens prætermitto, in hæc verba concludit: οὐ τοίνυν ἱερείων δεόμενος, οὐδὲ κνίσσης ὀρεγόμενος, θύειν προσέταξεν ὁ Θεός, ἀλλὰ τῶν ἀῤῥωστούντων ἰατρεύων τὰ πάθη· οὕτω δὲ καὶ τὰ τῶν ἐνήχων ὀργάνων ἠνέσχετο· οὐ τῇ τούτων ἁρμονίᾳ τερπόμενος, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ παύων τῶν εἰδώλων τὴν πλάνην, &c. *Haud itaque victimarum indigens Deus, nidorisve appetens, illa instituit sacrificia: sed ut ægrorum affectibus mederetur. Sic & musica instrumenta in cultu suo passus est, non quod illorum concentu oblectaretur ipse, sed ut idolorum errorem paulatim aboleret. Si enim ut primum ab Ægyptiorum potestate liberati sunt, perfectas eis leges objecisset, resiliissent prorsus, & frænum respuentes ad pristinam labem recurrissent.*

Modernorum testimonia. ANTIQUORUM hac in re sensum jam accepimus. E Modernis etiam quinque laudare placet, qui suffragiis eorum sententiam nostram confirmant; Legis ritus haud paucos, olim inter Gentes usitatos, & ad Hebræos ex earum consuetudine derivatos asserentes.

Guilielmi Parisiensis. EX iis autem, instituto nostro convenienter admodum, sic scribit *Guilielmus Parisiensis: quia in sacris Lunæ panes* olim *offerebantur*, -- *adeoque dediti* essent Israelitæ *hujusmodi servitio*, -- *ut* viri, fœminæ, filii, [c] omnes, hoc agerent, *ut hujusmodi placenta fierent Lunæ*; -- *non fuit facile hujusmodi consuetudini deditis, non videre mensam panum in tabernaculo Domini, quam videre consueverant & ipsimet implere* & edere, *in domo idoli. Quapropter posita est mensa*, panibus instructa, *in tabernaculo Domini*; sed *ad aquilonem*

a *Demonstrat. Evang.* l. 1. c. 6. p. 22. D   b Ib. pag. 24. B.   c *Jer.* 7. 18.

non

SECT. II.

nou directe ante ipsum Oraculum: & iterum prohibitus est populus panes in mensa ponere, vel *de panibus -- illis edere: soli* nempe *sacerdotes jussi sunt panes illos ponere, &* iis *solum concessum est inde comedere. Vides ergo quod ista triplici dissimilitudine, ab idololatria quasi regeneravit eos Deus, & aliquatenus elongavit;* nempe *prohibitione ponendi panes, prohibitione vescendi ex eis, & ipsa positione & situ mensæ; mensam enim consueverant videre directe ante idola, quibus in ea panes offerebant.* —Porro cum *populus adeo rudis* esset *& puerilis, ut si non videret carnes sacrificiorum ex una parte, & mensam panum ex altera, quia talia in domibus idolorum videre consueverant, & eis vesci, facile -- culturam idolorum meliorem crederent, quam esset cultura Dei;* ideo curatum est, ut non *minorem abundantiam talium in tabernaculo Dei conspicerent, quam videre consueverant in domibus idolorum.* ——Hoc pacto *a consuetudine, qua profundi infecti fuerant, aliquatenus abstracti* sunt, *etsi non radicitus avulsi.* Hæc ille, Lib. de legib. cap. 2. p. 31.

Pellicani:

SIC etiam partes meas tuetur *Pellicanus*, mihi non postremus e seculi superioris Interpretibus: voluit [a] Deus *ut populus Tabernaculum* extrueret, *& pretiosa quaque sponte* largiretur, *quibus alioqui abusi fuissent ad suas vanitates; ne carerent suis ceremoniis, & splendore cultus divini quem apud ethnicos passim admirari & concupiscere consueverunt.* Et paucis interjectis, dicit, *eos suffitum suavissimi odoris* amasse *in sacris, & ideo,* inquit, *thymiamata odorifera quaque, ut jubebantur, sponte inferebant. Talibus autem non tam Deus delectabatur quam populus: quæ tamen Clementissimus Dominus & pater benignus boni consuluit: & ne diffluerent ad idolorum sacrilegia hæc illorum officia, benigne admisit potius quam exegit.* In eandem sententiam loquitur *Deut.* 12. 7. ubi hæc habentur: *volens Dominus in officio continere populum suum, ne prolaberetur ad ritus Gentilium, holocausta ordinaverat, sacrificia, decimas, oblationes,* festa, *vota, primogenitorum devotiones de hominibus &* bestiis. ——*Fiebant autem annuente Domino hæc omnia, ne Israelitæ se omnibus ceremoniis & ritibus fraudatos conquererentur, quibus sese gentes cæteræ jectabant meliores -- atque feliciores, quibus & in Ægypto usi fuerant, quas & nimium ardenter sectari consueverant.*

Tostati:

TOSTATUM etiam in hoc argumento mecum judicasse, e Commentariis ejus abunde manifestum est. Nam, ut alia prætercam, hæc habet in 1 *Reg.* cap. 8. Qu. 147. *Sciendum quod multæ ceremoniæ sunt Judæis & Paganis communes: immo non fuerunt concessæ Judæis, nisi quia illas habebant Pagani. Nam quando Deus dedit legem Judæis, erant ipsi consueti in legibus & consuetudinibus Gentilium; & si voluisset Deus arctare eos, negando quadam quæ Gentilibus licebant, non sustinerent Judæi legem tam arctam, & recederent. Ob hoc ergo concessit Deus ea quibus Gentiles utebantur, licet non essent omnino bona, solum tollens idololatriam, & quæ ad illam pertinere poterant.*

Theod. Hackspan:

HAC erat opinione *Theodor. Hackspan*, si satis assequor Auctoris mentem: [b] *Lex per Mosen lata appendix, & suo modo religionis id temporis recepta perfectio erat, ætati atque indoli gentis accommodata: visumque est Numini, sacra ceremoniis, familias moribus, portas judiciis amplius condecorare; ne cultus regnique majestatem, cujus ex avitis* in Ægypto *sedibus appetentissimus erat, populus impatiens ac queribundus requireret. Ægyptum, non religionem pristinam mutarunt novi Palæstinæ incolæ,* &c.

Jacob Bolducii:

SENSUM etiam nostro consonum tradir *Jacobus Bolduvius*, bis verbis: [c] *Leges cæremoniales a Deo Moysi data* sunt *ac instituta, non ut omnes usitatos ab antiquis legis natura patribus, servatosque ritus penitus aboleret; sed quos nimis libera ac superstitiosa mulierculatum idiotarumque virorum devotio finxerat, omni ablata confusione & idololatria, repurgaret, reformaret, & ad unum veri Dei cultum dirigeret.*

Et Judæorum testimonia:

HIS ex Ecclesia, duos e Synagoga, clari nominis adjungam testes, quorum testimonia causæ meæ non leve momentum afferent.

Maimonidis:

EX iis primus sit *R. Mos. Ægyptius*, qui dum leges nonnullas, pravis seculi moribus oppositas, Deum statuisse fatetur; illum ritus plurimos e more seculi sumptos, in Legem transtulisse fidens asserir. Non peribit opera, si testimonium tam luculentum, quanquam paulo prolixius, in medium feram. [d] *Quia cum nascuntur* animalia, *sunt tenerrima, neque sicco cibo ali possint; ideo* Deus *adaptavit eis ubera ad lac ingenerandum: ut humido ejusmodi cibo, temperamento membrorum suorum conveniente nutriantur, donec ordine & gradatim exiccentur & confortentur. Ad similem plane gubernationis Dei Opt. Max. modum observare licet in rebus multis in Lege nostra: quia non licet subito & quasi*

a *Comment.* in *Exod.* 25. 5, 6. b *Præfat.* ad *Not.* in Lib. *Nizac.* p. 238. c *Og. Christian.* lib. 2. c. 11. p. 140. d *Mor. Neb.* P. 3. c. 32. fol. 159.

CAP. II. SECT. I.

momento transire a contrario uno ad alterum, & per consequens, secundum naturam hominis fieri non potest ut momento uno relinquat id cui longo temporis spatio est assuetus. Cum itaque misit Deus Mosem, Doctorem nostrum p. m. ut nos faceret regule sacerdotium, gentem sanctam, primo in cognitione Dei, -- deinde in cultu; -- & usitata tum in mundo consuetudo erat cui omnes assueti, & cultus universalis in quo omnes erant educati, ut varia animalium species in templis illis in quibus imagines collocabant, offerrentur, coram iis procumberetur & adoleretur; certi insuper quidam essent cultores sequestrati quasi & ad cultum illum destinati, qui in templis, in honorem Solis, Lunæ, reliquarumque stellarum extructis exercebatur; cum ista, inquam, taliter se haberent, non exigebat sapientia Dei, nec bonitas providentiæ suæ, quæ in omnibus creaturis ejus elucet, dare nobis legem contrariam penitus cunctis præmissis culturæ modis, & subito cultum illum totaliter abolere. Non enim valebat hæc ratio capere, secundum naturam hominis, quæ jugiter vel paulatim *trahitur ab assuetis. —— Reliquit itaque Creator species illas seu modos culturæ, & transtulit eos de cultu creaturæ ad cultum Creatoris, & a rebus imaginationis phantasticæ ad nomen suum. Ita præcepit, ut ipsi ædificaremus templum, ut altare nomini suo sit consecratum, ut sacrificia ipsi offerantur, ut suffitum faciamus coram ipso, genuflexionem quoque sive adorationem mandavit sibi fieri, sic sacerdotes ad cultum Sanctuarii separavit. In divina autem hac sapientia consilium fuit, ut idololatriæ memoria deleretur, & maximum illud de Dei existentia & unitate fundamentum in gente nostra confirmaretur: neque tamen obstupescerent hominum animi propter istorum cultuum abolitionem, quibus assueti fuerunt.*

Hoc prolixum *Mosis Maimonidis* testimonium sic in compendium redegit [a] *Paulus Ricius: dicit plurimas leges ceremoniales magis propter hominum hebetudinem & consuetudinem idololatricam traditas esse, quam quod ita Legislator cuperet.* Utinam Judæi hodierni, qui tot laureis Mosis hujusce tempora redimire solent, ad hæc verba mentes adverterent! Tunc enim fervor ille animi quo in ritus Mosaicos feruntur, statim refrigesceret; nec *Messiam* nostrum (cujus nomen unguentum effusum est) tot maledictis & conviciis proscindere vellent, quod Mosis leges, earum ratione jam cessante, penitus abrogaverit. Sed in callem redeo.

Rab. Schem Tob.

Maimonidis testimonio, suffragium *R. Schem Tob*, interpretis ejus celeberrimi, subnectere consentaneum habeo. [b] Sic autem effertur: וכאשר שלח הש״י משה רבינו וציוה לעבדו בהעבודה כוללת אשר גדלו עליה צוה כל אותם העבודות אשר היו עושים לצלמים שיעשים לו יתעלה וגו׳ i. e. *Cum autem Deus misisset Mosen Magistrum nostrum, & præcepisset ut* populus *ipsi inserviret eo generali cultu quo erant educati; ipse præcepit ut omnes isti cultus aut ritus, qui fiebant in gratiam imaginum, fierent in honorem Dei.*

Testimonia tam multa, tam præclara, pertinaciam frangere, & fidem a Lectore vel invito extorquere possint.

CAP. II.

Probatur argumentis artificialibus.

Deum ritus haud paucos inter gentes olim usitatos in cultu suo retinuisse, testimoniis illis evicisse videar, quibus nemo, nisi modestia (ne dicam, pietate) violata fidem derogare potest. Cum autem testimonia in Lectoris modestiam potius quam judicium vim exercere censeantur, ea rationum momenta jam proferam, unde pateat sententiam hanc, modo testibus hisce destitutam, defensionem promptam accipere, eamque sibi ipsi fidem & auctoritatem conciliare posse.

SECT. I.

Horum primum sumitur a primariis rituum Mosaicorum circumstantiis.

Si quis animum ad rituum Mosaicorum circumstantias primarias diligenter advertat, inde facile conjiciet, seculi Mosaici mores & Israelitarum contumaciam rituum eorum institutioni causam præbuisse. In hanc autem sententiam sex præcipue circumstantiæ Lectorem nullis addictum præjudiciis inducere valeant.

a *De cœlest. agricult.* lib. 2.   b *Comment.* in *Mor. Neb.* P. 3. c. 32. fol. 160.

Primo-

PRIMO: rituum illorum [a] τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές, *infirmitas & inutilitas.* Quanta esset horum rituum infirmitas & inutilitas inde satis intelligitur, quod nec Deo placere, nec humanam naturam perficere potuerint. SECT. I.

RITUS eos Deo minime placuisse conspicuum est, quod pii viri per annos bis mille, cultum simplicem & more pene Christiano peractum Deo exhiberent; & quod ætate Messiæ, fatentibus ipsis Hebræis, omnes hujusmodi ritus in desuetudinem abituri sint, & omnes creaturæ legaliter immundæ ad usum & puritatem suam primævam rediture. Præterea stipiti affinis sit oportet, & ab omni sapientiæ divinæ sensu remotissimus, qui sibi persuadere potest, brutorum sanguinem, festorum solennitates, & cultum qui [b] *in cibis duntaxat & potionibus, & variis ablutionibus, & ritibus carnalibus constitit,* Deo placere potuisse. *Plutarchus* ipse tam abjecte de Deo sentire nescivit: cum enim de feriis, epulis in templis agitari solitis, votorum nuncupationibus, victimis aliisque ceremoniis in seculi sui religione servari solitis, ei sermo incidisset; *sæpius,* [c] inquit *observes impium, insano diffluere cachinno, risuque Sardonio ista ludere, & ad familiares submissa voce nonnunquam dicere,* ὅτι τετύφωνται καὶ δαιμονῶσιν οἱ τοῖς θεοῖς ταῦτα δρᾶσθαι νομίζοντες, *vano eos fastu agi, & plane insanire, qui Deos his rebus coli opinantur.* Infirmitate:

NIHILO magis humanam naturam perficere poterant ea legis instituta. Hoc [d] S. *Chrysostomi* verbis evinci potest: θυσιῶν παρατηρήσεις, καὶ σαββάτων, καὶ νεομηνιῶν, καὶ πάντων τῶν τοιούτων, &c. *Observationes sacrificiorum sabbatorum & noviluniorum, denique similium rituum omnium, ex superfluo addita sunt vitæ Judaicæ: ut neque si serventur, aliquid magni momenti conferre possint ad virtutem; neque si prætermittantur, possint ex bono facere malum, aut pietatis studium, quod in animo situm est, aliqua parte ex imminuere.*

NISI itaque Deo ritus legales instituenti, solam voluntatem pro ratione stetisse somniemus, necesse videtur ut eos primum inter gentes usum invenisse censeamus, & Deum eos e superstitione in religionem convertisse, ne populus Israeliticus, rituum suorum novitate nimis offensus, a cultu suo resiliret. Ratio ferre nequit, Deum tot ritibus infirmis, omni virtute vacuis, & hominem externum tantum exercentibus, ecclesiam cultumque suum onerare voluisse; nisi quod Hebræorum populus, immani veterum omnium zelo ductus, dæmoni per eos cultum deferre voluerit, si minus Deo licuisset.

SECUNDO: inter alias rituum Mosaicorum circumstantias, ad sententiam meam firmandam non parum conferat ipsum tempus quo primum observandi præscribebantur. Quantum autem per Scripturas intelligere licet, ritus illi plerique per annos bis mille, veris Dei cultoribus incogniti fuerunt, & sub Mosis tempora primum in leges abierunt. Quid autem post tot transacta secula, cultus antiqui facies immutata est, & Deus hac insolita rituum farragine coli voluit? An quod illius natura jam immutata esset, eumque cultus sui antiqui, multa cum simplicitate peracti, fastidium occuparet? Absit ut somniis tam ridiculis indulgeamus. Quid itaque dicendum, nisi quod novi mores leges & ritus novos postularent, & Deus jam rem haberet cum pertinaci gente, a moribus quos animis suis impressos & pene inustos gessit, nullo pacto dimovenda. Sed hæc ratio plus virtutis forsan ab *Hospiniani* verbis acceptura est, [e] sic eam exprimentis & exornantis; *post* Patriarcharum *tempora, quoad externos ritus longe, magnificentior* quam olim, *cultus per Mosem traditus est populo Dei: instituto tabernaculo, sacerdotio, variis generibus sacrificiorum, ablutionum, purificationum, festorum, aliisque infinitis prope operosisque ceremoniis. Tandem etiam templum illud magnificentissimum, totiusque orbis miraculum, a Salomone extructum, & auro argentoque mirandum in modum exornatum. -- Quæ omnia non tam jubente, quam permittente -- & conniventе Deo facta sunt. Non quod natura ejus immutata esset, & jam ipse tam magnifico apparatu ac splendida pompa coli gauderet, hisque rebus infantum instar demulceretur; sed quod ipsi nunc res esset cum dura cervicis, præfracto, obstinato & ad idololatriam, cui in Ægypto plus æquo assueverat, proclivi populo: quem hoc pacto ab idolorum cultu avocare, & in vera religione ac societate unius corporis ecclesiastici retinere voluit. Putavit siquidem clementissimus Dominus Israelitas suos nullam deinceps habituros occasionem peregrinos cultus recipiendi, quos tam exquisitis instruxisset & quasi involvisset sacris.* Instituendi tempore:

TERTIO: ipsa rituum Mosaicorum multitudo argumento esse potest, eorum non paucos a seculi moribus ansam & originem accepisse, tot victimarum species & offe- Multitudine

a *Hebr.* 7. 18. b *Hebr.* 9. 10. c Περὶ δεισιδαιμ. p. 169. D d *Homil.* 4. *adv. Jud. Ed. Bened.* T. I. p. 625, B e Lib. de *Origin. Templor.* in *Ep. dedic.*

SECT. I. rendi ritus, tot festa, purificationes, piacula, cibi vetiti, & naturæ consimilis alia, præcepta fuere, quod eorum numerus haud facile sit ineundus. Deo visum est ea rituum sarragine Judæorum pieratem [dicam, an patientiam?] exercere, ut S. *Petrus* Circumcisionem [Legis vinculum & sacramentum] [a] *jugum* appellet, quod nec patres nec ipsi ferre potuissent. Quid autem Deus *elementa* tot *infirma & egena* (sic ritus eos appellat Apostolus) in legem cultumque suum accipere dignaretur, nisi quod eorum plurimos, utpote more vereri confirmatos, Judæi moris antiqui tenaces arctius amplecterentur; & eadem pertinacia gentium aliarum ceremonias, qua privilegia retinerenr? Nihil autem habet rationi simile, DEUM tot ritus Hebræorum genti præscribere voluisse, ur imperii absoluti specimen exhiberet, aur Evangelii mysteria quædam in Legis instirutis adumbrarer; nam si Deus ritus eos instituens, nihil aliud in consilio habuisset, mulro pauciores sufficere potuissent. Nil opus erat ceremoniis quas numerare labor est, & quarum ipsa mulrirudo vulgi mentes a præceptorum moralium cura avocare posset.

Pompa & splendore: QUARTO; e rituum eorum pompa & splendore (circumstantia cum primis memoranda) non pœnirendum argumenrum eliciamus. Nam si rituum & institutorum Legalium apparatum attenrius intueamur, nihil promtius est observatu, quam quod omnia ad pompam & elegantiam quæsitissimam componerentur. Templi & Tabernaculi pompa vix verbis, pro rei dignirate, explicari potest: ad Pontificem exornandum si bene attendimus, ars simul & narura contendisse videanrur: sacerdotum vestibus, India vel Ægyptus nil mollius aur candidius habuit: lærissimus vocum & tubarum concentus, individuus sacrorum comes, adstantium animos in stuporem rapuir: festis eorum, cantica, tripudia, palmarum rami, epulæ, lucernæ, processiones, aderant, nec quicquam desuir quo Gentes ad festorum suorum lætitiam & pompam augendam utebantur. Tanra vis auri in Tabernaculi Templique ornatu & supellectile insumebatur, ut nonnullis prodigii simile videatur, tantam auri summam, seculis illis antiquioribus corradi potuisse. Longum esser ire per omnia splendoris exempla, quibus cultus Mosaicus cultus a Patriarchis præstiti simplicitatem superavir. Quid autem cultus Dei tam splendidus arque elegans derepente prodiret, ut simplicitatis antiquæ notas aur monimenra vix ulla retinerer? Anne credamus Deum a semetipso muratum fuisse, & una cum Regis nomine, Regum etiam secularium, qui multa cum pompa coli volunt, mores & naturam induisse? Absit ut cœli Majestatem sententia tam puerili læderemus. Nihil itaque dicendum superest, quam quod Israelitæ in Ægypro (regno rerum omnium affluentia florentissimo) sacra omnia mulra cum pompa & splendore peragere solerenr, & e longo cum Ægypriis usu cultum mulro cum negotio & pompa præstitum summo desiderio & admiratione prosequerentur: DEUS iraque curasse videtur, ne de cultu, dignarione, vel splendore, quem olim habebant sacra, quicquam detrahererur; ur religionem ad pucrilis populi gustum attemperaret, eosque demissione illa lucrifaceret & in officio contineret. Sed alius est hac de re differendi locus.

Instituendi modo: QUINTO: ipse ritus Mosaicos instituendi modus huic sententiæ non parum præsidii præbet. Deus enim non ranrum eorum materiam, sed & locum, tempus, ipsum etiam corporis situm quandoque, quo præstari debebanr, aliasque minoris notæ circumstantias, accurare præscripsit. Er postquam Deus minimas quasque circumstantias rituum singulorum tradidisser, præcepro cautum est, [b] *Deuter*. 4. 2. ne quid e ceremoniis nempe veriris iis adderetur; aut quicquam e ceremoniis nempe præceptis adimeretur. Nemo vero qui judicio valer, opinari potest Deum horum rituum minutias accurate adeo præscripsisse, ex ullo quo ipse eorum amore vel desiderio tangebarur. A ratione multo minus abest, genrium & Hebræorum ritus haud paucos (si materiam eorum vel substantiam spectemus) proximam inter se similitudinem & affinitarem habuisse, ideoque Lege curarum fuisse, ne eodem modo peragerentur, sed ur circumstantiis quibusdam peculiaribus & a Deo præscripris ab invicem discernerentur. Nam Israelitæ ritus suos omnes e Dei præscripto peragentes, se in Jehovæ [non dei alicujus ethnici] honorem sacra sua præstare testarentur; & ratio remporum exegit, ut cultus Deo præstitus quandam ἰδιότητα retinerer, nec ad ritus gentium nimis accedere, vel ab iis plusquam par erar abire videretur. Mosis ætate res in loco tam lubrico & ancipiti sitæ sunr, quod summa tantum sapienria limites eos definire norat, quos ultra citrave non potuir consistere Dei veri cultus.

[a] *Act*. 15. 10. [b] *Diminuere* est non facere quod jubetur: *addere*, aliter quam jussum est facere. *Grot.* in loc.

SEXTO:

SEXTO: ſententiæ meæ probabilitatis aliquid affert rituum aliquorum ſimplicitas quædam, antiquiorum gentium ruditati conſentanea. Nam oblatio primitiarum in honoris divini teſtimonium, Dei tabernaculum incolentis circumgeſtatio, pilorum conſecratio in capitis Deo devoti teſtimonium, cultus Deo præſtitus in novilunio κατὰ φάσιν obſervato, epuli ex oblatis participatio ad communionem & familiaritatem quandam cum Deo conciliandam; hi, inquam, & alii ritus, antiqoiorum temporum rus & inſaeetias olent, & ipſa eorum ſimplicitate & barbarie clare probant, ſe non a Deo primum, ſed mundi naſcentis ruditate, genus & originem derivaſſe. Nec facile eſt cauſam aſſignare, cur Deus in cultu ſuo ritibus tam craſſis locum concederet, niſi ut aliquid mori daret, & hominum rudiorum infirmitati conſultum iret. SECT. II. Et ſimplicitate.

SECT. II.

Argumentum ſecundum petitur ab affinitate proxima quæ inter Hebræorum & Ægyptiorum præcipue ritus interceſſit.

IN ſententia jam dicta, mens mea non parum confirmatur, quod ſi gentium omnium ritus attentius intueamur, maximum inter Hebræorum & Ægyptiorum ſacra conſenſum & affinitatem reperiamus. Hac de re *Kirchero* teſtanti fidem ſecuri tribuamus: aſſerit autem [a] ille, Hebræos *tantam* habere *ad ritus, ſacrificia, caremonias, ſacras diſciplinas Ægyptiorum affinitatem, ut vel Ægyptios Hebraizantes, vel Hebræos Ægyptizantes fuiſſe*, ſibi facile perſuaderet. Neque hæc morum affinitas antiquorum Judæorum obſervationem fugiſſe videtur: nam *Eleazarus* Judæorum pontifex in [b] literis ejus ad *Ptolemæum* datis, *Ægyptiorum*, inquit, *ſacerdotes, populi principes*, etſi multis aberrent, in quibuſdam tamen nobiſcum conveniunt. Hic morum conſenſus multis exemplis evinci poſſet, ea vero non eſt hic proſequendi locus. Ex ea vero morum convenientia profectum eſt forte, quod apud Romanos ſimul *actum* eſſet *de ſacris Ægyptiis Judaicisque* Urbe *pellendis*, auctore *Tacito, Annal.* 2. p. 67. His affinia *Suetonii* illa, [c] *ceremonias externas, Ægyptios Judaicosque ritus compeſcuit, coactis qui ſuperſtitione* illa, *tenebantur, religioſas veſtes cum inſtrumento omni comburere.* Ille rituum conſenſus in cauſa forſan erat, quod Judæi olim *Ægyptii*, prout Chriſtiani, poſtea *Judæi*, non raro dicerentur: nam S. *Paulus*, apud [d] *Lucam*, pro Judæo *Ægyptius* appellatur, & apud [e] *Strabonem* aliosque nomen *Ægyptiorum* Judæis non ſemel tributum legimus.

UNDE factum eſt autem quod Ægyptii & Hebræi, regionibus, linguis, ſtodiis, legibus, cultus objectis toto cœlo, ab invicem ſeparati, rituum tam ſimilium uſu conſpirarent? Quid rei erat, quod gentes illæ, primis poſt Moſem ſeculis vix ullo commercio junctæ, ſed (propter diſſidium a Majoribus una cum ſanguine propagatum) de nomine tantum ſibi mutuo cognitæ, hunc rituum conſenſum alerent, qui neutri vel obeſſe vel prodeſſe potuit? Re mecum penſitata, hoc tantum ad nndum tam perplexum explicandum dicendum arbitror: Iſraelitæ per multas annorum vices, familiariſſime & conjunctiſſime vixere cum Ægyptiis, & e longo uſu mores Ægypti ſtodio & affectu pertinaci proſecuti ſunt: Deus itaque ritus Ægypti plurimos, ſplendore præſertim aliquo plebem faſcinantes, Iſraelitis conceſſit & conſervavit; ne populus ille, moris antiqui tenax, ſacris novis aut rudibus offenſus, a Legis inſtitutis ad Ægypti ſuperſtitionem reſiliret. Inde factum ſentio, quod Ægyptii, licet in moltis aberrarent, in nonnullis tamen, pluſquam cæteræ gentes, cum Hebræorum populo convenirent.

FACILE præſentit animus, nonnullos hujus convenientiæ cauſam magis promptam & expeditam aſſignaturos. Dicent enim, Ægyptios Judæos imitari, & multa e Moſis inſtitutis in eorum ſuperſtitionem transferre potuiſſe. Tacitæ objectioni

SED huic objectioni prompte reſpondetur: Ægyptios ritus aliquos ab Hebræis mutuari *potuiſſe*, minime dubitandum eſt; ſed *voluiſſe*, nulli probabile videri poteſt qui ſequentia perpendit argumenta. Reſpondetur.

PRIMO: clare patet, Ægyptios diu ante Moſis tempora religionis æque ac ſcientiæ fama claruiſſe, & ceremonias ſuas, qua ſacras, qua civiles habuiſſe. Nemo vero

[a] *Propyl. Agoniſt.* cap. 2. apud *Oedip. Æg.* T. I. [b] Ap *Ariſteam.* lib. de LXX. [c] In *Tiber. Ner.* cap. 36. [d] *Act.* 21. 38. [e] *Geogr.* lib. 16. & 17.

SECT. II. nisi supine credulus, opinari potest, Ægyptios vano tantum imitandi studio ductos, instituta patria, a Majoribus accepta & eorum animis alte defixa, de subito rejicere voluisse, ut ad generis Israeliticæ, sanguine servili prognatæ, mores se conformarent. Sed si populus Ægyptiacus, rerum novarum amore captus, ad Hebræorum mores & ritus inclinasset; proculdubio reges eorum impedire volebant, ne novi quicquam, in cultum præsertim inducere possent, metuentes ne quid inde turbarum nasceretur.

SECUNDO: Ægyptii gentem Israeliticam, præ cæteris Orbis incolis, odio & contemptu maximo prosequebantur. Ejus rei testem locupletem *Josephum* habeo: φαίνονται, sic [a] ille, μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες, κοινῇ μὲν ἅπαντες Αἰγύπτιοι· *Videntur maxime erga nos iniqui, in communi quidem omnes Ægyptii.* Odii & contemptus hujus argumentum ediderunt apertissimum, quod fabulæ, ad Judæorum [b] famam lædendam, tam frequenter in Ægypto cuderentur. Est itaque fidei consentaneum, veteres Ægyptios non minus a ritibus quam personis Hebræorum abhorruisse: sic enim nati sumus humanum genus, quod ab eorum moribus longe recedamus, quos vel contemnimus, vel quibuscum inimicitias graviores exercemus.

TERTIO: Israelitæ non apud Ægyptios tantum, sed & alias e vicinia gentes, bipedum vilissimi & despicatissimi habebantur. Ejus rei documentum haud obscurum est, quod eos historici gentium plerique nulla memoria dignos existimarint, vel [c] βλασφήμως καὶ ψευδῶς, *blaspheme atque fallaciter* de iis & eorum religione scripserint. Si quando de Judæis aut eorum institutis mentionem leviorem faciunt, in jocos & cachinnos e vestigio solvuntur, quasi Judæos, simiarum ad instar, ad risum solummodo movendum natos existimarent. Nihil itaque probabilitatis habet, Ægyptios [ea gloriæ animalia] ad exemplum Judæorum se componere voluisse, qui passim ὡς περίψημα καὶ περικάθαρμα τοῦ κόσμου tunc temporis habebantur.

QUARTO: Ægyptii veteres eo sapientiæ & antiquitatis suæ sensu intumuere, quod seipsos & ipsorum ritus maximi facerent, gentes autem alias quasi meras hominum umbras, earumque ritus tanquam ineptias paullo solenniores, contemptim præterirent. Hoc enim *Herodotus* de antiquis [d] Ægyptiis memoriæ consignavit, quod πατρίοισι χρεώμενοι νόμοισι, ἄλλον οὐδένα ἐπικτῶνται, *contenti moribus patriis, nullum alium asciscunt.* Et paucis interpositis, [e] inquit, Ἑλληνικοῖσι νομαίοισι φεύγουσι χρᾶσθαι· τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν μηδ' ἄλλων μηδαμὰ μηδαμῶν ἀνθρώπων νομαίοισι· οἱ μέν νυν ἄλλοι Αἰγύπτιοι οὕτω τοῦτο φυλάσσουσι· *Græcanicis institutis uti recusant, nec (ut semel dicam) ullorum aliorum hominum legibus ullo pacto uti volunt. Et hoc Ægyptii quidem omnes observant.* Quinetiam amicitias externas studiose declinarunt, ne forte novi quid & ab usu recepto alieni in mores patrios irreperet. Hujus rei causa, teste *Chæremone*, sacerdotes Ægyptii [*] τῶν ἐξωτικῶν τῆς θρησκείας οὐδενὶ συνιόντες, *nemini ab eorum ceremoniis alieno convivebant,* & [f] ἐν τοῖς ἀσεβεστάτοις ἐτίθεντο πλεῖν ἀπ' Αἰγύπτου, *pro re improbissima habebant ex Ægypto navigare,* διευλαβούμενοι ξενικὰς τρυφὰς καὶ ἐπιτηδεύματα, *ab exterorum deliciis & moribus sibi maxime caventes.* Imo vero gentium & morum exterorum fastidium ita tandem Ægyptios transversos egit, quod exterum aliquem communi secum mensa accipere, vel ulla morum similium communione generi humano conjungi, nomine & natalibus suis indignum existimarint. Fanaticam illam Ægyptiorum indolem notavit [g] *Pomponius Mela*, de Ægyptiis agens: *suis*, inquit, *literis perverse utuntur. Lutum inter manus, farinam calcibus subigunt. Forum ac negotia fœminæ, viri pensa ac domos curant*, &c. Ægyptios etiam mores hosce perversos, a primo gentis exordio, coluisse, e verbis *Herodoti* conjiciamus: [h] Αἰγύπτιοι ἅμα τῷ οὐρανῷ τῷ κατὰ σφέας ἐόντι ἑτεροίῳ, καὶ τῷ ποταμῷ φύσιν ἀλλοίην παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοί, τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἐστήσαντο ἤθεά τε καὶ νόμους· *Ægyptii cum cælum simul & flumen eorum diversam ab aliis naturam ostendant, & ipsi pleraque omnia a cæteris hominibus diversa constituerunt & instituta & jura.* Vanitatis hujusce gratia, sale comico asperguntur ab [i] *Anaxandride.* Cum itaque veteres Ægyptii instituta patria tam sancte colerent, & animos ab exterorum moribus tam aversos gererent; a meipso impetrare nequeo, ut censeam Ægyptios ad Hebræorum exemplum se fingere, vel quicquam ab eorum religione mutuari, voluisse.

QUINTO: Historiæ fide firmatum est, Græcos olim sacrorum ritus ex Ægypto petiisse, & Philosophos antiquos ad Ægyptum, tanquam celeberrimam scientiæ divinæ

a Cont. *Apion.* l. 1. p. 1336. 30. b Vid. *Manethon. Ægypt.* ap. *Joseph.* ub. sup. c *Joseph.* ub. sup. p. 1329. 15. d Lib. 2. cap. 78. e Ib. cap. 91. * Ap. *Porphyr.* de *Abstin.* l. 4. § 6. f Ib. § 8. g Lib. 1. de *Sit. Orb.* c. 9. h In *Euterp.* cap. 35. i Ap. *Athen.* L. 11. p. 464.

simul

ſimul & humanæ ſcholam, ſe cnntuliſſe. Veritatis hujuſce teſtes appellare licet, [a] *Herodotum*, [b] *Diodorum Siculum*, [c] *Plutarchum*, [d] *Diogenem Laertium*, [e] *Euſebium*, [f] *Joſephum*, [g] *Strabonem*, [h] *Iamblichum*, aliosque. At proculdubio Philoſophi illi nunquam ad Ægyptum, acquirendæ ſcientiæ cauſa ſe contuliſſent, modo ſuſpicio aliqua mentes eorum inceſſiſſet, Ægyptios Judæorum æmulos fuiſſe, & e libris aut ritibus Judaicis eorum ſacra pleraque furtim accepiſſe. Veriſimile eſt, eos ad Judæam potius ſe conferre voluiſſe, ſerio perſuaſos dulcius ex ipſo fonte ſe bibere potuiſſe.

Sexto: hiſce forte ponderis aliquid adjiciet *Plutarchi* teſtimonium, qui Judæos multa ex Ægypti more cultuque ritibus ſuis immiſcuiſſe [i] dicit; unde & illi, ob morum & rituum ſimilitudinem, Αἰγυπτιάζοντες *Ægyptiorum æmuli* a *Plutarcho* appellantur. Nec difficile eſt exiſtimare, Plutarchum, in re tam ſeria, ſententiam tunc vulgo receptam [non ſuam ſolummodo] tradidiſſe.

His inductus argumentis, mihi plane perſuaden, magnam illam rituum Ægyptiacorum & Hebraicorum ad invicem affinitatem, non Ægypriorum æmulationi, ſed legislatoris indulgentiæ, tribuendam eſſe. Nempe Deus eos Ægypti ritus in ſacrorum ſuorum ordinem recipere dignatus eſt, quos Iſraelitæ, e longa conſuetudine cum Ægyptiis, præter cæteros expetebant.

SECT. III.

Argumentum tertium, a privilegiis ductum, ob ſeculi morem & cordis duritiem, Judæorum genti conceſſis.

Varia privilegia ob ſeculi morem indulta.

QUO probabilius habeatur, Deum, cum legem traderet, ad Iſraelitarum modulum & morem ſe attemperaſſe, & ritus nonnullos quibus e longo uſu pertinacius adhærebant iis indulſiſſe; oſtendam proximo, Deum nonnulla privilegiorum loco æſtimata, ob ſeculi morem & σκληρότητα τῶν τρόπων (uti loquitur *Philo*) populo illi conceſſiſſe.

1°. Oracula & prophetiæ:

Inter ea vero primas habeant oracula, ſomnia, prophetiæ, & hujusmodi divinationum genera, quæ genris illius inſaniæ & pervicaciæ concedebantur. Nam gentibus antiquioribus, Ægyptiis, Chaldæis, Chananæis etiam (ad quorum ſedes patrias occupandas in procinctu jam ſtabant Iſraelitæ) non deerant prophetiæ, ſortilegia, ſomnia, vocales imagines & oracula; quibus [k] *hujus ſeculi Deus* divinitatis ſuæ mentitæ fidem firmare ſtuduit, connatum illum futura cognoſcendi pruritum ſcalpſit, & animos hominum ſibi & cultui ſuo devinctos tenuit. Cum itaque Judæi non minore futura & arcana cognoſcendi cupidine ducerentur, eorum vanitati ſomnia, prophetias, oracula, dedit benignus Deus; ne ad Oracula vel Ariolos ethnicorum confugerent, & multo felicius cum idololatris quam ſeipſis [modo prophetia deſtitutis] actum exiſtimarent.

Neque jam reddita tot oraculorum & prophetiarum ratio diſſidet a Scripturarum fide: nam doctoribus Hebræorum obſervatum eſt, quod poſt legem contra veneficas latam, [l] proxima ſuccedat lex de ſacerdotibus inſtituta; ne, inquiunt, ulli tentationi ad ſceleſta illa capita toleranda, vel in dubiis conſulenda, paterent Iſraelitæ; cum Deus ſacerdotes iis conceſſerat, quibus ſeipſum adeundi, & in dubiis per *Urim* conſulendi, licentiam dederat.

Sed, ſi Scriptura tacuiſſet, ipſa ratio doceret, Deum oracula & prophetiam ſeculi moribus & Hebræorum imbecillitati conceſſiſſe. Nam dubitari nequit, Deum iis dediſſe ſomnia, vaticinia, ſortes, omina, viſiones, oracula ex adytis, reſponſa per *Urim*, inſtinctum divinum, & alios omnes occulta cognoſcendi modos, inter gentes uſitatos; ſi demas inhoneſtas illas & impoſtura plenas, augurium, ῥαβδομαντείαν, necromantiam, & conſimiles aliquot divinationis ſpecies. Quid autem Deus tam varios divinandi modos Hebræis indulgeret, niſi quod apud cæteras gentes obtinerent, & Deo jam res eſſet cum difficili populo & ad ſpecioſas omnes Gentium vanitates projectiſſimo? Deinde cum Deus varia prophetiarum & oraculorum genera Judæorum genti dederit, quæ

a Lib. 2. c. 50. 51. b *Biblioth. Hiſt.* p. 26. 62. 86. c De *Iſid. & Oſir.* P. 378. d De *Vit. Philoſ.* in *proœm.* e *Præpar. Evang.* l. 2. p. 79. & l. 10. c. 2. f *Cont. Apion.* l. 1. p. 1330. E F g *Geogr.* l. 17. h De *Vit. Pythag.* c. 3. i *Sympoſiac.* l. 4. *Qu.* 5. k 2 *Cor.* 4. 4. l Vid. *Levit.* 20. ult. & 21. 1.

tamen

SECT. III. tamen Ecclesiæ Christianæ denegaverit; nulla gratiæ tam dissimilis causa reddi potest, nisi quod olim Judæi (pro temporum [a] antiquiorum genio) prophetias & oracula summo in pretio haberent, iisque certum fixumque esset ad ethnicorum [b] vates & sortes consugere, si Deus iis nulla vaticinia vel futura cognoscendi media concessisset. At vero jam diu est ex quo homines Oracula, tanquam [c] ἀπάτης ἐργαστήρια, *fallaciæ officinas*, aspernati sunt; & secula multa jam elapsa sunt ex quo [d] *Strabo* de Oraculis id vere pronunciavit, τοῖς ἀρχαίοις μᾶλλον ἦν ἐν τιμῇ, καὶ ἡ μαντικὴ καθόλου, καὶ τὰ χρηστήρια· νυνὶ δ' ὀλιγωρία κατέχει πολλή· *Apud antiquos magno in honore erant divinatio & oracula, nunc autem* homines res eas *magno in contemptu habent.*

Hæc omnia confirmant Judæorum & Christianorum antiquorum testimonia: nam illi, gentium prophetas & μαντικὰς μαγγανείας [*Theodoriti* phrasis est] Hebræorum populo prophetas & oracula concedendi causam præbuisse, sentiunt.

E Judæis sic [e] *Philo* sententiæ meæ testimonium perhibet: ἐπεὶ δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ἔρως τῆς τῶν μελλόντων ἐπιστήμης ἐνίδρυται, καὶ διὰ τὸν ἔρωτα τοῦτον ἐπὶ θυτικὴν καὶ τὰ ἄλλα εἴδη τρέπονται μαντικῆς, &c. *Quoniam a natura insitum sit hominibus prænoscendi futura desiderium, & ideo multi se ad aruspicinam similesque divinandi artes applicant, —— earum usus severe interdicitur. Promittit autem* Lex, *modo pietatem sincere colant, exoriturum prophetam aliquem, qui vaticinetur correptus numine*, &c. Ab his non multum abeunt *Jonathanis* illa: [f] *quoniam populi isti quos possessuri estis, præstigiis & divinationibus auscultant, vos non eritis similes illis; sed sacerdotes pro vobis interrogabunt per Urim & Thummim.* Sententiam meam juvat etiam [g] *Maimonidis* testimonium: *Deus, prophetas [mittendo,] fecit ne opus haberemus Astrologis & Divinatoribus & Ariolis; quoniam illos consulere possumus de rebus nostris, vel simul universis, vel divisim singulis: —— Hoc est quod dicit* [h] *Scriptura, quia gentes istæ quas tu expellis præstigiatores & divinos audiunt: at tu non sic: Dedit tibi Dominus Deus tuus Prophetam e medio tui*, &c.

Pro Christianis hac in re, ne prolixi simus, unum [i] *Origenem* loquentem audiamus: τῶν ἐθνῶν χρωμένων μαντείαις, ὅτε διὰ κληδόνων, ὅτε δ' οἰωνῶν, &c. *Gentibus cognitionem futurorum petentibus, ex oraculis, auspiciis, auguriis, ventriloquis, auspicibus, Chaldæis genethliacis; —— si ipsi Judæi nullum solatium habuissent e futurorum præscientia*, ὑπ' αὐτῆς ἂν τῆς ἀνθρωπίνης περὶ τὴν γνῶσιν λιχνείας τῶν ἐσομένων ἀγόμενοι, κατεφρόνησαν μὲν ἂν τῶν ἰδίων, ὡς οὐδὲν ἐχόντων θεῖον ἐν ἑαυτοῖς *certe impulsi humana quadam futura cognoscendi libidine, contempsissent res suas ut nihil divinum in se habentes, nec alium post Mosen prophetam recepissent, transfugissentque ad oracula gentium, aut ipsi conati fuissent apud se simile aliquid instituere. Quamobrem nihil absurdi est, etiam de fortuitis quibusdam Prophetas ejus gentis respondere solitos, quo satisfacerent talium rerum cognoscendarum cupidis; sicut Samuelem de asinis perditis, & de morbo regii pueri illum de quo in libro* Regum *scriptum est.* Ab his non longe abeunt, quæ apud eundem auctorem leguntur [k] alibi: *ostendant nobis isti qui stultitiam Judæis & Christianis objiciunt, consistere potuisse Judæorum gentem*, μηδεμιᾶς ἐπαγγελίας προγνώσεως οὔσης παρ' αὐτοῖς, *nulla existente apud eos promissione prædictionum*: καὶ ὅτι τὰ μὲν περὶ αὐτοὺς ἔθνη ἕκαστον κατὰ τὰ πάτρια ἐπίστευε χρησμοὺς λαμβάνειν ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς νομιζομένων θεῶν· ἔτι δὲ μόνοι· &c. *Et cum circum vicinæ gentes singulæ, juxta morem patrium, se ab iis, qui tunc habebantur, Diis oracula & Prophetias credebant accepturos; hos solos, qui contemptum externorum numinum didicerant, —neminem habuisse, qui divinæ mentis interpretem se professus, a vanis illis Diis & oraculis ad se retraheret eos, qui alioqui noscendorum futurorum cupidine descivissent ad cultos ab aliis dæmonas.*

Rex absoluta potestate præditus: Secundo: inter alia privilegia, populi contumaciæ & seculi mori data, Regem absoluta potestate præditum numeremus. Nam Israelitæ regem sibi proponendum exoptarunt ככל הגוים * *sicut omnes* in terræ confinio *gentes:* hoc est (uti mentem eorum exponit *Abarbanel*) *qui rex esset simplicem & absolutam potestatem habens.* Qui nempe, regum vicinorum more, leges ferre, bella gerere, morti adjudicare, tributa imponere posset pro arbitrio suo. Nam veteres in Assyria principes imperium illud arbitrarium in subditos exercuisse, pateat e *Justini* [l] verbis; *principio rerum,—populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant.* Potestatem consimilem

a Vid. *Lucian.* περὶ ἀστρολογ. b 1 *Sam.* 28. 6, 7. 2 *Reg.* 1. 2. c *Theodorit. Sermon.* de *Orac.* T. 4. p. 622. D d *Geogr.* lib. 17. p. 1168. A e De *Monarc.* lib. 1. p. 820. B f *Paraphr.* in *Deut.* 18 14. g *Præfat.* in *Seder. Zer.* apud *Pocock. Port. Mos.* p. 20. h *Deut.* 18. 14. i Lib. 1. contr. *Cels.* p. 28. k Lib. 3. contr. *Cels.* p. 113. * 1 *Sam.* 8. 5. l *Hist.* lib. 1. c. 1.

regibus

regibus Ægypti tribuit[a] [1] *Diodorus Siculus:* *οἱ ἐν μοναρχικαῖς ἐξουσίαις ὄντες πάντα πράττουσι κατὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν, ἀνυπευθύνως καὶ ἀνεξετάστως. In potestate regia constituti omnia ad suum arbitrium, nullis obnoxii censuris aut legibus, moderantur.* [b] *Grotium* adeat qui plura scire velit de hac absoluta potestate, qua reges Orientis in subditos utebantur. Sed quicquid sit, abunde constat ex historia sacra, populum, κακοζηλίας studio occæcatum, regem sibi dari, ad morem gentium conterminarum, impense petiisse; Deum etiam regis creandi licentiam iis concessisse, non quod imperium regium revera vellet, aut id ex usu populi futurum sciret, sed ut eorum desideriis effrænatis indulgeret, quibus si pertinaciter obstitisset, Israelitæ forsan, ad alienigenam delapsi, non tantum Dei regimiοἰ, sed etiam legi & cultui nuncium remisissent. Ut expediam brevi: Deo jam res erat cum populo pertinaciter duro, a regis desiderio nulla machina vel arte dimovendo: nam ab ea cupiditate non potuit arceri populus, etiamsi *Samuel* iniquas imperii regii conditiones iis proposuisset, etiamsi fulgura vidissent iræ divinæ documenta. Quod itaque patres consulti solent, fecit Deus: filiorum suorum proterviam non facile corrigendam indulgenter tulit, ne in mala pejora ruerent, nisi votis eorum annuisset; & populi contumacia victus, & invitus[c] pene, regem sibi præficiendi veniam dedit. Neque hoc *Juliani* observationem præteriit: nam de Judæis[d] agens ait, *οὔτε ὁ Θεὸς ἑκὼν αὐτοῖς τὸ βασιλεύειν συνεχώρησεν, ὡς ἡ γραφή φησιν, ἀλλὰ βιασθεὶς ὑπ' αὐτῶν. Neque Deus ultro concessit ipsis, ut regio dominatu regerentur, sicut ait Scriptura, sed coactus ab ipsis.* De hoc autem argumento,[e] alibi, & ex composito disseruimus.

SECT. III.

TERTIO: privilegiis ad imitationem Gentilium expetitis, uxores repudiandi veniam, Judæis concessam annumeremus. Nempe gens ea tam pertinax erat & refractaria, quod arctioribus conjugii vinculis quam cæteræ gentes se minime constringi pateretur; & ad ethnicismum defectura erat, nisi Deus hac in parte, nonnihil indulgentius iis concessisset. Ita sentio, quinque persuasus argumentis: Nam Divortia.

(1°.) NON difficulter e Scripturis intelligitur, divortia maturius & ante datam legem inter gentes, etiam Israelitas, invaluisse. [f] Lex enim de fœminis *repudiatis*, tanquam bene notis, priusquam *de libello repudii*, mentionem facit. Philisthæus ille quem Samson socerum habuit, inter eum & uxorem ejus divortium fecit, & [g] filiam ejus alteri nuptum dedit: Ahasuerus etiam [h] *Vasthim* uxorem repudiavit. Non est itaque difficile creditu, Hebræorum pervicaciam, & in moribus inveteratis obstinationem, locum fecisse legi licentiam divortii concedenti.

(2°.) TESTATUR [i] Dominus, Mosem, ob σκληροκαρδίαν tantum Hebræorum, iis uxores dimittendi licentiam concessisse. At vox ea gentis illius indomitam & effrænatam libidinem, eorum etiam ingenium in malis moribus obstinatum & nulla ratione superandum, denotat. Sic itaque *Thomas Pius* verba Salvatoris exponenda [k] censuit: *permittebatur Judæorum, ex irroborata & inveterata consuetudine, morositati & immorigerationi (ut ita loquar) ut uxores levioribus de causis dimitterent.* Sat scio, plerosque vocem σκληροκαρδίαν non de Judæorum obduratione in Deum, sed uxores, interpretari; quasi Judæi (si quando in uxores male animati) earum vitis insidiari vellent, nisi Deus divortio locum concessisset. Sed hanc interpretationem amplecti nescio, quod Hebræorum genti feritatem & immanitatem tribuat plane singularem & incredibilem; quod etiam ipsi capitis discrimen adiissent, si manus uxorum suarum sanguine polluissent.

(3°.) PATET etiam e Domini verbis, hominibus, [l] ἀπ' ἀρχῆς, uxores dimittere minime licuisse, cum nempe Deus ad naturam simplicem, & ipsam æqui bonique rationem, leges ejus accommodaret. Hinc autem facile colligendum est, divortia ex Hebræorum pervicacia & moribus in Ægypto depravatis orta, eaque tum primum permissa eum locum haberet illud,

Mores leges perduxerunt in potestatem suam.

(4°.) MANIFESTUM est divortia quæ permisit Moses, non ob adulterium solum,

a *Biblioth. Hist.* l. 1. p. 62. C b De *jur. bel. & pac.* lib. 1. c. 3. *sect.* 8. c *Hos.* 13. 10. 11. d Ap. *Cyril. Alex.* lib. cont. *Julian.* p. 209. e Lib. 1. *Dissert.* de *Theocrat.* f *Levit.* 21. 14. cap. 22. 13. *Numer.* 30. 9. g *Judic.* 15. 2. h *Esth.* 1. 19. i *Mat.* 19. 8. k Lib. de *Divort. Judæorum*, p. 26. l *Mat.* 19. 8.

1 *Diodorus Sic.* e contra narrat, *primos Ægyptiorum reges vitam egere* οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐν μοναρχίαις, ... &c. — ἀλλ' ἦν ἅπαντα τεταγμένα νόμων διαταγαῖς.

SECT. III.

sed quavis de causa fieri potuisse. Nam Pharisæi [legis consultissimi] quæstionem illam Domino nostro proposuerunt, *an κατὰ πᾶσαν αἰτίαν uxorem dimittere fas esset?* Audito nempe Christum aliter in [a] monte docuisse, hunc scrupulum injiciunt illi, occasionem inde captantes ejus irretiendi & in vulgus calumniandi, quod contra mores patrios & legis instituta docuisset. Deinde: quæstione hac a Pharisæis proposita, & [b] Mosis auctoritate confirmata; non diffitetur Christus, Mosem eis uxores dimittere, idque κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, permisisse. Nisi enim Christi responsum de divortiis *quavis de causa* factis intelligatur, necesse est, ut eum ἄλλα πρὸς ἄλλας, quod ajunt, & a re præsenti aliena, respondisse fateamur. Præterea, legem divortia permittentem sensu tam laxo capiendam esse, non parum firmatur e consentaneis Judæorum moribus: iis enim [c] *uxores ob levissimas quasque offensiones dimittere, non solum usitatum, sed pene etiam quotidianum, erat.* Hinc autem aperte colligo, divortia lege permissa a laxis & depravatis gentium moribus ansam & originem accepisse: nam fidei absonum est, auctorem conjugii legem primævo conjugii juri tam repugnantem ferre voluisse, nisi populi depravati contumacia, & inveteratæ consuetudinis obstinatio, se mori recepto nonnihil aptare pene coegissent.

(5°.) Hinc etiam fidem acquirat sententia nostra, quod lex non nisi *libello repudii* dato, uxorem dimittendi libertatem indulgeret. Cum enim libellus ille non nisi subducta ratione & animo sedatiore scribi potuerit, multis inde divortiis obstaculo fuit, & luculenter indicavit, Deum legem de divortio dedisse, non quod sibi ipsi grata esset, sed quod gens ea cervicosa malisque moribus innutrita meliorem accipere recusarent. Deinde, *libellus* ille *repudii* peculiare videtur Mosis institutum, ut nota quædam esset qua Judæorum fœminæ repudiatæ a fœmina quavis ethnica, a viro temere separata discernerentur; & ut impediret ne sancta natio, gentium profanarum ritu, libidinem incertam & nullis legum cancellis restrictam exerceret.

Deus modo sensibili præsens.

Quarto: id etiam privilegii loco seculis antiquis habitum est, & ab Israelitis enixius expetitum, ut nempe Deo modo sensibili præsente fruerentur. Deus enim in cœlis agens, mente sola colendus & aspiciendus a crassis eorum animis evanuit; & Deum nubibus tectum, absentem & nulli proximum habuerunt. Israelitas animo tam crasso & obeso fuisse, liquido constat e verbis & moribus eorum in aurei vituli historia memoratis. Nam petunt, postulant, ut Aaron [d] Deum sibi fabricaret, qui præiret iis ad terram promissam contendentibus. His autem verbis expetebant signum aut symbolum divinum quod absentem Deum (nam ea fides populum habuit) modo visibili præsentem sisteret. Israelitas hoc in votis habuisse dubitari nequit, si Rabbini antiquissimi verba fidem mereantur: [e] *postquam acceperunt Israelitæ eloquia, (decalogum) post 40. dies obliti sunt Dei sui, atque dixerunt Aaroni; Ægyptii extollunt numina sua, cantillant & psallunt coram iis, atque conspiciunt illa ante se. Faciamus & nobis Deos sicut Dii Ægyptiorum sunt, ut videamus illos coram nobis.* Inde vero probabile fiat, Israelitas tale aliquid in ore, vel corde saltem, habuisse, quod eorum idolum ad Apidis Ægyptii formam effingeretur, & quod a Deo ad Ægypti gentiumque Deos, ipsis manibus atque oculis usurpandas, tam sæpe deficerent. Cum itaque Israelitæ, gentium ritu, Deum modo sensibili præsentem, & ipsis oculis sese ingerentem, enixe desiderarent; Deus eorum votis annuit, & Arcam, tanquam visibile præsentiæ suæ symbolum concessit iis; Tabernaculum etiam, quod in humeris efferri posset, ad quod etiam, tanquam templum portatile, cultum externum exercerent, & potentiam Dei præsentissimam experirentur; multis insuper oraculis, ἐπιφανείαις angelicis, operibus illustribus, precum exauditionibus, beneficiis ex-insperato collatis, se populo præsentem & quasi in proximo habitantem comprobavit. Sic autem se demisit cœli Dominus, & ad populi vota seipsum accommodavit, quod numina fictitia se, præsentia, facilia, conspicua, cultoribus eorum exhiberent, & Israelitæ forsan, tam illustribus præsentiæ divinæ documentis destituti, gentium conditionem cultumque suo præferendum existimarent. Ad hanc sententiam mihi propensior est animus.

(1°.) Quod Moses Israelitas sic [f] alloquatur, *num gens* est ulla ita *magna, cui* אלהים קרבים אליו *Dii* ita sunt *propinqui sibi, sicut Dominus Deus noster* est nobis, &c. Quasi dixisset, "vos Deum, non in cœlis agentem & mente tantum sagaci contemplan-"dum, sed in propinquo positum, symbolo aliquo præsentem, & signis aliquibus in "ipsos sensus incurrentibus præsentiam ejus indicantem exoptatis. Nec votis vestris de-

a *Mat.* 5. 31, 32. b *Mat.* 19. 7. c Vid. *Thom. Pinf.* ub. sup. p. 22. d *Exod.* 32. 1. e Vid. *Pirk. Eliezer.* cap. 45. f *Deut.* 4. 7.

fuit

"fuit benignus facilisque Deus: nam quæ geos illa est (vos ipsos jodices fero) ubi Dii SECT. III.
"sui tam faciles & molles aditus mystis suis concedunt, vel tot oraculis, apparitionibus,
"miraculis, beneficiis, symbolis, se propinquos, præsentes, familiares, indicant, quoe
"Deus vester vos dignatus est, & vobis omnibus semper adesse, rebusque vestris inter-
"esse comprobavit? Hoc autem Moses in prima felicitatis parte minime posuisset, nisi quod norat Israeliras Deum modo sensibili præsentem & conspicuum impense desiderare, & ad ethnicorum Deos propendere, quod in propinquo semper essent, & io oculis cultorum suorum perperuo versarentur.

(2°.) GENTES profanæ, diu ante Mosis tempora, Deos soos modo sensibili præsentes habuerunt, & hujusmodi præsentiam summi beneficii loco posuerunt. Nam gentium numina quandoque per vicaria sua symbola & simulacra se præsentia & ipsis pene oculis usurpanda præbuere: quandoque per formas eorum sensibiles, vel ἐπιφανείας, homioum oculis se ingesserunt & præsentia comprobaront. Hac de re nullum dubitandi locum relinquunt, veterum numismatum inscriptiones, & plurima veterum, quæ viri noo vulgares, [a] *Ouzelius*, [b] *Gaulminus*, [c] *Ezechiel Spanhemius*, [d] *Marshamus*, aliique, congessere testimooia. Neque gentium numina, per imagines tantum, symbola sacra, vel ἐπιφανείας illas, se præsentia & conspicua præbuerunt; sed variis operibus mendacem miraculorum speciem gerentibus, vocibus ex eorum templis & statuis frequenter editis, aliisque signis prodigiosis, perpetuæ suæ in rebus dubiis aut afflictis præsentiæ clara dederont argumenta. Hac autem sensibili Deorum præsentia gentes antiquæ nihil optatius habuerunt: nam ideo templa tam frequenter extructa sunt, ut præsentia Deorum gauderent, iisque familiariter uterentur. Gentes ea menre Diis templa tribuisse, testimonio sint ethnici illius apud [e] *Arnobium* verba: *non idcirco attribuimus Diis templa, tanquam humidos ab his imbres, ventos, pluvias arceamus, aut soles: sed ut eos possimus coram & cominus intueri, affari de proximo, & cum præsentibus quodammodo venerationum colloquia miscere.* Eodem consilio Diis suis imagines & symbola consecrata statuebant, ut nempe Deorum similitudinem exprimerent, eos quodammodo præsentes sisterent, iisque cominus & e proximo cultum exhiberent. Nam observante [f] *Dione Chrysostomo*, ἰσχυρὸς ἔρως πᾶσιν ἀνθρώποις ἐγγύθεν τιμᾶν, καὶ θεραπεύειν τὸ θεῖον, προσιόντας καὶ ἁπτομένους, *valde cupiunt omnes homines cominus honorare, colereque divinam naturam, prope accedentes & contrectantes*: & ex ea cupiditate, simulacra divina formandi & colendi morem, passim receptum, originem deduxisse censuit. Quamvis autem imagines illas in prerio haberent ethnici, visibiles Deorum ἐπιφανείας impensius optasse videantur. Hoc probabile faciunt *Ovidii* illa, de *Pont.* L. 2. *El.* 8.

Felices illi, qui non simulachra, sed ipsos;
Quique Deum coram corpora vera vident.

Cum itaque gentes antiquæ Diis oullis, nisi in coospectum se dantibus cultum deferrent, & Deos ratione aliqua sensibili præsentes impensius exoptarent; Hebræorum ruditas & longa cum Ægyptiis consuetudo opinari suadeant, eos etiam Deum modo quodam visibili præsentem expetere voluisse, & Deum hoc eorum infantiæ coocessisse: si enim summus Deus nulla præsentiæ soæ symbola & argumenta sub aspectu cadentia rudi populo præboisset, religio forsan omnis a tardis eorum animis evanuisset; & visibiles ethnicorum Deos ipsi Jehovæ facile præferendos existimassent.

QUINTO: inter alia privilegia, Judæis ob cordis duritiem & seculi morem concessa, nomerandam censeo *aquam zelotypiæ* dictam, qua uxorem violatæ pudicitiæ su- *Aqua zelotypiæ.*
spectam explorare possent. Marito nempe [g] zelotypia commoto, & uxoris pudiciriam in dubium vocanti, licuit aquæ illius amaræ poculum uxori ebibendum porrigere: ea vero, si fidem conjugalem fefellisset, luxato crure dextro & ventre disrupto, morte repentina periit: sin autem injuste delata fuisset, prolis masculæ mater mature facta est, & ab intentato adulterii crimine liberata. Legem eam latam fuisse, ne populus ille σκληροκάρδιος in uxores sæviret quas adulterii suspectas habuit, nemo facile dubitaverit. Est interim vero non absimile, gentes etiam profanas hujusmodi mediis prodigiosis occultorum facinorum veritatem explorare solitas; & Deum rationem illam miraculosam ad uxoris innocentiam probandam Hebræorum genti concessisse, ne gentes exteræ prodigio vel privilegio aliquo populum ejus superare viderentur; vel He-

a *Animadv.* ad *Minut. Felic.* p. 141. b *Not.* in lib. 1. de *Vit. Mos.* p. 237, 238. c *Dissert.* 5. de *Numism. antiq.* p. 386. d *Can. Chronic. sec.* 4. p. 52, 53. e Lib. 6. *advers. Gent.* p. 192. f *Orat.* 12. pag. 211. D g *Numer.* 5. 12, 13. &c.

SECT. III.

bræi, zelotypia commoti, medio aliquo magico & inter gentes usitato, ad suspectam uxorum fidem explorandam, uterentur. In hanc autem sententiam variis inducor argumentis:

(1°.) Neutiquam probabile videtur, Deum tam frequenter, immo quotidie, (si usus exigeret) miraculum efficere voluisse, ad zelotypi cujusvis Israelitæ animum leniendum, nisi quod hujusmodi prodigiosa innocentiæ tentandæ media, apud idolorum cultores, in usu frequenti ponerentur. Minime necesse videtur, ut miraculoso *aquæ amaræ* testimonio se purgaret adulterii suspecta conjux, cum alicujus Prophetæ testimonium suspicionem illam multo facilius amoliri posset.

(2°.) Gentes antiquiores, in quovis pene gravi & probationis obscurioris crimine, medio aliquo prodigioso, innocentiæ experiundæ causa utebantur. Cum enim in perjurii suspicionem venisset quispiam, habebant ethnici ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ, *aquam redargutionis*, prout aqua zelotypiæ vocatur a Græcis interpretibus. Testem appello [a] *Philostratum*, qui de aqua illa loquens, inquit, τοῦτο μὲν εὐόρκοις ἵλεών τε καὶ ἡδὺ ὕδωρ, ἐπιόρκοις δὲ, &c. *Aquam illam, juramenti fidem præstantibus, aspectu placidam & gustu dulcem* esse perhibent: *at perjurii reis* palam adversatur. Epota *namque oculos pedesque ac manus pejerantis invadit, pustulis ac vomicis totum corpus inquinans.* Si quis etiam in furti suspicionem vocatus esset, erant [b] *aquarum scaturigines* quædam, in Sicilia erumpentes, quibus hoc modo dubiam hominis fidem explorare solebant: nam, si reus, mergebatur injectus statim: sin innocens, sospes evasit & illæsus. Refert etiam *Pausanias*, Græcos antiquos sacerdotissam aliquam, scortationis insimulatam, [c] taurini sanguinis haustu probare solitos, *& eo epoto*, inquit, *si legi* de castitate colenda *fraudem fecerit*, αὐτίκα ἐκ τούτου τὴν δίκην εἶχεν *flagitium e vestigio* morte *luit*. Apud Indos antiquos [d] *Porphyrius* λίμνην δοκιμασίας, *lacum probationis* memorat, cujus examen subire debuit criminis alicujus incusatus, nam, inquit, *si is qui lacum ingreditur, culpa careat, impavidus transit, aqua ultra genua non pertingente:* ἁμαρτῶν δὲ, ὀλίγον προβὰς βαπτίζεται μέχρι κεφαλῆς *si in culpa sit, mox ubi paulum progressus fuerit, capite tenus aquæ immergitur.* Cum itaque gentes antiquiores ordalio quodam ad omnes culpas detegendas uterentur, Deus autem ad adulterii solius crimen examinandum ὕδωρ illud ἐλεγμοῦ Judæis indulgeret; inde causa non levis opinandi data est, Deum hoc unum innocentiæ probandæ medium iis concessisse, ut curiosis eorum ingeniis frænum imponeret, & seculi morem toleraret simul & emendaret.

(3°.) Gentes exteræ mediis prodigiosis, variis & diversis [aqua epota, taurini sanguinis haustu, mersione in aquis, transitu per ignem, aliisque non facile recensendis] ad innocentiæ suspectæ periculum faciendum utebantur: Deus autem unum solummodo medium prodigiosum, aquæ scilicet haustum, in hunc finem usurpari voluit. Inde vero probabile factum est, ethnicos non imitatos fuisse Judæorum instituta, sed Deum morem illum innocentiæ probandæ qui inter ethnicos obtinuit emendasse, & ad majorem simplicitatem reduxisse; gentes autem morem illum, ut olim, sine ulla emendatione, retinuisse & exercuisse.

(4°.) Deus illam probationis aquam ritu plane peculiari sacroque fieri & usurpari voluit. Nam lege zelotypiæ, maritus de uxoris fide sollicitus, munus e farina hordeacea Domino offerre tenebatur: uxor examen illius aquæ subitura, *coram Domino*, id est, exponente [e] *Josepho*, ad portam templi obversam, sistebatur: deinde sacerdos aliquis ei juramentum cum imprecatione deferebat, ut si pudicitiam violasset, luxato crure & ventre disrupto misere moriatur: peracto demum juramento, poculum aquæ, Tabernaculi pulvere aspersæ, mulieri ebibendum porrigebat. Quid autem Deus aquam illam probatricem ritu tam solenni & peculiari parari & ad usum ejus adhiberi voluit, nisi ut ab antiquioribus ethnicorum ordaliis aperte discerneretur; & illius effectus non virtuti alicui magicæ vel naturali, sed Dei solius instituentis cooperationi tribueretur; ut etiam Israelitæ, ceremonias a Deo præscriptas observantes, indicarent, se aquam illam probationis Dei veri nomine consulere, & ab Eo [non Dæmone aliquo] veritatis detectionem expectare?

(5°.) Plane constat e plurimis illis testimoniis quæ [f] *Hugo Grotius*, [g] *Janus Ulitius*, & [h] *Johannes Doughteius*, ex *Aristotele*, *Diodoro Siculo*, *Lucano*, *Pausania*, *Plinio*, *Macrobio*, *Solino*, *Philostrato*, *Æliano*, *Heliodoro*, *Achille Tatio*, *Polemone*, *Porphyrio*, & *Eusta-*

a De *Vit. Apollon* l. 1. cap. 6. pag. 7. b *Macrob. Saturn.* l. 5 c. 19. c Lib. 7. cap. 25. p. 591.
d De *Styge*. pag. 282. e *Antiq. Judaic.* l. 3. c. 11. p. 126. 45. f *Comment.* in *Numer.* 5. 17.
g *Comment.* ad *Gratii cynegetic.* p. 285. h *Analect. sacr.* P. 1. *Excurs.* 55.

thio,

thio, produxere; plerasque gentes medium aliquod extraordinarium in usu habuisse, quo reatus aut innocentiæ nondum compertæ scientiam certam assequebantur. Cum itaque gentes pleræque, mediis hujusmodi prodigiosis, innocentiæ in dubium vocatæ experimentum caperent; probabiliter arbitremur, hunc morem, diu ante Mosis ætatem, inter gentes invaluisse; & Deum aquam zelotypiæ Judæis concessisse, ne privilegium aut miraculum aliquod inter gentes familiare populo suo deesse videretur. SECT. III.

(6°.) CHRISTIANORUM antiquiorum *Ordalia*, vel innocentiam suspectam, explorandi media, igne, aqua, vel duello fieri solita, a gentium profanarum moribus ansam & originem accepisse videantur. Illi nempe rei veritatem in judiciis obscuram, per aquam frigidam, aut certamen singulare, vel etiam candens ferrum explorare solebant. Si quis tanquam veneficii reus, in judicium vocaretur, ad examen aquæ frigidæ non raro condemnabatur; si aquam reus in sinum reciperet, absolvebatur; sin illius ingressum veluti prohiberet, Dei judicio condemnatus habebatur: & si candens ferrum manu integra tractaret, vel supra carbones ignitos illæsus incederet, a crimine quovis absolvebatur: quod si quis, Ordalii hujus ignei judicio examinatus, hoc modo se purgare non poterat, criminis intentati reatu teneri censebatur. Hisce fidem indubitatam faciunt, [a] *Martinus Del-Rio*, [b] *Fridericus Heinius*, & [c] *Theophilus Alethæus*, qui de jam dictis innocentiam probandi modis fuse & ex professo disseruerunt. Hos autem reum probandi modos, inter Christianos antiquiores usitatos, [d] *Antonius Thysius* eos a Gentilibus (a quibus nuper discesserant) accepisse, non temere suspicatur. Nam apud *Sophoclem* in *Antigone*, custodes corporis *Polynicis*, custodiæ negligentis accusati, se paratos dicunt, καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν, καὶ πῦρ διέρπειν *ignitum ferrum manibus prehendere, & ignem transire*, ut scilicet hoc modo innocentiam eorum a suspicione liberarent. Prodidit etiam *Dionys. Halicarn.* [e] *Æmiliam* super carbones ignitos illæsis pedibus incessisse, & hoc pacto se ficto crimine liberasse. Refert insuper [f] *Pius* II. Papa, mulieribus Asiaticis in more fuisse, ut, prope templum Dianæ, consimili prodigio pudicitiam suam indicarent. Cum autem crimina per hujusmodi media prodigiosa probandi consuetudo inter Gentiles olim obtineret, & superstitionis illius radices non ita leviter eorum animis inhærerent, ut eas evellere liceret; Ecclesiæ patres aliquid eorum, ad Christianismum nuper conversorum, infirmitati & consuetudini dandum esse censuerunt. Iis itaque purgationes, more gentili fieri solitæ, permissæ sunt; ea tamen lege & conditione, ut Ordaliis ethnicorum non uterentur, nisi Deum prius invocassent, & [g] precibus aquam aut ignem exploratricem sanctificassent. Cum itaque purgationes hujusmodi, Christianis olim familiares, a gentilismo fluerent, & eas ecclesia corrigeret & toleraret, quod usu longo receptæ & præscriptæ fuerint; opinari par est, Hebræorum aquam zelotypiæ, ad stuprum indicandum institutam, a fonte consimili dimanasse; & Deum hoc Ordalii genus in eorum mores induxisse, ne Judæi ad zelotypiam proni medium aliquod profanum ad uxorum pudicitiam explorandam adhiberent, aut fœminæ, suspicionem iniquam ægre ferentes, ritu gentili se purgare desiderarent.

E jam dictis manifestum arbitror, Deum multa privilegiorum loco habita, quibus mos & usus Hebræorum animos devinxerat, pro summa sua indulgentia, iis concessisse; ne si hæc omnia protinus e medio sustulisset, populi puerilis animos intempestiva severitate irritaret. Quidni itaque rationi fideique consentaneum existimetur, Deum multos ritus sacros, antiquitatis auctoritate & aliarum gentium exemplo cohonestatos, Israelitis indulsisse; cum præsertim vulgi mos sit, ritibus sacris multo majore cum pertinacia & religione, quam privilegiis civilibus adhærere?

a *Disquisit. Magic.* l. 4. c. 4. Qu. 3. 4. & 5. b *Dissert. de probat. per aquam & ignem.* c *De Polygam. Tos.* 69. d *Memorab. Vet. Rerump.* cap. 11. e *Antiq.* l. 2. f *Descript. Asiæ*, c. 46. g *Harum formulas vid. ap. Delrium ub. supr.* pag. 618. 631. 632, &c.

1 Apud *Dion. Hal.* *Æmilia*, igne sacro extincto, ad negligentiæ crimen diluendum, abscissam laciniam a veste carbasina qua induta erat, in focum projecit; & ex cinere, jam pridem frigido & nullam scintillam servante, flamma ingens per carbasum emicuit, [illegible]. Idem tradit *Valer. Maxim.* l. 1. Cap. 1. p. 123. 124.

Sect. IV.

SECT. IV.

Argumentum quartum a morum quorundam antiquorum toleratione, in quavis Ecclesiæ reformatione, petitur.

AD sententiam meam, de ritibus haud paucis e seculi moribus in Hebræorum legem cultumque receptis, confirmandam non parum conducit, quod quælibet mundi reformatio vel purgatio [a Judaismo, Gentilismo, Papismo] eodem pio stratagemate, veterum nonnullorum toleratione perficeretur.

1°. Reformatorum a Judaismo:

Cum [illegible] ille [illegible], cujus meminit [a] Apostolus, advenisset; Christus, Apostoli sui, & ecclesiæ primitivæ præsides, Judæorum & Gentilium ritus & instituta nonnulla retinuerunt, quæ nempe religioni Christianæ non omnino refragabantur.

Cum Dominus noster prima fidei cultusque novi fundamenta poneret, non simpliciter damnavit omnia Judaici cultus instituta, quæ sua natura indifferentia fuerant, & usu longo invaluerant; ne rebus tantum novis studere, & turbarum movendarum occasionem captare videretur: sed ea potius ad institutum novum accommodavit, quibus hominum ingenia jam assueverant, quam quæ novitate atque insolentia simpliciorum animos perturbare possent. Antiquos enim lavandi & convivandi ritus, qui cultus Judaici atque ethnici pars magna fuere, Christus in mysteria sua transtulit, & ad usus non multum dissimiles iis quibus olim inserviebant, in Baptismo & Cœna consecravit.

Apostoli etiam, ut reformatio illa molliter & sine strepitu procederet, multa Judæorum instituta, longi temporis usu confirmata, in Ecclesiam Christianam acceperunt. In horum numero censeri solent impositio manuum, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Excommunicatio, Ordinatio, aliaque doctis frequenter observata. Plura qui requirit, adeat, [a] *Grotium*, [b] *Sclaterum*, [c] *Thorndikium*, [d] *Hammondum*, alios, qui rem hanc copiose persequuntur.

Ecclesiæ Christianæ patres etiam, ut Judæos ad Christi partes lucrifacerent, eorum mores & instituta (quantum Oeconomiæ Christianæ ratio passa est) in sacrorum suorum numerum adoptarunt. Nam Christiani veteres, Epistolas Apostolorum, & post eas aliorum Episcoporum, in Ecclesia prælegebant; moris initio a Judæorum gente [e] sumto, qui legis aut Prophetarum partes aliquot in Synagoga recitabant; solenne illud [f] *Amen*, finitis jam precibus, a Christianis antiquis proferri solitum, a cognata Synagogæ consuetudine principium duxit: Christiani statas precum horulas observarunt, a Judæis antiquis deducta consuetudine: sponsores, baptismi testes, advocabant Christiani, morem a Circumcisionis Judaicæ [g] teste derivantes: antiqua standi consuetudo, dum preces conciperent, e prisca Judæorum religione in Christianorum sacra fluxisse creditur: Christianorum templa, in atrium, navim, & sacrarium distributa, ad templi Judaici exemplar formabantur: festa Paschatis & Pentecostes, a Christianis culta, cognatis Hebræorum festis nomen & originem acceptam debent: Christiani bina sua cujusvis hebdomadæ jejunia celebrarunt, [h] ne infra Judæorum pietatem subsiderent: Christiani etiam ad morem Judæorum, templa dedicandi, & dedicationis memoriam festo anniversario celebrandi, consuetudinem retinuerunt: & forsan סגן כהן הגדל *Vicarius Pontificis Maximi*, Suffraganeo illi, qui olim absentis Episcopi vicem supplevit, causam & exemplum præbuit: denique, Christiani veteres tot Hebræorum ritus, in formam vero novam mutatos, & in usum sacratiorem evectos exercebant; quasi Judæorum illud imbibissent, [i] *Messiam cum advenerit nihil rituum Mosaicorum vel exterminaturum vel immutaturum, ast omnes in splendidiorem formam & pompam promoturum atque evecturum.*

2°. A Gentilismo:

Secundo: rationem haud absimilem ineundam censuerunt, cum a Gentilismo mundum repurgare laborarent. Cum enim probe scirent, Gentiles eorum ceremonias inveteratas non ita statim dimittere potuisse, ad eorum infantiam se demiserunt, & eorum ritus, purgatos tamen & emendatos, ad sacra Christiana transtulerunt. Huic

[a] Hebr. 9. 10. a *Act.* 11. 30. & de *Imper. Sum. Potest.* c. 11. sect. 16. b In *Eutych. Origin.* p. 10, 11. & de *Synedr.* lib. 2. c. 13. c Lib. *de convent. relig.* passim. d Vid. *Hammond. Vindic. Liturg.* sect. 43. e Vid. *Grot. not.* in *Roman.* c. 2. 14. f *Just. Martyr. Apol.* 1. p. 96. 10. g Vid. *Eliam Levit.* in סנדק. h *Grot.* in *S. Luc.* 18. 12. i *Lightfoot. Hor. Hebr.* in 1. ad *Cor.* c. 12. v. 21.

veritati

veritati *Baronius* testimonium perhibet: [a] in *multis Gentilium* institutis *contigit*, *ut superstitionis* eorum usus, *sacris ritibus* expiatus *ac* sacro-sanctus redditus, *in Dei Ecclesiam laudabiliter* introductus sit. Baronio hac in re cum adversario suo convenit: *multa nomina*, inquit [b] ille, *superstitionis antiqua*, *multi ritus & ceremonia* in Ecclesia *retenta: sed pia adhibita interpretatione omnia in melius versa: planeque ut alicubi ait Beda, pertinaci paganismo mutatione subventum est, quum rei in totum sublatio potius irritasset.* Sic eidem opinioni subscribit [c] *Josephus Vicecomes*: *pro certo* habemus *ea omnia qua fidei non repugnabant, a nostris hominibus in Ecclesia exordio retenta esse; ut suave Christi jugum dura Dæmonis servitute oppressis facilius imponeretur.* Et [d] alibi, *libet*, inquit, *hoc loco veterum Patrum admirari prudentiam, qui principio nascentis religionis, cum Gentiles patrios ritus retinendi nimio plus amantes* essent; *ut facilius eos ab inanibus umbris & rancida superstitione ad novam legem veritatis & gratia transferrent, prater* mores *alios, hunc etiam* candidos calceos baptizatis dandi *retinuerunt.* Ad rem præsentem non minus accommodata [e] *Fortunati Scacchi* verba: *paulatim idololatria ritus, qui fidei non repugnabant, nec doctrina*, vel *majorum institutis; -- a profano ad sacrum usum transferentes, nostri Majores expiabant: & qua apud idololatras ratione cultus impia erant, apud fideles pietatem sacro usu induebant.* Laboris haud exigui tædium devorarem, si ritus omnes e Gentilismi desertis in hortum Ecclesiæ translatos enumerare conarer: actum etiam agerem, cum in hoc ubere dicendi campo, [f] *Polyd. Vergilius*, [g] *M. Antonius Marsilius*, [h] *Joannes Filesacus*, [i] *Heraldus*, [k] *Seldenus*, [l] *H. Morus*, aliique laboraverint. Ad eos itaque, bona sua cum venia, Lectorem amandabimus. SECT. IV.

QUA vero ratione vel auctoritate freti, Christiani Veteres tot spurios ritus in Ecclesiæ sinum receperint, e *Gregorii Magni* sermone conjecturam faciamus: [m] *idolorum fana in* Anglorum *gente destrui minime debent: sed ipsa, qua in eis sunt, idola destruantur; -- nam si fana eadem bene constructa sunt, -- a cultu Dæmonum in obsequium veri Dei commutari debent; ut dum gens ipsa eadem fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat, & Deum verum cognoscens & adorans, ad loca qua consuevit, familiarius concurrat. Et quia boves in sacrificio* & festo *Dæmonum multos occidere solent, debet his etiam hac de re aliqua solemnitas immutari: ut die dedicationis vel natalitio sanctorum* omnium, *-- tabernacula sibi circa ecclesias qua ex fanis commutata sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conviviis solemnitatem celebrent. Nec diabolo jam animalia immolent, sed ad laudem Dei in esu suo -- occidant, & donatori omnium de satietate sua gratias referant.* ——— Arte quadam tractandi sunt, & paulatim ad meliora ducendi: *nam duris mentibus simul omnia abscindere, impossibile esse non dubium est:* & ei *qui locum summum ascendere nititur, necesse est ut gradibus vel passibus, non autem saltibus elevetur. Sic Israelitico populo in Ægypto Dominus sequidem* manifestavit: *sed -- sacrificiorum usus, quos diabolo solebant exhibere, in cultu proprio reservavit*, & *eis in sacrificio suo immolare* præcepit: *quatenus cor mutantes aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent.* Adeo *ut etsi ipsa essent* sacrificia *quæ* immolare *consueverant, Deo tamen hac & non idolis immolantes, jam ipsa sacrificia revera non essent.*

TERTIO: pietatis & prudentiæ non absimile documentum edidit Ecclesia Anglicana, cum Papismi fermentum expurgare, & religionis reformationem inducere studeret. Religionem enim invenit sub rituum, antiquorum quidem sed inutilium, onere pene fatiscentem; & homines tot ceremonias, origine Judaicas aut ethnicas, exercentes, ut sub nomine Christiano Judæos aut ethnicos agere viderentur. Cum autem Ecclesia nostra, jure suo usa, reformationis operi manum admoveret, ritus equidem omnes superstitioni ministrantes, antiquitatis licet specie fucatos expurgavit; quasdam interim temporis antiquioris institutiones, hominum animis ex usu longo tenacius inhærentes, tolerare visum est. Nonnullas enim precum publicarum formulas, crucis & superpellicii usum, festorum aliquorum solennia, moresque alios nonnullos ad rerum sacrarum dignitatem conservandam aptiores, nova sanctione cohonestavit: & (ut paucis expediam) inter morosum vetustatis solius studium, & omnia novandi pruritum se mediam tenuit. Atque inde profectum est, quod Romanenses, antiquitatis [illegible] studiosi, in pios Reformatorum nostrorum manes debacchari soleant, quod ceremonias multorum seculorum usu firmatas aboleverint; ex adverso, Fanatici (uti au- 3°. A papismo [illegible]

a Not. in Martyr. Rom. Feb. 2. b Casaub. Exercit. 16. p. 391. c De Antiq. Bapt. ritib. l. 2. c. [illegible] p. 149. d Ib. lib. 4. c. 18. p. 350. e Myrothec. P. 1. cap. 7. col. 27. [illegible] f De Invent. rer. lib. 4 & 5. g Hydragiolog. Sect. 3. cap. 2. h Selecl. l. 2. c. 6. i Not. in Arnob. lib. 4. p. 199. k De Synedr. l. 1. c. 10. l Myster. Iniquit. P. 2. l. 1. c. 17. m Epist. l. 9. Ep. 71.

F 2 diunt)

SECT. V. diunt) plaustra conviciorum in Ecclesiam evomunt, quod instituta quædam retineat, quæ Romam olere, & quasi *bestiæ characterem* ferre perhibentur. Non est autem Ecclesiæ nostræ probri loco objiciendum, quod ritus aliquos, Romanensium usu receptos, in cultu publico tolerarit; cum nec Moses ab Ægyptiis, nec Christus a Judæis, nec Christiani veteres a Gentibus, mores aliquos indifferentes accipere dedignati sint. Notum enim omnibus, quibus vulgus notum, hominum plebem ad statum novum, nisi veteris speciem & colorem aliquem ferat, haud facile perducendam.

Illud liquido jam constare censeo, ad reformationem illam triplicem [a Judaismo, Gentilismo, & Papismo] promovendam, rituum nonnullorum veterum retentionem non parum valuisse. Idcoque difficile non est existimare, Deum, ut mundum a Zabiismo purgaret, ritus nonnullos usu veteri confirmatos in cultum suum transtulisse. Nam proculdubio tyrannus ille trium literarum (ita Mos appellari solet) imperium non minus absolutum in hominum animos olim, quam hodie, exercebat: nec facile quis credat, mundum in prima pueritia, melius quam ætate provectiore, de rebus judicasse.

SECT. V.

Ad sententiam nostram firmandam, alia nonnulla notæ minoris argumenta producuntur.

Ea argumenta quæ majoris momenti videbantur, in medium jam protuli, ad probandum, Deum, non uno molimine vel impetu manifesto cultum idololatricum abolere studuisse; sed ad mundi statum immutandum, lentis gradibus & quasi laneis pedibus processisse. Nempe ritus non paucos, usu longo receptos, in cultum proprium transtulit, & statum plane novum, sub specie quadam veteris induxit; adeo ut *dolo* (uti loquitur [a] Apostolus) Israelitas *cepisse*, eosque lentis & occultis artibus ad frugem perduxisse videatur. Quo vero sententiæ nostræ lucem & firmitatem paulo majorem conciliemus, alia nonnulla, sed notæ minoris, argumenta subjiciemus.

Arg. 1m. Horum primum hujusmodi est: lenis hæc & quasi insidiosa mores novos inducendi methodus magnam sapientiæ speciem præfert. Est enim hominum ingeniis apprime accommodata: sic enim a natura comparati sumus, ut blande circumveniri malimus, quam aperte cogi, & lenitatem quamvis fallacem quam vim manifestam libentius admittamus. Sic sunt hominum, præcipue vulgarium ingenia, quod si mores aut dogmata subito mutare cogantur, inique ferant, & pertinacia plerunque libertatis attentatæ dedecus ulciscantur. Quidvis antiquitatis specie fucatum devorat credulum & incautum vulgus, & citius arte quam argumento, tempore quam arte mutari solet. Hæc etiam cryptica res agendi methodus non minus Naturæ consuetudini, quam hominum naturæ consentanea est. Est enim arcanum naturæ, sensim & occulte res omnes immutare; & dum res novas molitur, eandem externam speciem retinere. Novi enim homines indies evadimus, dum formam & figuram veterem retinemus: & Natura sic per ambages & sinuosa molimina rem gerit, ut licet revera mutentur omnia, in statu tamen veteri permanere, vel saltem ab eo non multum recedere videantur. Methodum eandem Politicorum filii sæpe & centies exemplo suo comprobarunt: cum enim in regno novis omnibus revera student, vetera solent officiorum & privilegiorum nomina inviolata relinquere. Norunt scilicet populum nova omnia, nisi veterum speciem induant, animo suspicaci videre solitum; & seipsos citius per ambages, imo & moras quandoque ad scopum perventuros. Hinc *Taciti* illud, *arcanum novi status, imago antiqui*. Cum itaque cultus & status antiqui imaginem & speciem retinere, tam consultum sit; & populus non nisi methodis honeste fallacibus & sinuosis gradibus, ad leges novas amplexandas induci soleat; sapientiæ & pietati consentaneum est existimare, Deum ritus aliquos antiquos tolerasse, & pertinacem populum ad cultum novum, leniter & sub externa veteris specie perducere, studuisse. Quantum nobis de Dei rebus humaniter judicantibus intelligere datum est, nulla ratio felicior ad Israelitas a moribus antiquis ad legem cultumque suum convertendos iniri potuit.

a 2 Cor. 12. 16.

SECUNDO: nisi Deum ritus aliquos originis ethnicæ in legem cultumque suum admisisse concedatur, ratio solida reddi non potest, cur Hebræorum & ethnicorum sacra vetustiora tam belle convenirent. Hanc sacrorum affinitatem *Julianus* observavit: *ostendere vellem*, [a] ait ille, τοῖς ἔθνεσιν ὁμολογοῦντας Ἰουδαίους, *Judæos cum gentibus consentire, nisi quod illi unum tantum Deum credant. Illud enim ipsis quidem proprium est, a nobis alienum. Cæteroquin alia nobis cum iis communia sunt, templa, delubra, altaria, lustrationes, observationes quædam*, περὶ ὧν ἢ τὸ παράπαν οὐδαμῶς, ἢ μικρὰ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους *de quibus aut nullo plane modo, vel parum ab invicem discrepamus.* Inde venit, quod aræ, victimæ, liba, νουμηνίαι, & similia Judæorum instituta, στοιχεῖα τοῦ κόσμου ab Apostolo nuncupentur; [b] *nimirum, quia Judæis erant communia cum aliis gentibus: nihil in ipsis ritibus erat proprium Judæis.* SECT. V. Arg. 2[m].

UNDE factum est autem ut in rituum tot similium usu, Gentiles & Judæi tam amice conspirarent? Non me later quid responderi solet, Diabolum nempe Dei simium fuisse, gentiles etiam, κακοζηλίᾳ ductos, e Judæorum lege, tanquam ex archetypo, ritus suos descripsisse. Sed multa sunt quæ sententiam illam inter errores vulgares numerare suadent: nam (1°.) Gentiles tam longe aberant a Judæorum ritibus æmulandis, quod eorum ritus non minore contemptu, quam Judæi ritus ethnicos odio prosequerentur. Hoc e gentilium dictis & moribus manifestum est: nam *Cicero*, de Judæis & eorum sacris agens, *istorum*, [c] inquit, *religio sacrorum a splendore hujus imperii, gravitate nominis nostri, & Majorum institutis, abhorrebat:* Tacitus Judæorum ritus *tristes sordidosque* vocat: & eorum Poetæ de Judæorum sabbato vel circumcisione nunquam nisi in cachinnos soluti mentionem faciunt. Et Judæos διαβεβλημένους διὰ τὸ ξενίζον τῶν νόμων, *rejectos & contemptim habitos ob legum morumque insolentiam* testatur [d] *Origenes.* (2°.) Compertum est, non pauca fuisse legis instituta [Paschatis nempe celebrationem, Pontificis unius introitum in adyta, Sabbatorum ferias, anni Jubilæi & Sabbatici cultum, & alia similia] quorum nec volam nec vestigium in Gentilium antiquiorum sacris invenire licet. At proculdubio rituum & horum vestigia quædam in Gentilium cultu deprehendi possent, modo sacra sua omnia ad Hebræorum morem & normam componere studuissent. (3°.) Gentiles, siqua fides [e] *Eusebio*, non minus quam Judæi, ex Oraculi præscripto, ritus eorum omnes administrarunt. Extant enim apud *Eusebium*, Apollinis oracula non pauca, sacrorum ritus accurate præscribentia: hæc autem opinandi causam non levem præbent, ethnicos cultus sui ceremonias e Dei sui oraculo aliquo, non e Judæorum lege petiisse. Objectioni tacitæ occurritur.

TERTIO: e scripturis apparet, Israelitas in Ægypto natos, e longa consuetudine cum Ægyptiis, mores eorum penitus imbibisse, & inde, cœlo, non animo, mutato exiisse. Non est autem vel simile vero, Deum populo semipagano & moribus Ægyptiis educato, cultus vitæque rationem, nihil cum more pristino commune habentem, tradere voluisse; cum præsertim Ægyptii, præ aliis gentibus, eo seculo sapientiæ & opulentiæ gloria florerent, & omnes omnia bona de Ægypto & institutis Ægypti dicerent. Nam plebs rudis & inculta, moribus quibus ab ineunte ætate fuit innutrita, pertinaciter adhærere solet, si præsertim religione & hominum sapientum usum commendati veniant. Nec quicquam tot rixas & motus civiles peperit, quam præceps aliqua mutatio in legibus aut ceremoniis moris & antiquitatis auctoritate confirmatis. Politicorum itaque filiis non raro consultius visum est, mores & leges, parum commodas licet (si vulgi animis altius inhæserint) tolerare, quam abolere. Præ aliis autem gentibus, natura populum Israeliticum ingenio moris antiqui tenacissimo finxisse videtur. E multis enim Vet. Testamenti locis aperte constat, eos afflictiones licet innumeras expertos, ad mores antiquos se recepisse: cum etiam prophetæ populum illum ob vitam & cultum ad gentium imitationem compositum reprehenderent, se [f] patrum solummodo vestigia premere, & ritus avitos servare velle profitebantur. Hujus ingenii specimen in N. Testamento frequenter ediderunt: nam inde patet, id inprimis ussisse Judæos, eosque Christo & Apostolis tam infensos reddidisse, quod Seniorum traditiones & mores patrios insuper habere, & rebus tantum novis in religione studere viderentur. Cum itaque crassus & infelix ille genius teneret Israelitas, necesse pene fuit ut Deus eorum naturæ quasi morem gereret, & ritibus usu longo receptis, paululum emendatis, se coli pateretur. Vix expectandum erat, ut pervicax illa & inculta natio, majorum vesti- Arg. 3[m].

a Ap. *Cyril. Alex.* lib. 9. p. 306. b Vid. *Grot.* in *Ep.* ad *Gal.* 4. 3. & ad *Colos.* 2. 20. c *Orat.* pro *Flac.*
d Lib. 4. contr. *Cels.* p. 190. e *Præparat. Evang.* L. 4. c. 9. p. 145. f *Jerem.* 44. 17.

SECT. V. giis relictis, ad mores plane novos se statim reciperet, & legem sacrorum ab usu pristino prorsus abhorrentem pronius amplecteretur.

Arg. 4m. QUARTO: Deus ritus Mosaicos, necessitate quadam adactus, & pene invitus instituisse videatur. Hoc e vigesimo capite *Ezechielis* intelligi datur: ibi enim Deus Israelitis in memoriam revocat idololatriam illam qua sese olim in Ægypto polluerunt, com. 4, 7, 8. deinde, jura illa moralia, quæ iis Ægypto nuper egressis dedit, fuse memorat, vers. 10, 11, 12. Et quod illi statuta sua despicatui haberent, & ad gentium mores, naturam & consuetudinem suam exuere nescii, perpetuo redirent; com. 13, 14. Cum igitur, inquit, *statuta* illa *mea* (vitam obtemperantibus allatura) *post terga rejecissent, sabbata mea polluissent, & oculos ad patrum idola sæpius elevassent; ipse* tandem (populi protervi moribus pene fractus & fatigatus) *dedi iis statuta non bona, & judicia per qua non viverent*: ubi per *statuta non bona* leges rituales, sua natura prorsus inutiles, intelligendas arbitror: hoc enim suadet sermonis prophetici series, vis ipsa locutionis, & συμψηφος veterum non paucorum sensus. Sed si Scriptura tacuisset, ipsa ratio doceret, Deum pene coactum, & populo ut placeret, hujusmodi statuta ritualia tradidisse. Quid enim opus erat tanto ceremoniarum apparatu, tanto molimine, ut Deum colerent & propitium redderent? Sat constat, Deum cultum pompa & negotio plenum a Patriarchis minime requisivisse, eumque [ut naturæ suæ spirituali minime consentaneum] sub Evangelio plane repudiasse. Cum itaque Deus non sui sed populi gratia, cultum ritualem instituerit; neutiquam probabile est, eum ritus anomalos & a more recepto deflectentes iis componere voluisse. Nam cultus plane novus non minorem molestiam, quam cultus ille ritualis voluptatem, populo illi carnali attulisset. Sed nec illo argumento magis aperto constare poterat, Deum pene nolentem, cultum illum carnalem & operosum instituisse, quam si ritus ejus plerique, a populo potius quam Deo ipso excogitati, & iis relicti potius quam præcepti viderentur.

Arg. 5m. QUINTO: id etiam sententiæ nostræ veri speciem conciliat, quod scilicet apertum sit Deum cultus inter gentes usitati formam generalem in lege cultuque suo retinuisse. Nam,

(1°.) CULTUS antiquo gentium usu receptus *ritualis* erat, h. e. e ritibus constabat hominem tantum exteriorem exercentibus. Solebant enim Gentiles numina sua, fanis constructis, altaribus dedicatis, festis, pompis, ablutionibus, sacrificiis, & ejusmodi ceremoniis, cura maxima celebratis, venerari. Eo nempe totis viribus incubuit diabolus, egregius ille mentiendi & fallendi artifex, ut secula rudiora ceremoniis multifariis, exquisitæ religionis specie ritualque decoratis, a veræ pietatis cura & studio avocaret; & eam caliginem miserorum oculis offunderet, ut religionis totius proram & puppim in *infirmis & egenis* illis *elementis* collocarent. Cum autem cultus ille ritualis usu longo firmatus & altis radicibus defixus esset, haud proclive erat, eum ex hominum animis & moribus eradicare. Deo itaque visum est, religionem ritualem & [a] *legem mandatorum in dogmatis contentam* instituere: ut ad seculi consuetudinem descenderet, & συγκατάβασει illa protervum populi hebetis molliret ingenium, eorumque animos legi suæ conciliaret. Alias enim quid jam opus erat tanta rituum satragine, & religione tanto eum negotio exercenda; cum certum sit Patriarchas majore simplicitate Deum coluisse, & cultum plus pietatis habentem quam apparatus Deo magis arrisisse. Ut expediam paucis: cum populus Ægypto egrederetur, is erat seculi genius, quod religio e ritibus tantum conflata tunc passim obtineret; verisimile est itaque, Deum cultum etiam ritualem, sed reformatum, ob seculi morem nec facile nec tuto abolendum instituisse.

(2°.) CULTUS qui ante Legem vigebat, *splendidus* erat, & multo cum apparatu pompaque quadam regia peragebatur. Gentium enim numina, auro, argento, gemmisque tota collucebant, & eorum festa, aliaque solennia, multa cum pompa & strepitu magnifico colebantur. Eorum Deos ornatu singulari præluxisse, testantur *Dii aurei* & *argentei*, passim in *Pentateucho* memorati; testatur & *Baruch*, Cap. 6. vers. 16. *Atque ornant Deos ipsos, argenteos, aureos, & ligneos, tanquam homines, vestimentis.* Eorum etiam solennia, cum vociferationis, saltationis, jubilationis, & rituum similium pompa strepituque celebrata fuisse, satis indicant ritus in cultus vitulini solennitate præstiri. Nec facile dubitari potest, quin idola, omni genere cultus exornata, & ethnicorum sacra, tanta cum solennitate & elegantia peracta, magnam idololatriæ auctoritatem adstruerent, eique vulgi animos arcte devincirent. Si res hæc, satis per se probabilis, teste careat, audiamus [b] *Lactantium*, sic gentium fatuitatem egregie tradu-

[a] Ephes. 2. 15. [b] Instit. lib. 2. c. 6.

centem;

centem; *veniunt ad Deos non tam religionis gratia, quæ nulla potest esse in rebus corruptibilibus, quam ut aurum oculis hauriant, nitorem levigati marmoris aut eboris aspiciant: ut insignes lapillis & coloribus vestes, vel distincta gemmis fulgentibus pocula, insatiabili contemplatione contrectent: & quanto fuerint ornatiora templa, & pulchriora simulacra; tanto plus majestatis habere creduntur.* Ne itaque Israelitæ, cultus sui simplicitatem fastidientes, ad splendidiores gentium ceremonias deficerent, Deus sacris ejus & sacrorum ministris ornatum & nitorem addidit, qui cultus ethnici fucum & illecebras omnes facile superaret. Nihil decoris & elegantiæ, Tabernaculo, Templo, Arcæ, aliisque cultus Mosaici instrumentis deesse voluit, quod a natura vel arte mutuari poterant. Sacerdotes etiam vestibus arte inspirata factis exornari voluit, ut ornatus eorum [2] omnifarius populum percelleret, & eorum ministerio majestatem conciliaret. SECT. III.

(3°.) Cultus inter gentes antiquas obtinens, *externus* erat, qui nempe versus objectum aliquod visibile dirigebatur. Nam seculis illis rudioribus, cultus omnis, oculis in Deorum templa, simulacra, picturas, aut symbola conversis, peragebatur. Religio omnis a tardis & obesis temporum illorum animis evanuisset, nisi circa objectum aliquod occupata, quod oculis & manibus usurpare licuisset. Ex Hebræorum etiam verbis & moribus in historia sacra memoratis apparet, eos nihil majore contentione postulasse, quam ut symbolum aliquod numinis haberent, quo oculi sui inter colendum verterentur. Nisi objecti sensibilis adminiculo freti, se ad Deum erigere non norant infirmi crassique Hebræorum animi. Deus itaque ad populi morem & infirmitatem se demittens, Tabernaculum, Templum, & Arcam, visibilia præsentiæ suæ symbola renunciavit; & sacra omnia, coram symbolis hisce præstita, pro divinis officiis in nominis sui honorem peractis haberi voluit. Deus equidem crassa illa divinitatis symbola [statuas, lapides, picturas, alia] apud ethnicos usitata, penitus abdicavit; eo quod ethnicismum olerent, & in vulgi mentibus opiniones aliquas crassiores alerent: sed symbola quæ dixi, nulli crimini vel errori ansam porrigentia, instituere visum est, ut ad populi illius inertis captum descenderet, nec a seculi more vetustate confirmato recederet plusquam necessitas postulavit.

Cuivis hæc omnia momentis æquis æstimanti verisimile videbitur, Deum ritus aliquos antiquitus usitatos in cultu suo tolerasse, ne Israelitæ (recentes a paganismo) cultus Mosaici novitate offensi, ad antiquiores gentium ritus defectionem facerent, & Dei legem cultumque repudiarent.

CAP. III.

Firmatur hypothesis exemplis octo: quorum primum est: cultus Deo præstitus mediante Tabernaculo.

MULTA gentium antiquiorum religione recepta, in Hebræorum legem & cultum assumpta fuisse, testimoniis & argumentis non contemnendis me probasse censeo. Proximum est, ut hypothesi meæ firmitatem paulo majorem afferam, institutorum Mosaicorum exempla proferendo, quibus gentium usus causam & occasionem dedit. Ex iis itaque pauca de multis in medium feram.

Inter ea Tabernaculum locum primum habeat, in quo Deus per multos annos *ambulare*, & quasi circumferri dignabatur. Huic instituto mirabili, & συγκαταβάσει non sine stupore quodam recolendæ, causam præbuisse videtur seculi ruditas, & religio longo gentium usu confirmata. Nam (ut rei originem altiuscule repetam) Ægyptiis aliisque gentibus in more fuit, Deorum imagines, aut eorum symbola, in thensis, ναΐσκοις, aut tentoriis collocata circumferre; vel ut eos honore singulari colerent, vel ut eos haberent individuos viarum & periculorum suorum comites. Cum autem morem illum tollere, non ita promptum esset; Deo visum est, ad seculi morem & modulum se demittere, in Tabernaculo habitare, Tabernaculum etiam ministris ejus circumferendum tradere. Opinionis hujusce fundum do Prophetam *Amosum*, qui populi mores in Deserto referens, inter alia, *portastis*, inquit, *Tabernaculum Moloch vestri, & Chijun, imagines vestras, sidus Dei vestri, quæ fecistis vobis.* Quo vero lectori constet quantum hic locus causam meam adjuvet,

2 Τοῖς ἱερεῦσι ποικίλην περιέθηκε στολήν, τὸν μὲν λαὸν καταπλήττοντα, τῷ διαφόρῳ τοῦ σχήματος. Theodorit. in Exod. Qu. 60. p. 107. D

SECT. I. (1°.) Conabor lucis aliquid partibus ejus obscurioribus afferre, eoque libentius, quod norim, quicquid lucis textui huic allaturus sum, eum non tantum capiti huic, sed & aliis Operis hujusce partibus, multo cum fœnore redditurum.

(2°.) Hoc loco explicato, argumenta deducam inde, vim maximam ad sententiam meam firmandam habitura.

SECT. I.

Obscurus [a] *ille, si quis alius,* Amosi *locus in antecessum explicatur.*

Ut locus ille Prophetæ plenius intelligatur, opus est ut de verborum sensu, ordine, cohærentia, & historica veritate, ἐν παρόδῳ differamus.

De verborum sensu. Quo verborum sensum, involutum adhuc, felicius explicemus, usus exigit, ut eorum, prout in fonte fluunt, ordinem & seriem prosequamur. Cum enim textus ille tanta caligine sit involutus, vix est ut sensum inde genuinum elicere possimus, nisi voces omnes ordine & sigillatim expendantur. Ordiamur itaque a voce

ונשאתם Hæc autem a radice נשא significatum duplicem habente, derivatur. Nam vox ea nonnunquam simpliciter *portare* vel *gestare* denotat: nempe *Exod.* 28. 29. [b] ונשא *& portabit Aaron nomina filiorum Israel.* Atque hunc sensum probat *Vulgatus*, per *portastis* & *Chaldæus*, per ונטלתון hoc verbum reddens. Nonnunquam radix illa, *sublime ferre, elevare, in humeros sublatum ferre,* & *cum pompa quadam gestare*, significat. Hæc notio voci huic maxime propria videtur, unde & a סבל differt, quod simpliciter *ferre* seu *bajulare* notat: ideoque vox ea per ἀνελάβετε, *sursum tulistis*, a Græcis interpretibus consulto redditur. Hoc in loco sensum utrumque huic voci tribuendum censeo; nam e multis veterum testimoniis alibi proferendis aperte constat, ethnicos aliquando Deos suos in loco secretiori positos, tanquam genios quosdam tutelares secum asportasse, quandoque vero numina sua in humeros eorum suscepisse, vel in thensis aut lecticis, multa cum pompa & processionis ritu circumtulisse.

Sed (ut quod res est eloquar) vox ea non tantum sensu jam dicto literali capienda est, ut scilicet Israelitas non minus Molochi quam Dei tabernaculum suscepisse denotaret: nam si Propheta sic intelligatur, sudabit satis qui locum a sensu prorsus absurdo & rationi repugnante liberare, vel *Amosum* cum *S. Stephano* conciliare, conabitur. Nam [c] *S. Stephanus*, LXX secutus, hunc *Amosi* textum sic vertit, ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν· Ex *Amoso* itaque, modo liberaliter intellecto, sequetur, Israelitas non tantum Molochi tabernaculum, sed & ipsum *Chijunum*, in humeros suscepisse; & e *S. Stephano*, eos non tantum Molochi simulacrum, sed & stellam *Remphan*, in manus accepisse: nam eo consilio verba Prophetæ citat *S. Stephanus*, ut probet Israelitas *cæli militiæ* [i. e. Soli, Lunæ, & Syderibus] cultum in deserto tribuisse. Hæc incommoda facile vitemus, modo phrasi huic [*sustulistis Tabernaculum*] sensum etiam figuratum tribuamus, nempe ut honorem illum insignem exprimat, quo *Moloch*, *Chijun*, *Remphan*, stellas, & imagines Deorum, habebant Israelitæ. Neque novum est, ut externa cultus aut honoris signa, figurate, pro ipso cultu & honore cujus signa sunt, in scripturis usurpentur. Eo sensu *genuflectionem in nomine JEsu* sumpsisse creditur Apostolus, ad *Philip.* 2. 10. Aliud exemplum cum instituto præsenti magis conjunctum præbet 2 *Reg.* 17. 30. ubi Babylonii *fecisse* dicuntur סכות בנות *Tabernacula filiarum* aut [d] *puellarum*; h. e. Deas quasdam ethnicas coluisse, in earum honorem sacella struentes & sacra celebrantes. Ut operæ compendium faciam: modo phrasis hæc, *portastis Tabernaculum*, pro varia ratione partium textus, nunc figurate, nunc literaliter intelligatur, totus hic locus explicationem facilem habebit & expeditam.

Gradus jam promovendus est ad verba proxima; את סכות quæ LXX τὴν σκηνὴν interpretantur. Hinc autem ansam opinandi capiunt aliqui, LXX paulo aliter legisse, & hodiernum סכות pro veteri סכות substitutum fuisse; facili lapsu, si præsertim Scriba quis antiquior exemplari usus esset characteribus vetustate obscurioribus aut exolescentibus exarato. Sed hac de re non est quod multum laboremus: nos *S. Stephani* & Seniorum auctoritate freti, vocem hanc σκηνὴν seu *Tabernaculum* securi reddimus; quin & interpretum pene omnium consensu ducti, hanc σκηνὴν de loco seu receptaculo quo

a Cap. 5. 26. b *Targ.* ויטול c *Act.* 7. 43. d Græci deam *Proserpinam* κόρην i. e. *Puellam* appellabant.

Moloch

Moloch inclusus gestabatur, fidentes intelligimus. Interea loci, de σκηνῆς illius forma vel figura, sententia non una (nec prorsus diversa tamen) doctorum animos occupavit: nam, SECT. I.

PRIMO: sentiunt aliqui, σκηνῆς aut סכות nomine hic venire (ναΐσκους) ædiculas aut capsulas ad templi similitudinem efformatas, huc & illuc (una cum simulacris inclusis) facile transferendas. Hæc sententia patronos invenit eruditos, [a] *Grotium*, [b] *Hammondum*, [c] *Johannem Gregorium*, alios. Neque hæc opinio probabilitate sua carere videtur: nam,

(1°.) CAPSULÆ illæ, simulacra parvula continentes & ad effigiem templi factæ, idololatriæ veteris instrumenta fuerunt, usu frequente trita. Hoc multis veterum testimoniis evinci posset, si [d] *Casaubonus*, [e] *Grotius*, [f] *Hammondus*, & *Gregorius* jam dictus, hanc provinciam non præoccupassent. Neutiquam itaque credibile est, Israelitas (insatiabiles illos idolorum cultores) tam insignibus & usitatis idololatriæ signis & instrumentis carere voluisse, qui nullos ritus, nulla Deorum monstra, flagitia nulla cum idololatria conjuncta recusarunt. (2°.) [g] *S. Lucas* memorat ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, ædiculas aut thecas argenteas, effigie templi factas, quibus Dianæ (i. e. Lunæ) simulacra recondebantur; quas etiam Gentiles, ad abigenda maleficia, vel obtinenda fortunæ bona circumferebant. Est itaque consentaneum existimare, Gentiles eodem consilio ductos, σκηνὰς aut ædiculas, imaginem Solis inclusam continentes, secum gestare voluisse, easque per σκηνὰς τοῦ Μολὸχ (i. e. Solis) hic intelligendas. (3°.) Cum vocabulum hic usurpatum (סכות) plurale sit, adeoque populum multa Molechi tabernacula gestasse denotet; consultum videatur vocem illam de parvulis delubris, aut capsulis tentorii sacri formam imitantibus interpretari. Non patitur enim historiæ sacræ silentium, nec rei ipsius improbabilitas, ut Israelitas in deserto multa grandiora Tabernacula, in honorem Molochi, circumtulisse censeamus.

SECUNDO: hoc in animos inducunt alii, templum nempe vel tabernaculum aliquod grandiusculum, e levi & portatili materia fabrefactum, hic intelligendum. *Chaldæus* in ea sententia fuisse videtur, sic textum explicans, *& portastis bini Tabernaculum Moloch*, &c. Hoc & [h] *Seldeno* visum: cum enim in τοῦ *Siccuth* mentionem incideret, *Tentorium*, inquit, *erat, quod circumferri potuit, & in quo Molochi effigies: nam & diserte meminit Philo apud Eusebium* ναοῦ ζυγοφορουμένου, *id est*, fani portatilis, *magni Phœnicum Dei quem Agroten vocabant*. In eandem sententiam concurrunt auctores illi qui Dei tabernaculum ansam idololatris, eorum etiam tabernacula instituendi & circumferendi præbuisse sentiunt: oportet enim ut Molochi tabernaculo aliquid molis tribuant, ne ab exemplari suo, Dei tabernaculo, nimis discrepare videatur. Huic opinioni fundum præbere creditur ethnicorum consuetudo, qui Tabernacula & Templa illa portatilia frequenti in usu habuere. Moris hujusce vestigium haud obscurum nobis exhibet Græcorum versio, 2 *Sam.* 7. 23. ubi verba Davidis (*a facie populi tui quem redemisti tibi ex Ægypto, gentibus, & Diis*) sic illi transferunt, τοῦ ἐκβαλεῖν σε ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ σου, οὓς ἐλυτρώσω σεαυτῷ ἐξ Αἰγύπτου, ἔθνη καὶ σκηνώματα. Ideo vero *Deos* exponunt per σκηνώματα *Tabernacula*, quod in iis ethnici Deos eorum colere solerent & circumferre. Hujusmodi σκήνωμα, vel portatile tabernaculum sibi fieri curavit [i] *Constantinus*, ut illud, in bellum profecturus, circumferret; & in eo (non idolo, sed) Deo cultum exhiberet. Ethnicos etiam ædiculas quasdam, templi formam & effigiem exprimentes, & Deorum suorum simulacra continentes, habuisse, easque plaustris aut sacerdotum humeris elatas non raro protulisse, satis probavit [k] *Doughteius* nostras, variis ex *Herodoto*, *Diodoro Siculo*, & *Xiphilino*, productis testimoniis. Eo itaque se conferat lector, in hoc argumento curiose versari cupiens.

TERTIO: visum est aliis, hic *Siccuth* nomine *Thensas* aut Lecticas intelligendas. Erat autem *Thensa*, [l] vehiculum aut ferculum argenteum vel eburneum, velo sæpe coopertum, quo simulacra Deorum, in pompis imprimis, efferebantur. Atque hanc sententiam [m] *Lud. de Dieu* calculo suo non indignam duxit: nam hunc textum explicans, סכות *recte per* σκηνὴν *a Luca versum* docet, *quia tentoriis & thensis Deos circumferre antiquissimo ritu solebant idololatræ*. Sic & [n] *Seldenus* noster rem præsentem intellexit: nam, de Siccuth loquens, inquit, *Aquila vertitur* συσκιασμοί, *id est*, Umbracula; *Symmacho, LXX, & D. Luca*, σκηνὴ, *quod, ut* σκήνωμα, *pro delubro sumi potest. Lecticam potius in*

a *Annot.* ad *Amos.* c. 5. 26. b In *Act.* 7. 43. c *Not. & Observ.* cap. 11. d In *Act.* 19. 24. e In loc. cund. f Ub. supr. g *Act.* 19. 24. h De *Dus Syr. Synt.* 1. cap. 6. p. 191. i Vid. *Socr. Hist. Eccles.* L. 1. c. 18. p. 48-49. k *Analect. Sacr.* P. 2. *Excurs.* 59. l *Vehitur simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra.* Macrob. Sat. l. 1. cap. 23. m *Animad.* in *Act.* 7. v. 43. p. 65. n De *Dus Syr. Synt.* 1. cap. 6. p. 190.

SECT. I. *qua portabant numinis, id est, Molochi imaginem intelligo; nam* נשאתכם *interpretantur LXX,* ἀνελάβετε, *id est,* in manus sumebatis, ut portaretis; -- *quod certe, ad imagines in lecticis aut thensis circumlatas optime referas.*

Quænam e sententiis hisce tribus verior est, nobis a Mosis ætate tam longe remotis non licet expedire: nec operæ pretium est peculiarem formam τῦ סכות curiosius investigare: cum præsertim apud omnes constet, hac voce receptaculum aliquod intelligendum esse, quo *Molochi* simulachrum circumgestabatur.

מלככם *Molochi vestri.* De genuina vocis hujus origine & notatione [a] alibi forsan ad satietatem dixi, eamque *Deum* simul & *Regem* notare, manifestum feci. Id unum itaque provinciæ jam susceptæ ratio postulare potest, ut ostendam brevi, quis ille Deorum aut Regum fuit quem Israelitæ in Deserto sibi proprium dicarunt, & *Molochi* titulo coluerunt. Hoc equidem non adeo facili negotio expediendum, cum vox hæc, apud Ægyptios Martem, apud Phœnices Saturnum, apud Ammonitas regem aliquem præ cæteris illustrem significaret. Sed si res tam obscura conjecturam ferret, existimarem Israelitas hoc nomine Solem immediate & *præcipue* coluisse. Cum enim Sol rerum sublunarium præses sit, & inter astra, quibus *militia* nomen datum est, ordinem & locum quasi ducis aut regis teneat; nomen *Molech*, regem denotans, ei merito convenire videatur. Deinde: S. *Stephanus* hunc ipsum *Amosi* locum citat, ut Israelitas *cœli militiæ* cultum divinum tribuisse probet: par est itaque ut *Molechum* de Sole, stellarum principe, dictum existimemus. Præterea: *Psalmista*, verba de cœlis habens, inquit, [b] *Soli posuit tabernaculum in iis:* his enim ad insaniam Gentilium religiosam alludere, eamque tacite sugillare videtur, qui Solem (cui Deus in cœlis tabernaculum posuit) in angustiis ipsorum σκηνώματι circumferre studebant, eumque hac ratione non tam colebant quam dehonestabant. Sed hac in re nimius forte videar, cum vel inde suspicari liceat, Israelitas Solem ut cœli מלך aut *regem* coluisse; quod Luna, [c] *soror Phœbi*, a [d] Gentilibus & [e] Israelitis מלכה *cœli regina* diceretur.

Quamvis autem Israelitæ Solem *præcipue*, nomine Molechi, colerent; non est absurdum opinari, clarum aliquem Ægypti regem (forsan Osirin) hoc etiam vocabulo denotari. Nam *Osiris* rex olim Ægyptius erat, de patria sua præclare meritus, cujus animam in [f] Solem abiisse credebant Ægyptii, quem etiam in Sole religione præcipua venerabantur. Hujus etiam vocabuli (מלככם *Regis vestri*) sensus atque emphasis opinari suadent, Israelitas hac superstitione imbutos in Ægypto illius odorem in Deserto servasse, & *Osirin* hunc peculiari *Regis sui* titulo coluisse. Hoc & eo probabilius, quod [g] *in Ægyptum cordibus eorum reverterentur*, Ægypti mores, ollas, Deos, toti spirarent, & (quod statim ostendimus) alium Ægypti regem, Remphan aut Remphis dictum in stella *Chijun* vel Saturni, colerent. Jam ex improviso pene deventum est ad verba proxima,

ואת כיון *Et Chijun.* Hoc idolum, non nisi semel in Scriptura memoratum, variis conjecturis occasionem administravit. Eas autem omnes ambitiose colligere vel refutare nil opus est, cum Israelitas eo nomine Saturnum coluisse, luculentis argumentis evinci, ne dicam, demonstrari possit. Nam,

(1°.) Testatur Aben-Ezra *Chijun* esse Saturnum, & hoc illi nomen inditum apud Persas & Israelitas. Illius autem testimonium eo minus falsi suspectum habeo, quod in [h] *Etymologico* quodam *Persico-Turcico* quod ex Oriente Cl. *Golius* attulit, cui nomen *Danistan*, in Cap. primo, ubi nomina stellarum enumerantur, כיואן pro *Saturno* recenseatur. Et viri docti testatum faciunt, in Lexico illo Arabico copiosissimo, cui titulus *Camus*, כיון explicari per זחל *Zohalo*, celebre satis apud Arabes Saturni nomen. Saturnum Syris etiam alias כאון *Cevan* dici, nos docet Cl. [i] ille linguarum Orientalium mystes.

(2°.) Sententiam hanc firmant & illustrant voces illæ Punicæ apud [k] *Plautum*, in hunc modo integritati suæ pristinæ a *Petito* restitutæ, תמונה שאל וחק *imago quæ Deus est & sculptile: &* מוני לכיון *Imago Chijuni.* In quæ verba sic tandem annotavit auctor ille: *certe quæ hic dicitur* מוני לכיון *scena præcedenti appellatur* תמונה שאל וחק. *tessera quæ imaginem Saturni expressam habet. Est quippe apud Phœnices,* אל *Græcorum* Κρόνος, *Saturnus.* Postremis hisce *Petiti* verbis fidem affert *Damascius*, in *Isidori* vita, ubi inquit, Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρόνον Ἢλ καὶ Βὴλ ἐπονομάζουσι

a Lib. 2. cap. 13. Sect. 1, 2, 3. b *Psal.* 19. 5. c *Apul.* lib. 11. *Metamor.* p. 358. d Κλῦθι θεὰ βασίλεια, φαεσφόρε, δῖα σελήνη. *Orph.* ad *Lunam.* e *Jerem.* 7. 18. f *Euseb. Præpar. Evang.* lib. 1. c. 9. & l. 3. cap. 11. g *Act.* 7. 39. h Vid. *De Dieu in Act.* 7. p. 66. i *Pocock. Hist. Arab.* p. 390. k *Pænul. Act.* 5. *Scen. Punic.* 1, & 2. l *Misol.* lib. 2. cap. 2.

(3°.) Hanc

(3°.) Hanc fententiam paulo firmiorem reddit illa fignificationis affinitas quæ inter nomina illa, *Saturnus* & *Chyun*, intercedit. Nempe *Chyun*, ex ufu Perfarum, *Dominum magnum* notat, כיואן enim a כיא talem Dominum fonat. Et verbum סטר (unde *Saturnus* oritur) in derivatis ab eo, Regem, Proregem, Dominatorem aut Satrapam, apud Chaldæos, * Syros, atque Arabes, non infrequenter fignificat. Huic afferrioni roboris aliquid affert nomen סטרנין fummos regni [a] præfectos notans, in quo *Saturni* literæ fingulæ repetiantur. Fateor interim eos non plane negligendos effe, qui vocem illam arceffunt a Chaldæorum סטר quod *deftruere* fignificat, ut Saturnus idem denotet quod Ἀπολλύων, Rev. 9. 11. Sect. I.

(4°.) Saturnum nomine *Chijun* cenfendum effe, fuadet verfionum antiquarum fides. Nam *Theodotio Chyun* ἀμαύρωσιν *obfcuritatem* [b] reddit; *Theophylactus*, ad *Act.* 7. σκίασμα, & [c] *Scholiaftes* σκοτεινόν. Hujus autem verfionis nulla tam commoda ratio reddi poteft, quam quod ftellam Saturni, quæ ob fummam a nobis diftantiam obfcura eft admodum & oculorum pene aciem fugit, nomine *Chyun* intelligendam exiftimarint. Nam *Achilles Tatius* in *Ifag.* hac de caufa fydus illud ἀμαυρότατον appellat, & nonnulli ab Hebræorum סתר *texit*, *abfcondit*, *occultavit*, Saturnum petunt; prout & alii nomen ejus Κρόνος, a Syrorum כורנא (quod *atroris* notionem habet) ob fyderis illius afpectum tenebricofum & fummam obfcuritatem, derivandum fentiunt. Nec ab his diffentit *Latii* nomen, aftro Saturni a *latendo* datum.

(5°.) Veteres Orphicæ theologiæ confulti, notante [d] *Lilio Gyraldo*, Bacchum fphæræ octavæ præfecerunt, & inde *Perikionium* eum appellarunt. Cur autem Bacchum, illius fphæræ præfidem, *Perikionium* nuncuparent, nemo facile dixerit, nifi quod fphæra octava Saturni fphæram ambiret, & Bacchus, (circa fphæram τῶ כיון *Cion* aut Saturni collocatus) inde περικιόνιος diceretur. Hoc argumentum me [e] Cl. *Bocharto* debere, non ingratus agnofco.

(6°.) *Chyun* id ipfum effe quod Saturnus, hinc etiam innotefcat quod LXX, cum in Ægypto fcriberent, loco *Chyun*, nomen Ægyptium Ῥεμφὰν fubftituerint; ut fcil. eorum verfionem ad captum & guftum Ægyptiorum, qua licuit accommodarent. Eo vero nomine Saturni ftellam Ægyptiis antiquis innotuiffe, probat Alphabetbum Ægyptiacum, ante annos aliquot a [f] *Kirchero* luce publica donatum. Nam in eo, Planetarum nomina hoc ordine fcripta & explicata reperiamus; Πιρη Sol, Πιοh Luna, Ρηφαν Saturnus, Πιζευς Jupiter, Μολοχ Mars, Σουρωθ Venus, Πιερμης Mercurius. Rei hujufce, perobfcuræ antea, fignificatio, magnam huic loco lucem præbuit, & interpretes omnes, mifere laborantes & impeditos antea, ftatim explicavit. Hinc enim aperte conftat, interpretes Græcos Chijun & Remphan pro ἰσοδυναμοῦσι habuiffe, & Remphan in locum τῶ *Chijun* in *Amofo* fuffeciffe; quod id etiam Saturnum fignificaret, & apud Ægyptios magis in ufu verfaretur.

Object.

Unum quod hic objici poffit, & lectorem fufpenfum teneat, breviter enodabo: hoc nempe fragmentum (uti creditur) Ægyptiacum, temporum recentiorum figmentum effe, nec quicquam veteris Ægypti continere. In eo enim Mercurius, Πιερμῆς, Jupiter, Πιζεύς, & Sol, Πιρή, dicitur; cum Jovem *Ammun*, Mercurium *Thoth*, & Solem *Ofirin*, ab antiquis Ægyptiis appellatum fuiffe, ne pueros fugiat. Ideoque *Remphan* olim apud Ægyptios Saturnum indicaffe, temere colligitur e fidei tam fubleftæ vel incertæ teftimonio.

Sed hæc objectio caufam meam magis minatur quam lædit. Fatendum eft enim, nonnulla Planetarum nomina, in Catalogo jam dicto recenfita, Græcam originem olere: [g] fub Ptolemæis enim fermo Græcus tam altas in Ægypto radices egit, quod tandem Coptorum dialectus multo plures haberet voces Græcas quam Ægyptias. Hoc autem non obftat quo minus aliqua fuperfint hodie veteris Ægypti vocabula, & nonnulla Planetarum nomina [Remphan inprimis] ad originem Ægyptiam referantur. Si quis hoc inficias iverit, rationem reddere non potis eft, cur *Remphan* in locum τῶ כיון fuffectus fuerit, nifi veterem cantilenam, de codice Græco vel Hebræo, Librarii alicujus incuria, mifere depravato, nobis occinat. Sed progredior:

כוכב אלהיכם *Stellam Dei veftri*. Illa fenfus incerti vocabula variis doctorum fententiis materiam adminiftrarunt. Nam,

* Vid. *Pocock.* not. in *Specim. Hift. Arab.* p. 390. a Vid. *Caftell. Lex. Heptaglot.* in voc. סטר b *S. Hieron.* in *Amof.* 5. T. 3. col. 1422. c Vid. *Scholiaft. Græc.* in *Act.* 7. d *Syntag.* 7. de *Baccho.* &c. Tom. 1. col. 238. A e *Geogr. facr.* P. 2. L. 1. cap. 18. col. 443. 10. f *Lexic. Copt.* p. 49. & Vid. *Prodr. Copt.* p. 147. g Vid. *Boch. Phaleg.* P. 1. col. 58, 59.

H 2 (1°.)

SECT. I.

(1°.) NONNULLI כוכב *stellum*, non proprie, sed figurate capiendam sentiunt, pro simulachro nempe quo stellæ natura vel figura repræsentabatur. Nam observante [a] *Grotio, gentium in Oriente simulucra pleruque, Solem, Lunam, Saturnum, Venerem aut ustrum aliud* referebant; *& quidem ea hominum opinione, ut crederent deductum magicis quibusdum ritibus spiritum ab ustris in simulacris morari, atque ibi vim suam exerere bono illu simulacru venerantium.* Hoc more veteri factum testatur [b] *Maimonides*, primos idololatriæ progressus referens. De tali simulacro, in stellæ alicujus honorem facto, nonnulli vocem כוכב libentius interpretantur, qood necesse sit ut vox illa pluralis צלמיכם ad Molechum & aliud aliqood simulacrum referatur; quod etiam Israelitæ stellam hic *portusse* dicantur, quod de stella proprie sic dicta nemo sanus intellexerit. In hanc itaque sententiam fertur *Chaldeus*, sic textum explicans, *& Kiun imaginem vestram, sydus idolum vestrum, quod fecistis vobis.*

(2°.) ALII *stellam* hic sensu proprio & maxime frequenti sumendam sentiunt, & *Amosum* has voces eo consilio præcedentibus addidisse, ut quis esset iste *Chyun* (melius forsan Arabibus notus quam sui temporis Hebræis) explicatius indicaret; ut nempe *stellum* esse doceret, quam Israelitæ (morem Ægypti servantes) Dei vice colebant, & in qua virum aliquem, olim bene meritum, & in Deos relatum adorabant. Nam stellam pro Deo colere, apud Ægyptins & alios in morem tam frequentem abiit, quod ἀστὴρ, [1] *Oro* teste, παρ' Αἰγυπτίοις, γραφόμενος, Θεὸν σημαίνει·

Object. NON dissimulandum est interim, quin e verbis hoc sensu sumptis, dissidii nonnihil inter *Amosum* & S. *Stephanum*, hæc verba citantem; oriri videatur. *Amosus* enim Israelitas *Chyun stellum Dei sui*; S. *Stephanus* eos *stellam Dei sui Remphan* aut *Chyun*, coluisse dicat: adeo ut Propheta *Chyun* & *stellam* confundere, B. Martyr *stellum* & *Remphun* aut *Chyun*, tanquam duo diversa, separare, censeatur.

Duplici responso solvitur. 1m. HOC autem dissidium duplici responso componamus: primum nobis suppeditat [c] auctor literis orientalibus instructissimus, his verbis: "sicut stellam Saturni dicimus, "quæ est ipse Saturnus; -- fluvium Euphratis, qui est ipse Euphrates; [d] sculptilia Deorum, quæ sunt Dii sculptiles, expansum cœli, cœlum ipsum expansum; stellam Jovis, quæ est ipse Jupiter; ita *Amosi* illud, *vos portastis Kiun, stellam Dei vestri*, ipsissimum illud S. *Stephani* est, ἀνελάβετε τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, Ῥεμφάν· Cum autem huic responso non adeo fidenter adhæreret, statim subjungit; "fateor etiam, me multum dubitare, an "illud S. *Stephani* Ῥεμφὰν conveniat genitivo casu cum τοῦ Θεοῦ; an potius accusativo, cum "τὸ ἄστρον: nam præterquam quod terminatio Arabica id innuat, eadem tum erit constructio in Græco quæ in Hebræo, etsi dictionum situs variet.

2m. QUAMVIS autem huic responso laudem debitam detrectare nolim, hunc nodum multo promptius hoc modo solvendum arbitror. Gentes antiquiores id moris habebant, ut Reges & Reginas eorum præclare meritos in astra consecrarent, ipsorum nomina astris ipsis assignarent, iis etiam, in astris, & simul cum astris, honores divinos impertirent. Gentes reges in astris consecrare solitos, nos docet *Sunchuniuthon*, historicorum ethnicorum antiquissimus. [e] Eo enim auctore, Phœnices regem קרן Κρόνον in eam stellam consecrabant quam Græci, a Phœnicibus edocti, Κρόνον, Latini Saturnum appellabant. Sic Astarte in stellam Veneris, Osiris in Solem, Isis in Lunam, Hammon in Arietem, Derceto in Piscem, *Remphan* aut *Remphis* [Ægypti rex inclytus] in stellam *Chyun*, a suis consecratus est: [f] Babylonii etiam stellam, cui Σεχὲς nomen, Hermeti, ceu propriam dedicarunt. Gentes etiam pleræque regum & heroum appellationes, ipsorum stellis frequenter imposuerunt. Huic mori *Joannes Philoponus* [g] testimonium satis apertum perhibet: Ἕλληνες τῶν ἀπλανῶν ἄστρων ἄλλοις ἄλλων θεῶν ἢ δαιμόνων ἢ ἡρώων, — λόγου παντὸς καὶ αἰτίας χωρὶς, ὀνόματα ἀνέθηκαν· *Gentiles stellas non erruntes, uliis atque uliis Deorum dæmonumve aut heroum nominibus, citra rutionem causamque dedicurunt.* Stellas etiam errantes, aut Planetas, Deorum ethnicorum nominibus insignes fuisse, res notior est quam ut probationem desideret. Neque Gentes Deorum suorum nomina tantom stellis imponebant, sed eos una cum stellis adorabant, oculorum obtutus ad stellas, tanquam corpora Deorum suorum spiritibus animata, recta dirigentes. Ex his itaque non difficulter intelligi possit, cur *Amos*, Israelitas *Chyun, stellam Dei sui*; S. *Stephanus* eos *stellum Dei Remphun* aut *Chyun*, coluisse dicat: Æ-

a *Not.* ad *Jer.* 10. 3. & *Es.* 24. 21. b Lib. de *Idololat.* c. 1. §. 3. c *De Dieu not.* in *Act.* 7. 43. p. 70, 71. d *Jes.* 21. 9. e Vid. *Grot.* ad *Exod.* 20. 3. f Σεχὲς, τοῦ Ἑρμοῦ ἀστὴρ, Βαβυλώνιοι. *Hesych.* in voc. g De *mund. creat.* l. 7. c. 14.

1 Vid. *Hor.* — *Apoll. Hieroglyphic.* cap. 13.

gyptii

gyptii nempe *Remphan* aut *Remphin* [fame clarioris in Ægypto regem a *Diodoro Siculo* memoratum] in *Chyun*, ftellam Saturni, confecraffent: & Ifraelitæ femper in Ægypti morem proniores, nunc ipfum *Remphan*, nunc ftellam ejus, ounc utrumque fimul, religione fingulari venerati funt. Ne hæc conjectura temere facta cenfeatur, legi velim quæ de hoc Ægyptio rege, [a] *Lud. Cappellus* in hunc Amofi locum annotavit. SECT. I.

(3°.) QUIDAM de ftella vera כוכב intelligunt, fed אלהיכם tanquam cafus accufativi nomen expooendum arbitrantur: ut fenfus fit, *fuftuliftis tabernaculum*, vel honoraftis, *Moloch*, *& Chyun ftellam Deum veftrum*. Nempe, ut innuat *Amos*, Ifraelitas *Chyun* vel Saturnum, præter cæteras ftellas: fibi ipfis amicum & propitium exiftimaffe, ideoque jure quafi peculiari ftellam illam fibi vindicaffe, & zelo præcipuo coluiffe.

NULLAM e tribus illis expofitiooibus colore fuo deftitutam, nec plane rejiciendam effe cenfeo.

צלמיכם *Imagines veftras*. Nondum fatis inter Doctos convenit, quonam hoc plurale vocabulum referri debet. *De Dieu*, loco jam laudato, Prophetam *imagines* [in plurali] dixiffe fentit, *quia* סכות tabernaculum *non tantum locus erat & receptaculum in quo Moloch inclufus geftabatur*, -- *fed & ipfum idolum erat*, *quippe imago cæli*, *in* [b] *quo Sol* aut *Moloch*, -- *tanquam in tabernaculo continetur*. Cum autem fæpe legantur Ifraelitæ, Solem, Lunam, & Sydera, nunquam autem cœlum ipfum pro idolo habuiffe; vero multo propius exiftimetur, *Amofum* io plurali numero locutum fuiffe, quod Molochi in tabernaculo circumlati, & *Chyuni* in imagine repræfentati mentionem fecerat. Gentes enim non tantum Deos fuos alios, fed & ftellas, in imaginibus ipfarum nomine donatis, adorabant & circumferebant. Sed hunc nodum facilius forte fecare poffimus quam folvere, dicentes, צלמיכם non ad *Moloch* & *Chyun*, fed alias aliquas imagines, refpectum gerere; cum olim vox ea ו copulativum præfixum habuerit, quod jam temporis injuria defideratur. Hujus enim particulæ copulativæ memoriam retinet exemplar Alexandrinum, cujus Auctor vocem צלמיכם per *καὶ τύπους ὑμῶν* interpretatur: & lectio illa (quod alibi notamus) *Origenis*, ita [c] legentis, auctoritate confirmatur. Hanc etiam lectionem noo parum confirmat ratio: cum enim ex hoc loco pateat, Ifraelitas in Deferto quævis alia cultus ethnici objecta vel inftrumenta [*σκηνὴν* vel tabernaculum, Molechi fimulacrum, Chijun, Remphan, Solem, ftellas] in facris habuiffe; rationi confonum eft, ut exiftimemus eos, ethnicorum ritu, parvulas alias imagines, tanquam lares aut penates, in deferto circumtuliffe, de quibus etiam vox ea צלמיכם commode fatis intelligatur.

NOBIS jam reftant explicandæ voces illæ, אשר עשיתם לכם *quas feciftis vobis*. Hoc addit propheta, vel ut Ifraelitas imagines illas ex iogenio fuo fabricaffe doceret, eofque mandati fecundi (*ne facias tibi fculptile*) fronte aperta violati reos ageret, vel ut tacite fignificaret, Ifraelitas, in deferto commorantes, deos illos aliis prætuliffe, & jure quafi peculiari fibi ipfis vindicaffe. Hanc conjecturam voces illæ, לכם צלמיכם אלהיכם מלככם, fpeciofam reddunt. Quid enim כם tot vocibus hoc in textu adderetur, nifi ut indicaret, Ifraelitas idola illa fibi quafi propria dicaffe, & electione confulta (uti vifa eft) fibi, præ aliis idolis accepiffe? Numina vero jam dicta cæteris ideo præferebant (ut ego conjectura rationem capio) quod eorum in Defertis errantium conditioni maxime confona & accommodata videbantur. Tunc temporis enim, laribus incertis, oberrabant Ifraelitæ, viribus fæpe caffi, malis etiam vexati non facile recenfendis: erat autem Ofiris (quem in Molocho coluere) [d] *σωμάτων ἑκάστου ἔθνους ἡγεμὼν, καὶ ἰσχύος καὶ ῥώμης καθηγητὴς* *Corporum uniufcujufque gentis prafectus*, *virium etiam & roboris ductor*. Confultum itaque vifum eft, Ofirin inprimis colere & propitiare, ut ille *roboris ductor* eorum vires reficeret, & res fi forte labantes fuftentaret. Cum etiam in Deferto viverent, Ægypro pulfi, plane hofpites erant rerum pene omnium inopla laborantes; & libertate gaudebant quidem, fed cui duram Ægypti fervitutem anteferre non dubitabant: cum itaque res eorum cardine tam infelici verterentur, Chijunum vel Saturnum impenfe colere, e re fua futurum opinati funt. Refert enim [e] *Dionyf. Halicarnaf.* de Saturno loquens, antiquos idololatras exiftimaffe, *τοῦτον τὸν δαίμονα πάσης εὐδαιμονίας δοτῆρα καὶ πληρωτὴν ἀνθρώποις*, *hunc dæmonem omnis felicitatis datorem hominibus & completorem*. Sed & Chijun (aut Saturnus) Jupiter *Ξένιος*, aut [f] *Deus*

a Not in *Act.* 7. 43. b *Pfal.* 19. 5. c Lib. 5. contr. *Celf.* p. 236. d *Mercur. Trifmeg.* *ἐν τῇ Κόρῃ κόσμου*. e *Antiq.* lib. 1. p. 29. 40. f 2 *Maccab.* 6. 2.

SECT. I. *hoſpitalis* fuiſſe videtur, qui homines inopes & æde certa deſtitutos in ſuam clientelam recipit. Anſam huic conjecturæ præbet *Hammonis* hoſpitis oratio Punica in *Plauti* [a] *Pœnulo:* eam enim e doctis [1] nonnulli in hunc ſenſum transferunt:

> *Eſt hoſpitalis teſſera, Saturni imago, (hanc fero)*
> *Inter nos: eſto aliquis finis itineris mei, quo tandem*
> *integritati meæ requies concedatur;*
> *Ne ſolus, & miſer, afflictusque errem huc & illuc.*

Et ſcen. 2. Quemcunque, ut ſui miſereſcat, ſic alloquitur:

> *Hoſpitium teſſera mea, cujus* [b] *imago Chyun* (aut Saturnus) *eſt,*
> *Quaſo indica, ut miſerearis me.*

Quid autem Chijuni imaginem hoſpitali teſſeræ impreſſam geſtaret Hanno, & ea ſola oſtenſa ſibi hoſpitii jura competere crederet; niſi quod numen illud hoſpitium curator, & violati juris hoſpitii vindex haberetur? ſi quid itaque in hac caligine percipiendum, Iſraelitæ in deſerto *Chyunum*, præter cæteros Ægypti vel Arabiæ deos, ideo coluere, quod ipſi jam hoſpites, inopes, nulli, eſſent, & ille deus hoſpitibus & afflictis maxime propitius & amicus eſſe crederetur. Sed ut ut iſta ſe habeant, Hebræorum patres Chijunum aut Saturnum zelo & affectu ſingulari proſecutos fuiſſe, eo facilius nobis perſuadeamus, quod illi ſuperſtitionis hujuſce fæces aliquas etiamnum retinere videantur. Nam Saturnus apud eos diei ſuæ præcipuæ, ſeptimæ nempe, præſes habetur, unde etiam a Sabbato, שבתאי dicitur; & Saturni ſydus Judæorum genti præcipue fauſtum & amicum eſſe, iisque [c] *generandi & intelligendi vires præbere*, Rabbinorum non vulgarium fidem obtinet.

De verborum ordine. SENSU verborum, ſigillatim ſpectatorum, explicato; methodi ratio jam poſtulat, ut ad eorum ordinem & conſtructionem genuinam indagandam noſmet accingamus. Nam hac de re cauſam dubitandi non levem præbent verſiones prope omnes, quæ hic abeunt in diverſa. Verſio Græca ſic textum reddit: Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε. Sentiunt itaque duo illi doctiſſimi [d] *Ludovici (Cappellus & De Dieu)* quod LXX *Interpretes ſic omnino legiſſe videantur*, ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון כוכב אלהיכם צלמיכם אשר עשיתם לכם *Vulgatus* hunc ſenſum huic loco dedit, *portaſtis tabernaculum Moloch veſtro & imaginem idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis:* quaſi verborum ſitus olim hic eſſet, ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר וגו׳ *Chaldæus* ſic Prophetæ mentem elucidandam cenſuit: *portaſtis tabernaculum* [2] *Moloch, & Kiun imaginem veſtram, ſidus idolum veſtrum, quod feciſtis vobis:* quaſi verba hoc ordine locata reperiiſſet, ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון אלהיכם כוכב צלמיכם וגו׳ Verſio *Syriaca* ſic textum reddit: *portaſtis tabernaculum Malchomi & Chevanis idoli veſtri, ſidus quod feciſtis vobis Deum:* unde pronum eſt inferre, *Syrum* verborum ordinem feciſſe, vel inveniſſe, ab hodierna lectione longe diſcrepantem. *Grotius* hunc locum reddit, *portaſtis tabernaculum Moloch, & Kiun imaginem veſtram ſtella, Deos veſtros quos feciſtis vobis:* quaſi in exemplari ſuo Hebræo ita legeretur, ונשאתם את סכות מלככם ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר וגו׳

SATIS exemplis hiſce declaratum eſt, vel horum verborum ordinem mobilem & in dubio poſitum eſſe, vel interpretes ea pro libitu ſuo transmutaſſe, ut nodo vel difficultate aliqua ſeipſos expedirent, & ſenſum elicerent (eorum judicio) magis expeditum & cohærentem. Cum autem e jam dictis appareat, hæc verba (prout in exemplari Hebræo jam ſe habent) apte cohærere, nec quicquam a ratione vel idololatriæ veteris uſu alienum continere; mihi religio erit fontem turbare, vel ordinem novum his verbis aſſignare. Verendum eſt, ne ſi verborum ordinem, tanquam rem mobilem & in lectoris arbitrio poſitam, invertamus, nulla nobis ſuperſit cynoſura qua ad Prophetæ mentem ſenſumque certo dirigamur.

De loci cohærentia. TERTIO: cohærentia textus hujuſce, paulo obſcurior, proximo nobis elucidanda eſt. Ut autem hoc penſum felicius abſolvatur, expediet locum integrum in medium

a *Act.* 5. *ſcen.* 1. b מוני לכיון c Vid. *Lud. de Dieu* in *Act.* 7. p. 73. d *Not.* in *Act.* 7. 43.

1 Vid. *Petiti Miſcellanea*, Lib. 2. Cap. 1. & 2.

2 Apud *Targum Jonathan.* פתכומרכון *idolorum veſtrorum.*

proferre

proferre, qui fic fe habet; *an facrificia & munus obtuliftis mihi in Deferto, quadraginta annis, domus Ifrael? Et portaftis tabernaculum Moloch, & Chijun*, &c. Hic interpretes verba torquent, addunt, mutant, & obnixe faciunt omnia, ut hic verfus cum præcedente cohærere, vel aliquid cognationis habere, videatur. At, fi quid in me fit judicii, conatu irrito: manet enim etiamnum inter verfus hofce μέγα χάσμα, nec ulla machina fieri poteft ut inter fe cohæreant, nifi demus Prophetam abrupte locutum fuiffe, & aliquid (a Judæis facile fupplendum) tacita mente continuiffe. Si itaque fententiam meam, in re tam obfcura, liceret interponere, locum hunc, præruptum adhuc & hiantem, fic in planitiem redigendum exiftimarem; "*an facrificia & munus obtuliftis mihi in Deferto quadraginta annis?* Minime fane: nam vitulum facrificio coluiftis, [a] *& fuftuliftis tabernaculum Moloch & Chyun*, & Deos illos oblatis hoftiis, & aliis ritibus tunc temporis ufitatis, honoraftis. Adeo ut neceffe haberem facrificiorum leges vobis imponere, Tabernaculum, & (illius appendicem) totum rituum Legalium apparatum inftituere; & ea pleraque ad cultum meum transferre, quæ in Deorum veftrorum cultu locum præcipuum obtinuiffent. Si itaque calculos rite fubducatis, appareat, vos in Deferto non tam mihi quam neceffitati victimas obtuliffe." | SECT. I.

Hanc paraphrafin Prophetæ menti confentaneam effe, multis argumentis evinci poffet; hæc autem in locum magis opportunum refervanda cenfeo. Atque hoc unum in præfenti moneo, me fcilicet ideo *vituli cultum* ad lacunam in *Amofi* verbis explendam interponere, quod, [b] S. *Stephano* tefte, vituli cultus in caufa fuerit, cur Ifraelitæ ad Moloch & Chijun colenda traderentur; & quod maxime probabile fit, Prophetam rem nullam, nifi tritam, obviam, & a captu quovis vulgari facile fupplendam, hic omittere voluiffe.

De loci veritate hiftorica.

UNUM jam fupereft, ut nempe textus hujufce verba conjunctim fpectemus, eique veritatem hiftoricam afferamus. Apud aliquos enim tantum non laborat *Amofi* fides, quod *Mofes* cultum folummodo vituli memoret; nec, fi populus Moloch & Chijun in deferto coluiffet, verifimile fit Mofem id tacite prætermittere voluiffe. Neque credibile videtur, Ifraelitas in deferto, rerum inopes & fub vigili Mofis oculo conftitutos, eorum idola fplendido illo ceremoniarum apparatu, quo divites Ægyptii folebant, colere potuiffe. Hic itaque fudant interpretes, & eorum nonnulli quidvis pene dicere honeftius exiftimant, quam prorfus filere. Quid mihi vifum fit eo liberius exponam, quod lector humanior nihil in re tam obfcura faftidiet, quod probabilitatis alicujus vel fpeciem præfert. Ambage remota, quæ cum veritate conjunctiora videntur, tribus hifce thefibus lectori dabo:

PRIMA fit hæc: Mofes nullibi verbis apertis afferit, Ifraelitas in deferto Molochi Tabernaculum in humeros fuftuliffe, vel Chijun aut Remphan in propatulo coluiffe. De cultu tamen horum idolorum in deferto, non magis dubitandum cenfeo, tantum quod *Mofes* eum tacite prætereat, quam de cultu Vituli, tantum quod *Amos* nullam ea de re mentionem faciat. Ad fidem fatis eft, quod eos cultus hujufce profani reos peraget *Amos*, teftis [illegible] Nec opus eft, ut, interpretum more, Prophetæ verba a fenfu fuo nativo diftorqueamus, aut ex aurei vituli vel Baal-Peoris hiftoria Molochi tabernaculum & Chijuni cultum exfculpere laboremus. Cum Ifraelitæ vitulum & Peorem in deferto, fub ipfo Mofis præfidio colerent; abfonum fidei videri nequit, eos etiam Molechum colere, ejufque tabernaculum in humeros tollere voluiffe; etiamfi Mofes nil tale memoriæ confignaverit. *Hieroboamus* in hiftoria facra, duas tantum *vitulas aureas* fabricaffe dicitur; ipfe tamen duo tabernacula vel templa parvula vitulis ejus accommodavit, nifi [c] *Jofepho* referenti fidem abnuamus.

SECUNDO: *Amofi* סכות præcipue de templis aut tentoriis parvulis, & Chijun de fimulachris minufculis, opere facili circumgeftandis, intelligenda videntur. In hanc fententiam veni, fequentibus inductus argumentis:

(1°.) FAMILIARE fuit idololatris antiquioribus, iter præfertim fufcepturis aut cum hofte congreffuris idola parvula fecum ferre; ut itineris focios pugnæque duces atque aufpices haberent Deos tutelares, iifque præfentibus cultum exhiberent. Moris hujufce veftigium haud obfcurum percipere licet in hiftoria *Rachelis*, patris fui *Theraphim* [fimulacra parvula] furfurantis; forfan ut eos haberet viarum & periculorum fuorum comites. *Laban* itaque Deos fibi ereptos effe tam facile citoque deprehendit, forte quod eos, (ex more) viæ focios habere cupiens, non inveniret. Et fervi *Jacobi*, Me-

a Καὶ ἀνελάβετε. LXX. b *Act.* 7. 41: 42. c Δύο ποιήσας δαμάλεις χρυσᾶς, καὶ οἰκοδομήσας ναΐσκους [illegible]. *Antiquit.* lib. 8. c. 8. p. 364. 40.

SECT. I. sopotamia nuper egressi, Deos illos, quos [a] *Jacob* abstulit & sepeliit, secum asportarunt, ut iis in itinere suo, tanquam præsidibus ubique præsentibus uterentur. Quod autem servi Deos aut imagines illas ea mente circumferrent, e [b] verbis *Jacobi* cognoscatur: *removete Deos alienos, qui* sunt *inter vos,* —— *Et surgamus, & ascendamus ad Bethel, & faciam ibi altare Deo qui exaudivit me,* —— *& fuit mecum in via qua ambulavi.* Quasi diceret, "Deos alienos, offensioni potius quam præsidio futuros, minime "circumferendos esse, sed eum unum sacrificiis honorandum & viæ ducem agnoscendum, quem ipse Deum & ducem expertus sum, in itinere tam longo & periculoso. Hic affinitas argumenti me tacite præterire non sinit [c] *argentea* illa *templa*, Ephesi venundata, quibus parvula Dianæ simulacra, ad cultum & præsidium facta, Deæ cultores circumgestabant. Nec Scripturæ tantum, sed & Antiquorum monimenta passim indicant, idololatras, iter facientes, Deos suos secum adduxisse. Nam, [1] *Apuleio* teste, solebant Ægyptii, peregre profecturi, ferre secum *Dei alicujus simulacrum*, ipsique *festis diebus*, *thure*, *mero* aliquo, *& victimis supplicare.* Hunc morem spectat *Virgilii* illud, Æneid. 6. v. 68.

Errantesque Deos, agitataque numina Trojæ.

Nec in viis tantum, sed & castris, Deos portatiles secum habuerunt, quorum nempe tutelæ fideique vitam & fortunas crederent. Nam testatur [d] historia sacra Philisthæos eorum idola secum in prælium attulisse, & Davidem ea, juxta [e] legis præscriptum, igni tradidisse. Alia moris hujus exempla congessit [f] *Gaspar Sanctius*, quem, si volupe est, lector ipse consulat.

CUM itaque sic more perantiquo & pervulgato receptum esset, ut omnes expeditionem civilem aut bellicam suscepturi, parvulum Dei sui ἐκτύπωμα vel simulactum secum in tutamen circumferrent; facile, vel tacente Mose, credi potest, Israelitas in deserto sua etiam σκηνώματα vel, ναΐδια, simulacra parvula continentia, eos inter media pericula jam constitutos defensura, secum protulisse. Erant enim Israelitæ in omnes gentium, Ægypti præcipue, mores projectissimi, iter longnm & periculis obsitum jam suscepturi, sæpe cum hostibus bello potentibus coogressuri, Deos etiam [g] viæ duces & belli præsides impense desiderabant.

(2°.) SENTENTIÆ nostræ fidei non parum ferunt verba *Joshua;* sic populum alloquentis; [h] *removete Deos alienos qui* sunt *inter vos, & inclinate cor vestrum ad Dominum*, &c. Nam necesse videtur, ut hæc verba de penatibus, aut simulachris quibusdam parvulis, in secreto plerunque positis, & ab idololatris plerisque omnibus antiquitus, io cista vel delubro parvulo, circumgestatis intelligantur. Israelitas enim Deos alios inter eos frequenter habuisse, vel ulla simulacra grandiuscula [præter vitulum aut Peorem] aperte coluisse, nusquam legitur. Deinde: *Joshua*, ni fallor, hæc ipsa verba mutuatus est ab historia *Jacobi*, servos ejus ad hunc modum alloquentis, *removete Deos alienos qui* sunt *inter vos.* Hæc autem verba de penatibus aut idolis minusculis, pro more temporum in capsula circumgestatis, plerique doctiores interptetari solent.

(3°.) CUM vox ea pluralis [סכות] multitudinem sonet, rationi conveniens est, ut eam de simulacris minusculis in capsula circumlatis interpretemur: cum credi nequeat, populum in deserto multa tabernacula, Mosaico similia circumtulisse. Sed ingenue fateor, hoc argumentum non multum stringere; cum LXX vocem hanc pluralem per unam σκηνὴν interpretentur, prout etiam [i] *Psalmistes* unum Dei tabernaculum per משכנותך & Græci per plurale σκηνώματα, quandoque denotent.

TERTIO: Prophetæ sua constabit fides, quamvis Israelitæ in deserto nec majuscula nec minuscula Molechi tabernacula circumferrent. Nam clare satis e Mosis verbis & populi moribus intelligitur, eos summa animi promptitudine in omnes ethnicorum Deos inclinasse, & corde quidem non minus ad cultum quam terram Ægypti revertisse, nec quicquam ad solennem illum Molochi cultum, præter locum forsan & tempus opportunum, populo defuisse. Hisce consentanea Dei verba de Israelitis in deserto dicta: [k] *quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi, semper iste populus errat corde:* Ubi *Chaldæus* habet, עמא דטעותא בלבהון *Populus est quorum idola sunt in corde eo-*

a *Gen.* 35. 4. b Ib. v. 2. 3. c *Act.* 19. 24. d 2 *Sam.* 5. 21. e *Deut.* 7. 25. f *Comment.* in 1 *Reg.* c. 4. v. 8. & 2 *Reg.* c. 5. v. 20. g *Exod.* 32. 1. h Cap. 24. 23. i *Psal.* 43. 3. 84. 1. 132. 7. k *Psal.* 95. 10.

1 *Apolog.* pag. 506.

rum

rum. Cum itaque Ifraelitæ Moloch & Chijun, eorumque facra, cordibus fuis altius infixa gererent; *καρδιογνώστης* Deus eos criminis hujus, etfi non actu perpetrati, reos non injuria peragit; nam *fcelus intra fe tacitum qui cogitat ullum, facti crimen habet*. Sic nodum hunc folvit *Beda*, cujus hæc funt verba: [a] *quamvis videremini ad tabernaculum Dei victimas & hoftias deferre, tota tamen* mente *fanum Moloch aut Melchom amplexati eftis*. Confentiunt *Junius* & *Tremellius* in *Amof*. 5. ubi hanc notam fubjiciunt exegeticam: *miniftraviftis fpecie quidem tabernaculo Dei vivi: re autem vera coluiftis Melecum, Ammonitarum Deum, quem impietate veftra veftrum effeciftis*. Si hæc omnia quid veri habeant, expeditum & promptum erit caufam affignare, cur Ifraelitæ non tantum Molechi tabernaculum fufcepiffe, fed Chijun, Remphan, Solem, Stellas, Heroas & Imagines, in deferto coluiffe dicantur: quod nempe propenfos in ethnicifmi deos & ritus affectus, Apidis & Peoris cultu declaraffent; feque ad omnia profani cultus objecta & inftituta, fi occafio fe daret, eodem impetu & facilitate ruituros indicaffent. SECT. II.

Hæc ea funt, quæ de hoc *Amofi* textu dicenda cenfui. Si cui fermone paulo prolixiore peccaffe, vel ab inftituto nonnihil aberraffe videar; hujufmodi culpa eft quam fateri malui, quam non admittere. Nam quanta caligine locus ille circumfufus eft, ex oculatiffimi *Seldeni* [b] verbis percipere licet; *in loco ifto Amos Propheta obfcuro me tam cæcutire fentio, ut nihil omnino videam*.

SECT. II.

Argumenta, ex Amofi *verbis præcipue deprompta, ad fententiam prædictam firmandam afferuntur.*

PROPHETÆ verbis jam explicatis, apertum & perfpicuum eft, idololatras antiquiores, Moloch, deofque fuos alios, non tantum in templis & tabernaculis adoraffe, fed eos, in templis & *ναΐσκοις* parvulis inclufos, circumferre folitos. Hanc autem confuetudinem non pauci a circumgeftato Dei tabernaculo & Arca principium & exemplar accepiffe fentiunt. Opinionem illam fic tuetur & illuftrat [c] *Sanctius*: *Σκηνὴ τοῦ Μολὸχ erat pheretrum quoddam in quo folenni pompa circumferebatur Moloch, quem Judæi gentium ritu fecum, quocunque pergerent, protectionis & religionis ergo portabant inftituta via comitem & ducem; ficut per defertum Arcam, & in ipfa divinum Oraculum, olim* portabant *Hebræi*. Eandem fententiam fovet [d] *Godvinus* noftras, cujus verba fic e lingua patria in Latinam transfero: "*ἀνελάβετε tabernaculi Moloch* cultum denotat quem *Molocho* exhibebant, eum huc & illuc, in tabernaculis & ferculis, folenni "proceffionis ritu circumferentes. Solennitas illa a Romanis *pompa* dicebatur, & tabernaculum aut ferculum *thenfa*, juxta illud: *Thenfa, Deorum vehiculum*. Hujufmodi fuperftitio nata videtur ex imitatione nefaria Tabernaculi Mofaici, quod nihil aliud erat "nifi *Templum portatile*, huc & illuc ex occafione transferendum. Ethnicos enim fuper"ftitiones haud paucas a veris Dei cultoribus derivaffe, minime diffitendum eft. Hoc equidem fortiter afferitur, fed ne languide probatur, aut probari poteft. Mihi itaque credibilius eft, hunc Deos in ferculo vel tabernaculo circumferendi ritum diu ante Mofis ætatem inter gentes increbuiffe, & deum ideo tabernaculum a gente fancta circumferendum inftituiffe, ut Ifraelitas a gentium exterarum moribus & idolis arte quadam avocaret, & feipfum ad eorum morem & modulum accommodaret, nec cultu plane novo gentem illam, moris antiqui tenacem irritaret. Ita me perfuafum habeo, non levibus adductus argumentis.

Horum primum a verborum jam explicatorum fcopo & occafione petitur. Cum enim Ifraelitæ facrificia, inter primaria, Deoque maxime grata, religionis officia numerarent; is *Amofi* fcopus eft, ut evincat, eos in deferto, non Deo proprie, fed ipforum potius ingenio in facrificia proclivi, victimas obtuliffe; & pleraque Legis inftituta, feculi mori, potius quam Dei voluntati, principia fua debuiffe. Ut autem huic veritati fidem faciat, fic populum alloquitur: *an obtuliftis mihi facrificia per annos quadraginta in deferto? Et fuftuliftis tabernaculum Moloch*, &c. Horum autem fenfum & *ἐμφασιν* hæc paraphrafis Lectori facile percipiendam exhibebit: "vos exiftimatis me Arg. 1m.

a *Not.* in *Act*. 7. 43. b *Syntagm*. 2. de *Diis Syr*. c. 14. c *Comment*. in *Act*. 7. n. 94. d De *ritib. Heb. civil. & Ecclef.* lib. 4. cap. 2.

Sect. II. "facrificiis inbiare, & vos rem magnam mihique pergratam faecere, eum victimis & "donis veftris altaria mea cumulatis. Vobis mifere imponitis : anne enim (ut rem "ab ipfa facrificiorum inftitutione deducam) mihi quadraginta annis in Deferto victi-"mas obtuliftis ? Minime quidem : fed, fi verum ferre velitis, Vitulum coluiftis, & "Molochi tabernaculum fuftuliftis, Chijuni ftellam, & in ea Remphin Ægypti regem "adoraftis, & aliis argumentis vos Ægypti ritibus & idolis addictos in Deferto nimis "aperte declaraftis. Nempe vobis in Ægypto viventibus in more erat, Vitulum præ "cæteris animalibus impenfe colere, Molochi tabernacula circumferre, Chijun & Rem-"phan honore divino profequi, & numina illa faeris titu ethnico præftitis propitiare. "Ne vos itaque, in veterem jurati confuetudinem, impetu præcipiti in idololatriam "rueretis, nifi mori & ingenio veftro nonnihil indulfiffem ; juffi ut mihi tabernacu-"lum ftrueretis, facra mea in humeros tolli & circumferri volui, præcepi etiam, ut "mihi, mactatis animalibus ante fores Tabernaculi, facra faceretis. Adeo ut fi rite "rationes inftituatis, Tabernaculum, Sacrificium, aliique ritus cum Tabernaeulo con-"juncti, non tam mihi quam vobis, in hujufmodi cultum & facra propenfis, inftitutio-"nem fuam debuerunt. Huic interpretationi firma fatis ex ipfis Prophetæ verbis petatur fides : cuivis enim vel limis oculis hunc textum intuenti pateat, illius verba hiulca effe, nec ullam inter fe cognationem agnofcere, nifi in iis ellipfin unam & alteram fupponamus. Omnia vero fatis apte cohærebunt, fi ellipfin utramque fupplere liceat, & loci fenfum fic in integrum reftituere : *an facrificium & munus obtuliftis mihi in deferto, quadraginta annis?* Minime quidem : nam Vitulum impenfe coluiftis, *& tuliftis tabernaculum Molochi, & Chijun,* & Deos illos oblatis hoftiis honoraftis: adeo ut neceffe haberem, facrificiorum leges vobis imponere, Tabernaculum inftituere, & (illius individuum comitem) totum rituum Legalium apparatum vobis indulgere. Sed huic interpretationi non ideo tantum addixi animum, quod fenfum Prophetæ reddat integrum, facilem, & apte cohærentem ; fed quod e Patribus nonnulli teftimoniis fuis (albi producendis) eam cohoneftaverint. Scopus itaque Prophetæ (quod dixi modo) & verborum cohærentia caufam opinandi non levem præbent, Molochi tabernaculum Dei tabernaculo principium tribuiffe ; Cum Deus ideo portatile tabernaculum fieri, & facra præ foribus ejus offerri jufferit, ut Molochi ritus, ufu longo confirmatos, ad cultum fuum transferret, & antidoto, ex ipfo quafi veneno facta, idololatriæ peftem & venenum pelleret.

Arg. 2m. Secundo : nemini rem attente confideranti credibile videri poteft, Ifraelitas in Deferto Molechi tabernaculum ad Mofaici tabernaculi formam & exemplar effinxiffe. Anne enim probabile eft, eos, cum ad Molechi & Chijuni cultum deflexiffent, Dei tabernaculum, tanquam primum cultus exemplar imitari voluiffe ; vel Molechi tabernaculum ad Mofaici formam componere ftuduiffe, cum Dei legem cultumque poft terga rejeciffent ? Fidei & rationi diffonum eft, Ifraelitas Dei tabernaculum & cultum deferere, utriufque tamen imaginem & umbram in eorum ceremoniis idololatricis exprimere voluiffe. Si vel micam bonæ mentis reliquam habuiffent, vix poffibile fuit, ut, cum archetypum haberent & agnofcerent, eo fpreto, typum ejus & umbram facerent & religiofe circumferrent. Facile fuiffet, infaniam tam craffam, argumento ab ipfis populi moribus defumpto, redarguere : nam fi Dei tabernaculum, archetypum & facrorum omnium exemplar agnofcerent, cur ei Molechi tabernaculum, ad illius tantum imaginem, fabrefactum, anteponerent, aut inter duo tabernacula claudicarent? Si vero Tabernaculum Mofaicum facrorum omnium normam & exemplar non exiftimarent, quid Molechi tabernaculum & ritus ad modulum & morem tabernaculi Mofaici conformarent ? Deinde : rationi prorfus adverfatur, Ifraelitas mente adeo omni deftitutos fuiffe, ut Moloch in tabernaculo ad Mofaici fimilitudinem fabrefacto collocarent, & tabernaculum illud una cum Moloch & Chijun circumferrent ; quafi in animis haberent, ipfa Dei inftituta ad impios ethnicifmi cultus detorquere, & religionem patriam non tantum deferere fed & fugillare.

Arg. 3m. Tertio : inter tabernaculum teftimonii & tabernaeulum Molechi magna fimilitudo vel affinitas interceffit. * Erat enim tabernaculum teftimonii *templum portatile* : erat etiam tabernaculum Molechi ναΐδιον aut templum parvulum, quod, prout occafio ferebat, huc & illuc portabatur. * Dei tabernaculum, Arcam, & τύπους duos, imagines nempe Cherubicas, inclufa continebat : & Molechi tabernaculum, illius [forfan & Chijuni] τύπον aut imaginem inclufam amplectebatur. * In tabernaculo teftimonii Deus habitabat, & non raro fenfibile præfentiæ fuæ teftimonium exhibebat, unde

unde [a] מִשְׁכָּן *habitaculum* appellabatur: & in tabernaculo illo Idololatrico, Moloch per ſymbolum aut imaginem, & forte per reſponſa, ſe præſentem indicabat. * Tabernaculum Moſaicum ſummi Regis habitaculum & palatium habebatur: & idololatricum illud, Molechi, i. e. βασιλέως, tabernaculum dicebatur. * Tabernaculum denique Moſaicum, cœli & ſyderum, mundi & naturæ, compendium & imaginem exhibebat. Hoc fatetur *Joſephus*, [b] dicens, τὴν διαμέτρησιν—τῆς σκηνῆς πρὸς μίμησιν τῆς τῶν ὅλων φύσεως συνέβαινεν εἶναι· *Commenſurationem--tabernaculi ad imitationem Univerſitatis naturæ eſſe contigit:* Tabernaculum etiam Molocho ſacrum, Solem in tabernaculo ſuo cœleſti [c] poſitum referebat, & conjunctum Chijun totius naturæ compagem atque ordinem in memoriam revocabat; vocabulo illo (ſi [d] Critico non vulgari credimus) *naturam* ſignificante, & vim eam *quæ rebus omnibus exiſtentiam, aptitudinem, & diſpoſitionem tribuit.* SECT. II.

UNDE factum eſt autem quod Dei & Molochi tabernacula tanta ſimilitudine & affinitate conjungerentur? An veriſimile eſt Iſraelitas, ad idola jam lapſos, Dei tabernaculum imitari, vel cum tabernaculum archetypum præſto eſſet, aliud ad illius imaginem factum circumferre voluiſſe? vel ita ſacra profanis miſcere, ut tabernaculum ad Moſaici ſimilitudinem fabrefactum cum *Moloch* & *Chijun* ſociarent? Credi ſane non poteſt, Iſraelitas in Deſerto menti adeo omni nuncium remiſiſſe. Ratio itaque ſentire cogit, Ægyptios, aut alias gentes, non minus Molochi tabernaculum, quam Molochi cultum & nomen, primos excogitaſſe; & Deum Iſraelitis tabernaculum circumgeſtandum conceſſiſſe, ut ritibus, antiqui moris imaginem aliquam præferentibus, eos ad cultum ejus alliceret, & arcte devinciret.

QUARTO: Gentes Molochum adoraſſe, & illius tabernacula circumgeſtaſſe, videntur, diu antequam Iſraelitæ Deum tabernaculum mediante coluerunt. Nam (1°.) Doctorum pene omnium ſententia judicatum eſt, Molechi tabernaculum thecam plerunque parvulam fuiſſe, quæ templi formam & vicem geſſit; quales erant ναοὶ illi *argentei*, Actor. 19°. memorati, templi Epheſini formam imitantes, & imaginem Dianæ ſoſpitali ſacratam continentes. Templa vero [tabernaculorum eorum exemplaria] Moſis ætate vetuſtiora fuiſſe, multis argumentis evinci poteſt, quæ in diſſertationem ſextam differentur. (2°.) Satis e verbis *Amoſi* conſtet, Iſraelitas in ipſo deſerto Molechi tabernaculum ſuſtuliſſe, *an obtuliſtis hoſtias mihi—in deſerto?* &c. *imo ſuſtuliſtis tabernaculum Moloch:* cum enim hæc verba poſtrema reſponſum quæſtioni præcedenti reddant, dubitari nequit, Iſraelitas Molechi tabernaculum in deſerto ſuſtuliſſe, & ritum illum, non minus quam ipſum Molechi cultum, ab Ægyptiis aut aliis gentibus antiquioribus accepiſſe. Nam fidei vel maxime facili credi nequit, eos Tabernaculi Moſaici formam & uſum imitantes, hunc ritum uſurpaſſe, cum Tabernaculum illud vel nondum extructum eſſet, vel ab idololatris ludibrio habitum. (3°.) Jam dicta probant, morem illum circumferendi Deos, nunc oculo patentes, nunc ſacellis aut capſulis incluſos, inter gentes, a remotiſſima rerum ethnicarum memoria viguiſſe; & Labanem, Jacobi ſervos, Philiſthæos, Trojanos, Aſiaticos, alios, Deos ſuos περιφορήτους habuiſſe. Conſentaneum itaque videtur opinari, Iſraelitas (in deſerto) Moloch & Chijun, tanquam Deos ſoſpitatores, antiquo gentium ritu circumtuliſſe. Cum itaque Gentiles tabernacula ſacra priores haberent, & Deos περιφορήτους ante Legem colerent; hiſtoriæ ſacræ congruum eſt, ut Iſraelitas hujuſmodi tabernacula Deoſque portatiles in moribus aut cordibus habuiſſe cenſeamus; Deum etiam tabernaculum portatile populo illi conceſſiſſe, ut aſperos eorum mores ad aliquem ſui cultum & amorem flecteret. Arg. 4m.

a *Pſal.* 43. 3. & 84. 1. b *Antiq. Jud.* l. 3. c. 6. p. 109. c *Pſal.* 19. 4. d *De Dieu. in Act.* 7. p. 67. 68.

Cap. IV. Sect. I. Sect. II.

C A P. IV.

Exemplum, secundum Altaris cornua.

INTER instituta Mosis e seculi moribus orta, numeranda censeo cornua illa, quibus e præscripto Legis altare decorari debuit. Lex ea præcipiens his verbis concepta legitur, *Exod.* 27. 2. *Facies cornua illi* [Altari] *super quatuor angulos ejus, ex ipso sint cornua ejus*, &c. Quo vero præcepti hujus explicandi negotium clarius expediatur, *primo:* cornuum eorum figuram & formam e vetustatis tenebris eruere conabor. *Secundo:* rationes hujus præcepti falsas & veras in medium proferam. *Tertio:* rationes veras argumentis confirmabo.

S E C T. I.

De figura cornuum Altaris nonnulla præmittuntur.

DE cornuum eorum figura, magna inter auctores opinionum pugna est; aliis cornuum eorum nomine, radios aut coronidem, aliis angulos ad extra protensos, aliis pyramidulas turbinatas in quatuor altaris angulis collocatas intelligentibus. Nec mirum est, auctores hic abire in diversa, cum Scriptura taceat, & ex Historia vix quicquam lucis effulgeat quæ pedes dirigat. Si mihi divinare liceret, ubi Scriptura tacet, existimarem altaris cornua curvaturas ex ære facre fuisse, ad cornuum tauri vel arietis figuram factas; quæ scilicet in extremis altaris angulis exeuntes, aut late prominebant, aut ad eosdem (prout arietum cornua ad animalium eorum tempora) contorquebantur. Hanc sententiam veritati propiorem censeo, quod prominentes illæ altaris ansulæ eodem quo & ipsa animalium cornua nomine, nempe קרנים in Scripturis appellentur. Deinde: ansulas illas cornuum figuram imitatas fuisse, cognoscatur e *Josephi* testis oculati verbis: ille enim de aræ sacræ fabrica mentionem faciens, ὁ βωμὸς, [a] inquit, τετράγωνος ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανίσχων γωνίας *Ara quadrata stetit, angulos in cornuum formam protensos habens.* Præterea: figuræ huic, altaria in Deorum ethnicorum cultum erecta testimonium perhibent. Ham in *Ara Pacis* [cujus imaginem nobis exhibet [b] *Guilielmus du Choul*] cernere licet curvaturas quasdam prominentes, cornuum taurinorum formam imitantes. Et in numismatis eorum antiquis, altarium veterum figuras gerentibus, nunc taurorum calvarias, nunc arietum capita festis frondibus insignita, quandoque cornua hinc inde conspicua, altarium ornamenta reperiamus. Inde *Sanctii* [c] verbis occasio data est: *in aris, quas a Romanis habemus in æreis argenteisque nummis exsculptas, cornua semper--animalium cornuum imaginem referunt.* Cum itaque altarium ethnicorum ansulæ cornuum similitudinem repræsentarent, conjicere licet, altaris Judaici cornua ad eandem figuram formata fuisse; cum Judæorum & Gentilium sacra pleraque tanta similitudine & affinitate conjuncta essent, ut qui utrumvis recte novit, ambo nosse censeatur. Hic adjicere libet viri [d] docti verba, instituto præsenti quam maxime accommodata: *Expositio sacrarum literarum*, de ritibus antiquis loquentium, *difficillima est; quod--mores & consuetudines quæ a veteribus* Judæis *servabantur, tam in sacris quam in--quotidianis occasionibus adeo sint antiquatæ.-- Quamobrem ex ethnicorum* κακοζηλίᾳ, *jure optimo veterum mores explicare cogimur;* & *ex illis veluti sacrorum institutorum prædonibus, intelligentiam divinorum Oraculorum, quantum conjectura concedit, petere non est incongruum.*

S E C T. II.

Rationes falsæ & veræ cur Deus altare suum cornibus ornari voluit.

Rationes. IN eam curam proximo incumbendum est, ut rationes investigem, cur Deus altare suum non sine cornibus annexis fieri jussit.

Falsæ. UT autem ad hanc provinciæ meæ partem aditum facilem & explicatum habeam, primo, rationes assignari solitas in examen vocabo, & earum vanitatem detegam.

a De *Bel. Judaic.* lib. 6. c. 5. p. 1228. 35. b De *Relig. veter. Roman.* p. 10. c *Comment.* in 3 *Reg.* c. 1. v. 50. d *Fortun. Scacc. sacr. elaeochrism. Myrothec.* 2. c. 44.

PRIMO:

PRIMO itaque, sentiunt aliqui Deum ideo cornua in altari suo statuisse, ut sacerdotes hostiam, si forsan aversam & reluctantem, iis alligarent. Hanc autem rationem verbis [a] *Psalmistæ* suffulcire solent, *ligate sacrificia* festi *funibus ad altaris cornua*. Sed ratio illa coloris aliquid habet, rei nihil: nusquam enim in lege præceptum extat, ut cum bovem Deo sacrum facerent, eum cornibus altaris alligarent. Nec ratio credere patitur, altaris cornua, ex ære debili facta, huic usui inservire, & bovis, si forte reluctantis, impetum & ferociam ferre, potuisse. Neque huic rationi quicquam firmitatis afferunt illa *Psalmistæ* verba, hoc sensu (ni fallor) interpretanda: " hostiam in festo offerendam, prout sacrificandi mos haber, arcte devincite, על קרנות " המזבח *usque ad cornua altaris*; i. e. hostia devincta eam mactate, omniaque obla- "tioni prævia peragite, donec tandem super altare ponatis, & illius sanguine cornua "altaris aspergatis. Ut absolvam paucis: hæc verba interpretanda censeo, in iis ellipsin supponendo, quam *Chaldæus* hoc modo suppeditavit; *ligate -- sacrificium catenis, donec sacrificaveritis illud, & effuderitis sanguinem ejus in altaris cornua.* SECT. II.

SECUNDO: sentit [b] *Villalpandus* altare cornua gestasse, tanquam *trophæa facta prædæ*, & animalium ab eo consumtorum & quasi victorum monimenta. Nempe, inquit, *in festis solennioribus, tauri & juvenci Deo mactari consueverant, & altari,* quasi *Arieli seu leoni sacro projici devorandi. Hinc factum est, ut reor, ut in mores induxerint veteres architecti, frontes sacrarum ædium taurorum craniis exornare, quasi sacrificiorum trophæis & insignibus.* At ratio illa magis auctoris ingenium quam judicium sapit: quid enim altare, victoriæ de ingenii tantum mitiotis animalibus [ovibus & bobus] reportatæ, monimenta gereret? Et quid cornibus tantum quatuor instrueretur, cum animalia cornuta quamplurima devorasset? Huic forte conjecturæ locus esset, si populus *innumeris structam de cornibus aram* (cujus meminit *Ovidius*) habuisset. *Villalpandus* itaque multo propius ad verum accessit, pag. 337, 338. ubi data opera de altaris angulis & structura disserit. Illic enim, postquam cornua sublimitatis regiæ & dignitatis eximiæ insignia fuisse, multis instantiis indicasset; continuo addit, hæc *omnia illud certe confirmare videntur, quod cuivis esse debet in promptu, nobile quoddam ornamenti genus altaris tum aurei tum ærei indicari, cum cornuum fit mentio.*

TERTIO: Altare (prout aliis visum est) cornibus instruebatur, ut ansæ essent, quas omnes manu prehenderent, ad altare tanquam ad asylum confugientes. Legimus enim Adonijam & Joabum, capitale judicium declinare cupientes, ad [c] altaris cornua se recepisse. At nec ratio illa rem serio æstimanti placere potest: quamvis enim ratio illa postularet forsan, ut altare ansis annexis fieret; nil opus erat, ut ansæ illæ multum prominerent, aut in cornuum figuram fingerentur. Deinde: non tantum altare *æreum*, quod omnibus asyli usum præbuit, sed & [d] *aureum*, cornibus exornabatur, quamvis in Sanctuario positum, & nullis (nisi sacerdotibus) adeundum, ut impendens vitæ periculum devitarent.

QUARTO: persuasum est aliis, altaris ansas cornuum figuram habuisse, & angulis ejus affixas fuisse, ut ejus velamina tantisper elevarentur, dum altare portaretur. Nam, inquiunt, e [e] Prophetarum verbis aperte docetur, cornua illa (quasi e taurino capite nascentia) e quatuor altaris angulis sursum erecta fuisse, & altitudine cubiti unius elevata. At nec ratio illa quid salis habet: si enim altaris ansæ fabricatæ fuissent, tantum ut huic usui inservirent; consultum fuisset, ut obeliscos aut pyramidulas turbinatas potius quam curvaturas quasdam cornuum speciem referentes, in altaris angulis collocarent. Patet insuper, e *Josepho* jam citato, non tantum altare *mobile* in deserto, sed & *fixum* Hierosolymis, (cui nullum velamen imponebatur) κερατοειδεῖς γωνίας *angulos corniformes* habuisse.

CUM tationes hujus instituti vulgo redditæ tam facile vanitatis arguantur, id a me jam postulat veritatis amor, æque ac rerum series, ut rationes paulo solidiores investigem, & in medium proferam. Quantum itaque rem antiquitatis tam remotæ nebulis involutam percipere datum est, Deus aliquid, in hoc etiam instituto, temporum antiquiorum opinioni & consuetudini dedisse videtur. Ut rem totam luculentius expli- Veræ.

a *Psal.* 118. 27. b In *Exer.* Tom. 2. pag. 393. A c *I Reg.* 1. 50. & 2. 28. d *Exod.* 30. 2. *Rev.* 9. 13. e *Ezec.* 43. 15. *Amos.* 3. 14.

Sect. III. eem: antiquis illis ante Mosem seculis, cornu, roboris & imperii, dignitatis & excellentiæ [semper eximiæ, quandoque divinæ] sanctitatis insuper & religionis, nota vel insigne censebatur; & altaribus, ni fallor, diu ante Mosis ætatem, tanquam excellentiæ singularis & humanam excedentis indicium & documentum, addebatur. Deus itaque Altare suum dignitatis tam eximiæ tessera decorari voluit, ut ab omnibus rem sacram facturis veneratione eo majore acciperetur; nec quisquam illotis manibus aut donis vilibus tam sacræ fabricæ religionem læderet aut imminueret.

SECT. III.

Rationes vero jam adductæ confirmantur.

UT rationes adductæ solidiores existimentur, adeoque lectoris animo facilius illabantur; ostendendum est, primo, cornu, potentiæ vel imperii, dignitatis aut excellentiæ, religionis aut sanctitatis indicium & symbolum, seculis antiquis habitum fuisse. Secundo: Dei altare cornibus instructum fuisse, quod cornua diu ante Mosis ætatem, tanquam religionis & excellentiæ singularis indices altaribus adderentur.

Cornu notam fuisse, PROBANDUM primo: cornu, potentiæ, dignitatis, & religionis notam, seculis antiquis habitum fuisse. Hoc ut a nobis commodius fiat, de singulis ordine & breviter acturi sumus.

Roboris: DICO itaque (1°.) Cornu roboris olim hieroglyphicum fuisse, & potentiam singularem indicasse. Hoc e *Deuteronomio* colligo, ubi *Josepho* [a] verbis hisce benedicitur; *Tauri, decor ejus, cornua Unicornis cornua ejus: in eis nationes ventilabit, ad extrema usque terræ.* Hoc etiam rei hujus argumentum haud obscurum est, quod cornu, propter potentiam quæ in Regibus elucet maxime, potestatem regiam in Scriptura significet. Hoc multis exemplis evinci posset, e *Daniele* potissimum & *Apocalypsi* depromptis, quibus futuros reges bestiarum cornibus significari notum est. His autem exemplis in Scriptura repertis ansam dedit Antiquitas, quæ *cornu* regium insigne vel gestamen habuit. Nam Phœnicum [b] theologi de Astarte sua, regina perantiqua produnt, eam *tauri caput*, βασιλείας παράσημον, *tanquam insigne regium*, capiti suo imposuisse. Et regum Persicorum, Alexandri etiam, & Successorum suorum, nummi qui supersunt hodie, capita sua hac vel illa cornuum specie decorata, nobis visenda præbent. Hæc fuse persequi nihil attinet, cum [c] *Villalpandus* de cornutis hisce regum veterum nummis & insignibus prolixius egerit; & tam facile sit creditu, Vetustatem cornua potentiæ symbola habuisse, cum animalibus non minus præsidio serviant quam ornamento.

Honoris: (2°.) GENTES antiquiores cornua, dignitatis, honoris, & excellentiæ plane singularis indices habuere. Huic rei testimonio sunt illa Scripturæ loca quibus vox *cornua* ad gloriam aut honorem exprimendum usurpatur: nempe, *Job.* 16. 15. *Pollui in pulvere* קרני *cornu meum*, i. e. uti *Targum* exponit, איקרי *gloriam meam*, Psal. 75. 5. *Ne elevetis in altum* קרנכם *cornu vestrum*, Targ. איקרכון *gloriam vestram.* Lament. 2. 3. *Confregit in ira sua* כל קרן *omne cornu Israel*, ubi *Targum* habet כל יקריה *omnem gloriam Israel.* Nemo vero facile expediat, cur Scriptura sacra nomine *cornu*, ad gloriam & honorem exprimendum, toties uteretur, nisi quod cornu seculis antiquioribus [d] gestamen honorificum esset, & dignitatis primæ nota vel insigne haberetur. Huic etiam veritati subsidium præbent humana testimonia [veterum scilicet Ethnicorum scripta & numismata] quæ Deos, Reges, Altaria, Simulacra, Fluvios, omnia in honore habita, cornibus insignita repræsentant. Hoc eo facilius est creditu, quod observante [e] Pignorio, *consuevit dædala Antiquitas res & personas, hominum opinione religiosas & augustas, quibusdam veluti notis insignire, per quas ipsis aliqua dignitas accederet.*

Religionis: (3°.) CORNUA notæ religionis & sanctitatis erant, res & personas peculiari sanctitate donatas, & religiosius observandas indicantia. Erant enim numinibus dedicata, iisque tanquam donaria gratissima, de sacris arboribus non raro suspendebantur. Hoc multis veterum testimoniis extra dubium posuit [f] *Olaus Wormius*, auctor de patria sua & rep. literaria præclare meritus. Deinde: cornua rebus & personis omnibus antiquitus affigebantur, quibus aliquid sacratius aut divinius inesse credebatur. Nam gen-

a Cap. 33. v. 17. b Ap. *Euseb. Præp. Evang.* l. 1. cap. ult. pag. 38. C c In *Exer.* Tom. 2. pag. 337. d *Ensemque clypeumque, & rubra cornua cristæ.* Virg. Æn. 12. v. 89. e *Exposit. Mens. Isiac.* pag. 23. f *Monument. Danic.* pag. 369. 372.

tium

tium scripta & numismata vetustiora, Deos suos [Ammona, Isidem, Jovem, Bacchum, alios,] cornibus insignes exhibent. *Ammoni* [a] arietis cornua e temporibus prodeuntia tam frequenter tribuit Antiquitas, quod inde κριοπρόσωπος diceretur. Si ad Ægypti monimenta hieroglyphica diligentius attendamus, cornua taurina temporibus *Isidis* apposita sæpius observemus. *Jovem* etiam cornibus cohonestatum probant *Ovidii illa*, in *Ibi*, v. 298. SECT. III.

Quam qui cornigero de Jove natus erat.

Hisce consona [b] viri non vulgaris observatio, quod *in denariis aliquot gentium Romanarum*, & *pluribus nummis Ægyptiis, sub Trajano, Hadriano, Antoninis percussis, occurrat aliquoties Serapidis aut Jovis Ægyptii caput cum cornu arietino, ad Græci Ammonis formam depictum.* Antiquos etiam [c] *Baccho* cornua tribuisse, docent illa nomina, Ταῦρος & Ταυρόκερως, quibus apud *Euripidem* aliosque designatur. Hujus autem Bacchi Ταυρομέτωπος memoriam servant adhuc nummi aliquot antiqui, quorum figuras lectoris oculo subjiciunt Auctoris modo laudati [d] paginæ. Ut absolvam paucis: mos ille tam frequens erat, qund Dii cornuti jocandi materiam *Arnobio* dederint: nam *quid*, [e] inquit, *ego Diis datas falces & fuscinas rideo? quid cornua -- & galeros?* Nec gentes antiquæ *Deos* tantum, sed & *Fluvios*, quibus aliquid sacri tribuebant, imagine cornuta repræsentabant. Hoc multis probat [f] auctor jam dictus, quem lectores adeant, qui hoc argumentum indagine penitiore dignum sentiunt. Nec ethnici Deos tantum & Fluvios, sed Reges etiam, cornibus exornabant, quos Deorum societate dignos, iisque naturæ communione conjunctos existimabant. Hinc *Alexander Magnus*, auctore [g] *Clemente*, cornu, tanquam ortus divini (quem falso arrogabat) indicio, frequenter utebatur.

PROBANDUM secundo, cornua locum honorificum, in gentium altaribus, diu ante Mosis ætatem habuisse; eosque conjectura sua plurimum aberrare, qui sentiunt altarium ethnicorum cornua genus & originem a cornuto Mosis altari derivasse. Nos enim contrarium, argumentis hisce quatuor elucere facimus: Altarium cornua Mose antiquiora.

PRIMUM e peculiari legis forma petitur. Moses enim in altaris fabrica, materia, vasis, cornuum etiam materia, & situ describendo multus est: de cornibus autem faciendis, aut eorum forma peculiari, nihil in tota lege diserte præceptum legitur. Lex enim de cornibus altaris [h] data sic effertur, ועשית קרנתיו *& facies cornua ejus super quatuor angulis ejus.* Quasi dixisset legislator, "altaris cornua quod attinet, eorum "formam & usum, seculi moribus edoctus, probe tenes: ideoque de iis id unum in "mandatis dabo, ut scilicet in altaris angulis disponantur. Hæc paraphrasis, *Onkelosi, Vulgati, Samaritani*, probantium auctoritate communitur. Nec minus ratione confirmatur: cum enim Moses, in altaris altitudine, materia, figura, vasis, cornuum materia, situ, minutiis insuper aliis describendis, tam diligentem, ne dicam curiosum, se præstitisset; quid cornuum formam tacite præteriret, quid etiam de cornuum fabrica nihil diserte præciperet; nisi quod altare cornibus ornare, satis ipsa consuetudo doceret, & qualis esse debuit cornuum forma cuivis eo seculo satis innotesceret?

SECUNDO: quantum e Scripturis & gentium antiquiorum moribus conjicere licet, cornua religionis notæ, dignitatis etiam eximiæ documenta, diu ante Mosis ætatem habebantur. Hoc e Scriptura colligo, qua Moses *facie cornuta* de monte venisse dicitur, ut nempe dignatione majore ab Israelitis acciperetur. Locus ad quem digitum intendo, nobis occurrit *Exod.* 34. 29. quem *Vulgatus* ex Hebræo sic expressit, descendebat *Moyses de monte*, —— *& ignorabat quod cornuta esset facies* ejus. Hic etiam nobiscum facit [i] S. *Hieronymus*, qui Mosis faciem revera cornutam effectam existimavit. Et *Grotium* in eadem sententia fuisse, probant illius in jam dictum *Exodi* locum commentaria; *nil* -- vetat *credere*, *radios* faciei Mosis *surrexisse in cornuum speciem, indeque factum ut Mneves, qui apud Ægyptios cum cornubus colebatur, ipsi Aben-Ezdra -- credatur esse non alius a Mose.* —— *Videtur autem Deus, cum in Mose hoc præstitit, respexisse ad vituli cultum:* q. d. *Vultis aliquid* ταυρόμορφον *Habete, & experimini an ferre possitis.* Nec ab hac opinione alienus erat [k] *Drepanius*, horum versuum Auctor:

Legiferum nobis monstrat & ipse senem,
Flammea cornuto librantem lumina vultu.

a *Stat -- tortis cornibus Ammon.* Lucan. L. 9. v. 514. b *Ezec. Spanhem. Differt.* 5. de *usu numism. antiq.* pag. 353. c Vid. *Ol. Worm.* ub. sup. pag. 386. 387. d Viz. p. 356. 357. e Contr. *Gent.* lib. 6. p. 198. f Lib. de *numis. antiq. Diss.* 5. p. 359. 360. g *Cl. Alex.* in *Protrept.* p. 48. h *Exod.* 27. 2. i *Comment.* in *Amos.* 6. T. 3. col. 1431. k Ap. *Carol. Pasch.* de *coron.* l. 10. c. 4.

SECT. III. Non dissimulandum est equidem, interpretes plerosque [LXX, Samaritanum, Syrum, Chaldæum, Arabem] non de cornibus, sed radiis & splendore vultus Mosis, illum *Exodi* locum interpretari. Sed facilis conciliatio: cum radii sint quasi lucis cornua, unde & [a] *Solis imago cornibus undique radiata* in nummis antiquis visenda sit. Sed, ut eo revocetur unde divertit sermo, non hic tantum, sed & alii Scripturæ loci, supra citati, causam opinandi præbent, Antiquos *cornua* dignitatis & excellentiæ singularis indicandæ causa usurpasse. Nec Scripturæ solummodo, sed mores gentium probant, eas cornua ad summum honorem & homines in digoitate suprema constitutos exprimendos, ævis illis remotioribus adhibuisse. Nam e plurimis Poetarum dictis, Deorum & Regum figuris, numismatum veterum iconibus, aliisque moris antiquissimi monumentis passim obviis, aperte constat, Antiquitatem Deos & Reges suos potissimos cornutos exhibuisse. Huic veritati fidem satis amplam faciunt viri celebres, [b] *Carolus Paschalius*, [c] *Olaus Wormius*, [d] *Ezechiel Spanhemius*, alii, qui in hoc dicendi campo desudarunt. Qui hæc omnia secum pensitaverit, Antiquos proculdubio, diu ante Mosis ætatem, *cornua* inter præcipua dignitatis & honoris symbola numerasse, minime dubitabit. Cum itaque cornu, seculo Mosaico, dignitatis plane singularis index haberetur; æquum est existimare, homines (ut inde sacræ fabricæ dignitas accederet) cornua altari cuivis affixisse; Deum etiam altare suum, pro more seculi, cornibus instruxisse, ad illius dignitatem innuendam, eique reverentiam singularem conciliandam.

TERTIO: Gentes antiquæ cornua res longe sacratiores habuisse, eaque frequentius usurpasse, quam Judæi, videantur. Satis enim e testimoniis jam adductis apparet, ethnicos antiquiores, Deos, Heroas, Fluviorum imagines, Arbores sacras, cornibus exornasse, & ritum illum in religionis parte posuisse. Neque hic sibi modum statuit ethnicorum superstitio: eorum enim simulacra pleraque cornibus donata fuisse, luculenter ostendunt frequentia Veterum testimonia. Nam apud Arcadas, *Pausanias* lib. 8. c. 32. se observasse dicit, ἄγαλμα Ἄμμωνος πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῖς τετραγώνοις Ἑρμαῖς εἰκασμένον, κέρατα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχον κριοῦ· *Ammonis simulachrum domi quadratis Mercuriis simile, arietis cornua capiti habens apposita.* Idem non tantum testatus est [e] *Porphyrius*, sed cornua cuivis imagini sacræ propria designavit, dicens, οὕτω δὴ καὶ οἱ Ἕλληνες τῷ μὲν τοῦ Διὸς ἀγάλματι κριοῦ προσῆψαν κέρατα, ταύρου δὲ τῷ Διονύσου, &c. *Ita quidem Græci Jovis simulacro arietis cornua, Bacchi vero taurina adaptarunt; Panem autem ex homine & capra composuerunt.* His & aliis exemplis postea productis, evictum est, ethnicos rebus & hominibus eorum opinione sacratioribus, cornua ceu dignitatis eximiæ præcones frequenter addidisse. Cum itaque Gentiles cornua ceu digoitatis eximiæ notas, frequentius usurparent; suadet ratio, ut illi primo cornua altaribus apposuisse, & sacer cornuum usus ab eorum opinione & consuetudine fluxisse censeantur.

QUARTO: cuivis verba legis de cornibus Altaris datæ perpendenti constet, Deum cornua quidem in Altaris sui fabrica tolerasse; superstitioni tamen seculi, eum usu cornuum conjunctæ, seipsum opposuisse. Nam,

(1°.) LEGE modo dicta curatum est, ut Altare Dei quatuor solummodo cornibus annexis ædificarent. Quid autem Deus hanc legem ferret, nisi ut obviam iret superstitioni Gentilium, qui cornibus innumeris altaria sua decorare solebant? Altaris hujusmodi, multis nempe cornibus extructi, meminit [f] *Cydippe*, dicens,

Miror & innumeris structam de cornibus aram.

Eodem forte spectant *Martialis* illa,

[g] *Nec Triviæ templo molles laudentur* [1] *Iones,*
Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.

Et eo stultitiæ tandem processit ethnicorum superstitio, ut haberent altaria quæ tota ex cornibus reapse simul contextis extruebantur. Nam κερατίνου βωμοῦ *aræ corneæ* meminit

a Vid. *Wafer.* l. 2. de *numis. antiq.* b De *coron.* l. 10. c. 4. c *Monum. Danic.* pag. 357. & seq. d De *Numism. usu.* pag. 346. 347. & seq. e De *abstin.* l. 3. §. 16. f Ap. *Ovid. Epist.* 20. v. 99. g Lib. *de Spectac. num.* 1.

1 Alii legunt *honores*: alii autem, *herones*, sive *erones*: viz. texta floreis & segetibus similia, in quibus pauperes interdum dormiebant, & fruges imponebantur. Vid. *Plin. Hist.* L. 36. c. 14. & *Turneb. Adversar.* L. 24. c. 2.

nit

nit *Plutarchus* in *Theseo*, & *Laertius* in vita *Pythagoræ*. Memorat etiam [a] *Callimachus* altare & urbem, Dianæ simul & Apollinis auspiciis extructa, quibus cornua materiam integram aut præcipuam præbuere. Sic enim canit ille, SECT. III.

> Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
> Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων·
> Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν,
> Ἐκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους·

> *Diana venans capita assidue caprarum*
> *Cynthiadum ferebat: ipse autem aram concinnabat Apollo:*
> *Extruxit cornibus firmamenta, fixitque aram*
> *Ex cornibus, cornutosque circum substruxit parietes.*

Deus itaque, ne quid altari suo inesset quod superstitioni gentium adblandiri videretur cornuum numerum determinavit; nec plura confici voluit, quam altaris sui dignitas, usus, & venustas, aperte postularunt.

(2°.) LEGE dicta prospectum est, ut Altaris *cornua* ממנו *ex ipso* essent. Quæ sane Legis verba non sunt oscitanter prætereunda, cum sic [b] semper loquatur, quoties de cornibus altaris, aurei vel ænei, sermonem facit. Interpretes autem plerique verbis illis [*ex ipso*] cornuum materiam præscriptam sentiunt, ita ut altaris uncini (prout animalis cujusque cornua) cum ipso compacti essent, & ex eadem materia continuo opere ducerentur. Quid autem lex sacra de re tam levi, tam sollicite curaret, nisi ut Altare Mosis a gentium altaribus insigni discrimine distingueretur? nam (quod [c] vir doctus prior observavit) altare Dei cornua seu uncinos quosdam ex ipsa altaris materia productos, eique affabre connexos habuit: at aræ gentium totæ ex cornibus conflatæ fuerunt, aut cornibus ab animali aliquo desumptis plurimum exornatæ.

(3°.) LEGE Dei statutum est, ut altaris [d] cornua, quatuor tantum illius angulis affigerentur: ut scilicet a sacrificantibus aspergi, precantibus tractari, jurantibus tangi, a reis & sanctuarii tutela carentibus apprehendi possent, omnibus denique spectaculum venustum præberent & dignitate plenum. Adeo ut ipse cornuum situs indicaret, Deum, non ob virtutem aliquam cornibus insitam, sed præcipue quod usus ita postularet, cornua altari suo apponi præcepisse. Hæc autem argumento sunt, Deum, & hac in re superstitiosis gentilium moribus & dogmatis seipsum opposuisse. Nam illi (quod dixi modo) non tantum in altarium suorum angulis, sed lateribus & recessibus interioribus, cornua sæpenumero collocarunt. Quin & eo tandem vesaniæ ventum erat, quod altaria sua nonnunquam e cornibus tantum sinistris fabricarent. Hujus rei *Plutarchum* adduco testem, qui hæc de *Theseo* memoriæ [e] prodidit; ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν, ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον εὐωνύμων ἁπάντων· *Saltavit circum aram Ceratonem, quæ ex cornibus erat omnibus sinistris compacta;* quasi hujusmodi cornua, sacratiora, vel numinibus (fortasse lævis) gratiora, crederentur. Sed utut ista se habeant, apertum est Ethnicos cornua plurimum ad altare sacrandum valere censuisse, libentius etiam ad altaria cornibus instructiora se contulisse. [f] *Nonnus* enim, *Agaves* sacrificium e *Cadmi* præscripto celebratum referens, eam in montem altum ascendisse, καὶ εὐκεράῳ παρὰ βωμῷ, *& bene cornutum apud altare* fœminam ovem sacram fecisse, dicit.

E jam dictis haud absurde colligo, cornua, diu ante Mosis tempora locum in sacris invenisse, & ethnicos antiquiores superstitionem crassam circa altarium suorum cornua exercuisse. Nam difficile est rationem excogitare, cur Moses in cornuum eorum numero, figura, materia situque, describendis, eam diligentiam exhiberet; nisi ut superstitiosis quibusdam seculi moribus & dogmatis occurreret, & cornuum in sacris usum a superstitionis rubigine, temporis lapsu contracta, liberaret.

NE quis hæc omnia eo minoris habenda censeat, quod ei nova forsan & nullius eruditi calculo cohonestata videantur; coronidis loco unum subjungam [a] auctoris non omnino contemnendi testimonium. *De veris figuris cornuum taurinorum sive hircinorum* [b] *sacrum textum accipimus, quæ ad notam religionis in sacris altaribus Mosaicis habebantur, —Neque hoc videatur rarum; cum cornua veteris religionis divinique cultus insignia* TUNC *censerentur. Testantur hoc loca plurima, in quibus Oracula sacra de his cornibus lo-*

a *Hymn.* in *Apollin.* v. 60. b Vid. *Exod.* 27. 2. 30. 2. 37. 25. & 38. 2. c *Jo. Dought. Anal. Sac.* P. I. *Exc.* 40. d *Exod.* 27. 2. e In *vit. Thes.* pag. 9. D f *Dionysiac.* l. 44. v. 97. g *Fortun. Scac. Myroth.* 2. c. 65. col. 633, &c. h *Exod.* 27. 20.

CAP. V. SECT. I.

quuntur: apertissime vero id ex gentilium altaribus habetur; in quibus, sicuti etiam in nummis -- eorundem cornua, hinc inde perspicua, altarium religiosorum, in cultum numinum erectorum, nota sunt. Tantique notam hanc *eos fecisse constat, ut solis ex cornibus aliquando altaria excitata fuisse constet. -- Et fuit adeo religioni annexa nota cornuum, ut* [Delii Apollinis κεράτων βωμὸς ara ex cornibus] *inter septem* Orbis *miracula a Martiale recenseatur. —— Altaria lapidea, quæ passim conspiciuntur inter parietinas urbis* [Romæ] *ruinas religionis notam in cornibus ostendunt.* Posteriora illa restis mei verba (quod obiter nuto) fidei nonnihil a libro [a] *Juditha* mutuari possint. Ibi enim Assyrii *cornu altaris Dei gladio suo dejicere* statuunt, ut altare ipsum omni religione privarent, & ex eo vile tantum & inutile saxum facerent.

Capitis conclusio. NULLI jam dubium esse arbitror, horum cornuum originem & instituendi causam a gentium antiquiorum moribus arcessendam esse; Deumque altare suum cornibus annexis extrui præcepisse, ut illa (tunc temporis usu trita) dignitatis, & religionis aut sanctitatis insignia, Altari suo majestatem & reverentiam, sanctitati suæ consentaneam conciliarent.

CAP. V.

Exemplum tertium, Sacerdotum vestis linea.

INTER alia præcepta sacerdotum genti tradita, cautum erat, ne vestibus ullis, nisi e linn factis, altari ministrarent. *Levit.* 6. 10. *Vestietur sacerdos* מדו בד *vestimento suo lineo, & femoralibus lineis, -- tolletque cineres, &c.* Exod. 39. 27, 28. *Et fecerunt* את הכתנת שש *tunicas e bysso, opere textili, pro Aaron & filiis ejus, feminalia quoque linea byssina.* Ezec. 44. 17. *Cum ingredientur* sacerdotes *portas interioris atrii, vestes lineas induent.* Judæorum sacerdotes huic præcepto se morigerns præbuisse, res est per se credibilis, & auctorum testimoniis abunde confirmata. [b] *Josephus* sacerdotem sacris operaturum describens, inquit, λίνεον ἔνδυμα διπλῆς φορεῖ σινδόνος βυσσίνης· *Linteam interulam byssinam induit, e duplicata tela confectam.* Et [c] alibi, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὸν ναὸν ἀνέβαινον οἱ τῶν ἱερέων ἄμωμοι, βύσσον μετὰ ἀμπεχόμενοι· *Ad altare & templum ascendebant sacerdotes inculpati,* lineis *amicti.* Ad hæc proxime accedunt [d] *Aristea* verba: *sacerdotes sacrificantes talaribus ex bysso tunicis induuntur.*

HAS autem sacerdotum vestes, a gentium, Ægypti cumprimis, institutis delumptas arbitror. Gentium enim Ægypti præcipue, sacrificuli, *lintea vestis candore puro luminosi,* (uti loquitur [1] *Apuleius*) eorum sacra peregerunt; quod hujusmodi vestes religionis dignitati simul & puritati maxime consentaneas existimarent, ut etiam cultus tam splendidi & elegantis illicio vulgi animos irretirent, iisque rituum suorum admirationem incuterent. Cum itaque sacerdotes ethnici, præserim Ægyptii, candido splendentes amictu, sacra procurarent; & vestem lineam, utpote puritate & splendore conspicuam, sacris & eorum ministris maxime convenire crederent; vero non est absimile, Deum vestis consimilis usum sacerdotibus Hebræorum præscripsisse, quod vestes alias puritate vincerent, & ne splendorem quem in sacerdotibus Ægyptiacis admirari solebant, in propriis desiderarent.

UT autem hujus Argumenti partes ordine disponantur, ostendam primo, gentium antiquarum, Ægypti præcipue sacerdotes, vestibus tantum lineis indutos altari serviisse: secundo, probatum dabo, e gentium, Ægypti cumprimis usu factum fuisse, quod Hebræorum sacerdotes inter sacra, vestibus tantum lineis uterentur. Ea denique quæ causam meam maxime premere videntur, amovere conabor.

SECT. I.

Gentium antiquarum, Ægypti præcipue, sacerdotes, linteatos sacra celebrasse.

NE sententia mea fundamento male firmo niti censeatur, ostendendum primo, gentium antiquarum sacerdotes vestes lineas induisse, rebus divinis operam adhibituros. Huic autem negotio nil opus est ut multum sudoris impendam ipse, cum tot

a Cap. 9. 11. b *Antiq. Jud.* l. 3. c. 7. p. 112. 15. c *De Bel. Jud.* l. 5. p. 1129. 5. d *De LXX Interpret.* p. 865. E

1 Vid. Metamorph. L. 11. p. 371.

tot exemplis, a [a] *Cluverio*, [b] *Bulengero*, [c] *Sauberto* productis, evictum fit, Europæos, Asiaticos, Afros, Americanorum quoque sacerdotes, sacra peracturos, vestitu candido velari solitos. SECT. II.

SACERDOTES etiam Ægyptios (speciatim hoc in loco memorandos) inter sacra lînigeros fuisse, res est innumeris veterum testimoniis extra dubium posita. Sacerdotes Isidis, Ammonis, Osiridis, hoc modo vestiti, sacra celebrarunt. Isidis: nam [d] *Suetonius* in *Othone*, inter alia mollioris animi sui signa, meminit, quod *in lintea religiosaque veste, sacra Isidis propalam* celebrarit. Et [e] *Silius Italicus*, Ammonis sacerdotes sic describit,

——— Nec discolor ulli
Ante aras cultus: velantur corpora lino.

Veste etiam linea sacerdotes Osiridis ritus ejus peragebant: inde Lucanus *Magnum* ejus in hæc verba loquentem [f] introducit,

Evolvam busto jam numen gentibus Isin,
Et tectum lino spargam per vulgus Osirin.

HOS autem sacerdotes Ægypti *præcipue* linteatos sacrificasse dixi, quod illi (ni fallor) Diis eorum *omnibus*, linea veste præfulgentes, cultum exhiberent; cum gentium aliarum sacrificuli Deorum nonnullorum sacra, veste pulla velati, procurarent. Hunc morem spectant *Ovidii* illa, *Fastor.* 4. v. 619.

Alba decet Cererem vestis. Cerealibus albam
Sumite: nunc pulli velleris usus abest.

Deinde: cum Ægyptus regio esset optimi lini feracissima, non prorsus absurde creditur, eorum sacerdotes, veste linea insignes, in publicum plerumque prodiisse: cum alibi sacerdotes idolorum atrati & pullari tam frequenter incederent, quod a [g] nonnullis inde nomen [h] כמרים *atrati* accepisse censeantur.

SECT. II.

Morem Gentium, Ægypti præcipue, vesti sacerdotum lineæ principium dedisse, probatur testimoniis & aliis argumentis.

A PRÆSCRIPTO rerum ordine, id mihi negotii jam datum est, ut argumentis ostendam, vestis sacerdotalis originem ab antiquo gentium aut Ægyptiorum præcipue more deducendam esse. Probatur argumentis, ductis.

PRIMO itaque sententiam meam testimoniis firmatam dabo, ut lectotis præjudiciis occurram, nec jam rebus tantum novis in Rep. literaria studere videar. Horum autem primum sit *Polydori Vergilii*, testis eo pluris æstimandi, quod in illud incubuerit, eoque se dederit, ut rerum morumque fontes & origines aperiret. Sic autem [i] ille causam meam asserit: *liquido apparet, pleraque omnia* ornamenta sacerdotalia *ab ipsis Hebræis uno vel altero modo esse mutuo accepta, sicut illos ab Ægyptiis primitus sumpsisse verisimile est.* Et statim postea, *Ægyptii sacerdotes lineo tantum vestimento ut purissimo mundissimoque in rebus divinis utebantur: —— Atqui pari ratione Hebræi Ægyptiorum institutum imitati esse videntur: Josephus enim* lib. 6. de *bel. Judaic. scribit sacerdotes ad altare templumque accedere solitos omni vitio carentes, veste byssina*, i. e. *linea amictos.* Et nonnullis interpositis, *sacerdotes*, inquit, *nostri, linteati linigerique, id est, lineis vestimentis amicti, templum & altare adeunt, -- ritu dubio procul ab Ægyptiis per manus Hebræorum, usque ad nos translato.* * Testis secundi locum occupet *Guil. du Choul*, ita loquens, *sacerdotes nostri adhuc hodie vestiuntur ad pompam sacrificiorum suorum linteo velamine. Dicercmus talem modum ad nos translatum esse a sacerdotibus Ægyptiorum, qui vestes habebant ex lino valde delicato, & ex specie lini quod Xylon appellatur.* Ab hac sententia non multum discessit eruditus *Cluverius*, qui albæ vestis usum in sacris a fonte altiore deducen- 1. A testium auctoritate.

a *German. Antiq.* lib. 1. c. 35. b *Opuscul.* Tom. 1. l. 1. c. 34. c *De sacrific.* c. 9. d Cap. 12. e Lib. 3. v. 23. f *Pharsal.* l. 9. v. 157. g Vid. *Buxtorf. Lex. Talmud.* in כמר h *Zeph.* 1. 4. i Lib. 4. de *invent. rerum*: c. 7. * De *Relig. vet. Rom.* p. 243.

SECT. II. dum censuit. Nam, citato *Platonis* dicto, χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη, id est, vertente Cicerone, *color albus præcipue decorus deo est*; "hæc, [a] inquit, opinio non "a Platone primum, aut ullo alio mortalium fuit somniata, temereve ac vane exco-"gitata: sed ab ipso æterno Deo primo mortalium Adamo cum reliquis sacrorum ri-"tibus tradita, posteaque per Mosen populo suo Judæorum genti declarata, *Lev.* 6. "10. Ab Adamo *cum hoc* institutum [de veste nempe linea vel alba inter sacrifican-"dum induenda] quasi per manuum traditiones, ad Noachum usque, & terrarum in-"undationem pervenisset; post inundationem, ab hujus nepotibus in omnes simul or-„bis terrarum partes dispersum est; perpetuoque in hæc usque tempora observatum. Hi testes amice concordabunt, si dicatur, Hebræos, *immediate* quidem ab Ægyptiis, *mediate* vero a gentibus antiquioribus, lineæ vestis usum in sacris accepisse.

TESTIBUS hisce disertis & apertis, addere liceat Auctores illos antiquos qui de veste linea sic loqui solent, quasi sacrificulis Ægypti propria esset & peculiaris. Nam *linigeri* tanquam proprius & peculiaris character sacerdotum Ægyptiacorum, apud Antiquos, poetas inprimis, frequenter usurpatur. Iidem enim [b] Juvenali *grex liniger*; [c] Ovidio *linigera turba*, [d] Martiali *linigeri calvi*, qui & [e] Senecæ *linteati senes* appellantur. Veteres etiam vestem illam, non tantum Sacerdotibus, sed primariis illis Ægypti numinibus, Isidi & Osiridi, sacram & pene propriam faciunt. Iode enim Isis Deæ *linigeræ* nomen invenit apud [f] *Ovidium*:

Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.

Tertullianus linteum, quo Christus circumcinxit se, discipulorum pedes abluturus, [g] *propriam Osiridis vestem* vocat; quod sacerdotes Osiridis, lino tantum vestiri, [h] religiosius observarent. Inde *Suidas* Heraiscum sacerdotem jam mortuum, involutum refert vestibus e lino factis, quas [i] ille Ὀσίριδος ἐπὶ τῷ σώματι περιβολὰς appellat. Longe autem abest a veri similitudine, Veteres in hunc modum de linea veste, & Ægypti sacerdotibus, loqui voluisse; nisi plane persuasos, Ægyptios primo & præcipue, alios autem eorum exemplo ductos, hanc vestem in Deorum ceremoniis usurpasse.

2. A vestis lineæ materia. SECUNDO: hinc etiam sententia mea firmior evadet, quod sacerdotum Hebræorum vestes e lino plurimum Ægyptiaco conficerentur. Hoc e lini nomine, *Talmudicorum* testimonio, commercio denique quod inter Judæos & Ægyptios intercessit, summa cum veri specie colligendum.

(1°.) E lini nomine: nam linum ad sacerdotum tunicas conficiendas usurpatum, הבר שש *linum byssinum* appellatur. שש autem linum Ægyptium sonare sentit [k] *Abarbanel*, dicens, וששׁ הוא פשתן מצרי שהוא משובח מאר במינו id est, שש *autem est linum Ægyptiacum, quod est præstantissimum in sua specie.* Hisce gemina sunt quæ in locum eundem habet *Aben-Ezra*: שש הוא הבר מין ממיני פשתים ימצא במצרים ☐ לבדו רק הוא לבן ואינו צבע Schesch *idem est quod* Bad, *species quædam lini quod nascitur in Ægypto tantum, tenue est, & album, & non tingitur.* Hoc eo credibilius est, quod byssus Ægyptia nomine שש apud Mosem veniat, *Gen.* 41. 42. *Et induit ei* [de *Josepho* fit sermo] *vestes byssinas*: eodem etiam nomine apud Prophetam commendatur, *Ezec.* 27. 7. שש *byssus varia ex Ægypto facta est.* Nomini Hebræo consonum est בוץ quod *Syrus* & *Chaldæus*, & βύσσος quod Græci, ad שש aut linum notandum iis in locis usurparunt. Scribunt autem [l] *Mercerus* & *Munsterus*, *in sola Ægypto byssum provenire.* Nec forsan a veri regione multum aberrarunt auctores illi, modo verba eorum de Mosis temporibus dicta censeantur: tunc enim byssus Ægypto soli cognita fuisse, atque inde postea in alias terras propagata videatur.

(2°.) Hoc etiam non temere colligitur e Talmudicorum testimonio, qui vestes byssinas, quas Pontifex die piaculari induebat, e lino Pelusiaco vel Ægyptio concinnatas asserunt. Nam [m] inquiunt, בשחר היה לובש פלוסין ובין הערביים הנדויין *mane induebat Pontifex vestes Pelusiacas, vesperi vero Indicas.* Vestes autem פלוסין Pelusiacæ dicebantur, inquit [n] vir egregius e nostris, a Pelusio Ægypti oppido, cujus agri lurosi & paludosi, lini optimi feraces erant, quod mercatores inde in alias regiones exportabant, & linum Pelusiacum dicebatur. Hinc illud *Silii* lib. 3. v. 375.

a *Antiq. German.* l. 1. pag. 243. b *Sat.* 6. v. 532. c *Metam.* 1. v. 747. d *Epig.* l. 12. 29. e De *Vit. beat.* c. 27. f De *Pont. eleg.* 1. v. 51. g De *coron.* c. 7. pag. 105. C h *Viri quendam de sacratis* Osiridis sacerdotibus, *linteis intectum.* Apul. lib. 11. pag. 392. i In *Voc.* Ἡραΐσκος. k *Comment.* in *Exod.* 25. 4. l *Lexic.* ad *voc.* שש m *Massec. Iom.* c. 3. *halac.* 7. n *Sheringham. not.* in loc.

Et

Et Pelusiaco filum componere lino. SECT. II.

Non est autem facile dubitandum, quin sacerdotum etiam vulgarium byssinæ vestes ex eodem lino [scil. Ægyptio] constarent; cum præceptum sit, ut pontificis & inferiorum sacerdotum vestes albas, e שש aut בד i. e. eadem lini specie, concinnarent. Ad hanc sententiam eo magis inclinat animus, quod sacerdotum templi Gaditani vestes, e filo Pelusiaco contextæ, a Judæorum cultu & usu, tanquam exemplari, profectæ censeantur. De iis enim & eorum templo, hæc, inter alia mere Judaica, leguntur apud *Silium*, lib. 3. v. 22.

Femineos prohibent gressus, ac limine curant
Setigeros arcere sues: nec discolor ulli
Ante aras cultus: velantur corpora lino,
Et Pelusiaco præfulget stamine vertex.

(3°.) HIS etiam firmandis inservit celebre lini commercium quod in Ægypto, tempore Salomonis, exercebatur. Nam ab [a] Historico sacro traditum est, servos ejus ad Ægyptum, singulari arte & mercatu telæ byssinæ claram, se contulisse, atque inde *telam byssinam* Hierosolymam advexisse, *filum* insuper *lineum pretio statuto accepisse.* Cum autem ex omnibus Ægypti bonis filum tantum byssinum aut lineum *pretio statuto* emerint; inde facili conjecturæ locus est, mercatores Hebræos ingentem lini copiam importasse, & gentem Hebræam in partes majores aut minores (prout usus templi vel sacerdotum postularet) illa *fila byssina* texuisse.

CUM itaque sacerdotum vestes e lino plurimum Ægyptio, eoque Pelusiaco conficerentur; hinc expedite colligo, Deum ideo sacerdotes Hebræorum vestibus lineis ornari voluisse, ut eorum studiis moribusque se accommodaret, eosque cultus Ægyptiaci splendore fascinatos, ad illius sacra, pari vel majore venustate conspicua facilius allectaret. Nisi enim ea de causa vestes hujusmodi lineas sacerdotibus concesserit Deus, quid opus erat ut e lectissimo lini genere, nimirum Ægyptio fierent? Quid etiam vestes e filo Pelusiaco contextas gereret Pontifex, aliique sacerdotes; nisi quod Israelitæ in tractu [b] Pelusiaco vixisse, & linum Pelusiacum, utpote candidius, subtiliusque, præ cæteris Ægypti linis, petiisse videantur?

TERTIO: vestis hujusce sacerdotalis *forma*, momenti non minoris argumentum ad sententiam firmandam, quam illius *materia*, suggerit. Si enim vestis illius formam spectemus, Talaris, Textilis, Stricta, forsan & Ornata vel figuris aliquot variata, fuit; adeo ut vestis Isiacæ formam adamussim retulisse videatur. 3°. A vestis forma.

(1°.) SACERDOTES Judaici, rebus divinis operam dantes, veste talari utebantur. Hoc intelligere licet e [c] *Josepho* & [d] auctore Apocrypho, quibus vestis illa [χιτὼν] ποδήρης tunica *talaris*, aut a collo ad talos demissa, nuncupatur. Ejusdem veritatis testem se præbet [e] *Aristeas*, his verbis; *sacerdotes sacrificantes talaribus ex bysso tunicis induuntur.* Idem indicant [f] *Maimonidis* illa, ארך הכתנת עד למעלה מן הע קב *longitudo tunica erat usque ad superiorem calcanei partem.* Cum itaque Dominus noster inter septem candelabra, tanquam in templo sacerdos, ambularet, [g] ἐνδεδυμένον ποδήρη se videndum præbuit. More etiam veteri factum est, ut sacerdotes Ægypti vestem lineam ad talos usque pertingentem gererent. Ita morem habuisse testatur *Apuleius*, de sacerdotibus illis [h] ita loquens: *antistites sacrorum* Isidis, *qui candido linteamine adusque vestigia demisso, cinctum pectorale strictim injecti,* &c. Horum exemplum imitati videntur gentium aliarum sacrificuli: hinc enim occasio data *Virgilii* verbis, *Æneid.* 6. v. 645.

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos.

Inter alios autem, verisimile est Hebræorum sacerdotes veste longa Deo ministrantes, morem illum ex Ægypti ritu petiisse. Cum enim in lege nil tale præceptum exstet, ratio suadet opinari, sacerdotes vestem talarem, more ab antiquis Ægyptiis hausto & propagato, in sacris usurpasse.

(2°.) SACERDOTIS tunica textilis erat, h. e. tota e bysso confecta, quæ solam textoris artem, non acus operam, subiisset. Hoc e sacro textu manifestum, *Exod.* 39.

a 1 *Reg.* 10. 28. b *Jonathan. Targ.* in *Exod.* 12. 37. & 19. 4. *Bochart.* de *animal. sac.* P. 2. col. 182. & *Lightfoot. Hor. Hebr.* in *Marc. Dec. Choreg.* §. 2. de *Pelusio.* c *Antiq. Judaic.* L. 3. c. 7. p. 112. 20. d *Sap. Salom.* c. 18. 24. e De *LXX Interp.* p. 865. E f De *Supellect. Templi.* c. 8. §. 17. fol. 186. g Vid. *Revel.* 1. 13. & LXX in *Exek.* 92. h *Metamorph.* L. 11. p. 371.

SECT. II.

27. *Et fecerunt tunicas byssinas* מעשה ארג *opus texentis*, *Aharoni & filiis ejus.* Cum enim præceptum esset, ut e bysso constarent Sacerdotum tunicæ; non minus necesse erat ut illæ, quam ut nostræ, *textoris opere* conficerentur: adeoque voces illæ prorsus inutiles erunt, nisi vestes textoris tantum, (non sutoris etiam) opera concinnatas notare censeantur. Hasce tunicas ita factas, adeoque prorsus inconsutiles fuisse, probabilius evadat e *Josephi* testimonio de sacerdotis magni pallio: [a] ἔστι δ' ὁ χιτὼν οὗτος οὐκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων, ὥστε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων εἶναι καὶ τῶν παρὰ πλευράν· φάρσος δ' ἓν ἐπίμηκες ὑφασμένον· *Hæc tunica non constat e duobus segmentis, ut suturas habeat in humeris ac lateribus: est autem unica tela in longum contexta.* Hanc etiam tunicæ sacræ circumstantiam e moribus Ægyptiorum aut aliorum Gentilium fluxisse censeo, qui linum textile & vestimenta ἄῤῥαφα frequentius ad usus sacros adhibebant. Occurrit enim in [b] historia sacra, *domus scortatorum, quæ fœminæ texebant cortinas luco.* Non multum hinc abeunt quæ *Pausanias* habet, *Eliac.* posteriori: c. 24. p. 515. πεποίηται δὲ ταῖς γυναιξὶν ἐν τῇ ἀγορᾷ οἴκημα ταῖς ἑκκαίδεκα καλουμέναις, ἔνθα τὸν πέπλον ὑφαίνουσι τῇ Ἥρᾳ· *In ipso etiam foro, fœminis quæ sedecim vocantur domus facta est, in qua Junoni peplum texunt.* A re præsenti paulo propius abest, quod eodem in * libro refert, sacerdotissam nempe Sosipolis, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον ἐφελκυσαμένην ὕφος λευκόν· *capite & facie candido textili velatam*, ad Numen accessisse. Neque Græcos tantum, sed & Ægyptios linum textile rebus sacris aptius existimasse, docent [c] *Apuleii* illa; *mirum non est, hominem tot mysteriis Deum conscium, quædam sacrorum crepundia domi adservare, atque ea lineo texto involvere, quod purissimum est rebus divinis velamentum.* Ideo vero veteres Ægyptii, Græci, aliique textile personis & rebus sacris aptius habuere, vel quod ars texendi gratiam quandam a Mercurio vel Iside, cui primam texendi gloriam dabant, hausisse crederetur; vel quod eo seculo multum temporis textilibus impenderetur, unde sutilium pretium & dignitatem longe superarunt. *Platonis* itaque lege cautum erat, [d] *ne textile*, vel templo consecrandum, *operosius esset, quam quod menstrua mulieris unius opera detexi posset.* Plura hic addi possent, quæ tamen, ne fines rei propositæ transiliam, prætermitto.

(3°.) TUNICA illa stricta erat, & sacerdotis corpori concinne, sine rugis aut plicaturis adhærebat. Illius formam [e] *Antonius Millieus* sic nobis Musa non invenusta descriptam dedit,

Tunc tunicam duplici e bysso tortaque nitentem,
Inductam collo ad talos a vertice fundit.
Non rugis, non illa sinu, non follibus undat,
Sed manicis habiles artus ad munia stringens
Tenditur, & membris hæret concinna movendis,
Seu campestre sagum, tegitur quo miles in armis.

Quibus versibus poeta ad D. *Hieronymi* verba respexisse videtur: nam ille, de tunica sacerdotum loquens, [f] *hæc*, inquit, *adhæret corpori, & tam arcta est & strictis manicis, ut nulla omnino in veste sit ruga: & usque ad crura descendat. -- Solent militantes habere* vestes *lineas, quas camisias vocant, sic aptas membris & astrictas corporibus, ut expediti sint vel ad cursum vel ad prælia. —— Ergo & sacerdotes parati in ministerium Dei, utuntur hac tunica. ut habentes pulchritudinem vestimentorum, nudorum celeritate discurrant.* Hæc D. *Hieronymus* e *Josephi* fide dixisse videtur, qui de veste sacerdotali hæc [g] habet: ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἔνδυμα ποδήρης χιτὼν περιεσφιγμένος τῷ σώματι, καὶ τὰς χειρῖδας περὶ τοὺς βραχίονας κατεσφιγμένος· *Est autem indumentum illud tunica talaris, corpori astricta, & manicas circa brachia astrictas habens.* Et statim postea, ἔστι, inquit, ὁ χιτὼν κολπώτης μηδαμόθεν· *Tunica illa non omnino sinuatur.* Hanc tunicæ formam nonnulli e Legis ipsius præscripto colligendam sentiunt, *Exod.* 28. 4. *Facient pallium* וכתנת חשבץ ubi *Vulgatus* habet *& lineam strictam;* Chaldæus כתונא מרמצא voce a רמץ *constrinxit* derivata; LXX καὶ χιτῶνα κοσυμβωτόν, i. e. *tunicam constringentem;* nam κόσυμβος *nodum* significat, & κοσύμβη *vinculum* seu *colligationem*, aut, juxta *Hesychium*, ἐγκόμβωμα καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον·

NEC Hebræorum tantum, sed & Ægypti sacerdotes, consimilis formæ tunicis indutos, cultus sui ministeria præstare solitos, ex [h] *Apuleii* verbis eliciamus: *antistites sacrorum*,

a *Antiq.* lib. 3. c. 7. p. 113. 20. b 2 *Reg.* 23. 7. * Cap. 20. p. 501. c *Apolog.* p. 495.
d Ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἔργον γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον. De *legib.* l. 12. p. 956. A e *Moyf. Viat.* l. 3. p. 465.
f *Epist. ad Fabiol.* T. 2. col. 579. g Lib. *Antiq. Jud.* 3. c. 7. p. 112. 20. h Ub. supr.

crorum, -- candido linteamine cinctum pectorale adufque veftigia strictim injecti, potentiffimorum Deum proferebant -- exuvias. Quæ verba hac luce donavit *Beroaldus:* p. 688. cinctus *ille* pectoralis *denotare videtur id genus veftis facerdotalis, quæ ex lino poderis erat, -- & corpori arcte* & fine rugis adhærebat. Cum autem stricta veftis *artus habiles ad munia* reddat; non eft a fide alienum, facerdotes Ægyptios hujufmodi veftem in facris primos ufurpaffe, ut fcilicet eo promptius & expeditius officii fui partes omnes exequerentur. Olim enim [a] Germani locupletiores, ob caufam non abfimilem, *vefte non fluitante, -- fed stricta & fingulos artus exprimente* diftinguebantur. SECT. II.

(4°.) TUNICA facerdotalis ornata forfan erat, & figuris aliquot variata. Hanc veftem aliquid ornatus, non folum naturæ, fed & arti debuiffe, nihil inter interpretes plerosque controverfi habet. Hoc enim e facro textu veftis hujufce formam præfcribente colligendum fentiunt; *Exod.* 28. 39. ושבצת הכתנת שש id eft, interprete Tremellio, *& teffellatam facies tunicam illam e* byffo; quafi tunicæ illi, teffellæ vel figuræ quadratæ quædam intexiæ decus adderenr. *Chaldæus* vim aliam voci שבץ rribuendam cenfuit: nam *Pfal.* 45. de Sanctuarii & facerdorum ornamentis intelligens, verf. 14. & 15. in hunc modum explicat, *omne pulchrum & defiderabile* —— *offerent facerdotibus, quorum veftes intertextæ funt auro optimo: in veftibus acu pictis offerent oblationes fuas coram Rege orbis.* Quæ verba dneumento funt, interpretem illum exiftimaffe, facerdotum etiam vulgarium veftes acu pictas fuiffe, & ab auro intertexto novam gratiam & venuftatem accepiffe. Alias doctorum opiniones de veftis hujus ornatu tacite prætermitto, quod [b] Auctor egregius hoc argumentum fudore fuo non indignum duxerit, & quod opiniones illæ, fenfus incerti vocabulis, aut non minus incertis Rabbinurum conjecturis innirantur. Ut rem tam obfcuram modefte fimul & breviter expediam: mihi probabile videtur, tunicam Sacerdotalem floribus aut figuris aliquot exornatam, ea tamen arte factis & ingenio, ut nativum lini candorem non extinguerent, aut minus confpicuum redderent. Nam verbum שבץ [de hac vefte [c] ufurpatum & voces ab eo derivatæ, ornatum in veftibus plerumque denotant: fic etiam [d] *Bochartus* illius fignificatum (paulo clarius) explicat, שבץ *Hebræis eft aurum vel varios colores panno intexere: inde* שבוטא *dictus videtur Chaldæa dialecto (qua tfade Hebræum mutatur in* teth) *pifcis diverficolor.*

QUID autem Deus facerdotes ejus tunicis tam venuftis & elegantibus ornari jufferit, ut opus cum ipfa materia certaffe putetur, nifi quod *Ægypti* facrificuli veftitu lineo floribus & emblemaris vario decorari folerent? Deus autem nihil elegantiæ facerdoribus ejus deeffe voluit, unde populus Ifraeliticus, in cultus Ægyptiaci admirationem, aut proprii contemptum duceretur. Ad hanc caufam runicæ facerdotalis ornatum & elegantiam referendam effe, mihi facile perfuadeo, quod byffus optima & variegata inter antiqua & pene peculiaria Ægypti bona & mercimonia [e] fæpe recenfeatur. Cum enim linum variegatum, & non minus arte quam natura pretiofum, in Ægypto tam frequens effet; confentaneum eft credere, prodigam Ægypti religionem hujufmodi linum Deorum miniftris concedere voluiffe. Sed non opus eft, ut rem hanc conjectura probabili colligamus: nam *Apuleius*, Ægypti facris initiatus, [f] erat *byffina quidem, fed floride depicta vefte confpicuus:* & poftea, *byffum multicolorem & veftem ftellis diftinctam variegatamque*, in Ægypti facris ufitatam, memorat.

QUARTO: hinc etiam fufpicari licet, facerdotum tunicas ab Ægypto derivatas, eo quod lex ea de lino tantum induendo facerdoti miniftranti data, cum duabus aliis legibus, *linigerorum* Ægyptiorum mori contrariis, conjuncta reperiatur. Sic enim Propheta legem illam repetitam [g] dedit: *erit autem cum accedent* facerdotes *ad portas atrii intimi*, ut *veftes lineas induant; neque impofitum efto ipfis veftimentum laneum, cum miniftrabunt in portis atrii intimi & intus. Tiara lineæ funto in capite eorum, & femoralia linea funto fuper lumbos eorum. -- Exituri autem in atrium exterius, & in atrium extimum ad populum, nudanto fe veftimentis fuis quibus miniftrant. —— Caput quoque fuum ne radunto.* His autem verbis, duas leges cum Ifiacorum moribus e regione pugnantes tradit Deus: nam, 4°. A legis circumftantiis, lmi ufum præcipientis;

(1°.) EAM vefti lineæ puritatem & virtutem tribuebant *Ifiaci*, ut eam vix unquam exuerent, fed ea pene femper induti prodirent. Sic mores eorum habuiffe, teftatur [h] S.

a *Tacit.* de *German. morib.* p. 130. b *Jo. Braun.* lib. 1. de *Veftit. Sacerd. Hebraor.* L. 1. c. 17. c *Exod.* 28. 39. d *De animal. Sacr.* P. 2. l. 5. c. 14. col. 753. 40. e *Exec.* 27. 7. *Jef.* 19. 9 *Prov.* 7. 16. *Pfal.* 45. 14. f Vid. *Apul. Met.* l. 11. cum not. *Beroald.* p. 750. g *Exec.* 44. 17. 18. 19. 20. h *Comment.* in *Exec.* c. 44. Tom. 3. col. 1029.

Sect. II. *Hieronymus*, dicens, *vestibus lineis utuntur Ægypti sacerdotes non solum intrinsecus sed & extrinsecus.* Ar inquir, *religio divina*, Christiana, *alterum habitum habet in ministerio; alterum in usu vitaque communi.* Ur ita censeam, non ægre a me impetro, quod Pyrhagoras, ab Ægyptiis edoctus, vestitu tantum lineo [a] suos uri jusserit: & Apollonius Tyanæus, qui *Proteus Ægyptius* vocabatur, ut se Pythagoræ & Ægypti discipulum sincerum probaret, non nisi [b] lino vestirus incedebat.

(2°.) Sic etiam cultus Ægyptiaci more caurum receptumque fuit, ut eorum sacerdotes, capire, imo & roto corpore raso, Isidis & Osiridis ritus agerent. Inde *Juvenalis* illud, *Satyr.* 6. v. 532.

Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo.

Et *Martialis*, *Epigr.* lib. 12. *Ep.* 29.

Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba.

Huic etiam mori illa [x] *Plutarchi* in *Iside* fidem afferunt: οὔτε φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξυρήσεις i. e. Ut *neque barba neque pallium philosophos facit*, ita *neque Isiacos linea amicula vel rasura.* Ad hunc modum ornatus, (nempe *linteis amiculis* intectus & *raso capite*) Zachias Ægyptius, Propheta primarius, in medium producitur apud [c] *Apuleium.*

Quid aurem Deus legem de linea veste renovans, mores hosce *Linigeris* Ægypti proprios & peculiares una prohiberet; nisi quod metus causa subesset, ne sacerdotes ejus, una cum *veste Isidis & Osiridis propria*, mnres etiam Ægypti proprios & cultus Isiaci speciem præferenres acciperenr & observarenr? Linum perperuus erat sacerdotum Ægyptiorum vestitus, eo *quod aqua & terra donum esset*, adeoque lanam puritate superare crederetur: capitibus etiam calvitiem inducebant illi, [d] quod ritus funebris esset, & cultus Isiaci mysteriis apprime conveniret. Deus itaque vestes quidem Ægypri lineas, urpote [e] *ad gloriam & ornatum* facientes, sacerdotibus ejus concessit; noluit autem ut dogmate vel riru aliquo superstitioso ab Ægyptiis hausto, animas eorum aut corpora dehonestarent. Neque hoc novum aut mirum videri possit, cum ritus omnes ex Ægypti quasi rituali in legem suam transcriptos, Deus emendaros & ab adhærente genrilismi fæce purgatos Israeli dederit.

5°. A sacerdotum Judaicorum moribus. Quinto: Judæorum sacerdores una cum veste linea mores etiam nonnullos acceperunt, quorum vestigia vix ullibi, nisi in *linigerorum* Ægypti ritibus & institutis deprehendi possunt. Nam,

(1°.) Religiose curabant Hebræorum sacerdotes, ne pediculus aut pulvisculi quicquam inter linum & carnem eorum intercederet, ne forte sacrum irrirum facerent & illegitimum. Hoc e verbis [f] *Maimonidis*, de sacerdotis vestibus lineis agentis, intelligi datur, נימא אחת או עפר או כינה מתה אם היתה בין בשר לבגד הרי זו חציצה ועבודתו פסולה i. e. *Si filum aut pulvis aut pediculus mortuus esset inter carnem & vestem, discrimen habebatur, & ministerium ejus hoc modo reddebatur illegitimum.* Eandem religionem linigerorum Ægyptiacorum animos occupasse tradir [g] *Herodotus*, asserens eos εἵματα λίνεα [φορέουσι] αἰεὶ νεόπλυτα, *linea vestimenta* ferre *semper recens abluta*, — *& tertio quoque die corpus totum radere*, ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηταί σφι θεραπεύουσι τοὺς Θεούς *Ne quis pediculus aut alia sordes creetur.*

(2°.) Judæorum sacerdotes Zonas quibus vestes lineas cingebant, altiuscule [sub ipsas papillas] gestare solebanr. Hoc testis oculati fide nixus assero, [h] *Josephi* nempe, qui sacerdotis χιτῶνα memorans, ὃν ἐπιζώννυνται, inquit, κατὰ στῆθος, ὀλίγον τῆς μασχάλης *quem accingunt circa pectus, paulo axillis inferius.* Ita morem habuisse docenr insuper Angeli apocalyprici, qui e remplo prodiisse dicunrur, [i] *induti lino mundo & splendido*, καὶ περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς, *& cincti* [non circa lumbos, sed] *pectora zonis aureis*, & sacerdotum Judaicorum speciem referentes. *Johannes* etiam in ecstasin raprus, [k] vidit summum ecclesiæ sacerdorem, Dnminum JEsum Christum, ralari veste indutum, *& cinctum* περὶ τοὺς μαστοὺς *sub papillas zona aurea.* Ideo vero sacerdores cir-

a *Iamblic.* de *Vit. Pythag.* cap. 21. b *Philostrat.* l. 1. de *Vit. Apollon.* cap. 8. c *Aur. Asin.* l. 2. p. 63. d *Quod capillitio denudetur caput ab Isiacis, & totum corpus, eam plerique rationem arbitrantur, quod is esset lugentium mos.* Cæl Rhodig. Antiq. l. 5. cap. 12. e *Exod.* 28. 40. f De *supellect. Templi*, c. 10. §. 6. fol. 187. g In *Euterp.* cap. 37. h *Antiq. Judaic.* l. 3. c. 7. p. 112. 20. i *Apoc.* 15. 6. k *Apoc.* 1. 13.

x Vid. de *Isid.* & *Osir.* p. 352. C.

ca

ea mammas tam curate cingebantur; ne forte si medium corpus strinxisset Zona, sudorem provocaret, & sacræ vestes impuræ & maleolentes ex attracto sudore redderentur. Cum autem hic cingendi modus nullibi in Pentateucho præscribatur, vix divinare fas est, cur Hebræorum sacerdotes Zonas *altiusculè*, sub pectora, præcinctas gererent; nisi quod Ægyptii veteres hunc cingendi modum tanquam puritati maxime consentaneum usurparent; & primi Judæorum patres, Zonam & Vestem lineam ab Ægypto derivantes, ipsum etiam Ægyptium cingendi modum retinerent, & ad posteros eorum propagarent. Hanc autem cincturæ formam apud Ægyptios antiquiores in usu fuisse, conjiciendi causam non levem præbent [a] *Apuleii* verba: *ipsa linea tunica mundule amicta, & russea fasciola prænitente altiusculè sub ipsas papillas succinctula.* &c.

Hic forte non-nemo nobis adversus dicet, Hebræos ritum illum, non ex Ægypti consuetudine, sed legis præscripto accepisse. Constat enim Deum hac de re legem disertam per *Ezechielem* tradidisse: nempe cap. 44. 18. *Femoralia linea sunto ad lumbos eorum, non cingunto se* ביזע *in sudore*, vel *ad sudorem.* Hoc autem in loco, [b] Talmudicis *cingi in sudore*, est *cingi* במקום שמזיעין *in loco ubi* præcipue *sudant*, hoc est, sub costis aut axillis, locis cumprimis sudore madidis. Hunc sensum, cum aliis, amplectitur Chaldæus, sic textum explicans, *& non accingentur super lumbos suos*, אל לבביהון ייסרון sed *ad corda sua accingentur.* Huc etiam inclinant LXX, sic textum exponentes potius, quam transferentes, οὐ περιζώσονται βίᾳ *non accingentur violenter*, aut arcte adeo ut sudorem eliciant. Sed hic nodus non multum stringit: hic enim Deus non tam rem novam præcipit, quam ritum usu veteri receptum revocat & lege sancit; ne Judæi e captivitate olim reversuri, Ægyptiis aliisve puritatis aut munditiæ studio cedere viderentur. Neque hoc mirum videri possit, cum aliæ sint leges *Ezechielis* ministerio datæ, quas in rituali Mosaico frustra quærimus; & quibus mores seculi quo vixit *Ezechiel*, occasionem dedisse censeantur.

(3°.) Veteres Hebræi, linum in sacris usurpandum, lanam etiam a sacris ablegandam, ob rationem subtilem & ingenium Ægypti sapientem existimarunt. Postquam enim [c] *Philo* narrasset, sacerdotem summum ad intima sacraria profectum, ἐσθῆτα - λινῆν - βύσσου τῆς καθαρωτάτης πεποιημένην [ἀναλαμβάνειν] *vestem - lineam - e tela byssina purissima factam* sumere solitum; hanc moris illius assignat causam, δυσρηκτότερα γὰρ ἡ ὀθόνη, καὶ ἐξ οὐδενὸς τῶν ἀποθνησκόντων γίνεται. *Nam hoc telæ genus difficile rumpitur, nec fit ex ulla re mortali.* [d] Alibi etiam sacerdotem summum adyta subiturum, tunicam lineam sumere debuisse dicit, διὰ τὸ τὴν ὀθόνην ἐκ μηδενὸς τῶν ἀποθνησκόντων ὥσπερ τὰ ἔρια γεγενῆσθαι. *Quia lintea non e re ulla quæ moritur sicut lanea generantur.* Ratio eadem a *Plutarcho* redditur, cur sacerdotes Isidis inter sacra lineis tantum vestibus uterentur: τὸ λίνον, inquit, [e] φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου τῆς γῆς, —— λιτὴν δὲ παρέχει καὶ καθαρὰν ἐσθῆτα. *Linum e terra nascitur immortali, & vestem præbet tenuem & puram.* Rationis hujusce vires *Apollonius Tyaneus*, de Pythagora loquens, in hunc modum [f] explicat: ἐσθῆτα ἣν ἀπὸ θνησειδίων οἱ πολλοὶ φορῶσιν, οὐ καθαρὰν ἄγων φάναι, λίνον ἠμπίσχετο, &c. *Vestitum quem a morticinis* [ovibus nempe] *plerique ferunt, impurum esse ratus, lineis amiciri statuit; calceos itidem e cortice eadem de causa sibi concinnavit.* Pythagoram autem hæc e moribus & institutis Ægyptiacis accepisse, causam opinandi præbet [g] *Herodotus*, hæc de sacerdotibus Ægypti referens; ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην, καὶ ὑποδήματα βύβλινα, &c. *Sacerdotes vestem solummodo lineam, & calceos* e corticibus arborum *gestant; nec aliam vestem aut alios calceos eis induere fas est.*

Unde factum est autem (ut argumentum e jam dictis eliciam) ut Hebræorum & Ægyptiorum sacerdotes, cætera divisi maxime, moribus & sententiis, lineæ vestis usum spectantibus, tam amice convenirent? Mihi rem serio perpendenti, nihil hic majore cum veri specie dicendum videtur, quam quod sacerdotes Hebræorum se tunicam lineam ab Ægypti more derivasse, pro certo habuerint, ideoque consentaneum duxerint, ut mores & sententias, una cum vestis illius usu, in Ægypto obtinentes, simul retinerent; ne forsan in re ulla, puritatis, decori, vel reverentiæ speciem habente, æmulis suis Ægyptiis cedere viderentur. Nam certum est nullum in Pentateucho locum inveniri, qui moribus & sententiis jam recensitis fundum aut colorem præbeat.

Sexto: ex ipsa lini natura non temere colligendum est, Ægypti sacrificulos, diu 6. A lini natura.

a De *Aur. Asin.* l. 2. p. 43. b *Gemar.* in *Talmud.* de *Sacrific.* cap. 2. fol. 19. 1. c Lib. de *Somniis*, p. 597. E d Lib. 2. de *Monarc.* p. 823. D e Lib. de *Isid.* p. 352. E f *Philostrat.* l. 8. de *vit. Apollon. Tyan.* §. 4. c. 7. p. 333. g Lib. 2. c. 37.

SECT. II. ante Mofis tempora, lino veftitos, officia facra peregiffe. Linum enim, res mundiffima, illuftriffima, candidiffima, non immerito habebatur: ideoque fidei congruum eft, Ægyptios [ipfo rationis inftinctu monitos] habitum illum facris & eorum miniftris maxime confenraneum exiftimaffe.

(1°.) LINUM res maxime munda, & facrorum munditiæ confentanea femper habebarur. Cum enim lana ovium excrementum fit, fudorem provocet, facile in fordes abeat, & corpus e lanæ folius ufu fœditatem contrahat; linum puris tantum cœli terræque influentiis ortum debet, ipfum mundum eft plurimum & ab omni forde vacuum, nec homini quicquam fœditatis affricare foler. Hac de caufa, linum olim cum facrorum puritate confenfum colere, lana vero nihil cum ea conjunctum aur confentiens habere, eredebatur. Hujus rei teftis accedat *Apuleius*, cujus hæc funt [a] verba: *ne cui fit mirum, hominem* illum facra *quadam -- lineo texto involvere, quod puriffimum eft rebus divinis velamentum. Quippe lana, fegniffimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphei & Pythagoræ fcitis, profanus veftitus eft. Sed enim mundiffima lini feges inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui & amictui fanctiffimis Ægyptiorum facerdotibus, fed opertui quoque inde rebus facris ufurpatur.* Neque hæc pro fuperftitionis ineptiis, aut imaginarionis lufibus haberi debenr; cum ipfa Scriptura lino puritatem quandam, lanæ vero immunditiem tribuat. Nam ex eo fonte fluxiffe videtur lex ea quæ facerdotum genti traditur, *Ezec.* 44. 17. *Et erit, cum ingrediuntur portas atrii interioris, quod veftibus lineis induent fe: & non afcendet fuper ipfos lana, eum miniftrant in portis atrii interioris.* Cum itaque lini mundities illud facris ufibus tam aptum & accommodatum redderet, non temere creditur, Ægyptios antiquiores, lineis indutos, officia facra præftitiffe; cum alibi manifeftum fecerim, Ægyptios aliofque, facra peracturos, munditiæ corporeæ quam maxime ftuduiffe, mundiriæque ftudium fignis omnibus indicaffe.

(2°.) LINUM olim res illuftriffima & auguftiffima, faltem inter Ægyptios habebatur. Cum enim Pharaoh Jofephum honoris & principarus infignibus ornari vellet, [b] *juffit ipfum induere* בגדי שש *veftem* aut *ftolam lineam byffinam, & appofuit torquem aureum collo ejus.* [c] Aliis etiam e locis apparet, Antiquos byffum magnatis aur hominis ad fummum honorem evecti geftamen habuiffe. Ideoque perquam probabile eft, Ægyptios facerdotes funs, quibus honorem eximium defcrebant, veftibus byffinis vel Pharaonis temporc decoraffe. Sacerdotes Ægypti veftibus hifcc byffinis illuftres fuiffe, eo promptius credendum arbitror, quod Deus Aaronis filiis hujufmodi veftes, & cas arte fingulari factas & ornatas, לכבוד ולתפארת [d] *ad honorem & ad gloriam* dederit. Quid enim tam follicite curatum eft, ut facerdotum natio veftibus ad gloriam & pompam factis inftruerentur, nifi ut facerdotum Ægyptiorum glnriam & fplendorem extinguerent; & cautum effet ne rudis Hebræorum populus, cultus & facerdotii fui dignitatem ex ornatu æftimans, ad Ægypti ritus & facrificulcs, fplendoris exrerni fafcino alliceretur.

(3°.) LINUM e quo facerdotum tunicæ conftabant, res erat a candore & fplendore commendatiffima. Rei teftem appello [e] *Philonem*, qui facerdotis tunicam vocat λινοῦν -- βύσσου τῆς καθαρωτάτης πεποιημένον *lineam -- e byffo puriffimo confectam.* Et ftatim de byffo loquens, inquit, λαμπρότατον καὶ φωτοειδέστατον ἔχει μὴ ἀμελῶς καθαρθεῖσα χρῶμα· *Sedulo purgata fplendidiffimam & luci fimillimam fpeciem prabet.* Atque hinc factum arbitror, quod [f] Angeli apocalyptici, habitum & apparatum facerdotalem præferentes, e templo prodiiffe dicantur ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν, καὶ λαμπρὸν, *induti lino mundo, & fplendido:* nam linum purum lumine fui candoris illuftrari & quafi [g] fplendere folet. Huc fpectant illa S. *Johannis* in [h] Apocalypfi, *& datum eft illi* [Agni fcil. uxori] *ut cooperiat fe byffo fplendente & candida.* Hinc etiam anfa data verbis *Apuleii*, pompam Ifiacam ita referentis: [i] *tunc influunt turbæ facris divinis initiata, viri fœminaque omnis dignitatis & omnis ætatis, lintea veftis candore puro luminofi.* Hæc eo tenduntomnia ut probabile fiat, Ægypti facerdores, diu ante Mofis ætatem, vefte linea decoratos inceffiffe. Cum enim veftimenrum illuftre, perfonis in officio vel dignirate peculiari conftitutis, honorem earum loco confentaneum conciliare foleat; opinari par eft, Ægyptios veftem eo candore & fplendore notabilem facrorum fuurum miniftris affignare

a *Apolog.* p. 496. b *Gen.* 41, 42. c *Prov.* 31. 22. *Ezec.* 16. 11, 13. 1 *Mac.* 14. 43. *Luc.* 16. 19. *Apoc.* 18. 12, 16. d *Exod.* 28. 2, 40. e Lib. de *Somniis*: p. 597. B
f *Apoc.* 15. 6. g —— *Ante aras ftat vefte facerdos, Effulgens nivea.* —— Sil. lib. 3. v. 694.
h Cap. 19. 8. i De *Afin. aur.* lib. 11. p. 371.

voluiffe.

voluisse. Credi nequit Ægyptins adeo tardos & omni decori sensu destitutos fuisse, SECT. III.
ut vestem candidam sacris personis & ministeriis maxime convenire non existimarent; cum præsertim gentes aliæ pleræque sacrorum suorum antistites vestibus candore lucentibus amicirent. Nec mirum: cum candor *puritatis* & *lætitiæ* symbolum ubique gentium haberetur, eaque religionem ejusque ministros maxime decere crederentur. Præterea: linum, utpote candore nativo præstans, peculiare aliquid & sacris affine naturaliter insitum habuisse videatur. Nam observante [a] *Plutarcho*, μόνον [χρῶμα] λευκὸν, εἰλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς καὶ ἀμίαντον ὑπὸ βαφῆς καὶ ἀμίμητον· *Solus* color *albus sincerus est, mixtura expers, purus & tinctura non imitabilis.* Non est autem fidei congruum, hoc Ægypti sagacis observationem effugere potuisse.

SECT. III.

De objectionibus quæ sententiæ Auctoris obstare videntur.

ID hactenus omni studio & opera connixi sumus, ut sententia nostra lectoris calculo non indigna videatur. Nihil jam restat nisi ut ea refellamus argumenta, quæ nonnulli forsan ad illius fidem labefactandam, in medium producturi sunt.

HORUM primum a doctorum, seorsum a me sentientium, auctoritate petitur. Cum enim [b] *Bochartus* lineæ vestis a Judæorum sacerdotibus usurpatæ mentionem fecisset, *hic*, inquit, *observasse sufficiat, quod Ægyptii, in multis Judæorum æmuli, non nisi lineas vestes sacerdotibus permitterent.* Et postea: *de lino* Ægyptiorum *Plutarchus multa philosophatur, subtilius quam solidius, ignarus ab Hebræis ad Ægyptios multa hujusmodi manasse.* *Filesacus* etiam de hac tunica byssina verba faciens, [c] *Judaicum*, inquit, *morem æmulati sunt Ægyptii sacerdotes, ut & reliqui Isidis & Serapis.* Hisce quam simillima sunt Cl. [d] *Huetii* illa, *lineas sacerdotum Ebræorum tunicas imitati sunt linigeri Isidis sacerdotes.* Idem & Veteres aliquos existimasse, conjecturam non levem e [e] *Photii* verbis capiamus; οἱ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, κατὰ μίμησιν τῶν ἱερέων τοῦ Θεοῦ, τοῖς σφῶν ἱερεῦσι στολὰς ἀφωρισμένας ἐνέδυσαν εἰς σχῆμα τοῦ Ἐφώδ· *Idolorum cultores, in imitationem sacerdotum Dei, sacerdotibus etiam suis stolas appropriaverunt, ad imaginem quandam Ephodi factas.* Obj. 1a.

HÆC equidem dixerunt viri quidam celeberrimi: sed probare debuerunt, si dictis suis assensum impetrare voluissent. Mihi ex ratione rem æstimanti probabilius apparet, Ægypti sacerdotes more patrio & Hebræorum legibus antiquiore, linea veste, pura fulgidaque decoratos incessisse. [f] *Plinius* enim, de linis Ægypti loquens, *nec ulla sunt*, inquit, *eis candore mollitiave præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissima.* Meretrix etiam in [g] *Proverbiis*, ut lecti sui delicias exprimeret, *instruxi*, inquit, *lectum meum linteis Ægypti.* Cum Ægyptus itaque linum eo candore & mollitie celebre suppeditaret, non est facile creditu, sacerdotes Ægyptios a lineæ vestis usu in sacris abstinuisse, donec a sacerdotibus Hebræorum terræ propriæ bonis, & cultus sui ornatum uti didicissent. Deinde, cum historia [h] *Josephi* doceat, Ægyptios antiquiores שש aut linum maximo in pretio habuisse, eoque summos viros exornasse; consulto creditur, Ægypti sacerdotes (diu ante Mosis tempora) *linigeros* fuisse, cum illi summis honoribus afficerentur. His addo, quod & ipse [i] viros aliquot egregios in partibus habeam, quorum etiam testimoniis chartas hasce jam illustravi. Sol.

SECUNDO: nonnullos hoc etiam in adversum dicturos auguror, quod incredibile videatur, sacerdotum vestes, quæ [k] *vestes sanctitatis* appellantur, a profanis Ægypti ceremoniis originem petiisse; & Deum vestem lineam, adeo *Osiridis propriam*, quod inde sacerdotes ejus *linigeri* dicerentur, in sacrorum suorum album recepisse. Dei & sacerdotum suorum sanctitati magis convenire videtur, eos vestem a carne, imo diabolo maculatam adeo, abominari voluisse. Obj. 2a.

A pugione tam plumbeo vulnus lethale minime metuendum est. Deus enim non illas ipsas vestes sacerdotibus ejus utendas dedit, quæ ab Isidis & Osiridis ritibus labem hauserant, nullo forsan oceano eluendam; sed alias, quæ vestium Isiacarum materiam, candorem, & venustatem, æmulari videbantur. Et quidni Deus (nulla tamen injuria sanctitati suæ facta) linum, æque ac aurum & purpuram ejus, ad cultus proprii ornatum converteret; quamvis diabolus, ut fucata religione plebem duceret, ea omnia sa- Sol.

a *Quæst. Rom.* p. 270. F b De *animal. Sacr.* P. 1. l. 2. col. 491. 70. c *Selector.* lib. 1. cap. 3. p. 49. d *Demonstr. Evangel.* Prop. 4. cap. 11. §. 1. e Epist. 192. f *Hist. nat.* l. 19. cap. 1. g Cap. 7. 16. h *Gen.* 41. 42. i Vid. Pag. 683. k *Exod.* 28. 2.

SECT. III. crilege usurpasset? nec quicquam sacerdotum Hebræorum sanctitati detrahit, quod non minore cum decore Deum, quam Ægypti sacerdotes diabolum colere desiderarent. Non abhorruit Aaron, *Sanctus* ille *Domini*, ab aliquibus Ægyptiorum institutis, nullam mali alicujus speciem præ se ferentibus. Cum enim ille [a] Prophetæ locum & fidem apud Ægyptios obtineret, virgam gestavit, quam apud Ægyptios insigne & ornamentum Prophetæ fuisse, satis e Mosis historia discitur. Nam Aaronis virga omnes [b] Magorum virgas devoravit: & *Callisthenes* apud [c] *Gaulminum* de *Psammeticho* loquens, καὶ ἐστόλισε, inquit, ἑαυτὸν στολὴν προφήτου, κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἐβενίνην· *Adornavit se stola Prophetæ* vel *magi, habens in manu ejus virgam ex ebeno.* Inde forte Mercurio, qui nomen & vicem [d] Prophetæ tenuit, virga, loco insignis, ab Ægyptiis tradebatur.

Obj. 3ª. TERTIO: ad sententiam meam labefactandam, hunc etiam arietem forsan admovebunt aliqui: minime probabile est, Deum, cum sacerdotes ejus lioo vestiri jussit, respectum aliquem ad Ægypti mores habuisse; cum non sacerdotes tantum, sed & Levitæ ordinarii (ministri quidam Ægyptiis ignoti) lineis amicti Deo ministrarent. Nam Levitæ cantores, מלבשים בוץ *induti bysso*, ministeria sacra peregisse dicuntur, 2 *Par.* 5. 12. Sed si linigeri sacerdotes Ægypti, lineis sacerdotum Hebræorum vestibus occasionem aut originem tribuissent; soli sacerdotes lineis ornari, & linum officii tantum sacerdotalis insigne manere, debuisset.

Sol. HUIC objectioni, brevitati studens, hoc unum regero: linum quo Levitæ ordinarii, cum sacris ministrandum esset, ornabantur, e materia viliori, & infra lini sacerdotalis pretium subsidente factum censeatur. Nam vestium sacerdotalium materia, vel generali שש aut speciali בר nomine vocari solet: at ubi de veste Levitarum agitur, בוץ habetur in Hebræo; quamvis in versione Græca & Vulgata, horum & illorum vestes, nullo discrimine observato, *byssina* nuncupantur. Hinc etiam conjicere licet, sacerdotum & Levitarum vestes e bysso materiæ pretiique dissimilis concinnatas fuisse; quod [e] *Josephus* Levitas Agrippam supplices adiisse referat, ut illis etiam usus stolæ lineæ, solis antea sacerdotibus indultus, e regis & concilii sententia decerneretur. Hic itaque victus Levitarum precibus, συνεχώρησε τοῖς ὑμνῳδοῖς ἀποθεμένοις τὴν προτέραν ἐσθῆτα φορεῖν λινῆν οἵαν ἠθέλησαν· *Hymnorum cantoribus licentiam fecit, ut deposito habitu priore, quale ipsi volebant linum sumerent.* Πάντα δὲ, inquit, ἐναντία ταῦτα τοῖς πατρίοις, &c. *Hæc autem omnia fiebant contra instituta patria, nunquam absque piaculo violata.* Quæ sane *Josephi* verba (quod obiter moneo) novum ad sententiam meam firmandam argumentum suggerunt. Quid enim Judæi tam religiose curarent, ut sacerdotes lino peculiari, Levitarum byssum longe superante tegerentur; nisi quod certe fidei res esset, sacerdotum suorum habitum a sacris Ægypti vestibus, e lino lectissimo confectis, originem & exemplar accepisse? Neque vel simile est vero, Levitas stolam lineam, quæ cum vestitu sacerdotum dignitate contenderet, expetere voluisse; nisi quod pro certo accepissent, discrimen inter habitus eorum, non e præcepto aliquo divino, sed *instituto patrio* (quod ait *Josephus*) & morum Ægyptiorum studio, originem derivasse.

Obj. 4ª. QUARTO: dicet forte non-nemo, quod sacerdotum vestes lineas ab Ægypti moribus inconsulto derivasse videar, cum Historiæ fide constet, religiosum hujusce vestis usum Orpheum & Pythagoram (Mose multo juniores) inventores habuisse. Cum enim Apollonio Tyaneo crimini verteretur, quod vestibus linteis uteretur; ille culpam agnitione sola diluendam censuit, dicens, [f] *tu* pro me *causam dicito, o divine Pythagora! pro his enim in judicium vocor, quorum tu quidem inventor, ego vero laudator sum* & imitator.

Sol. SED neque hæc objectio multum mihi negotii facessere possit, cum Pythagoras diu vestibus laneis, non lineis uteretur. Fjus rei [g] *Laertium* adhibebo testem, hæc de Pythagora referentem: στολῇ δὲ αὐτῷ λευκῇ, -- ἐξ ἐρίων· τὰ γὰρ λινᾶ οὔπω εἰς ἐκείνους ἀφῖκτο τοὺς τόπους· *Stola usus est alba, e lana: nondum enim linea in ea loca pervenerant.* Ex his autem *Laertii* verbis promptum est intelligere, lineæ vestis usum in locis quibusdam receptum fuisse, priusquam Pythagoras Magistri locum & fidem apud Græcos aut Rnmanos iovenisset. Atque hoc *Herodoto* aliisque consentaneum est, qui sacrum lineæ vestis usum inter nativos & antiquos Ægypti mores numerant, eamque olim nnn minus lini in sacris usu, quam lini optimi proventu, celebratam referunt. Sed utut hæc

a *Exod.* 7. 1. b Vers. 9. & 12. c *Not.* in lib. de *Vit. Mos.* p. 235. d *Nam Anubis dictus est ab Hebr.* נביא *vel Arab.* אנביא Propheta. e *Antiq. Jud.* l. 20. c. 8. p. 898. 35. f *Philostrat.* de *Vit. Apollon.* l. 8. c. 7. p. 332. §. 4. g Lib. 8. in *Pythag.* p. 218. B

res

res sit, *Apollonii* verba haud prorsus a fide aliena sentio: cum enim Orpheus & Pythagoras cum sacerdotibus Ægypti consuetudinem habuisse, & ab iis sacrorum rationem didicisse dicantur; probabile videatur, eos, apud Græcos saltem & Romanos, primos vestis illius *Isiacæ* auctores extitisse. CAP. VI.

QUINTO: non-nemo forsan objiciet, nil opus esse, ut ad *linigeram* Ægypti *turbam* confugiamus, ut inde vestis hujusce lineæ rationem arcessamus; cum omnium consensu judicatum sit, Deum vestem illam candore præcellentem, tanquam symbolum & figuram puritatis instituisse. Vestem candidam puritatis indicem fuisse, vel [a] Scriptura docet, quæ Angelos tali amictu visos frequenter exhibet, & [b] Sanctos *lino mundo & candido* vestitos refert. Sed supervacaneum videri possit, id Scripturæ testimonio confirmare, cum gentes pene omnes, sacra tractaturæ, Natura magistra doctæ, in lineæ vestis usu conspiraverint. Deæ Syriæ sacerdotes veste tota candida illustres, sacris operam dedisse testatur *Lucianus*. Junonis famulas, illius sacra gestantes, in hunc modum describit *Ovidius*, *Amor.* L. 3. *Eleg.* 13. Obj. 5°.

More patrum Grajo velatæ vestibus albis,
Tradita supposito vertice sacra ferunt.

Nec apud Romanos tantum & Syros, sed & Athenienses, rem divinam facturi vestem candidam induebant. Atque hanc ob causam, observante [c] *Casaubono*, si quis in publicum prodire candidatus consuesset, cum scurræ Attici, ὁλολυγὼν, *perpetuo sacrificantem*, appellarent. Est enim ὁλολύζειν vox ad sacrorum cæremonias pertinens. Alios testes accumulare possem, si operæ pretium esset, in re tam trita, & cuivis literatura philologica leviter imbuto manifesta diutius immorari.

AB hoc argumento, speciosо licet, non est quod multum metuamus; cum Scriptura dicat aperte, Deum lineæ vestis usum sacerdotibus ejus, non tam puritatis, quam [d] *gloria & ornatus*, causa concessisse. Nec facile quis credat, Deum tunicas lineas, magis quam sacerdotum braccas aut tiaras lineas instituisse, tantum ut sanctitas quæ domum ejus decet, eorum memoriæ tenacius imprimeretur. Neque causa mea quicquam detrimenti capiet, modo concedam, Deum vestem candidam sacerdotalem, tanquam puritatis indicem & monimentum instituisse; cum huic usui forsan apud Ægyptios & alias gentes inserviret; nihil enim in gentium ritibus olim usitatum, in sacrorum suorum classem recepit Deus, e solo imitandi studio; sed plerumque ut eidem fini generali in cultu suo, cui olim in cultu profano, ministraret. Sol.

SEXTO: nonnulli forsan eo nomine sententiam meam erroris (aut ingratæ veritatis) arguent, quod asserere videar, Ecclesiæ Christianæ sacerdotes linteatos, ab Ægyptiis exemplo sumpto, sacra celebrare; adeoque Schismaticis inde triumphandi materiem ingentem administrem. Obj. 6°.

SED non est quod hic scrupulus quempiam urgeat, cum aliqui, non e doctorum vulgo, hoc ultro largiantur. Aliorum loco [e] *Beroaldum* hæc loquentem audiamus: *nostri sacerdotes hodie linteati linigerique in sacrorum pompa incedere conspiciuntur: ritu opinor translato ab Ægyptiis sacerdotibus, de quibus hæc Herodotus; vestibus amiciuntur lineis, circa crura fimbriatis*, &c. Hoc autem non opus est ut ipsi fateamur, cum usus lineæ vestis inter sacra, e formula & instituto Judaicæ religionis ad nos Christianos (inter alia multa) fluxisse putetur.

CAP. VI.

Exemplum quartum, Consecratio capillorum, Numer. 6. *instituta.*

CUM Israelita quispiam, Deo & eximiæ sanctimoniæ studio, Naziræatus voto seipsum obstrinxisset; inter alios ritus, comam alere, eam completo Naziræatus tempore deponere, Deoque solenniter offerre tenebatur. Ethnicos etiam ceremoniam ei cognatam in initiis habuisse, & in Numinis alicujus honorem comam aluisse, multis veterum testimoniis evinci posset. Unus [f] *Eustathius* [x] mihi pro omnibus erit in

a *Dan.* 7. 9. *Apoc.* 3. 4. *Mat.* 28. 3. *Jo.* 20. 12. *Luc.* 24. 4. b *Apoc.* 19. 8. c *Comment.* ad *Theophrast. Charact.* pag. 154. d *Exod.* 28. 40. e *Not.* in *Apul.* l. 11. de *Aur. As.* p. 685. f In *Iliad.* β.

x Vid. *Eustath.* p. 124. 40.

SECT. I. hac materia: Αἰγυπτίοις δὲ, τὸν μὲν ἄλλον πάντα χρόνον, κομᾷν οἱ Ἕλληνες· ἐν δὲ πενθεῖ καιρῷ, κείρεσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν καιρῷ ἀκμῆς ἤτοι τελείας ἡλικίας, &c. i. e. *Feruntur quidem Græci, quovis alio tempore comati incedere, luctus autem tempore tonderi, similiter & maturæ seu perfectæ ætatis aut staturæ tempore. Tunc enim capillos tondentes, eos Apollini, juvenum altori, & Fluminibus devovebant.* Hunc autem ritum ὁ κακοδαίμων idololatris ejus e Dei Lege transcripsisse creditur, ut sancti Numinis institutum in jocum & ludibrium verteret. Ipse vero sententiam plane contrariam veritati similiorem sentio, quam etiam in sequentibus illustrare, confirmare, & ab argumentis adversis asserere conabor.

SECT. I.

Tonsuram Naziræorum e consimili Gentium usu fluxisse.

CUM olim id moris ubique gentium obtineret, ut comam Numini alicui fictitio sacram alerent, eamque tandem votive raderent; & ea consuetudo e longo cum Ægyptiis usu, in Hebræorum mores & affectus abiisset; visum est Deo ritum illum in ceremoniarum suarum ordinem recipere, & e more illo superstitioso Naziræatum instituendi ansam capere: ut Israelitæ ea ipsa ceremonia se Deo, qua Gentiles dæmoni alicui, sacros & devotos esse testarentur. In hanc autem sententiam, non studium novitatis, sed evidentia rationis, induxit animum. Nam

PRIMO: mos ille comam solenniter alendi, & Deo alicui consecrandi, diu ante Mosis ætatem, apud Ægyptios & alias gentes obtinuisse censeatur. Nam Veteres aliqui, de more illo, legem [a] eam interpretantur, [1] *neque in rotundum attondebitis comam capitis vestri.* Ex iis enim *Theodoritus* imprimis legem eam ex hac occasione natam censuit: [b] εἰώθασιν Ἕλληνες μὴ ἀποκείρειν τῶν παίδων τὰς κορυφὰς, ἀλλὰ μακρὰς ἐᾷν καὶ ταύτας μετὰ χρόνον ἀνατιθέναι τοῖς δαίμοσιν· i. e. *Moris erat apud Gentiles capita puerorum non attondere, sed sinere capillos promitti, & hos postea Dæmonibus dedicare.* Hisce consonum *Scholiastis* antiqui testimonium, qui sic vocem σισόη, hic a Græcis usurpatam, explicat: σισόη ἐστὶν ὁ κρόβυλος· πλέγμα δὲ ἐστι τοῦτο ὅπερ Ἕλληνες ἐπλέκοντο ὡς Κρονικὸν ἀνάθεμα, καὶ μᾶλλον Σαρακηνοὶ μέχρι νῦν τοῦτο ποιοῦσιν· i. e. *Sisoe est cincinnus: est autem id implexum & intortum quid quod Gentiles intorquebant, quasi donum consecratum Saturno, & maxime Saraceni id nunc faciunt. Theodoriti & Scholiastis* testimonio fidem eo firmiorem deberi censeo quod [c] *Diodorus Siculus* comam votivam referat ad Osiridem auctorem, quo vix quicquam clarius aut antiquius habent ethnicorum monimenta. Ipsum Historicum audiamus: πάντων δ' εὐτρεπῶν γενομένων, τὸν Ὄσιριν εὐξάμενον τοῖς Θεοῖς θρέψειν τὴν κόμην, &c. *Paratis jam omnibus, Osiris, post votum Diis nuncupatum alendi cæsariem usque dum in Ægyptum reversus esset, per Æthiopiam iter fecit. Eam ob causam ad recentiora usque tempora, religiosus apud Ægyptios mos invaluit, ut qui peregrinationes susciperent, ad reditum suum usque comas nutrirent.* Nec minorem apud Indos antiquitatem habuit comæ votivæ usus, si quid fidei meretur [d] *Arrianus:* ille nempe *Liberum* patrem, κομᾷν Ἰνδοὺς τῷ Θεῷ, μιτρηφορέειν τε ἀναδιδάξαι, *Indos comam Deo nutrire, & mitram gerere, docuisse* refert. Nec auctoritate tantum, sed probabili ratione ductus, hunc ritum Mose vetustiorem assero. Si quis enim agmen illud auctorum consulat, [e] *Hadrianum Junium,* [f] *Alex. Sardum,* [g] *Meursium,* [h] *Prosperum Stellartium,* [i] *Petrum Castellanum,* [k] *Montacutium,* [l] *Lindenbrogium,* [m] *Lipsium,* [n] *Heinsium,* [o] *Casaubonum,* [p] *Ouzelium,* [q] *Johan. Doughteium,* & [r] *Stanleium,* qui de coma sacrata disseruerunt; Veterum testimoniis abunde probatum reperiet, morem illum, comam votive nutriendi & deponendi, inter gentes antiquiores pene omnes invaluisse. Ratio vero non patitur, ut obscuram Hebræorum gentem mori tam late propagato principium dedisse putemus; sed eo potius ducit, ut illius originem ad Ægyptios, aut alias gentes Mose vetustiores, referamus. Cum itaque ritus ille Mosem ejusque legem antiquitate superet, longe abest a veri fide, comam votivam e Naziræorum ceremoniis in orbem emanasse; vel Diabolum comam

a *Levit.* 19. 27. b *Quæst.* 28. in *Levit.* c *Histor.* lib. I. p. 16. B d *Rer. Indic.* l. p. 321. e *De coma*, c. 4, 5, 6. f *De Gent. ritib.* l. I. c. 12. g *Græc. feriat.* in ἑρμαῖα, & ἀπατούρια. h *De tonsur. Pagan.* l. I. c. 5. i *De fest. Græc.* in ἀπατούρια. p. 27, 28, 89. k Adv. *Selden.* de *decim.* p. 533, 534. l *Not.* in *Censorin.* de *die natal.* p. 6. m *Comment.* in *Tacit.* p. 536. n In *Sil. Ital.* lib. 15. p. 146. o In *Theophrast. Charact.* περὶ μικροφιλοτιμίας p *Animadv.* ad *Minut. Fel.* p. 77. &c. q *Analect. Sac.* P. I. *Excurs.* 56. & P. 2. *Excurs.* 64. r In *Æschyl. Tragœd.* p. 815, 816, 820.

1 Vid. pag. 390.

alendi

alendi & vovendi ritum in cultum suum recepisse, ut institutum Dei pollueret & in ludibrium verteret. SECT. I.

SECUNDO: veteres Hebræi vnto Naziræatus obstricti, capillos eorum votivos, ad morem ethnicorum, plexos, intortos, vel in cincinnos distributos gessisse videntur. Huic opinioni locum faciunt illa *Samsonis* Naziræi, [a] *si septem crines capitis mei cum licio plexueris*, &c. *infirmus ero.* Per *septem crines* enim intelligendi sunt septem cincinni capitis, in quos tota ejus cæsaries plexa fuit & distributa. Hoc vocis Hebrææ sensus germanus haud obscure docet: nam omnium consensu vox ea מחלפות cincinnos, in modum catenæ, plexos & intortos indicat. Consentiunt [b] LXX, vocem Hebræam in Græcam [1] σειρὰς [accurate] transferentes: nam, *Eustathio* teste, σειραὶ πλέγματά τινα ἀπὸ σχοίνων, ἢ σπάρτου, ἢ καμήλου, ἢ ἄλλοθεν· Hoc est, σειραὶ *dicuntur intexta quæpiam e juncis, aut sparto, vel alia quavis materia.* Hunc sensum confirmat etiam *Chaldæus Paraphrastes*, sic textum explicans, *si septem* גדילת *capitis mei*, &c. nam vox ea Chaldæa nunc funes, [c] nunc catenas, contortas aut implexas denotat.

NEQUE Judæorum solummodo, sed etiam gentilium, Naziræi, comas eorum sacratas in cincinnos plexos & intortos distribuerunt. Sic gentium mores habuisse, testatur [d] *Julius Pollux*, his verbis: ἔτρεφον δέ τινες ἐν πλαγίῳ κόμην, ἢ κατόπιν, ἢ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, ποταμοῦ ἢ Θεοῦ· καὶ ὠνομάζετο πλοχμὸς, [addo & [e] πλόκαμος] ἢ σκόλλυς, ἢ σειρὰ τριχῶν i. e. *Nutriebant autem quidam comam in obliquum vergentem, aut super tergum, aut frontem: Fluminibus scil. aut Diis: nominabatur autem* πλοχμὸς, aut σκόλλυς, aut *capillorum catena.* Hujusmodi vero cincinni, nutante [f] *Bonfrerio*, a plectendo & torquendo, sæpe a Græcis absolute vocantur πλέγματα vel πλοχμοὶ, ab *Euripide* πλοκαὶ τριχῶν, appellantur. Hujusmodi πλέγμα Scholiastes in LXX jam laudatus, nomine [2] *Sisoes* intelligendum censuit: adeo ut veterum *Sisoe* (ni fallat ille) proxima similitudine referret capillos illos intortos & prolixos, quos plebs hominum *Elves-locks*, appellant, & multa cum superstitione non raro nutriunt.

CUM itaque Gentiles & Hebræi comam numini sacratam, non sparsam & in humeros libere fluentem, sed, ad modum funis aut catenæ, tortam & constrictam, gererent; inde pronum est conjicere, Judæos crines eorum devotos ab antiquiore Gentilium usu derivasse. Nam certum est, nihil in lege traditum esse, de Naziræorum crinibus in nodum revinciendis, aut in cincinnos plexos & intortos distribuendis. Unde itaque ea morum consensio inter Judæos & Gentiles intercederet, nisi quod Judæi consultum habuerint, in re tam indifferenti & nullo præcepto determinata, sese ad Gentilium usum conformare, a quibus ipse capillos consecrandi ritus in cultum Mosaicum dimanarit?

TERTIO: tempus ipsum quo Judæi plerumque Naziræatus votum concepisse videntur, argumentum ad sententiam meam firmandam non contemnendum præbeat. De tempore autem illo conjecturam faciamus e Dei per [g] Prophetam verbis: & *suscitavi de filiis vestris in Prophetas*, ומבחוריכם & [h] *e juvenibus vestris in Naziræos.* Jeremias etiam ad Naziræorum ætatem florentem, magis quam puritatem, alludere videtur, cum ait, [i] *Candidiores Naziræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores corpore præ margaritis, Sapphiro pulchriores*, &c. Hæc enim elogia nimis hyperbolen saperent, nisi Naziræis respectu juventutis [ætatis, formæ elegantia plerumque præcellentis] tribuerentur. Quamvis itaque tempora quædam peculiaria fuisse crediderim, quibus ætatis provectioris Hebræi Naziræatus voto seipsos obligarunt; primam tamen juventus tempus illud ordinarium fuisse videtur, quo plerique Naziræatus votum, in Dei κουροτρόφου honorem, susceperunt.

HOC etiam Gentiles mira superstitione videntur observasse: cum enim ex ephebis excessissent, in more erat ut barbam primam & capillos radentes, numini cuipiam, in animi grati & devoti testimonium consecrarent. Refert enim [k] *Plutarchus*, Atheniensium juvenes comam ad annos pubertatis alere, & deinde ad templum Delphicum se conferentes, capitum suorum quasi primitias Apollini Pythio libare solitos. Id moris & alios habuisse, testantur Scholiastis [l] illa: ἔθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις, μετὰ τὸ παρακμάσαι τὴν

a *Judic.* 16. 13. b Ἐὰν ὑφάνῃς τὰς ἑπτὰ σειρὰς τῆς κεφαλῆς μου, &c. c Vid. *Buxtorf. Lex. Chald.* in גדילא. d *Onomast.* L. 2. Cap. 3. Segm. 30. e Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τῷ Θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω *Euripid.* f *Comment.* in *Judic.* 16. 13. g *Amos.* 2. 11. h Καὶ ἐκ τῶν νεανίσκων ὑμῶν *LXX.* i *Thren.* 4. 7. k Ἔθος δὲ ὄντος τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ Θεῷ τῆς κόμης *In Theseo.* p. 2. E l In *Homer.* ψ.

1 Apud *MS. Oxon.* ἐάν γε τὰς ἑπτὰ βοστρύχους 2 Vid. pag. 390.

SECT. I. νέοντος, τὰς κόμας ἀνατιθέναι τοῖς ποταμοῖς. Huc etiam apprime faciunt illa [1] *Xiphilini* de *Nerone* verba: μετὰ δὲ ταῦτα ἕτερον αὖ εἶδος ἑορτῆς ἤγαγεν (ἐπεκλήθη δὲ Ἰουβενάλια) καὶ ἐτελέσθη ἐπὶ τῷ γενείῳ αὐτοῦ, &c. *Poft hac celebravit fefta alterius generis, qua dicuntur Juvenalia: ea propter barbam ejus qua tum primum rafa fuerat, facta funt; cujus pilos in fpheram auream conjectos, Jovi Capitolino confecravit.* Hinc perfpicui fiunt verfus illi [a] *Martialis*, quibus Æfculapium fic alloquitur:

Hos tibi laudatos domino fua vota capillos
Ille tuus Latia mifit ab urbe puer.
Tu juvenile decus ferva, ne pulchrior ille
In longa fuerit quam breviore coma.

UNDE factum eft autem quod Hebræi fimul & ethnici capillos fuos, fub prima pubertatis tempora, numini confecrarent? Certum eft Deum officii illius præftandi tempus nullibi præfcripfiffe, adeoque Judæos hanc religionem e lege haurire minime potuiffe. Hunc itaque morum confenfum, ad antiquum feculi ufum, tanquam caufam præcipuam, referendum arbitror. Sic enim apud Ægyptios & alios inftituto veteri comparatum erat, ut capillos, fub exeuntis pueritiæ tempora, numinibus eorum devoverent; ut munufculo illo Deos generationis & augmentationis auctores grati agnofcerent (uti *Tzetzes* docet in *Hefiodum*) & iis ipfa capita fua debita & devota fancte profiterentur. Judæi itaque filios eorum, cum primos pubertatis annos attigiffent, comam Deo facram alere, & tandem offerre volebant; partim ne a receptis feculi moribus nimium deflecterent, partim ut Jehovam ritu illo boni omnis fontem maturius agnofcerent, nec Gentilium gregi cedere viderentur ulla in re, quæ in pietatis parte tunc temporis habebatur.

QUARTO: hinc etiam fententiæ noftræ fides adveniat, quod Naziræus expleto tandem voti tempore, tali ritu crines ejus offerre deberet, quo omnem a fe fuperftitionis ethnicæ fpeciem & fufpicionem amoliri poffet. Nam,

(1°.) CUM voti fui dies expleviffet, ante fores Tabernaculi vel Templi capillos ejus tondere tenebatur. Sic enim lege juffum eft, *Numer.* 6. 18. *Tunc radet Naziraus ante oftium tabernaculi conventus* [2] *Naziraatum capitis fui*, &c. Hoc tam folenne fuit, quod Hebræi, Sanctuario polluto, *Naziræos fufcitaffe* [b] dicuntur, *qui dies impleviffent, & exclamaffe, quid faciemus iftis, aut quo ducemus eos? nam Sanctuaria tua conculcata funt & contaminata*, &c. Quafi dictum effet, « Naziræi, cum voti dies impleverint, ante fores templi fifti debuerunt: at quid faciemus iis, aut quo ducemus eos, cum jam fancta omnia violata fint, Templi religio deleta, & facerdotes in mœrore jaceant? Quid autem Deus Naziræum ad capillos ejus in loco tam fancto, & fuo quafi in confpectu, tondendos & offerendos aftrictum tenuit, nifi ut titui fuperftitiofo in capillis offerendis inter gentes ufitato fe adverfum fifteret? Ut rem tota paulo explicatius referam: fi de gentium antiquiffimarum ritibus & Græcorum & Romanorum moribus conjecturam faciamus, gentes illæ capillos Deo facros in arbore fufpendere, vel alio aliquo ritu numinibus aut fluviis dedicare folebant: Deus itaque comam dedicandi & offerendi morem inter Ifraelitas (populum Gentilifmi pervicacem) toleravit; eam autem non nifi ad oftium Tabernaculi vel Templi deponi voluit, ne aliter populus ille crines fuos in arbore facra fufpenderet, aut (ad motem feculi) fluviis aut idolis confecraret. Eo minus hujus conjecturæ pænitet, quod Deus facrificandi ritum inter gentes ufu perantiquo receptum, in cultu fuo retinuerit; facra tamen omnia non nifi ad oftium Tabernaculi mactari jufferit, ne fi quovis in loco victimas offerre licuiffet, Ifraelitæ a Deo deficiendi occafionem captarent, & more Gentilium, [c] Satyris & hircis immolarent. Præterea, nullo argumento magis aperto conftare potuit, Ifraelitas in fignum capitis Deo devoti, capillos aluiffe; quam quod ad limina Tabernaculi fe conferrent, & ibi capillos fuos igne facrificii divini præberent adolendos. Hinc & ethnicis, crimen pofituris, in morem [d] abiit, ad numinis illius templum fe recipere, in cujus præcipue cultum & honorem comam aluiffent. Deæ Syriæ devoti, *Luciano* tefte, fuo in templo tondebantur: Athenienfes comam Herculi confecrare foliti funt, aut alicui a-

a *Epigram.* l. 9. Ep. 18. b 1 *Mac.* 3. 49, 50, 51. c *Lev.* 17. 5, 6, 7. d *Apud Græcos adolefcentes ad annos pubertatis, capillum alebant. Eum deinde, ubi tondebantur, in ejus Dei templo confecrabant in cujus honorem fe geftaffe profeffi fuerant.* Pet. Caftellan. de Feft. Græc. p. 27.

1 Pag. 167. B 2 ראש נזרו *caput Naziraatus fui.*

lii Deo cujus templum in urbe esset: plurimi vero, quorum vanitatem explodit [a] *Theophrastus*, filios suos Delphos adducebant, ut comam in Apollinis templo resecarent. Ut compendio dicam: nisi ea de causa præceptum fuisse Naziræis, ut ad ostium Tabernacoli ronderentur, nempe ut in Dei, non dæmonis alicujus, honorem se comam aluisse significarent; ego ne conjectura quidem assequi valeo, cur Deus legem illam dederit; cum præsertim non nisi gravi quandoque ad Hierosolymam itinere suscepto servari potuerit. SECT. I.

(2°.) Cum Naziræus crines sacratos deponebat, eos igne sacrificii pacificorum absumendos tradidit. Hoc e lege colligo, *Numer.* 6. 18. *Tollet* sacerdos *capillos ejus, & ponet super ignem qui* est *suppositus sacrificio pacificorum*. Sic autem lege curatum videtur, ut Naziræi superstitionis ethnicæ, circa comam devotam exerceri solitæ, speciem & umbram omnem a seipsis amoverent. Gentiles enim capillum Diis sacrum in arbore, [b] *capillari* dicta, quandoque suspendebant; eum etiam in templorum fetiniis, in argenteo quandoque vel aureo loculo repositis, quasi æternitati consecrabant. Nam (ut alia exempla prætermittam) *Neronem* [c] legimus, *barbam primam* posuisse, *conditamque in auream pyxidem & pretiosissimis margaritis adornatam* Capitolio consecrasse.

Quinto: hinc etiam probabilitatis aliquid acquirat opinio nostra, quod Naziræatus voti reus toties intra paucorum commarum [d] spatium, *sanctus Domino*, & *separatus Domino*, & Naziræatus ejus *separatio Jehovæ* nuncupetur. Hoc enim eo ranrum consilio factum videtur, ut Naziræus in animum sæpe revocaret, se jam Deo Israelis, quanquam ritu gentili, comam votive tradere, & capillos ejus, non Idolis, Nymphis, aut Fluviis, sed ei soli qui capillos in numerato habet, consecrare. Suos enim & Diabolum נזירים *Naziræos* habuisse, docet [e] Propheta, cum ait, *iverunt* ad *Baal-Peor*, וינזרו *& separati*, vel Naziræi *facti sunt ad ignominiam illam*. Eos etiam comam nutriendo, eamque ritu solenni consecrando, se numini cuipiam separare & vovere solitos, ethnicorum testimonia passim hic a nobis adducta, dubitare non sinunt. Quoniam itaque metus causa suberat, ne quis ethnicam capillos nutriendi ceremoniam ad finem ethnicum institutam crederet, aut vota de crinibus nutriendis animo superstitioso nuncuparet; Lex emphaticas illas loquendi formulas usurpavit, ut qui comam ejus intactam reliqueret, se jam Dei Naziræum, & Jehovæ [non idolo alicui] separatum esse cognosceret, & fida memoria retineret. Hoc argumentum eo pluris æstimo, quod occasione consimili data, phrasin affinem usurpari videam. Cum enim idololatriæ, in initiis mensium, Lunæ nascenti sacrificia [forsan & hircos] offerre solerent; [f] *hac de causa lex*, de Hirco novilunii loquens, *novo loquendi genere usa est, illum* Holocaustum Domino *vocans, ut cogitationes istas e cordibus hominum tolleret*; & Israelitæ, novilunii festo, non Luoam, sed illius creatorem, colendum & celebrandum intelligerent.

Septimo: ad sententiam meam firmandam conducit, quod iisdem de causis Judæi capillum alerent, & Deo sacrum voverent, quibus & ethnici ritu illo utebantur.

Nam (1°.) Gentiles olim, longius a patria profecturi, si incolumes postea reverti contingeret, comam Deo cuipiam ex voto consecrabanr. Romanos id moris habuisse, conjiciendi causam præbet [g] *Flaccus*, cum ait,

Tectus & Eurition servato colla capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.

Hinc apud [1] *Petronium Arbitrum*, illa *Lycæ* increpatio & contra *Encolpium* insurrectio; *cui Deo crinem vovisti? pharmace, responde*. Idem & Græcis in more fuisse, ex *Homero* discimus, [2] *Iliad*. 23. ubi refert *Achillem*, expeditionem Trojanam suscepturum, comam *Sperchio* flumini vovisse, si voti compos domum rediret. Morem consimilem & Ægyptios habuisse, fidem bene firmam faciunt modo citata *Diodori* verba. Ne longum faciam: mos ille ram frequens gentibus erat, quod Hebræis, [h] *Maimonide* teste, veritum esset, *cum gentili negotiari vel societatem colere*, ביום שעלה בו מן הים *eo die quo a mari advenit*. Quem locum sic *Vossius* explicat: *post peregrinationem Deorum templa adibant Ethnici, gratias acturi pro incolumitate: comam quoque tum præscindebant, ac Diis dicabant.*

a *Charact.* περὶ μικροφιλοτιμ. b *Capillarem arborem* appellabant, *in qua capillum* Diis sacrum *suspendebant*. Fest. in Capil. c *Sueton.* in *Neron.* cap. 12. d Vid. *Num.* 6. 7. e *Hos* 9. 10. f *Maimonid. Mor. Neb.* P. 3. c. 46. col. 174. fol. 1. *Numer.* 28. 11. g *Argonautic.* lib. 1. n. 378. h De *Idololat.* cap. 9. §. 4.

1 Cap. 67. 4°. & p. 375. 8°. 2 Vers. 144. &c.

SECT. I.

HEBRÆOS antiquiores morem eundem obfervaffe, duo exempla opinari fuadeant: horum primum *Abfalomi* eft, qui voto fe obftrictum fimulans, fic Regem [a] affatur: *eam, obfecro, & reddam votum meum quod vovi Domino in Hebron: quia votum vovit fervus tuus, cum manerem in Ghefur in Syria*, &c. E quibus verbis, quamvis fub pietatis tantum prætextu dictis, haud operofe colligo, Judæis morem fuiffe, eum folum vertere cogerentur, votum eoncipere, & votum illud religiofa quadam ceremonia [capillorum forte tonfura] folvere. Nam eertum eft, *Abfalomum* bene eomatum fuiffe, & Legem vetuiffe ne in Hebron, victimarum oblatione votum folveret. Exemplum alterum, idque paulo luculentius, *Aquila* eft vel *D. Pauli*, qui in Cenchrea, portu Corinthiaeo, comam pofuiffe dicitur, *Act.* 18. 18. *Fratribus valedicens, enavigavit in Syriam, & cum eo Prifcilla & Aquila*, κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν· Qui fane locus multum torquet interpretes, & ab iis torquetur iterum. Sentiunt aliqui, S. *Paulum* fe quidem voto Naziræatus obligaffe, fed pollutiooe aliqua cafu contracta, Cenchreis, non Hierofolymis (ad præfcriptum Legis) comam fecuiffe. E diverfo: [b] *Petitus* plane negat Apoftoli praxin quicquam cum Naziræatus voto conjunctum habuiffe; eo quod Naziræis Hierofolymis tantum capita radere, & Naziræatus fui facrificium offerre licuit. Rationes alias in opinionis fuæ fubfidium adductas, ex ipfo Auctore petant curiofi. Sed a veritate minus abeffe cenfeo *Oecumenii* verba in hunc locum: τὸ δὲ κείρασθαι τὴν κεφαλὴν κατ' εὐχὴν, Ἰουδαϊκὸν ἦν. *Caput autem ex voto tondere, morem Judæorum fapit.* Ne Lectorem multis teneam: verifimile habeo, Apoftolum cum primum itineri Corinthiaco fe daret, votum illud de crinibus alendis, pro Gentis fuæ more concepiffe; & comam ejus, cum ad portum Corinthi feliciter appuliffet, in animi grati teftimonium pofuiffe; enque magis, ut Hierofolymam jam profecturus, Deo non minus propitio uteretur. Nec his obftat, quod lex [c] Naziræis impofita poftularet, ut eorum capilli ad oftium Tabernaeuli vel Templi deponereotur: patet enim e [d] *Mifchna* & [e] *Maimonide*, Synagogæ Magiftros, Judæos peregre profectos ad legis illius obfervationem haud adeo ftricte devinxiffe, faltem fub exeuntis Judaifmi tempora.

(2°.) GENTILES hunc morem (facrandi capillitii florem) a malo graviore liberati, vel beneficium aliquod impenfe defiderantes obfervabant. Cum enim, in procellofi maris æftu navigantes, comam Deo votive confecrarent; eam fancte deponebant, cum pericula maris evafiffent. Ita teftatur *Lucillius* in *Antholog.* quem fic per interpretem nuperum loquentem audiamus;

Glaucoque & Nereo, pariterque Ino & Melicerta,
Tum pelagique Deo, & quos Samothraces habent;
Naufragio fospes Lucillius, hofce capillos
Dedico; nil aliud quod fupereffet, habens.

Petronius cap. 63. hunc morem refpiciens, rafuram *naufragorum ultimum votum* nuncupat. Hinc lucem capiunt illa *Juvenalis*, Sat. 12. v. 81.

—— Gaudent ibi vortice rafo
Garrula fecuri narrare pericula nautæ.

Pilos abrafos ufum confimilem & apud Ægyprios habuiffe, teftatur [f] *Diodorus*: ποιοῦνται δὲ καὶ θεῶν τισὶν εὐχὰς ὑπὲρ τῶν παιδίων οἱ κατ' Αἴγυπτον τῶν ἔκ τινος νόσου σωθέντων, ξυρήσαντες τὰς τρίχας· *Diis etiam nonnullis vota pro liberis a morbo fervatis faciunt Ægyptii, capillos tondentes.* Moris utriufque fidem firmiorem reddunt [g] *Artemidori* verba: Ναυαγήσαντες μὲν ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου, ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι· *Naufragi vel e gravi morbo liberati, raduntur homines.* Comam etiam Deo alicui facram vovebant ethnici, eum bonum aliquod eonfequi vehementius exoptarent. *Quidam* enim, tefte [h] Cenforino, *pro cætera bona corporis valetudine crinem Deo facrum pafcebant.* Ea de caufa, mulieres Sicyoniæ, uti auctor eft [i] *Paufanias*, *Hygia*, hoe eft, *Sanitati*, (uni ex Æfculapii filiabus) eomas earum detonfas foleoniter offerebant. [k] Ægyptii quoque conceptis verbis capillum puerorum defectum Divis eorum nuncupabant; ut ab adverfa valetudine re-

a 2 *Sam.* 15. 7, 8. b *Var. lection.* lib. 1. cap. 2. c *Numer.* 6. 18. d Vid. *Tract.* נזיר cap. 6. e Lib. הפלאה *Tract.* נזירות c. 6, 7, 8. f *Bibl Hift.* l. 1. p. 74. C g *Oneirocrit.* l. 1. c. 23. h De die natal. cap. 1. i In *Corinthiac.* p. 137. k *Hadrian. Jun. de coma*, cap. 4.

fpirarent,

ſpirarent. Ad horum votorum claſſem accenſeri debet Pelei votum, qui capillos *Sperchio* flumini, [a] *Achille ſalvo a Troja redeunte*, voviſſe dicitur. SECT. I.

Nec ethnici ſolum, ſed etiam Judæi, naufragio vel morbo liberati, capillos tanquam capitis ſervati primitias offerebant; cum etiam ſanitatem, aut aliud aliquod bonum, conſequi vellent, ipſorum capillos Deo votive conſecrabant. Judæos in ſummo naufragii metu poſitos, tondendi crines vota concepiſſe, jam citata [b] S. *Lucæ* verba cauſam conjiciendi non levem præbent; *Paulus vero, fratribus valedicens, enavigavit in Syriam, & cum eo Priſcilla & Aquila, cum totondiſſet caput Cenchreis: habebat enim votum:* Quid enim in Cenchreis, Corinthiorum portu maxime frequenti, caput raderet, niſi ut ea tonſione ſe voto marino quamprimum liberaret? Judæi ritu eodem ad ſanitatem, vel aliud aliquod bonum impetrandum utebantur. Hic fidejuſſorem meum [c] *Joſephum* dabo, qui *Berenicem* gravibus infortuniis exercitam memorans, hæc habet; ἐπεδήμει ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, [1] εὐχὴν ἐκτελοῦσα τῷ Θεῷ· Τοὺς γὰρ ἢ νόσῳ καταπονουμένους, ἢ τισιν ἄλλαις ἀνάγκαις, ἔθος εὔχεσθαι [2] πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν, ἧς ἀποδώσειν μέλλοιεν θυσίας, οἴνου τε ἀφέξεσθαι, καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας· *Venit Hieroſolymam ut vota Deo præſtaret. His enim qui morbo vel aliis neceſſitatibus implicantur, mos eſt vovere, per triginta dies antequam immolent hoſtias, & a vino abſtinere, &* tandem *capillos radere.* Hæc verba clare docent, Hebræos, æque ac ethnicos, non pietatis tantum teſtandæ, ſed Dei propitiandi & boni alicujus impetrandi, cauſa, comam voto ſacraſſe & obtuliſſe.

(3°.) Gentes comam nutrire, eamque Numini alicui [d] *ſacram paſcere*, ſolebant, ut ritu illo ſe Deo illi devotos, & in illius quaſi tutelam traditos eſſe, palam & aperte reſtarentur. Ethnici numen aliquod tutelare, de cujus ope vel favore ſpem maximam habebant, præ cæteris eligere, eique comam dicare ſoliti ſunt. Nulla religio [e] certo numini eos adſtringebat, qui vero ſupra vulgus exiſtimari volebant, eorum comam [f] *Apollini* vovebant, & Delphos adibant, cum deponendi tempus adveniſſet. Huc ſpectant [g] *Statii* illa,

Accipe laudatos juvenis Phœbeie crines
Quos tibi Cæſareus donat puer, ——

E ſuperſtitione cognata profectum eſt, quod ethnici filiorum capillos, voto nonnunquam ab ipſa nativitate concepto nutrirent, & Æſculapio, Phœbo, Triviæ, vel ſimili alicui genio ſacrum voverent; ut nempe ritu illo *genimina ſua Dæmoniorum candidata* proficerentur, uti loquitur [h] *Tertullianus.* Neque Gentes tantum, ſed etiam Judæi comam ſolenniter alebant, ut ritu illo ſe Dei candidatos, & a communi more vivendi ad illius cultum peculiarem ſegregatos indicarent. Quivis itaque voto Naziræatus obligatus, [i] ἡγιασμένος [3] & ἀφωρισμένος, Deo & ſacris ejus addictus & ſeparatus appellatur.

Si quis animum ad horum omnium contemplationem adjungere velit, facile percipiat, ethnicos & Hebræos eodem animo & conſilio crines alere & ſacrare ſolitos. Unde factum eſt autem, quod gentes illæ duæ [legibus, ſtudiis, regionibus, & pleriſque aliis, tam diſſitæ & ſeparatæ] in ritus hujuſce cauſis & finibus amice adeo convenirent? Anne Gentes ſimiarum partes agebant, & Hebræorum cultum & morem, tanquam religionis omnis amuſſim & exemplar ſequebantur? Nemo hoc in animum inducere poteſt, qui curate conſiderarit, quali ſemper odio & contemptu Gentiles Hebræorum perſonas & mores averſabantur. Cuivis etiam hæc attente legenti conſtare poteſt, Hebræos comam alendi dicandique ritum, ob fines aliquos in Lege minime præſcriptos exercuiſſe. Eſt itaque fidei congruum, Veteres Hebræos exiſtimaſſe, ritum illum Naziraicum e gentium antiquiorum moribus in Legem cultumque ſuum tranſiiſſe. Quid enim ritum illum congruenter adeo Gentilium moribus obſervarent, niſi quod cum [reformatum tamen & in uſum ſanctiorem evectum] e Gentiliſmo primitus effluxiſſe crederent?

a Vid. *Pauſan.* in *Attic.* p. 90. b *Act.* 18. 18. c De *Bel. Judaic.* l. 2. c. 15. p. 1081. 20. d *Te luſtrare choro, ſacrum tibi paſcere crinem.* Virg. 7. Æneid. v. 391. e *Cui Deo crinem voviſti?* Petron. ub. ſupr. f *P. Caſtellan.* de *Feſt. Græc.* p. 28. g Lib. 3. *Silv.* 4. v. 6. h Lib. de *anim.* cap. 39. p. 249. A i *LXX.* in *Amoſ.* 2. 12.

1 *Non videtur* (inquit Hudſon.) *votum hoc fuiſſe Nazaræatus votum (uti plerique exiſtimant) ſed votum conceptum ob liberationem vel a morbo vel ab alio aliquo periculo ſeu neceſſitate.*

2 *Videtur legendum* (ait ille) πρὸ τριῶν ἡμερῶν, *non vero* τριάκοντα· *nam longum eſt tempus illud, neque commodum erat omnibus voventibus tam diu Hieroſolymis hærere, uſque dum ſacrificia pro iis peragerentur.*

3 Apud MS. *Barberum* in *marg.* & *verſ. Theodotion.* Ναζιραῖος.

SECT. II.

SECT. II.

Amoventur objecta.

QUO minus in fententiam hanc, tot firmatam argumentis, pede tardo vel timido defcendat quifpiam; jam ad ea quæ objici poffunt amovenda, totis viribus incumbemus.

Obj. 1°. HORUM autem primum hojufmodi eft: minime diffitendum eft quidem, Gentiles & Judæos capillos in honorem Numinis fui nutrire, & poftea refecare foliros. At moribus tam diverfis, in munere illo religiofo obeundo, utebantur, ut fidei confultæ plane repugnet, hunc ritum *Nazirao* præfcriptum a fimili gentium ufu caufam aut anfam accepiffe. Cum enim *Nazirai* caput raderent, comam facratam igne cremaodam præbuere: cum autem Gentiles comam dicatam ponerent, eam io Templo aliquo, vel *arbore* (uti vocarunt) *capillata*, in perpetuum animi devoti monumentum reliqoere. Deinde: cum Naziræi capita fua novaculæ fubjicetent, varias [a] oblationum fpecies capillis confecratis addere tenebantur: non conftat autem, Gentiles quicquam, oblationis loco, una cum coma facrata, Numinibus fuis attuliffe. Præterea: inter Hebræos, alii erant qui Naziræatum perpetuum profitebaotur; alii vero qui, durante tantum fanctitatis votivæ tempore, capillirium intactum confervabant: nofquam autem legimus, ethnicos quicquam Naziræis hifce perpetuis aoalogum aut cognatom habuiffe. Et (ut alia jam taceam) Judæorum Naziræi, non tantum a novaculæ, fed & vini ufu, ufque ad luftrationis fuæ tempus abftinuere: an autem Dæmonis Zelotæ, non tantum novaculæ, fed & vioi ufum abdicarint, in iocerto pofitum eft.

Sol. HISCE duo repono: (1°.) Nil mitum effe, fi multum difcriminis inter Gentilium & Judæorum mores, in ritus hujus ufu intercedere videatur; cum tot Hiftorici, qui gentium antiquiorum inftituta memoriæ configrarunt, e tebus evanuerint; & cum Deus ritus haud ullos, e gentium ufu fumtos, fine emendatione vel alteratione aliqua notabili, in factotum fuorum familiam adoptarit.

(2°.) VETERUM monumentis haud adeo confonum eft, Hebræorum & ethnicorum capita tondentium titus tam longe ab iovicem abiiffe.

NAM e Gentilium grege nonnulli, cumam facratam deponentes, eam, ad modum oblationis, igni tradidiffe videntur. Hoc e verbis [*] *Hefychii* difco, nifi me fallat ambiguus verborum fenfus: Κουρεῶτις μηνὸς τοῦ Πυανεψιῶνος ἡμέρα ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῶν παίδων ἀποκείροντες τρίχας Ἀρτέμιδι θύουσιν *Cureotis menfis Pyanepfionis ille dies quo capillos capitis puerorum detondentes eos Diana facrificant.*

GENTES etiam, cum coman devoram folverent, aliquid, oblationis vice, numinibus attulerunt. Hoc & idem [b] *Hefychius* docet: Ἀθήνησιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, πρὶν ἀποκείρασθαι τὸν μαλλὸν, εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνου, καὶ σπείσαντες, &c. *Athenis futuri puberes, antequam deponerent comam, offerebant Herculi menfuram vini, & cum libaffent, iis qui convenerant bibendum porrigebant.* Romanos etiam id motis habuiffe, e [c] *Juvenale*, tefte oon obfcuro, difcitut.

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati:
Plena domus libis venalibus.——

Neque liba tantum, fed ampla quandoque facrificia, comam deponentes obtulerunt. Huic mori fufficiat *Grotii* teftimonium, qui locum [d] illum Maccabaicum fic emendandum & illuftrandum cenfuit: διὰ τὰ πρωτοκλίσια, *fcribendum arbitror*, πρωτοκούρια, i. e. propter *convivium, quod fecerat Rex Ptolemaus, cum primum comam longam deponeret.*-- *Capillos* enim *Diis vovebant, ut Achilles Sperchio, Athenienfes Diana, Earinus Æfculapio. Eo voto liberabant fe folenniter facris factis. Sacra fequebatur convivium.*

IMAGO etiam aliqua Naziræatus duplicis inter Hebræos obtinentis, temporarii fcil. & perpetui, in moribus ethnicorum deprehendi poteft. Nam aliqui tanquam Naziræi temporarii, in bellum profecturi, comam Numini vovebant, & domum tedeuntes fe voti teligione liberabant. Alii comam per multos anoos [a pueritia fcilicet ad annos pu-

a *Num.* 6. 13, 14, 15, 16. * Ad vocem Κουρεῶτις b In Voc. Οἰνιστήρια. c *Satyr.* 3. v. 186.
d Lib. 2. cap. 4. 21.

bertatis]

bertatis] intactam & Numini alicui sacram nutriebant. Hi quasi gentium Naziræi perpetui habeantur. Talis ille, qui apud [a] *Statium* sic describitur, SECT. II.

Flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados, hoc primis Triviæ pascebat ab annis
Munus ——

ABSTINENTIAM a vino quod spectat, fert animus, illam a Deo institutam fuisse, tanquam Nazirræorum Judaicorum notam & characterem peculiarem. Quamvis enim Diis gentium devoti comam alerent, ab usu vini, quod scimus, minime temperabant: e contra vero Samson Nazirræus [quamvis os [b] asini mortui tangebat] ne levissimo vini gustu Nazirææatus sui votum & sanctitatem violasse legitur. Inde factum forte quod [c] *Amos* id inter graviora populi facinora recenseat, quod *vinum Nazirais propinarent;* quasi in apertum Dei contemptum & opprobrium, cui, abstinentia illa, tanquam ceremonia propria, Nazirræi se Deo sacros & devotos indicabant.

SECUNDO: nonnemo forsan objiciet, Deum Nazirræos ad comam alendam lege devinxisse, quod ritus ille non tam usu seculi, quam insita quadam aptitudine & significatu commendatus esset. *Fuit enim nutritio comæ in Naziræatu, humiliationis specimen, atque abnegationis sui, ut & erat abstinentia a vino & uvis. Religiosum quendam squalorem, ut ita dicam, præ se tulit, & vilificationem sui.* Sic ad ritus hujusce scopum collimavit [d] vir doctissimus, qui a scopo non solet aberrare. Obj. 2ª.

AT neque hoc mihi multum incommodat argumentum: cum enim Judæi non solerent comati incedere, comæ nutritio per triginta tantum dies, ne tenuem *squaloris* aut *humiliationis* alicujus speciem inducere potuit; nisi capillos impexos per tergum errare permisissent, & ab omni crinium simul & vestium cultu abstinuissent. Deinde: satis e [e] Prophetæ verbis innotescat, Nazirræos ab omni squaloris alicujus specie longe absuisse: nam *nitidi fuerunt præ nive, canduerunt præ lacte, rubuere præ margaritis;* & ita depingit eos, quasi non minus ornatos & nitoris, quam zeli & puritatis laude, Judæorum plebem superassent. His accedat, quod si Deus Nazirræos ejus *squalorem* aliquem *religiosum* subire voluisset, eos proculdubio ad eibi villoris, ad sacci etiam & cineris usum obligasset.

TERTIO: nonnulli forsan objicient, quod ritus hujusce ratio jam reddita meris conjecturis innitatur, & argumenta in illius patrocinium adducta levitatem prodent, si quis ea justis ponderibus examinaverit. Ideoque consultius est, existimare comam alendi dicandique morem a Judæis ad ethnicos devenisse, qui Judaismum pene totum ad impios eorum ritus paulatim detorserunt. Obj. 3ª.

RESPONSIO in promptu est: quamvis id concedam adversario, sententiam nempe meam solis niti conjecturis, & argumenta quibus contendo soliditate omni destituta esse; eam tamen opinioni communi & pervagatæ facile præferendam existimarem. Eam enim, per se spectatam, multo magis probabilem & speciosam sentio: nam, Triplici responsio solvitur.

(1°.) NEMO facile expediet, cur Deus ipsos capillos ad sacrorum suorum numerum aggregaret, nisi ut rudi populo, gentium moribus imbuto, nonnihil indulgeret, eosque ad cultum suum ritus veteris illicio duceret. Quam ingrati Deo fuerint Nazirræorum capilli, per se spectati, satis inde constat, quod igni vulgari, non sacro altaris igni cremandi traderentur. Nam teste Chaldæo [f] Paraphraste, Nazirræus comam abscissam ponere solebat, *super ignem qui est sub lebete in quo coquuntur carnes hostiæ sanctificationum.* Facile quidem credamus, diabolum cultorum suorum capillos sibi sacratos, summo semper in pretio habuisse. Norat enim ille, se hominum corda cultumque mala fide possidere: ideoque in lucro posuit ille capillorum aut unguium segmina, & vilissima quæque tributa, quibus homines animos ei devotos & obnoxios indicabant. At nulla ratio satis apta reddi potest, cur Deus Opt. Max. oblationes tam viles & fœtidas [ipsa capitis excrementa] sibi afferri pateretur; nisi ut populum illum, morum antiquorum tenacissimum, demulceret, & cultum quem instituit novum, sub externa quadam antiqui specie (si fas ita loqui) dissimularet.

(2°.) VETERES idololatræ vel ipso Mosis ævo, superstitionem circa capillos frequenter exercuerunt. Hoc e Scripturæ locis intelligi datur, quibus superstitiosæ cri-

a *Thebaid.* 6. v. 608. b *Num.* 6. 6. c Cap. 2. 12. d *Lightfoot. Hor. Hebr.* in. 1. ad *Cor.* c. 11. v. 14. e *Lament.* 4. 7. f *Paraphras.* in *Num.* 6. 18.

SECT. III. nium sectura prohibentur. Nempe *Deuter.* 14. 1, 2. *Non incidetis vos, neque ponetis calvitium inter oculos vestros* למת *ad mortuum. Quia populus sanctus tu Domino Deo tuo, & elegit te in populum peculiarem,* &c. Locum affinem habemus *Lev.* 21. 5. *Non decalvabunt calvitium in capite suo, & angulum barbæ non radent. -- Sancti erunt Domino Deo tuo.* Quasi dixisset Deus, "Ethnici quidem superstitiosis hisce ritibus cultum idolis præstant, & Diis inferis se devotos profitentur: vobis itaque prorsus indigni sunt, quos ego gentem mihi sanctam & Naziræam feci. Cum itaque vel Mosis ætate, mos ille capillos mortuorum umbris offerendi passim obtineret; multum probabilitatis habet, capillitii nutriendi & sacrandi ritum, seculis illis antiquioribus inter ethnicos increbuisse.

(3°.) Ethnici comam sacrandi ritum pluris æstimasse quam Judæi, eumque frequentius obiisse videantur. Nam ethnici [a] genarum pilos huic Deo, capitis alteri, quandoque consecrabant: illi quandoque Phœbo, quandoque Triviæ, nonnunquam Æsculapio, quandoque Flumini, crines offerebant: multis probat [b] *Lipsius*, ethnicos capillitii tondendi votum, ob profligatas hostium copias, Numini sæpe persolvisse: Gentes integræ nonnunquam liberorum crines, a [c] prima pueritia, Deo alicui nutriebant. Patet etiam e [d] *Luciano*, non Juvenes tantum, sed Virgines etiam, vota nonnunquam ab infantia concepto, Diis crines aluisse. Multis aliis exemplis, si Lectorem obtundere vellem, evinci posset, ethnicos hunc ritum frequentet usurpasse, eumque in prima religionis parte posuisse. Multo itaque probabilius est, huic ceremoniæ principium dedisse Gentiles, quam Judæos, qui raro admodum, & non nisi causa graviore moti, capillitio devoto notabiles incedebant.

SECT. III.

Caput clauditur, annexis testimoniis.

QUO minus hæc omnia, quasi nova prorsus & a sensu doctorum aliena, rejiciat quispiam; clausulæ vice, duo Veterum, & totidem Recentiorum subnectam testimonia.

Ex Antiquis, sic [e] S. *Cyrillus* imprimis causam meam adjuvat: Ἑλλήνων μὲν ἀνόητοι παῖδες, ταῖς παρὰ φύσιν αὐτοῖς ἑπόμενοι συνηθείαις, καὶ κτηνῶν ἀλόγων διαβιοῦντες δίκην, ἀνίεσαν κόμην, Δαιμονίοις αὐτὴν ἀναθέμενοι τρέφειν, &c. i. e *Gentiles dementissimi consuetudines præter naturam sequenti, & mutarum pecudum more viventes, promittebant comam, Dæmoniis eam nutrire professi. Atque alius quidem Nymphis, quas Oreades appellabant, alius fluvio, cum visum esset, offerebat; atque religionis loco res ea habebatur. Sapientissimus itaque Moses, imo per Mosen Deus, cum intelligeret non facile Hebræos, quos in Ægypto errores imbibissent, deponere posse; similes ritus instituere decrevit, sensim eos a priscis erroribus disjungens: quibus ritibus non Dæmones ultra, sed Deum Omnipotentem, quasi sub umbra & figura colerent.*

Sic etiam [f] *Procopius* mecum suffragatur: Gentilium filii, *si in nymphas--vel montanas, vel aquatiles incidissent, comas nutriebant. Lex itaque mala Dæmonum consuetudine dempta ad Deum hoc ipsum transfert. Pari nempe modo quo sacrificia (de quibus apud Esaiam dicit,* ecquis vero de manibus vestris ea requirebat?) *illis condonavit etiam.*

E recentioribus consimilem legis hujusce rationem assignat [g] *Fagius*; nempe, *ut errores* & *superstitiones quas in Ægypto imbiberant* Israelitæ, *& quibus antea Dæmones coluerant*, Deus *ab ipsis ita sensim in se derivaret, atque ita in melius commutaret.*

Hic etiam aliquid opis affert *Heinsii* doctissimi [h] testimonium: *vix est dubitandum, quin Judæi -- Deo separati comam alere sint jussi; ut quod in Ægypto viderant didicerantque, peregrinis eam Diis devoveri, hoc ad proprium ac verum, id est, suum, sic transferrent.*

Nullus ambigo, quin tot clarorum auctorum judicia permagnum pondus apud omnes cordatos habitura sint.

a *Ille genas Phœbo, crinem hic pascebat Iaccho.* Stat. Theb. l. 8. v. 491. b Not. in lib. 4. *Hist. Tacit.* n. 97. c Τοῖς δὲ νέοις πλοκάμους ἱρεῖς ἐκ γενετῆς ἀνιεῖσι· *Lucian.* de *Dea Syr.* p. 1077. d Ub. sup. e De *Adorat.* l. 16. p. 578. CD f *Comment.* in *Numer.* 6. p. 386. g In *Chaldaic. Par. Num.* 6. h *Aristarc. Sac.* c. 4. p. 111.

CAP.

CAP. VII.

CAP. VII.

Exemplum quintum, Epulum sacrificiale.

INTER alia Judæorum instituta, e more Gentilium deducta, convivia sacrificialia numeranda & explicanda censeo. Hoc equidem Argumentum tot Auctores exercuit, quod sermonem longum nec desideret, nec patiatur. Quoniam autem eo me ducit præsentis instituti ratio, patietur, uti spero, Lectoris eruditi fastidium, ut sermonem breviusculum de hoc etiam Argumento, trito licet & vulgari, habeam. Ne vero (quod monet Pythagoras) *sine luce loquar*, probabo (1°.) Judæos, cum victimas offerebant, ex earum carnibus epulari solitos. (2°.) Id etiam, usu vetustissimo, apud ethnicos observatum fuisse, ut epulum e residua sacrorum parte facerent. (3°.) Hujusmodi convivia sacrificialia ex antiquo gentium usu in legem & mores Hebræorum transiisse. (4°.) Adversantium argumenta refellere conabor.

Epula sacrificialia apud Hebræos usitata.

ITA morem apud Hebræos habuisse, viri docti testimoniis tam luculentis ostenderunt, quod primam pensi mei partem [moris hujusce probationem] cursim & leviter pertransire liceat. Hebræos autem sacrificii reliquias in usum convivii convertisse, dubitari nequit, cum voces Hebrææ, ad *sacrificium* simul & *convivium* significandum usurpatæ, huic mori testimonium præbeant. Nam זבח quod sacrificium aut mactationem notat, ad *convivium* significandum usurpatur, 1 *Sam.* 16. 3. *Et vocabis Jesse* בזבח *ad sacrificium*, hoc est בשירותא *ad convivium*, uti Targum vocem eam interpretatur. Exemplum simile nobis occurrit, 1 *Sam* 9. 13. *Nam ipse benedicit* הזבח *sacrificio;* ubi Targum מזונא *cibum* habet. Et 1 *Sam.* 9. 12. זבח *Sacrificium*, i. e. convivium, *hodie in Excelso.* Ex adverso, nomen חג quod ex prima intentione *festum* sonat, ad *hostiam* denotandam adhibetur. Nam vocem eam quatuor in locis hoc sensu venire, Cl. *Schindlero* observatum est: viz. *Exod.* 23. 18. *Et non pernoctabit adeps* חגי *festi mei usque ad mane:* ubi Targum נכסת חגא *sacrificii festi* habet. *Amos.* 5. 21. *Rejeci* חגיכם *festa vestra, neque odoratus sum in conventibus solennibus:* ibi etiam Chaldæus קורבן *oblationem*, & LXX θυσίας, posuerunt. Hisce proxima cognatione jungitur locus ille [a] Prophetæ, *& spargam stercus super faciem vestram, stercus* חגיכם *festorum*, i. e. sacrificiorum, *vestrorum.* Simili sensu vox ea legitur, *Psal.* 118. 27. *Ligate* חג *festum ad altaris cornua;* nempe טליא לנכסת חגא *agnum ad sacrificium conviviale* præparatum, uti *Chaldæus* interpretatur.

NEQUE *nomina* tantum Hebræorum, sed & *verba*, sacrificialis epuli memoriam retinent. Integrum enim sacrificandi munus, verbis illis, *epulandi, manducandi, convivandi*, tanquam vocibus synonymis, non raro in Scriptura designatur. Hujus rei nobis exemplum præbet Deut. 15. 19. *Non tondebis ovium primogenita: in conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos:* ibi nempe *comedes* pro *immolabis* dicitur. Simili sensu vox ea capienda est, Ezec. 18. 6. *Vir si fuerit justus, nec in montibus comederit*, id est, *in Excelsis in honorem idolorum non immolaverit*, uti Targum exponit in *Ezec.* 18. 11. & 22. 9. Alius occurrit locus, *Exod.* 3. ad rem præsentem non minus accommodatus: cum enim jussisset Deus, ut Moses hoc mandatum Pharaoni traderet, [b] *abire nobis liceat in desertum, ut sacrificemus Jehovæ Deo nostro;* Moses a mandati divini verbis deflectens, in huoc modum alloquitur Pharaonem; [c] *sic dicit dominus Deus Israelis, dimittas populum meum, ut festum mihi celebrent in deserto.* Ab hoc usu loquendi, nec ethnicos alienos fuisse, patet ex *Æneid.* 4. v. 206. ubi sic Poeta,

Juppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem.

Est enim hoc totum, inquit [d] Moocæus, *nihil aliud quam si dixisset, quem gens Maurusia sacrificiis colit.* Nil opus est hæc pluribus persequi, cum præsertim Israelitæ, post oblata pacifica, [e] *coram Domino edere & lætari*, lege diserta teneantur; & [f] Historia sacra, coovivia sacrificiis eorum adjuncta non raro memoret.

Et Ethnicos.

SECUNDO: probandum est, apud ethnicos etiam usurpatum fuisse, ut ad instruenda coovivia, victimarum reliquiis uterentur. Hoc autem multis Scriptorum divinorum

a *Malac.* 2. 3. b Vers. 18. c *Exod.* 5. 1. d De *Aur. Vet.* lib. 2. c. 6. e *Deut.* 27. 6, 7
f 1 *Sam.* 9. 13. 1 *Chron.* 29. 21, 22. *Prov.* 7. 14, 15. *Num.* 25. 2.

CAP. VII. & humanorum teftimoniis confirmari poffet: fed ex iis utpote paffim obviis, nos pauca tantum feligemus, ne lectori faftidium ferant. Initium ducamus a teftimonio illo luculento, *Judic.* 16. 23. ubi Philifthæi, poftquam Samfonis oculos effodiffent, congregari dicuntur, *ut magnum facrificium offerrent Dagoni Deo fuo, & lætarentur*, h. e. Feftum e refiduis victimarum partibus inftituerent. Huc attinent illa [a] Prophetæ, quibus idololatriam, ab ethnicis deductam, fub notione convivii defcriptam legimus; *fuper montem excelfum & elevatum pofuifti cubile tuum, illuc etiam afcendifti ad immolandam victimam:* nam feculis illis antiquis, non fedentes, fed lectis incumbentes epulari folebant. Nec e Dei folummodo, fed etiam dæmonis oraculis intelligitur, ethnicos poft peracta facra convivari folitos. Sic enim Apollo, apud [b] *Eufebium*, facrorum ritus agi jubet; *extremas partes confecrandas, quod fupereft comedendum.* Huic oraculo Sicyonios morem geffiffe teftatur [c] *Paufanias:* nam inquit, ἄρνα οἱ Σικυώνιοι σφάξαντες, καὶ τοὺς μηροὺς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καύσαντες, τὰ μὲν ἐσθίουσιν ὡς ἀπὸ ἱερείου, &c. *Sicyonii agnum ad aram jugulantes, & partes aliquas fuper altari adurentes, carnium refiduarum parte una, non aliter quam victimarum aliarum foliti funt, vefcuntur; altera Herculi tanquam Heroi parentant.* In hujufmodi autem *epulis facrificalibus* (ita vocat [d] *Apuleius*) fe tam liberaliter invitabant ethnici, & mero genioque indulgebant adeo; quod Ariftoteles μεθύειν, διὰ τὸ μετὰ θύειν αὐτῷ χρῆσθαι, dictum afferat. Hinc caufa data *Diogenis* iræ: nam, referente [e] *Laertio*, ἐκίνει αὐτὸν τὸ θύειν τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ὑγιείας, ἐν αὐτῇ δὲ θυσίᾳ κατὰ τῆς ὑγιείας δειπνεῖν· *Indignabatur ille homines Diis facrum facere pro fanitate, in ipfo autem facrificio contra fanitatem* [ebrietate & luxuria] *epulari.*

Aliis teftimoniis oftendi poffet, convivia, Judæorum & Gentilium victimas excepiffe: fed pedem in agrum illum ulterius inferre nolo, in quo tot feduli operarii mihi nec meffem nec fpicilegium reliquerunt. Lectores itaque ritus hujufce curiofi confulant, *Jofephi Antiq. Judaic.* lib. 3. cap. 9, & 10. *Stuckii antiq. convivial.* l. 1. c. 30. & illius Schol. in *Arrian. Peripl.* p. 79. *Nieremberg.* de *Orig. Script.* lib. 8. c. 4. *Johan. Filefac. Selecl.* l. 1. c. 6. *Grot.* in *S Mat.* c. 26. *Dilher.* de *Cacozelia Gentil.* c. 12. p. 274. *Jofeph. Med.* de *Chriftian. Sacrific. Johan. Doughteii Analect. Sacr.* P. 1. *Excurf.* 147. aliofque.

Hæc a Gentibus ad Hebræos veniffe, quatuor evincitur argumentis.

Cum Hebræos & ethnicos epula poft facrificium folenniter inftituiffe, manifeftum fecerim; id a me jam poftulat inftituti ratio, ut probem epula illa facrificialia, æque ac ipfa facrificia, ex antiquo Gentium ufu in Hebræorum legem cultumque tralatitia fuiffe. Hoc autem quatuor argumentis extra dubium ponitur.

Ex iis primum fic fe habet: e Scriptura manifeftum eft, illum poft facra convivandi ritum, apud Ægyptios aut alias gentes in ufu folenni pofitum fuiffe, diu antequam Hebræorum lex aut natio condebatur. Ægyptios epulas e facrorum reliquiis parare folitos, inde conjicere licet, quod Ifraelitæ Ægypto nuper egreffi, & ejus moribus addicti, vitulum aureum facrificio fimul & epulo folenni colerent. Nam vitulo fabrefacto, [f] *Aaron extruxit altare coram eo, & proclamavit, dicens, feftum Jehovæ cras. Surgentes itaque, poftridie mane obtulerunt holocaufta, & applicarunt euchariſteria, feditque populus ad edendum & bibendum:* id eft, ut feftum ex hoftiæ immolatæ & vini delibati reliquiis agerent. Canaanitas infuper & Syros hujufmodi convivia, ante Legem datam, in moribus habuiffe, inde fatis intellectum eft, quod populo Ifraelitico in folitudine degenti præceptum effet, ut quævis idololatriæ monumenta inter incolas terræ Canaan reperta funditus delerent; hac addita ratione, [g] *ne fœdus ineas cum gentibus terræ, & illis victimam offerentibus,* quis *vocet te, & de illius facrificio comedas:* quod & factum legimus, *Pfal.* 106. 28. Hujufmodi etiam convivia inter Dei veri cultores ante Legem increbuiffe, fatis e *Jethronis* rem facram facientis exemplo pateat: nam [h] *acceptum obtulit holocauftum & victimas Deo, & venit Aaron, & omnes Seniores Ifraelis ad comedendum cibum cum Socero Mofis coram Deo ipfo.* Cum itaque Scripturæ jam citatæ manifeftum faciant, Dei veri & falfi cultores hujufmodi facrificia convivialia, diu ante Legem traditam, in ufu habuiffe; inde patet, Deum ritum hunc, non tam inftituiffe quam permififfe, non tam fanxiffe quam reliquiffe; ut ipfe populufque fuus, quafi menfa & cibo communibus utentes, fe arcto fœdere & affectu conjunctos indicarent.

Secundo: hoc etiam fententiam noftram ratam firmamque facit, quod populus oblati facri reliquias, juxta Altare, vel in loco facrato difcumbentes, abfumere tene-

a *Jef.* 57. 7. *Hof.* 3. 1. b *Præpar. Ev.* L. 4. c. 9. c In *Corinth.* cap. 10. p. 133. d *Sacrificales epulas cum facerdotibus Deæ cœnitabat.* Lib. 9. Metam. p. 267. e *Vit. Diogen. Cynic.* p. 144. & f *Exod.* 32. 5, 6. g *Exod.* 34. 13, 14, 15. h *Exod.* 18. 12.

retur.

retur. Juxta altare, templo nondum extructo, convivium ex oblatis agere juffi funt, *Deut*. 27. 6, 7. *Ædificabis altare Domino Deo tuo, & offeres fuper eo holocaufta tua Domino Deo tuo. Et facrificabis pacifica ibi, & comedes --- coram Domino Deo tuo.* Poftea vero, eo in loco quem Deus fedem aut habitaculum fuum renunciaffet, e præfcripto Legis epula facra celebrarunt. Atque hoc præceptum, non facerdotibus tantum, fed etiam Hebræorum vulgo datum fuiffe, cuivis conftabit Scripturæ loca in [a] margine citata confulenti. Quid autem tam follicite curatum eft, ut populus has ex oblatis epulas, juxta altare, aut loco in Dei cultum & honorem fepofito celebratent; nifi ut locus Deo & religioni dicatus indicio effet, populum jam Domini menfæ participem effe, cum eo uno communionem colere, Dæmonum etiam & Mortuorum facrificia feftaque protfus abominari? Nihil enim opus erat, ut convivia illa in loco Deo foli facro & fub ipfo quafi Dei confpectu participarent; nifi ut circumftantia tam infigni, fe Deo uni conjunctos effe, & in illius [non Dæmonis alicujus] honorem convivari teftarentur. Huic argumento inde pondus additur, quod antiquo gentium ufu receptum effet, juxta Numinum fuorum altaria, vel in ipfis eorum ædibus, epula facra celebrare; ut circumftantia tam loquaci, fe cum hoc vel illo Numine fœdus inire, & confuetudinem habere profiterentur. Huic mori teftimonium præbent [b] *Amofi* verba: *fuper veftimentis oppigneratis reclinant fe apud quodvis altare, & vinum mulctatorum bibunt in domo Deorum fuorum*: h. e. In altaris vicinia recumbunt, ut oblati facri partem comedant. Idem & Sichemitæ multis antea feculis feciffe videntur: nam [c] *ingreffi funt domum deorum fuorum, & comederunt & biberunt, & maledixerunt Abimelech*; hoc eft, ad Numinum fuorum templum fe contulerunt ad facrificandum, & e facris oblatis epulati funt. Hunc morem ethnicorum fpectant Apoftoli verba, [d] *fi quis te viderit* ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, *menfæ accumbentem in ipfo idolorum* [e] *templo.* Huic loco lucem affundit *Jofephus*, hæc de Græcis habens, [f] ὅτι εὔχονται θύειν ἑκατόμβας τοῖς Θεοῖς, καὶ χρῶνται τοῖς ἱερείοις πρὸς εὐωχίαν. Verborum fenfus obvius eft, nec Delium poftulat. Teftatur etiam [g] *Virgilius*, Deorum ædes epulis hifce facrificialibus deputatas, dicens,

—— Hoc illis curia templum:
Hæ facris fedes epulis: hic ariete cæfo
Perpetuis foliti patres confidere menfis.

Lectorem [h] *Filefacum* adire velim, fi hoc Argumentum fermonem longiorem defiderare fentiat.

TERTIO: is erat facrificii *finis* & *materia*, quod vel inde non temere colligitur, epula facrificialia diu ante Mofis ætatem inter Gentes obtinuiffe. Nam facrificii *finis* præcipuus is erat, ut effet *oblatio fœderalis*, aut titus ille quo Deus & homines fœdus inibant, & fibi invicem jungebantur. Hanc affertionem non opus eft ut illuftrem aut probem ipfe, cum ei fat lucis & firmitatis attulerit [i] *Jofephus Medus*, Academiæ Cantabrigienfis immortale decus. Cum autem a remotiffima rerum memoria, [k] mos effet, fœdus epulo vel ejufdem menfæ communione fancire & obfignare; ratio fuadet opinari, Deum & homines fœderaliter epulari, & amicotum ritu, communem quafi menfam participare confueviffe, diu antequam moris illius veftigium in Lege comparuiffet. Deus autem & homines nulla ratione tam felici convivari poterant, quam fi carnium facrarum parte præcipua [l] *Dei menfa* [Altari] data, ex altera convivium inftruerent, quod facrificale vocaretur. Idem etiam e facrificii *materia* non inepte colligendum: quum enim a remotiffima vetuftate receptum effet, ut oblationes fierent ex [m] ovibus, bobus, capris, pane, vino, & hujufmodi rebus, ad efum aptis & accommodatis; nihil proclivius eft, quam ut epula facrificialia facrificiis ipfis pene coæva fentiamus. Alias enim, quid e rebus tantum conftarent, quæ comedi folent, & menfis ad epulas inftructis raro defunt? 3m.

ARGUMENTUM quartum a virorum doctorum auctoritate fumitur, qui religiofum hunc epulandi modum a primis poft diluvium patribus inftitutum fentiunt. Ita [n] *Grotium* judicaffe patet: nam *apud Græcos*, inquit, *aliafque gentes ufurpabatur, ut qui victi-* 4m.

a *Levit*. 24. 9. *Deut*. 12. 6, 7, 18. & cap. 15. 20. & 14. 23, 26. & 16. 5. b Cap. 2. 8. c *Jud*. 9. 27. d 1 *Cor*. 8. 10. e — *Pofitis ad templa & compita menfis.* Juvenal. Sat. 15. v. 42. f Lib. 2. adv. *Apion*. p. 1374. g *Æneid*. 7. v. 174. h *Select*. lib. 1. p. 82, 83, 84. i Lib. 2. De *Chriftian. Sacrif*. cap. 7. k *V. Gen*. 26. 30, 31. & 31. 44, 54. l *Mal*. 1. 7, 12. m *Gen*. 15. 9. n *Comment*. in *Mat*. 26. 26.

CAP. VIII. *mas offerrent, de earum carne epularentur, ut passim apud poetas videre est: sive id ab Hebræorum exemplo originem traxit, seu, quod est probabilius, a communium parentum institutis.* Hanc sententiam probasse videntur Auctores ethnici: nam docente [a] *Salmasio, hunc sacrificii morem a Prometheo originem duxisse volunt, quo partem hostiæ in ignem conjicere soliti sunt, parte ad suum victum abuti: quum antea tota hostiarum & illibata viscera igne consumerentur.* Quis ille Prometheus fuit, aut quo seculo vixit, mihi non adeo promptum est dicere: plerique vero Prometheum illum, eundem cum *Japeto* adeoque Noacho σύγχρονον fuisse arbitrantur.

Tolluntur Objecta. JAM restat ut quarta pensi mei parte defungar, & adversa diluam argumenta.

HORUM autem primum ita se habet: cum epulæ illæ, e sacrificii reliquiis adornatæ, usui tam sacro ministrarent, & cum ipsa sacrificandi religione tam arcte jungerentur; nemo pius aut consultus opinari potest, res sacras adeo, in Dei legem & cultum e profanis gentium ritibus emanasse. Communis & pervagata doctorum opinio similior est vero, Diabolum scilicet epulas illas e Dei sacris in sua transtulisse, ut res tam divinas insigni turpitudine afficeret, aut ut instituta Dei (qua erat superbia) suo in cultu præsentaret.

RESPONDEO: non est quod hac de causa quispiam sententiæ nostræ veritatem in dubium vocet. Apertum est enim Deum ritus aliquos e Judæorum & ethnicorum usu in Cœnam Dominicam & Baptismum accepisse. Apud ethnicos enim & Judæos instituto veteri receptum erat, ut nec fœdera sine sacrificio, nec sacrificium sine convivio, nec convivium sine poculo quodam sacratiore fierent. In cœna vero Dominica, fœdus solenne consignaturi, panem & vinum exhibemus, sacrificium verum Deo repræsentamus, convivium e sacris oblatis agimus, poculum etiam Θεῷ Σωτῆρι degustamus: & observatum est alibi, quædam e gentium ablutionibus desumta in Baptismo reperiri. Opinionem illam doctorum quod attinet, eam procul a vero esse, hic non dubitanter affirmamus, & loco magis opportuno demonstramus.

SECUNDO: non nemo forsan & hoc argumento contra sententiam nostram pugnaturus est: cum mos ille, post peracta sacra convivandi, seculis antiquioribus invaluerit; multo credibilius est, Israelitas eum a Majoribus eorum, perpetua traditione accepisse; adeoque ritum illum e Patriarcharum potius quam Gentilium sacris, in cultum Judaicum transiisse.

HÆC objectio facili responso diluatur: fateor equidem non deesse viros doctos qui moris illius originem a primis post diluvium patribus arcessendam sentiunt. Et sane, cum mos ille ævi prisci simplicitati & præcipuo sacrificiorum fini maxime consentaneus sit; non temere creditur, Patriarchas eum instituisse, & ad posteros eorum, una cum sacrificandi religione propagasse. Sed nostra non multum refert, epulorum sacrificialium initia, Nili fontibus obscuriora pervestigare. Quamvis enim epula illa, æque ac ipsa sacrificia, a primis mundi patribus originem derivarint; Deus epula illa, prout & sacrificandi ritus, e gentium moribus tunc passim obtinentibus in cultum suum recepisse censeatur. Ut rem in pauca cogam: verisimile habeo religiosum illum epulandi morem, *immediate* quidem ab Ægyptiis aut aliis gentibus, *mediate* vero a Patriarchis & communium parentum institutis ad Israelitas devenisse.

CAP. VIII.

Exemplum sextum, Festorum quorundam solennium celebratio.

FESTI nomine, conventum solennem intelligi volo, laboris intermissione, sacrificiis, epulis, choreis, ludis, canticis, concentu musico, vel alio quovis ingentis lætitiæ signo, celebratum; in honorem Numinis, aut insignis alicujus beneficii memoriam, institutum. Vel ut succinctius rem definiam; Feria est sacra festaque cessatio populi ab omni opere cum lætitia publica.

CUM autem hujusmodi festa colendi consuetudo seculo Mosaico passim obtineret, eorum etiam observatio pro parte prima religionis haberetur, iisque populi rudioris affectus pertinaciter adhærerent; Deo visum est, in cultu suo festa quædam instituere, ut ritus eos, quibus Idola coli solebant, ad cultum proprium transferret, populo seculi moribus immerso nonnihil indulgeret, & publicis illis oblectationibus puerilem He-

a *Plinian. Exercit. p.* 129. A

bræorum

bræorum populum legi & cultui suo devinciret. Prout enim prudens & indulgens pater, cum filium suum meretricis alicujus fucata facie, cultu scenico, & affectu personato, fascinatum videt; uxorem ei quærit, nativa morum suavitate & vultus elegantia præditam, iisque illustrem ornamentis quæ mundum & ornatum meretricium pretio & splendore longe superant: ut, illius desiderio ductus & amore satiatus, mentitam & lethalem meretricis pulchritudinem ex animo deleret, & ab ea penitus abhorreret: sic etiam visum est Deo (gentis Hebræorum patri) filiorum suorum imbecillitati blande & sapienter consulere. Cum enim gentem illam, festis, canticis, ludis, & tripudiis, captam; iisque, tanquam idololatriæ pigmentis, ad fornicationem spiritualem illectam, videret, cultum iis instituit, pari quidem lætitia & solennitate, sed puritate & sobrietate majore, peragendum: ut Israelitæ meretriciam cultus ethnici pulchritudinem contemnere discerent, & iisdem artibus ad salutem, quibus olim ad perniciem allicerentur. Nam si Deus, in ipsa populi pueritia, leges perfectas & ætati virili consentaneas instituisset; populus ille cervicosus eas proculdubio contemptui habuisset, & ad impietatem pristinam defecisset. SECT. I.

SECT. I.

Gentium ferias agentium mores, Hebræorum festis originem dedisse.

NE lectori verba tantum dedisse videar, in id totis viribus incumbam proximo, ut evincam Hebræorum festa institutionem & originem suam occasioni jam dictæ debuisse. Hoc autem sequentibus argumentis elucebit. Argumentis quinque probatur.

1m. PRIMUM hujusmodi est: festa solennia Mosis legibus antiquiora fuerunt, & inter gentes usitata, cum gens Israelitica nondum conderetur. Huic assertioni fidem præstant antiquiorum testimonium & gentium omnium consuetudo.

(1°.) VETERUM testimonium: ex iis enim nonnulli festorum originem ad Ægyptios, insignes illos superstitionis magistros, referendam sentiunt. Ea opinione fuisse *Herodotum*, [a] e verbis ejus intelligere est: πανηγύριας δὲ ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοι εἰσὶ οἱ ποιησάμενοι· Καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι, &c. *Ipsi autem Ægyptii extiterunt principes, conventus, & pompas, & accessiones ad Deos faciendi; & ab iis Græci didicerunt. Cujus rei hoc apud me argumentum est, quod* Ægyptiaca *priscis temporibus, Græcanica vero recens instituta videantur. Neque vero semel quotannis conventum agunt Ægyptii, sed frequenter;* cum alibi tum *præcipue ac studiosissime in urbe Bubasti in honorem Dianæ: secundo in loco in urbe Busiri in honorem Isidis:* quo nomine vix quicquam antiquius novit Ægyptus, aut gentilium monumenta. *Herodoti* fidem auget [b] *Philo* Byblius, dicens, οἱ παλαιότατοι τῶν βαρβάρων, *Barbarorum antiquissimi* (Phœnicas & Ægyptios ita vocat) *eos qui res ad vitam necessarias invenissent, præcipuo religionis cultu prosecuti sunt,* καὶ ἑορτὰς ἔνεμον αὐτοῖς τὰς μεγίστας *& festos dies longe celeberrimos illis dedicarunt.* Et nonnullis interjectis, de Phœnicum heroibus antiquioribus agens, [c] *postquam,* inquit, *hi omnes diem supremum obiissent, virgas & cippos in eorum honorem consecratos adorarunt,* καὶ τούτοις ἑορτὰς ἦγον κατ' ἔτος, *festosque dies quotannis peregerunt.* His auctoribus autem en faciliorem præbeo, quod [d] *Josephus* referat, Jacobi filios Sichemitas adortos fuisse, οὔσης ἑορτῆς, καὶ τῶν Σικιμιτῶν εἰς ἄνεσιν καὶ εὐωχίαν τετραμμένων· *Observato die festo, quo Sichimitæ otio & epulis indulgebant.* Nisi itaque hæc in re, fide nulla sint Historici quos jam testes appellavi, necesse est ut hujusmodi festa lege antiquiora censeantur.

(2°.) GENTIUM omnium antiquiorum consuetudo, festa publica lege Mosis antiquiora fuisse, non obscure probat. Vix ullum enim apud antiquas gentes sacrificium publicum, votivum præsertim aut εὐχαριστήριον, sine conventu solenni, ludis, & solennibus epulis peractum legimus. [e] *Cluverius* Ægyptios antiquiores id moris habuisse colligit, ex iis quæ de populo Israelitico, auren vitulo sacrificante, tradit Moses: *surgentes itaq. postridie mane, obtulerunt holocausta, & applicarunt eucharisteria. Seditque populus ad edendum, deinde surrexerunt ad ludendum. Quem ritum,* ait ille, *procul dubio in Ægypto didicerant Israelitæ; unde & vituli simulacrum habuere.* Syros antiquos, Deos eorum festis honorasse colligo, quod Asa matrem ejus potestate privasse [f] dicatur, διὰ τὴν

a In *Euterp.* cap. 58.
b Apud *Euseb. Præp. Evang.* lib. 1. c. 9. p. 32, 33.
c Cap. 10. p. 35. B
d *Antiq. Jud.* l. 1. c. 21. p. 46. 10.
e *Antiq. German* l. 1. Cap. 35. p. 306. 50.
f 1 *Reg.* 15. 13.

σύνοδον

SECT. I. σύνοδον καὶ ἑορτήν, *ob conventum & festum*, quod, ritu proculdubio Syrorum, in luco celebrasset. Non longe hinc abeunt quæ [a] Tacitus de Germanis haber, Rhenum olim accolentibus; *attulerant exploratores festum eam Germanis noctem, ac solennibus epulis ludieram:* haud dubie in Deæ suæ, Tanfanæ, luco. Græcos olim festa plurima, sacris, epulis, ludicris, agitasse, satis docetur a Sigonio, Meursio, Petro Castellano, & aliis, qui Græcorum festis enumerandis & illustrandis operæ plurimum impenderunt. Hæc & alia gentium festa, veterum scriptis obvia, [b] *Cluverii* modo laudati verbis occasionem præbuere: *festos egisse dies ad publica ac solennia sacra, ludosque celebrasse omnes pariter gentes, passim ab auctoribus notatum reperio. Unde certum argumentum, morem hunc esse antiquissimum, haud dubie e terra Shinar in dispersione gentium cum reliquis ritibus in universum orbem pervectum.* Festa solennia celebrandi morem e terra Shinar in universum orbem propagatum fuisse, non ausim omnino, multo minus tam fidenter affirmare. Cum tamen *gentes pariter omnes* hujusmodi festa solenniter observarent, non sine causa creditur, ea Mose vetustiora fuisse, & a patribus quibusdam communibus ad gentes eas devenisse.

CUM itaque veterum testimonium, gentium etiam priscarum usus, opinari suadeant, hujusmodi festa ritus & instituta Mosis antiquitate superare; consentaneum est ut Hebræorum festa ritibus e seculi more deductis annumeremus, eaque populi pueritiæ & contumaciæ data censeamus.

2^m. SECUNDO: idololatriæ moribus & ingenio consonum est, ut hujusmodi festa primum apud ethnicos usum & originem invenisse credamus. Cum enim idololatriæ nihil insit, unde hominum animos alliccre, sibique devincire valeat; ad sensum & imaginationem afficiendam & commovendam semetipsam semper accommodavit. Si enim ad secula gentesque idololatriæ deditas animos advertamus, observemus imagines auro gemmisque perillustres, sacerdotes superbe vestitos, ludos, choreas, pompas vario spectaculorum apparatu instructas, instrumenta musica, templa ornatu non vulgari splendida, odores gratissimos, sacra nescio quo negotio & silentio mystico præstanda, ubique gentium obtinuisse. Idololatria scilicet, argumentis destituta, technis & illecebris rem suam promovere studuit. Ex eo fonte Gentilium festa [solenni hominum frequentia, choreis, epulis, dulci musicorum sonitu & hujusmodi illectamentis obeunda] dimanasse videntur: eo nempe collimarunt hæc ludicra, populo ut placeret ethnicæ religionis fabula, & eos voluptatis fascino, quos rationis evidentia non potuit, sibi devinciret. At cultus Deo gratus & a semetipso institutus artibus & illecebris hisce non indiget: propria dignitate contentus est: & eum cum natura divina & humana consensum colit, quod id unum requirat ut ametur, nempe ut intelligatur. Israelitarum festa quod attinet, tantum abest ut Deus & cultus ejus ea desideret, quod ea (quamvis tria tantum) sibi oneri & tædio esse, non [c] semel aperte profiteatur. Quod itaque Deus agi festa, atque aliquid otio & lætitiæ dari, jusserit; non cultus sui, sed gentis Israeliticæ conditioni morique tribuendum est. Cum enim Ægyptii aliique *ritibus latis festisque* Deos colerent, & gens illa puerilis ritus festos impense desideraret; verisimile est eos præcipites in ritus ethnicos obstinata mente proruere voluisse, nisi Deus hac in parte nonnihil eorum desideriis indulsisset. Cum Gentiles in omne genus lætitiæ effusi, Deorum suorum sacra celebrarent; fidei convenit, Israelitas a Deo & sacris ejus deficere voluisse, si illi (quod [d] *Tacitus* probri loco Judæis objicit) *ritus tristes tantum & sordidos* habuissent.

3^m. TERTIO: Judæorum & Gentilium festa tot circumstantiis insignibus ab invicem discreta & divisa fuerunt, ut nemo facile suspicari possit, ethnicos e morum Judaicorum studio vel æmulatione aliqua, festivitates eorum instituisse.

NAM (1°.) Cum Judæorum religio homines ad festa publica ter tantum in anno solenniter invitaret; ethnici, Græci præsertim, ea festorum farragine annum impleverant, quasi genus humanum ad ludum potius quam laborem natum crederent. Græcorum religio tot festa coluit, quod integris [e] libris materiam suppeditarint: nec laboris parvi res est, Agonalia, Carmentalia, Consualia, Hilaria, Floralia, Compitalia, Tubilustria, Vestalia, Martialia, Lucaria, Neptunalia, Farrinalia, Flaminica, Saturnalia, Novendialia, Bacchanalia, cum festis aliis haud paucis, apud Romanos in usu, recensere.

a *Annal.* lib. 1. b Ub. sup. c *Jes.* 1. 14. *Amos.* 5. 21. *Mal.* 2. 3. d *Romani latos festosque ritus habent, Judæi tristes sordidosque.* Tacit. Hist. 1. e Vid. *Pet. Castellan. Syntag.* de *fest. Græcorum.* & *Meursi Græc. feriat.* cum lib. suo *de Eleusin.*

(2°.)

(2°.) INSTITUTA sunt Hebræorum festa, ut apud eos insignis alicujus beneficii memoria vigeret, eamque pari pietate & lætitia celebrarent; ethnici vero, Græci præsertim & Ægyptii, levibus de causis, plerumque ridiculis & fabulosis [quales erant, raptus Proserpinæ, planctus Isidis, casus Adonidis, Osiridis εὕρησις, & hujusce furfuris aliæ] solennitates festivas indixerunt. Hoc [a] *Philoni* observatum: ὅσαι κατ' ἔθνη βαρβαρικά τε καὶ ἑλληνικὰ ἐκ μυθικῶν πλασμάτων συνίστανται [πανηγύρεις] Celebritates *omnes apud barbaras simul & Græcas gentes, per occasionem figmentorum fabulosorum instituta sunt.* Hic autem Diabolus, egregius ille fallendi artifex, artis suæ specimen non vulgare dedit, quod per festum & vitæ jucundioris usum, hominum animos ineptiis tam crassis & insaniæ proximis conciliaret, quibus aliter vix locum in fabulis, multo minus in sacris, tribuissent. SECT. I.

(3°.) JUDÆI festum otium, pietatis exercitiis, æque ac epulis & choreis, excipiebant: ethnici vero festum agentes, dies integros, otio, crapulæ, & Veneri locare solebant. Id discriminis inter Judæos & Gentiles, festa celebrantes, assignat [b] *Philo:* αἰτης ἑορτῆς τε καὶ πανηγύρεως τῶν παρ' ἡμῖν τὰ θαυμαστὰ καὶ περιμάχητα ἔργα ταῦτα, ἄδεια, ἄνεσις, ἐκεχειρία· *In omni festo nostro & celebritate, opera miranda & palmaria sunt, securitas, remissio, quies ab inferendis injuriis.* De festis autem Gentilium loquens, *mera*, inquit, *erant*, ἀκρήτοις ἀκρασίας, ἀφροσύνης μελέτας, ἐπιτηδεύσεις αἰσχρῶν, &c. *intemperantiæ exercitia, insipientiæ meditationes, studia turpitudinis, honestatis pernicies, nocturnæ excitationes ad cupiditates inexplebiles*, &c. Et ita se parabant ethnici feriantes, quasi id unum agerent, ut eorum festa ad Dei illius impuri, quem festis illis colebant, imaginem exprimendam tota componerentur.

CUM itaque Judæorum & Gentilium festa tam insigniter ab invicem discreparent, & præcipui festorum Judaicorum [Paschalis, Pentecostes, & Scenopegiæ] ritus inter ethnica solennia deprehendi nequeant; haud immerito colligo, Gentes festa sua non e Judæorum lege vel exemplo, sed more longe antiquiore derivasse: nam si Gentes ferias agentes, Judæorum ritum aut exemplum imitari studuissent; incredibile est eos ab exemplari suo tam longe deviare potuisse. E jam dictis itaque non injuste videtur inferri, Judæos a Gentibus eorum festa mutuata sed mutata, correcta, & a Gentilismi fermento purgata petiisse. Neque hoc in gente sancta mirari quis possit, cum ipsi Romani festa non nisi correcta & emendata celebrarent. Quamvis enim festorum religionem a Græcis aut Ægyptiis acciperent, [c] *nullum*— *apud* eos *festum atratum aut lugubre actum, neque planctus- -ob raptos Deos*, aut *lamenta mulierum*, nec ulla hujusmodi festorum monstra, quæ Religionis dignitati & ingenii Romani gravitati plane repugnabant.

QUARTO: hoc etiam sententiæ meæ fidem conciliat, quod ea concessa, circumstantiæ cujusvis in festis Judaicis observatæ, ratio obvia fuerit & intellectu facilis. Hoc aperte constabit, si de præcipuis festi Judaici circumstantiis sermonem breviusculum habeamus. Sunt autem hujusmodi: 4m.

(1°.) CONVENTUS solennis: nam Judæorum festa non privatim tantum & remotis arbitris agebantur, sed omnes ad Hierosolymam se conferre, & ibi frequentissimo hominum conventu festa celebrare tenebantur. Et ne forte, præsentes Hierosolymis, absentes essent, cum festi sacra fierent; Lex, in omni festo, dies certos cœtui solenniter [d] convocando destinavit. Inde factum quod Zion הר מועד *mons conventus* a Propheta nuncupatus sit, & LXX חג *festum*, voce cœtum vel conventum celebrem notante verterint; *Hos.* 9. 5. *Quid facietis ad diem* מועד *conventus*, *& ad diem* חג *festi Domini?* ubi LXX per τῆς πανηγύρεως vocem Hebræam transtulerunt. Hinc occasio data Dei per [e] Prophetam verbis, *& non odorabo* ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν, *in conventibus vestris.* Hanc autem festi Judaici circumstantiam hypothesis nostra explicare docet: nempe Gentiles, in Deorum honorem festa peracturi, in locum, lucum, aut urbem aliquam insignem, magna frequentia convolare soliti sunt, ut festa majore cum pompa & solennitate celebrarent. Baalitas id moris observasse, e verbis Jehu discimus: [f] *sanctificate* עצרה [Targ. כנשתא] *conventum* aut *solennitatem Baali.* Solenne fuit Ægyptiis etiam, Baalitis ætate superioribus, in honorem Isidis, Martis, Dianæ, [g] πανηγυρίζειν ἅπαξ τῷ ἐνιαυτῷ, *semel quotannis*, in urbe aliqua celebriore, *conventus agere.* Romani morem illum, una cum Diis suis, ab Ægyptiis & Græcis mutuati videntur: refert enim

a Lib. de *Cherub.* p. 123. b Ub. supr. D c *Hospin.* de *Fest. Græc. & Rom.* in *præfat.* d *Lev.* 23. 4, 7, 8, 36, 37. e *Amos.* 5. 21. f 2 *Reg.* 10. 20. g *Herodot.* l. 2. cap. 59.

SECT. I.

[a] *Dionyſ. Halicarnaſ.* Romulum ἐν ἐχεχειρίαις τε αὖ καὶ πανηγύρεις, καὶ πόνων ἀναπαύλας, *ferias, ſolenneſque conventus, & ſtatas a laboribus vacationes, ex optimis quibuſque Græcorum hominum ritibus inſtituiſſe.* Apud Syros inſuper, conventus ſolennes indiviſos feſtorum comites fuiſſe, teſtatur [b] *Lucianus:* de iis enim loquens, inqut, ἑορταὶ μὲν καὶ πανηγύριες ἀδαμοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι τοσαίδε ἀποδεδέχαται· *Feſta quidem & ſolennes conventus a nullis aliis hominibus æque multum peraguntur.* Cum itaque Gentiles ad ſacra publica peragenda ſolenni ritu convenirent, & Judæorem ſolennitates a Gentilium feſtis & ſacris publicis initium ſumerent; veriſimile eſt Deum præcepiſſe, ut etiam Judæi, feſta ſibi ſacra colentes, conventum ſolennem agitarent; ne quid zeli, ſolennitatis, aut pompæ, quæ gentium feſta comitari ſolebant, feſtis Judaicis deeſſe videretur.

(2°.) CESSATIO, vel a labore omni ſervili feriatio, non minus inſignis erat feſti circumſtantia. Nam ceſſatio illa [c] Lege frequenter inſtituta eſt, & ſcrupuloſius a Judæis obſervata. In hanc rem teſtem cito *Joſephum*, ſic verba mea confirmantem: [d] ἔτι δ' ἄδειαν τῶν ἑορτῶν καθ' ἣν ἐχ ὁλοκαυτῶσιν, ἐδὲ τῶν πόνων τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἄνεσιν ἐ διδόασιν· i. e. *Feſtum nullum ducitur, in quo holocauſtum non offerunt, & laborum circa opera* ſervilia *remiſſionem non concedunt.* His ſtatim ſubjungit, ἐν πάσαις [ἑορταῖς] νόμιμον τό τε τῆς θυσίας εἶδος, καὶ τὸ τῆς ἀργίας ἀπαλαίπωρον· *In* feſtis *omnibus præceptum eſt & ſacrificii genus, & otium laboris omnis expers.* Atque inde venit, quod non tantum ultima dies hebdomadis, ſed omnia Judæorum feſta, שבתות dicerentur, διὰ τὴν ἀνάπαυσιν καὶ ἀπὸ τῶν ἔργων ἐκεχειρίαν, ut ait *Joſephus*, de Sabbati inſtitutione loquens. Hujus autem circumſtantiæ hypotheſis noſtra rationem ſuggerit: nam Gentes antiquiores, a quibus originem feſtorum ducimus, a laboribus in feſtis vacare ſolebant, & dies ſacros, oblectationi dare. Hoc e [e] *Strabonis* teſtimonio confirmatur: Κοινὸν τοῦτο καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐστὶ, τὸ τὰς ἱεροποιΐας μετ' ἀνέσεως ἑορταστικῆς ποιεῖσθαι· *Commune hoc eſt & Græcorum & Barbarorum inſtitutum, ſacra omnia cum feſta laborum intermiſſione celebrare.* Inde ſententiæ *Platonis* anſa data eſt, quod οἱ Θεοὶ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, &c. *Dii miſericordia moti erga homines ad laborem natos, dies feſtos inſtituerint.*

(3°.) INGENS lætitia feſti Judaici circumſtantiis accenſenda eſt. Nam Judæi [f] ſæpe *lætari* jubentur in feſtis eorum coram Domino: & feſta luctui opponuntur, *Amoſ.* 8. 10. *Et commutabo dies feſtos veſtros in luctum.* Neque hæc lætitia levis erat, ſed ingens, omnibus lætitiæ ſignis indicata: nam in celebratione feſtivitatum, citharis, tubis & aliis inſtrumentis muſicis, omnia perſonabant: otium quod iis in feſto Deus fecerat, epulis & choreis oblectabant; unde dies feſti חגים a verbo חגג *ſaltare & tripudiare*, dicebantur: Judæos etiam feſta ſua [g] ludis & exercitiis juvenilibus excepiſſe, non facile dubitandum eſt. Hæc in cauſa fuere, cur dies feſti [h] ἡμέραις εὐφροσύνης a LXX ימים טובים a *Rabbinis* & [i] *Chald. Paraphraſte*, [k] τέρψις *voluptas* a Scriptore *Machabaico* nuncupentur; cur etiam David expetat, [l] *videre* [1] τερπνότητα *delectationem* & gaudium Domini, hoc eſt, templi ſolennitatibus intereſſe. Neque Judæi ſolummodo, ſed Gentiles etiam eorum feſta nullis non lætitiæ generibus & indiciis excipiebant. Hoc e verbis *Hannonis* [m] *Pæni* colligo: *fato impulſus feci ut irent* filiæ *ſingulis* Thau *diebus feſtis ad hortos, cum gaudio multo, quod conturbavit Deus:* ובימי שיר תהו *in diebus cantici fuit vacuitas* aut deſolatio. Ibi vero dies feſtos, Thauto Phœnicum numini ſacros, ימי שיר *dies cantici, vocat* Hanno, quod ingenti lætitia & concentu muſico agi ſolerent, quamvis ei Sors iniqua res tantum triſtes attuliſſet. "In iis enim verbis, inquit vir [n] doctiſſimus, "elegantiſſima & venuſtiſſima eſt antitheſis, quam inſtituit Hanno inter תהו Ταῦ Deum, "& תהו deſolationem & vacuitatem. Putabat Hanno nihil quicquam ſibi & filiabus "ejus periculi eſſe בים תהו diebus *Tau* feſtis: at contra, illis diebus fuit תהו vacuitas "& deſolatio, neque fuerunt Hannoni ימי תהו *dies Thau*, ſed ימי תהו *dies atri*, nam "periiſſent filiæ. Atque id omnino vult Pœnus, Deum conturbaſſe rationes diei feſti, "& læta mutaſſe triſtibus. Cum itaque Gentiles, dies feſtos obſervantes, lætitiis omnibus incederent; veriſimile eſt Deum Judæns in feſtis ejus maxime lætari voluiſſe, ne feſtorum laborem ſolummodn [ritibus eorum lætis interdictis] a Gentilibus accepiſſe, & ipſe religionem tetricam triſtemque tantum inſtituiſſe videretur.

a Ap. *Euſeb. Præp. Evang.* l. 2. c. 8. B b Lib. de *Dea Syr.* p. 1059. D c *Lev.* 23. 36. *Deut.* 16. 8. d *Antiq. Jud.* l. 3. c. 10. p. 124. 40. e *Geogr.* lib. 10. p. 716. C f *Deut.* 12. 6, 7. & 16. 10, 11. & 1. *Par.* 29. 21, 22. g *Judæi ſacris ſuis publicis & ſolennibus epulas ludoſque adjecerunt.* Philip. Cluver. ub. ſupr. p. 306. h In *Numer.* 10. 10. i *Targ. Jonath.* in *Ruth.* 1. 16. k 1 *Mac.* 3. 45. l *Pſal.* 27. 4. m Apud *Plaut.* in *Pænul. Act.* 5. *Scen.* 1. n *Petit. Miſcel.* lib. 2. p. 66

1 *Symmachi* verſio eſt, τὸ κάλλος.

(4°.)

(4°.) Convivatio in templo: nam sacerdotes, utpote admissionis interioris famuli, in ipso Sanctuario; Israelitæ vulgares, in locis quibusdam templo adjacentibus, ex oblatis epula comedebant. Hoc e verbis [a] Prophetæ non obscure colligo: *nonne coram oculis nostris cibus succisus est, e domo Dei nostri gaudium & exultatio?* Ubi gaudium proculdubio denotat, quo illi afficiebantur, qui festis intererant, & primitiis aut animalis oblati reliquiis, in atriis aut aliis locis templo vicinis, hilares & exultantes vescebantur. Huc faciunt [b] *Philonis* illa, de Judæis antiquis dicta; *peractis votis, & sacrificiis placato numine, hilares & læti ad remissiorem victum se vertebant, sæpe ne domum quidem repetentes,* ἀλλ' ἐν οἷς ἔθυσαν ἱεροῖς διατελοῦντες, *sed in templis ubi sacra fecerant permanentes, ut & sacrificii memores, & locum reveriti, sacrosanctum revera convivium agerent.* Hujus autem circumstantiæ, sententia nostra concessa, ratio non incommoda reddi potest: Gentiles enim quos festis originem fecisse diximus, in templis aut ædibus numini alicui sacris festa peregisse, dubitare non sinunt paginæ sacræ & historiæ profanæ testimonia. Nam sacerdotes festum Baali meditantes, ad [c] illius domum se catervatim contulerunt. [d] Corinthii ad ethnica festa vocati, ἐν εἰδωλείῳ, idolorum templo, more gentium accubuerunt. Et veteres Argivos morem eundem tenuisse, ex [e] *Herodoto* manifestum est; cum enim illis Junonis dies festus esset, *Cleobis & Bito*, inquit, ὡς ἔθυσάν τε καὶ εὐωχήθησαν, κατακοιμηθέντες ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ -- οὐκέτι ἀνέστησαν· *Ubi sacrificarunt & epulati sunt, quiescentes in ipso* Junonis *templo, non sunt amplius excitati.* Si forte templum deesset, ethnicos coram ipso idolo festa parare solitos, aurei vituli [f] ceremoniæ suadent opinari.

Cum itaque hypothesis nostra, tot obscuris festorum Judaicorum circumstantiis lumen afferat, & abditas earum rationes explicare doceat; inde veritatis suæ argumentum sumamus, & eadem fiducia eam amplexemur, qua Philosophi solent hypothesin quæ naturæ phænomena solvit, & effectorum naturalium rationes reddit, aptas, faciles, & causatum naturis maxime consentaneas.

Quinto: sententia hæc auctoritate non caret, utpote luculentis antiquorum [Patrum simul & Ethnicorum] testimoniis abunde confirmata. 5m.

E Patribus sic [g] *S. Chrysostomus* [1] inprimis causam nostram comprobat: ἐπειδὴ οὐκ ἴσχυεν ἡ Ἰουδαίων διάνοια δέξασθαι πνευματικὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τῇ τῶν ἐθνῶν συνηθείᾳ δεδούλωτο, καὶ περὶ βωμοὺς ἐπτόητο καὶ θυσίας, λαβὼν ὁ Θεὸς τὰς εἰδωλικὰς ἑορτὰς, μεταβάλλει τῷ ῥυθμῷ τῆς εὐσεβείας, &c. *Cum Judæorum intellectus ad efficacem spiritus operationem capiendam non sufficeret, sed consuetudine gentium in servitutem redacti essent, & circa aras & sacrificia occuparentur; Deus dies illos festos, etiam idolis colendis dicatos, ad pietatem ordine quodam instituendam commutat, eaque sustinet quæ ipsi non placebant. Et quemadmodum bonus pater, cum filium ludicris occupatum conspiciat, a foro quidem ipsum arcet, domi vero omnia illi quæcunque velit, permittit; & dum ipsum in omni officio & decoro continet, lusus insolentiam licentiamque coercet:* οὕτω καὶ ὁ Θεὸς βουλόμενος αὐτοὺς τῇ φαντασίᾳ ταύτῃ πανηγύρει τῶν ἑορτῶν εἰς εὐσέβειαν μεταρρυθμίζειν, &c. *Sic etiam Deus, cum instituisset ipsos,* Judæos, *his publicis dierum festorum conventibus ad pietatem conformare, permittebat etiam illis* sacra solennia facere, &c. Ad hæc S. *Chrysostomi*, proxime accedunt verba [h] *Theodoriti* de festis Judaicis & eorum circumstantiis disserentis; ταῦτα δὲ ὁ πάνσοφος ἐνομοθέτησε Κύριος, τῆς τῶν ψευδωνύμων αὐτοὺς Θεῶν πλάνης ἐλευθερῶν· ἐπειδὴ γὰρ ὁ τῆς ἀσεβείας διδάσκαλος, διὰ γαστριμαργίας καὶ φιληδονίας ἐξηνδραποδίζετο τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ταῖς δαιμόνων ἑορταῖς πολλὰς ἀνέμιξε παιγνίας, &c. *Sapientissimus autem Dominus lege sancivit ista, eos ab errore falsorum Deorum liberare studens. Quoniam enim doctor impietatis humanum genus gula & voluptatum illecebris in servitutem redigens, ludicra multa festis Dæmonum inseruisset; solertissimus Dominus* Israelitas *ab illo errore* liberare cupiens, *etiam de his quæ ad festa pertinent leges scripsit, sacrificia permisit, instrumenta musica toleravit, & epulari jussit,* καὶ ταῖς τοιαύταις ψυχαγωγίαις τὴν τῶν εἰδώλων ἐκκόπτων ἀσέβειαν· *talibus illectamentis idolorum impium cultum amputans.* Si quid fidei testimoniis hisce tribuamus, apertum est Deum tot festa & dies oblectationi otioque dandos instituisse; ne Judæorum populus Gentilium celebritates magnifaceret, & ad cultus ethnicos, utpote majore lætitia & amœnitate commendatos alliceretur.

Hisce Patrum, Veterum ethnicorum subjungam testimonia, qui festis antiquita-

a *Joel.* 1. 16. b Lib. de *Plantat. Noe*, p. 237. C c 2 *Reg.* 10. 20. d 1 *Cor.* 8. 10.
e Lib. 1. c. 31. f *Exod.* 32. 5, 6. g *Serm.* de *Christ. Pastore* &c. h In *Deuter. Erot.* 1.

1 Vid. Tom. 3. *Ed. Benedict.* p. 812. D *Savilius* ponit inter *spuria*: & jure quidem; nihil enim hic *Chrysostomo* dignum. Sermonem inter ἀμφιβαλλόμενα. *Fronto Ducæus* in-i num. Omnia sapiunt Græculum qui S. Patrem ementitur.

tem summam, & originem ipsi pene Religioni coævam, tribuendam censuerunt. Ex iis enim nonnulli festorum originem ab Ægyptiis, antiquissimis ceremoniarum sacrarum magistris arcessendam arbitrati sunt. Hoc e [a] *Luciani* verbis intelligitur: πρῶτοι μὲν ὦν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται Θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἵσασθαι, καὶ τεμένεα, καὶ πανηγύριας ἀποδέξαι· *Primi quidem hominum, quos nos scimus, Ægyptii dicuntur & Deorum notitiam percepisse, & templa constituisse, lucosque & solennes conventus indixisse.* Ex ethnicis aliqui festivitates & solennes laborum intermissiones, a fonte altiore, principio scilicet hominum animis ingenito, derivandas existimarunt. Hoc e *Strabonis* verbis intelligitur, quem testem laudavi [b] modo: Κοινὸν τοῦτο καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐστὶ, &c. *Hoc Græcis commune est cum* omnibus aliis Orbis terrarum gentibus *sacra cum festiva laborum intermissione peragere:* ——— καὶ τοῦθ' ἡ φύσις οὕτως ὑπαγορεύει· *Et mos ille*, non ab ingenio hominum, sed *instinctu naturæ, proficiscitur.* Alii tamen ex Antiquis, paulo explicatius locuti, ludorum, solennitatum, oblectationum, adeoque πάσης εὐωχίας, τὴν αἰτίαν εἰς τὸν Θεὸν ἀνέφερον, quod e *Platonis* & *Athenæi* verbis a [c] *Casaubono* citatis eliciamus. Ex his itaque liquidum est, ethnicos festa Mosis temporibus antiquiora censuisse, eaque Judæorum tantum ingeniis aut institutis originem suam minime debuisse.

SECT. II.

Objectiones infirmantur.

CUM sententia mea (ni fallat sequior affectus) argumentis in medium adductis abunde confirmetur; unum jam superest, ut scilicet adversarii rationes enervare studeam.

Obj. 1ª. HARUM autem prima sic effertur: omnibus innotescit, Hebræorum festa [Pascha, Pentecosten, & Scenopegiæ solennitatem] nihil cum seculi more vel gentium usu commune habuisse; sed causis peculiaribus, beneficiis scil. in solos Hebræos collatis, institutionem suam debuisse: ideoque nullam eorum mentionem in scriptis ethnicis, nisi joci forsan & dicterii causa, reperiri posse.

Sol. RESPONDEO: Judæos festa quædam coluisse, nominis & rationis privatæ & plane singularis, haud invitus agnosco; nec inde causæ meæ quicquam orietur incommodi: constat enim Ægyptios, Græcos, Romanos, omnes, festivitates aliquas genti suæ peculiares obiisse. Id unum contendo ipse, generalem festa celebrandi morem eorumque ritus præcipuos, ansam a gentium moribus accepisse. Neque plane verum est, Hebræorum festa nihil commune cum Gentilium festis habuisse. Nam Pascha, *Josepho* teste, festum erat, quo Judæi [d] *primitias hordei Deo ferebant*, in animi grati testimonium: [e] Pentecoste festum εὐχαριστίας erat, pro reconditis in horrea frugibus, eoque messis aut frumenti primitias offerebant: Tabernaculorum festum erat, ad εὐχαριστίαν pro ficubus, uvis, oleis, & aliis arborum fructibus, collectis, institutum. Ethnicos autem festa similia, post arborum terræque fructus collectos, in Deorum suorum honorem celebrare solitos, neminem, in gentium ceremoniis vel mediocriter versatum, fugit. Nec probabilitate caret, Deum illa Paschatis, Pentecostes, & Scenopegiæ festa, genti Judæorum propria, una cum festis hisce [primitiarum, messis, & collectionis,] humano generi communibus, agi voluisse; ut Judæi festis hisce passim receptis inducti, ad ea festa celebranda libentius convenirent, quæ genti propria fuerunt, & ad beneficiorum peculiarium memoriam renovandam instituta.

Obj. 2ª. SECUNDO: non-nemo forsan ex adverso dicet, Hebræorum festa, non a gentium usu, sed ipsarum solennitatum commodo longe maximo, principia petiisse. Cum enim Dei sacra tanta hominum frequentia peragerentur, eo celebriora & augustiora reddebantur; & populus unum in locum tam frequenter coactus, non tantum ad amicitiam inter se colendam, sed cultus unitatem servandam facilius adduceretur.

Sol. HUIC objectioni, *Theodoriti* verbis apte respondere possum: [f] *præcepit* Deus *diebus illis festis convenire in templum divinum, ut* Judæi *beneficiorum divinorum memoriam renovent, & concordiam atque amicitiam concilient*, καὶ φιλοστοργότατοι ὄντες, μὴ περὶ τὰ τεμένη τῶν δαιμόνων τρυφῶσιν, ἀλλ' ἐν τῷ ναῷ τῷ πεποιηκότι καὶ τὰ ἀγαθὰ χορηγοῦντι, τῆς ἑορταστικῆς ἀπο-

a Lib. de *Dea Syr.* p. 1057. B b L. 10. p. 716. C c De *Satyr. poes.* l. 1. p. 8, 9. d Τὰς ἀπαρχὰς τῆς κριθῆς ἐπιφέρουσι· *Antiq.* l. 3. c. 10. p. 124. 20. e *Exod.* 23. 16. & 34. 22. f *Quæst.* in *Exod.* 54.

λαύωσι

λαϊκῶν εὐωχιῶν. *Et cum festorum peramantes essent, non*, ut olim, *sacris & delubris dæmonum delectentur, sed in templo Creatoris, & iis vita bona suppeditantis, festivis fruantur epulis.* His verbis innuit prudens Pater, Deum festa quædam instituisse, non tantum quod ethnici tempora nonnulla, festis, ludis, choreis, aliisque lætioris animi documentis insignirent, & quod Israelitæ talium festorum cupidine ducerentur; sed quod in usum honestum transferri, & non minus Religioni, quam olim Superstitioni, ministrare possent. CAP. IX.

(3°.) Et hoc forsan argumentum nobis opponunt aliqui, quod incredibile videatur, ethnicorum ludos & otia profana sacris Dei festis originem dedisse; vel Deum soleonitates aliquas indixisse, quod eo seculo festi dies in morem & religionem abiissent, & Israelitæ, festis assueti, ad Ægypti ritus defecissent, nisi moribus antiquis vivere concederetur. Hoc enim probri notam inurit Israelitis, quasi ventri gulæque deditis, & in Dei cultu minime retinendis, nisi conviviis & festis remissionibus allicerentur. Obj. 3ª.

Resp. Hoc eo minus adversum fidei videri debet, quod Ecclesiæ Christianæ patres & antistites eandem viam calcarint, ut homines a Gentilismo recentes in fide retinerent, & alios, Gentiles adhuc, delinirent, & a Christi fide minus aversos redderent. Cum enim inter Gentiles usu longo observatum esset, ut in honorem Deorum dies lætos & festos agerent; cum etiam, uti scribit [a] Athenæus, [1] *omnes homines festas celebritates cupidius expectarent*, quibus genio paulo liberius indulgerent; iis, ad Christum conversis, festivitates & dies solennes indulgebant: non eas autem quas ferebat ethnicismus, mero delibutas, comessationibus leves, cachinnis solutas, luxui dicatas, aut numinis alicujus profani gestis fabulosis personantes; sed in Apostoli vel martyris alicujus honorem & memoriam institutas, epulo temperantiæ pleno peractas, & honeste lætas. Nascentis Ecclesiæ patres moderate & accommodate adeo ad hominum ingenia res administrasse, *Johannes Filesacus* olim observavit. *Gentiles*, [b] ait ille, *recens Christi fidem amplexos non confestim ad perfectam Christianæ religionis normam adduci potuisse crediderunt, qui tum erant populi Christiani Pastores: aliqua itaque indulgentia initio usi sunt, ut inveteratam illam*, circa festa, *superstitionem paulatim ex eorum mentibus extirparent.* -- Cum enim *Gregorius Thaumaturgus* (ut alios taceam) *quamplures, tum urbis Neocæsarea, cum regionis ipsius homines ad Christi fidem convertisset, atque animadvertisset quod propter corporeas delectationes ac voluptates simplex & imperitum vulgus in simulachrorum cultus errore perseveraret; ut -- in eo quod est præcipuum, nempe* fide *in Deum, se recte gereret, pro inanibus illis superstitionis ritibus, permisit eis ut in memoriam -- Sanctorum Martyrum sese oblectarent, & in lætitiam effunderentur. Quoniam successu temporis aliquando futurum esset, ut sua sponte ad honestiorem & accuratiorem vitæ rationem transirent. —— Perarduum sane & perdifficile sensuum corporisque oblectamenta, toto vitæ anteacta spatio, & inveterata Majorum consuetudine percepta penitus removere & repudiare.* Sol.

E jam dictis apparet, eam esse veritatis hujusce claritatem, ut objectionum nebulis obscurari nequeat.

CAP. IX.

Exemplum septimum, præstatio primitiarum.

Ne sermonem jam faciam ancipiti sensu laborantem, in ipso limine monendum censeo, me sensu paulo laxiore *primitiarum* vocem hic usurpare: ita nempe, ut [c] πρωτότοκα, πρωτογεννήματα, & ἀπαρχὰς proprie sic dictas, sensus sui ambitu comprehendat. *Hae* autem *tria*, quod ait [d] *Augustinus, ita discernuntur:* πρωτότοκα *sunt primitivi animalium fœtus, etiam hominum:* πρωτογεννήματα *vero, primi fructus de terra sumpti, vel de arbore, vel de vite:* ἀπαρχαὶ *autem, de fructibus quidem, sed -- redactis ab agro sicut de massa, de dolio, de lacu, de cupa, quæ primitus sumebantur.* Quibus verbis ne hilum discessit S. Pater a Græcorum aut Hebræorum sensu: nam πρωτογεννήματα [e] Græcis dicuntur, quæ Hebræis בכורים munera nempe, quæ de frugibus integris, nec Primitiæ quid.

a Πάντες ἄνθρωποι ἡδέως προσδέχονται τὰς ἑορτάς. Lib. 4. c. 10. p. 144. b *Select.* lib. 1. cap. 6. pag. 72. 73. c *Nehem.* 10. 35, 36, 37. d *Quæst.* 32. in *Numer.* T. 3. P. 1. col. 541. D e *Exod.* 23. 16, 19. *Lev.* 23. 10.

1 *Athenæus* post ἑορτάς, addit πλὴν οἱ τύραννοι.

CAP. IX. dum elaboratis, festo primitiarum, præ frugibus aliis, offerebantur. At ἀπαρχαὶ, Hebræis תרומות dictæ, eæ fuerunt quæ de frugibus universis jam elaboratis, (id est, in massam aut liquorem redactis) sepositæ, sacerdoti tradebantur. Hunc accuratum loquendi modum probasse videtur [a] *Origenes*, cum dixit, μετὰ τοὺς πάντας καρποὺς ἀναφέρεται ἡ ἀπαρχὴ, πρὸ δὲ πάντων τὰ πρωτογεννήματα. *Post omnes fructus* collectos *dedicantur primitiæ, ante omnes vero prima genitura.* Nec (ut institutum prosequar) novum aut mirum haberi debet, quod *primitiarum* voci sensum tam amplum tribuam, cum *Donatus* ei testimonium præbeat: nam, [b] eo teste, *primitiæ proprie dicuntur, quæ Diis offeruntur de fructibus novis aut fœtibus gregum.*

Ut autem a vocibus ad res ipsas gradum faciamus: tot leges de primitiis Deo solvendis ideo ferebantur, ut Israelitæ donis illis, quibus aliæ gentes, & ipsi forsan in Ægypto, fictitios Deos colebant, eosque frugum inventores aut patronos agnoscebant, Deo vero honorem exhiberent; & cœli terræque Domino (non Soli, Isidi, vel Cereri) se terræ fruges debere testarentur. Ut assertionis hujusce veritas ex antiquitatis tam remotæ nebulis eo clarius elucear, probabo (1°.) Gentes antiquas, Diis suis, ritu solenni, primitias obtulisse. (2°.) Morem illum, legibus de primitiis Deo factandis occasionem & materiam præbuisse. (3°.) Objectionibus potioris notæ satisfaciam.

Gentes antiquæ primitias obtulerunt,

Io primo probari debet, nempe gentes ethnicas Deos eorum primitiarum oblatione coluisse. Hic autem, ne sermo meus in immensum excurrat, ostendam tantum, gentes olim famæ clarioris, Ægyptios, Græcos, Romanos, id moris observasse. Hoc apud Ægyptios usurpatum testatur [c] *Diodorus Siculus:* eorum enim ceremonias in Isidis festo referens, κατὰ τὸν θερισμὸν, inquit, τοὺς πρώτους ἀμηθέντας στάχυς, &c. *Messis tempore, oblatis spicarum primitiis, juxta manipulos Isidem invocare solent.* Ex Ægypto ritus ille, ni fallor, in Græcorum mores ivit: nam illi τῇ Δήμητρι vel Cereri (quæ [d] eadem cum Iside) post comportatas fruges, θαλύσια, i. e. [e] primitias, cœca gratitudine tribuerunt: unde & festum, cum primitiarum oblatione conjunctum, θαλύσια nomen accepisse, testatur [f] *Meursius*. Huic affine erat festum Ὡραῖα dictum: nam ὡραῖα θύειν, inquit *Hesychius*, τελετή τις ἐν ᾗ τῶν ὡραίων καρπῶν ἐγίνετο ἀπαρχή. Huic etiam familiæ accenseri debet festum Apollini & Dianæ sacrum, [g] cui Θαργήλια nomen: in eo enim ἧψον τὰς ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ τῶν φανέντων καρπῶν [Θαργήλῳ] ὀνομαζομένῳ, ἀπὸ τοῦ θέρειν τὴν γῆν, τῷ αὐτῷ ὄντι τῷ ἡλίῳ. *Coquebant frugum primitias quæ provenerant*, in *Dei* honorem *qui nomen habuit* Θαργήλιος, (*quod terram calefaciat*) *qui & idem cum Sole.* Romanos etiam primitias obtulisse, [h] Poetæ Romani testimonio nixus, assero:

——Ut primas Cereri dare cultor aristas
Posset, & intacto Bromium (i. e. Bacchum) *perfundere vino,*

Quanta vero religione primitias offerendi ritum observarint Romani veteres, e *Plinio* [i] discimus: *ne degustabant quidem novas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent.*

Et quare.

Gentes autem quas dixi, duabus inductæ rationibus, primitias obtulisse videantur. (1°.) Ut dignas Isidi vel Cereri grates persolverent, ob fruges inventas aut productas. Nam Ægyptii, [k] *Diodoro* teste, *primitias Isidi*, μαρτύριον τῆς εὑρέσεως τῶν καρπῶν, *in testimonium frugum ab ipsa repertarum*, afferebant. *Et apud alias urbes, cum festum Isidis agitur, tritici & hordei vascula circumferri* dicit, ἀναμιμνήσκοντας τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ Θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων frugum *Deæ industria primo repertarum monimenta.* Hac etiam ratione ducti frugum ubertim productarum laudem & honorem Cereri tribuebant. Hoc evincunt illa [l] *Theocriti.*

——ἁ δ᾽ ὁδὸς, ἅδε Θαλυσιάς· ἦ γὰρ ἑταῖροι
Ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι,
Ὄλβω ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
Ἁ Δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.

——En viam, en ad Thalysia! nam amici
Homines frugifera Cereri solennia peragunt,
Fortunarum primitias offerentes: eis enim valde cumulata mensura
Dea frugibus abundantem replevit aream.

a *Comment.* in S. *Johan.* p. 4. A b Not. in lib. 11. *Æneid* col. 1591. C c *Biblioth. Hist.* lib. 1. p. 13. B d *Herodot.* l. 2. c. 59. e Θαλύσιαι, αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαί. *Hesych.* in voc. f *Græc. feriat.* lib. 4. pag. 142. g Vid. *Suid.* in Voc. Θαργηλ. h *T. Calphurn. Bucolic. eclog.* 4. i *Hist. nat.* lib. 18. c. 2. k Ub. supr. l *Idyl.* 7. v. 31.

Hinc

Hinc apparet ethnicos primitias Isidi, tanquam χαριστήρια gratique animi testimonia obtulisse. (2°.) Primitias etiam offerebant ethnici, ut ea religione fertilitatem & alia beneficia procurarent. Hoc, duplici testimonio fretus, fidenter assevero. Primum [a] *Eustathii* sit, his verbis conceptum: Θαλύσια δὲ αἱ ἀπαρχαί, —ἦγον αἱ μετὰ συλλογὴν τῶν καρπῶν διδόμεναι Θεῷ, ὑπὲρ τοῦ καὶ εἰς ἔπειτα θάλλειν τοὺς ἀγρούς· *Thalysia vero primitiæ* sunt, -- *quæ post collectionem frugum Deo penduntur, ut in posterum quoque arva florescant.* Alterum, nec minus amplum, est [b] *Celsi* testimonium: Δαίμοσι τοῖς τὰ ἐπὶ γῆς εἰληχόσιν εὐχαριστητέον, καὶ ἀπαρχὰς καὶ εὐχὰς ἀποδοτέον, ἕως ἂν ζῶμεν, ὡς ἂν φιλανθρώπων αὐτῶν τυγχάνοιμεν· *Gratiæ sunt agendæ Dæmonibus rerum terrenarum præfecturas sortitis, eisque preces offerendæ & primitiæ, quoad vivimus, ut ipsos habeamus præsentes ac propitios.* CAP. IX.

Cum itaque sic gentium usu factum esset, ut primitias, gratitudinis indicandæ & fertilitatis procurandæ causa, Numinibus exhiberent, & hac superstitione Israelitæ forsan inficerentur; Deus omnis generis primitias sibi dicari jussit, ut ritu illo se a Dei benignitate *areas frugibus abundantes* accipere testarentur; nec Isin, Osirin, Bacchum, Cererem, aut alia fictitia frugum Numina, in partem aliquam laudis & gloriæ Deo soli debitæ vocare viderentur. Sunt autem argumenta, nec pauca, nec levia, quæ in hanc cogitationem animum meum induxerunt. Gentium usum legi de primitiis occasionem dedisse.

Primum ita se habet: quantum Veterum testimoniis & aliis argumentis assequi licet, primitias offerendi ritus Legem antiquitate superavit, & ab ultima vetustate religionis ethnicæ partem non obscuram fecit. Nam Ægyptios in festo Isidis [quo nomine nihil antiquius habet ethnicorum theologia] primitias obtulisse, docet modo laudatus [c] *Diodorus*, & ritum illum τὸ τηρούμενον καθ᾽ αὐτοὺς ἐξ ἀρχαίων νόμιμον *institutum a seculis antiquioribus observatum* vocat. *Triptolemus*, Isidi vel Cereri coætaneus, hanc legem inter alias, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν *Deos fructibus placare*, dedit Atheniensibus; uti refert [d] *Porphyrius* ex *Hermippo*, qui & legem illam per ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι, tanquam voces synonymas, interpretatur. Et [e] alibi, de hoc ritu loquens, ἀπ᾽ ἀρχῆς μὲν, inquit, αἱ τῶν καρπῶν ἐγίνοντο τοῖς Θεοῖς θυσίαι *A rerum exordio quidem Diis primitiæ de fructibus solvebantur.* Nec ritui huic antiquitatem multo minorem tribuit *Aristoteles*: ex omnibus enim conventibus in Deorum honorem agi solitis, iis maximam antiquitatem vindicat, quos homines, conditis in horreum frugibus, celebrabant; quibus etiam, otium jam nacti, Diis suis collectarum frugum primitias offerebant. Sed ipsa [f] *Philosophi* verba audiamus: αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδάς, οἷον ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς· *Prisca sacrificia & conventus habiti videntur post fructuum collectiones, quasi primitiæ quadam. Nam illis maxime temporibus*, post exactos nempe vertentis anni labores, *a negotio rustico feriabantur.* Pluribus testimoniis haud opus esse sentio, ut probem Gentiles, deos eorum primitiis oblatis, ante datam Legem coluisse: cum præsertim moris illius antiquitas sola suiipsius probabilitate non parum confirmetur. Cum enim simplicioribus mundi seculis, non tam verbis officio & obsequio plenis, quam rebus & donis honorem exhiberent; & inter dona, [g] fructus, inter fructus autem primitiæ, usu & dignitate antecedere crederentur; rationi convenit gentes antiquissimas numinibus suis primitiarum honorem tribuere voluisse. Hanc conjecturam adjuvat mos ille perantiquus, festa omnia libatione aliqua numini facta auspicari; qui manavit proculdubio e nativo illo justi & decori sensu, quo homines ad rerum suarum primitias Numini tantum solvendas efferebantur. Probatur 6. argumentis. 1^m^.

Secundo: hoc etiam argumentum inducit animum, ut antiquiorem gentium morem legi de primitiis occasionem fecisse censeam; quod Hebræi primitias offerentes, ritus eorum plurimos, non e Dei lege, sed seculi moribus hauserint; & festorum suorum ceremonias ad mores passim receptos, qua per legem licebat, conformarint. Nam, 2^m^.

(1°.) Gentes antiquæ, primitiis offerendis occupatæ, θαλλοὺς, i. e. ramos lana obvolutos, unde panis, ficus, aliique fructus omnigeni, circumpendebant, ovantium ritu circumferebant: ramus autem in hunc modum exornatus, εἰρεσιώνη vulgo dicebatur. Huic mori [i] *Scholiastes* [h] *Aristophanis* hoc testimonium perhibet: Πυανεψίοις καὶ Θαργηλίοις, Ἡλίῳ καὶ Ὥραις ἑορτάζουσιν Ἀθηναῖοι· φέρουσι δὲ οἵ τε παῖδες θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημμένους, ὅθεν ἀ-

a In *Homer. Iliad.* 9. v. 530. p. 680. 20. b Ap. *Orig.* cont. *Cels.* l. 8. p. 399. c Ub. supr. p. 13. B d De *abstin.* l. 4. §. 22. e Lib. 2. de *Abstin.* §. 27. f Lib. 8. *Ethic.* cap. 11. g Vid. *Porphyr.* de *abstin.* l. 2. §. 12. h In *Equit.* vid. etiam *Meurs. Græc. Fer.* in πυανεψ. & θαργηλ.

i Vid. *Scholiast.* in *Equit.* Act. 2. Scen. 2. v. 725. & in *Plut.* Act. 4. Scen. 5. v. 1055.

CAP. IX. φοιτῶντας λέγοντας. Cum etiam Judæi feſtum συντελείας aut *collectionis frugum* agitarent, εἰρεσιώνην, ramum elaboratum, (id eſt, lana & fructibus inde pendentibus ornatum) more vitulantium circumgeſtabant. De hac autem ceremonia, inter Hebræos olim obtinente, de teſtibus etiam e quorum fide jam loquor, [a] alium mihi ſepono dicendi locum.

(2°. Gentiles primitias Numini ſuo tribuentes, ſe tripudiis & choreis oblectare ſolebant. De Sichemitis enim, a Rep. Iſraelis alienis, [b] legimus, quod, *exeuntes in agros, vindemiarunt vineas, calcarunt uvas,* καὶ ἐποίησαν χορὺς *& choros inſtituerunt;* more forſan e civili in ſacrum temporis progreſſu tranſeunte. Hoc enim natum videtur ex uſu veterum agricolarum, qui frugibus collectis, & vini flore venis incaleſcentibus, ſaltare, aut verius ad numeros inconditos pedes movere, ſolebant: adeo ut chori, oblectamenti gratia primo, poſtea vero religionis, in primitiarum feſtis uſitari cenſeantur. Hanc conjecturam firmiorem faciunt [c] Auctoris egregii verba: Δοκοῦσι δέ μοι μηδὲ τὴν ἀρχὴν συστήσασθαι ἑορτὰς καὶ τελετὰς θεῶν ἄλλοι τινὲς ἢ γεωργοί· πρῶτοι μὲν ἐπὶ ληνῷ στησάμενοι Διονύσῳ χορούς· i. e. *Mihi vero nulli alii Deorum ſolennitates & ceremonias primitus inſtituiſſe videntur, quam agricolæ: primi in Bacchi honorem, cum vina prelo exprimerent, choros indicentes.* Judæos etiam choreas exercuiſſe, cum olei, vini, & aliorum fructuum primitias Deo donarent, teſtes [d] alibi in medium adducti dubitare non ſinunt.

(3°.) Gentes aliquæ, collectis in horreum frugibus, menſas dapibus & frugibus, ad oculorum gulæque faſtidium, ſolenniter inſtruebant. Hoc Ægyptiis aliiſque in more fuiſſe, [e] *S. Hieronymi* teſtimonium extra dubium ponit: *eſt in cunctis urbibus, & maxime in Ægypto & -- Alexandria, idololatriæ vetus conſuetudo; ut ultimo die anni & menſis* ejus *qui extremus eſt, ponant menſam refertam varii generis epulis, & poculum mulſo mixtum, vel præteriti anni vel futuri fertilitatem auſpicantes.* Hoc etiam exemplum ab Ægyptiis ad Judæos antiquitus traductum videtur: ſic enim [f] *Plutarchus* eorum mores in feſto Tabernaculorum vel collectionis habuiſſe refert: ἀκμάζοντι τρυγητῷ τραπέζας προτίθενται παντοδαπῆς ὀπώρας, ὑπὸ σκηναῖς, &c. *Maxime fervente vindemia, proponunt menſas, in quibus expoſita ſunt omnis generis fruges ſub tabernaculis.* E quibus hoc inter alia colligit *Plutarchus*, Judæos nempe Bacchum venerari, quem ſcil. ethnici, tanquam fructuum tutelare numen, tali aliquo ritu coluiſſe videantur.

(4°.) Ethnicis ſolenne fuit, multa cum pompa & negotio primitiarum feſta celebrare. Nam [g] *Diodorus Siculus*, *Iſeia*, primitiarum feſta quædam in Iſidis honorem agitata, memorans, *apud urbes aliquas, cum Iſeia celebrantur,* ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι ἀνθέματα πυρῶν καὶ κριθῶν, *in pompa tritici & hordei vaſcula, inter alia, circumferri* refert, *ad* frugum *primitus Dea induſtria repertarum memoriam.* Cum etiam Judæi primitiarum oblationi vacarent, fructus in vaſculis ponebant; facto inſuper agmine, & pompa Gentilium feriantium ritus imitante, ſe ad Hieroſolymam conferebant. Hoc aperte probatur e celebri Mishnæ teſtimonio, cujus explicationi, cum [h] occaſio vocabit operam non perfunctoriam dabo.

(5°.) Gentiles, in luxum omnem ſoluti, vitis & agri primitias offerebant, ludis, comeſſationibus, epulis, canticis inſuper ebrioſis, ſeipſos oblectantes. Nihil eo tempore reliquum fiebat luxuriæ diſſolutæ, quo Bacchi, fructuum & ebrietatis dei, ſe gratiam inituros exiſtimabant. Inde factum, quod homines Bacchi orgiis occupatos [i] Σάβους appellarent, voce ab Hebr. סבא *ebrius fuit* originem petente, ni fallat [k] *Caſauboni* conjectura. Judæos etiam in Paſchate, primitiarum feſto, prope nimis ad ethnicorum mores acceſſiſſe, ſuſpicandi cauſam non levem præbent S. *Petri* [l] verba: *non enim ſicut vos exiſtimatis, ebrii ſunt hi: cum ſit hora tertia diei.* Quaſi dixiſſet, "nullum adhuc oblatum eſt ſacrificium, nec feſtum inchoatum, unde ſuſpicari quis poſſit, homines hoſce poculis immoderatius indulſiſſe. Nondum advenit illa feſti hora, qua ſolent homines ita ſe vino mergere, ut nec mens nec lingua ſatis officium præſtet. Sed huic ſuſpicioni locum ampliorem facit Canon ille quem [m] *Joſephus Scaliger* ex antiquiſſimo Judæorum Rituali citat: אין מפטירין אחר פסח אפיקומן ab eodem Auctore ſic Græce redditus; μετὰ τὸ Πάσχα οὐκ ἀπολύουσι τὸ δεῖπνον ἐπικώμιον·

a Vid. Lib. 4. c. 5. b *Judic.* 9. 27. c *Max. Tyr. Diſſert.* 14. d Vid. Lib. 4. c. 4.
e *Comment. in Iſa* 65. Tom. 3. col. 486. f *Sympoſ.* lib. 4. *Quæſt.* 5. pag. 671. D g *Bibliothec.* l. 1. p. 13. C h Vid. Lib. 4. c. 11. i Σάβους νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς βάκχους καλοῦσι *Plut. Sympoſ.* lib. 4. p. 671. F
k *De Satyric. Poeſ.* l. 1. p. 56. l *Act.* 2. 15. m *De emend. temp.* l. 6. p. 572.

Hic

Hic autem spleodide hallucinati sunt *Scaliger*, & recentiores Judæi, qui אפיקומן [1] vocem unam esse, de bellariis in cœna Paschali veritis intelligendam existimarunt. Nam in *Talmude*, cap. de *Paschate*, duæ omnino sunt voces; & Canonem his verbis expressum legimus, אין מפטרין אחר פסח [2] אפי קומן i. e. Μετὰ τὸ Πάσχα οὐκ ἀπολύουσιν ἐπὶ κῶμον. *Post Pascha non dimittunt*, id est, *non siuunt ire comessatum*. Hic autem Canon e pravis Judæorum motibus oriri videtur, qui postquam epulum Paschale domi peregissent, solebanr ἐπὶ κῶμον βαδίζειν, noctu ad vicinas domos se catervatim conferre, & ibi, Gentilium ritu, epulas luxuriæ plenas instaurare. Sic morem gentium antiquitus habuisse, docent *Epicharmi* verba, ἐκ μὲν θυσίας θοίνη, ἐκ δὲ θοίνας πόσις, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος· *Sacrificium epulum sequitur, epulum compotatio, & compotationem comessatio.* De ritus hujus usu & antiquitate, plura, si eupiant, e [a] *Casaubono*, [b] *Simpl. Verino*, [c] *Petavio*, [d] *Cunrado Dieterico*, [e] *Hammondo*, aliisque petant studiosi. CAP. IX.

Quæ jam dixi satis elare probant, Hebræos primitiarum festa ceremoniis haud paucis a gentium usu traductis excepisse. Inde vero colligere pronum est, Hebræos antiquos existimasse, primitiarum oblationem non tam juris scripti quam moris inveterati ritum fuisse, & in legem e gentium consuerudine transiisse. Neutiquam enim verisimile est, antiquos Hebræos, cum primitias dedicarent, tot rirus originis ethnieæ observare voluisse, nisi ipsum primitias offerendi rirum e gentium moribus in legem cultumque suum fluxisse credidissent.

Tertio: hine etiam seotentiæ nostræ pondus accedat, quod Hebræorum ritus, in primitiarum oblatione ex præscripto legis observandi, cum Gentilium primitias offerenrium ceremoniis apprime convenireot. Nam (1°.) Judæi, cum Deum primitiis honorarent, spicarum manipulum offerre debuerunt. Lege nempe statutum est, ut, primitiarum loco, את עמר quod LXX [f] δράγμα interpretantur, Jehovæ dedicarent: Ægyptii etiam, messe ineunte, δράγμα, spiearum recentium manipulum, Isidi *frugiferæ*, gratitudinis ergo, eonsecrabant. Sic enim [g] *Diodorus Siculus* eorum morem literis consignavit: *messis tempore, spicarum primitiis oblatis, incolæ* κόπτεσθαι πλησίον τοῦ δράγματος, &c. *juxta manipulos plangere, & Isidem invocare, solent.* Et [h] *Callimachus*, de Pelasgis primitias Apollini dantibus loquens, ait, 3m.

Οἱ μέντοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι
Ἀσταχύων φορέουσι, ———

(2°.) Judæi præcepto adstricti sunt, primitias בטנא *in canistrum*, id est, vasculum e viminibus aut materia prerii grandioris, mittere; quod & multa cum religione semper observatum testatur [i] *Maimonides*. Apud Ægyprios etiam, *Diodoro* reste, receptum erat, πεπλησμένα πυρῶν καὶ κριθῶν *hordei & tritici vascula*, in Isidis aut Osiridis honorem cireumferre. Græcis etiam solenne fuit in festo Ceteris, opes eibarias in canistro repositas circumgestare: atque inde pompa illa κανηφορῶν, & illius festum κανηφόρια, nomen traxit, [k] Virgines etiam quæ canistra ferebaot, quibus omnium fructuum primitiæ Deo sacratæ elaudebantur, Κανηφόροι dicebantur. (3°.) Judæi spicarum, quem dixi manipulum igne torrere solebant. [l] *Josephus* enim de Judæis agens circa primitias occupatis, ait, quod φρύξαντες τῶν σταχύων τὸ δράγμα, *siccantes* vel *torrentes spicarum manipulum* eum altari admoverent. Hoc legis præscripto factum, quæ Mineham, teneram spicam tostam in igne [m] voeat. Hunc morem inter ethnicos obtinuisse docet [n] Plinius: *Numa instituit Deos fruge colere, & mola salsa supplicare, atque (ut auctor est Hemina) far torrere.* In hunc finem Numa *Fornacalia*, vel farris torrendi ferias, indixisse dicitur. (4°.) Judæi manipulum illum a spicis & paleis purgatum, hoe est, ipsa grana furfuribus eorum nudata ad aram deferebant. Hoc [o] *Josephus* aperte dicit: Καθαρὰς πρὸς ἀλετὸν τὰς κριθὰς ποιήσαντες, τῷ βωμῷ προσάγουσι i. e. exponente Rufino, *munda ad coquendum hordea facientes, ara. Dei admovent.* Hoe lex ipsa postulavit, *Levit.* 2. 14. quæ ad ver-

a Lib. I. de *Sat. Poet.* p. 151. b *Ep.* ad *Jos. Pet.* p. 336, 342. c *Not.* in *Synes.* p. 31. d *Antiq. Biblic.* p. 183. e *Not.* in *Rom.* 13. 13. f *Lev.* 23. 10, 11, 12. g Ub supr. p. 13. B h *Hymn.* in *Delum.* i In *Biccur.* c. 2. §. 7, 8. & *Mor. Neb.* P. 3. c. 39. k Vid. *Pet. Castellan.* de *fest. Græc.* p. 90, 91. l *Antiq.* l. 3. c. 10. p. 124. 20. m *Lev.* 2. 14. n *Hist. Nat.* l. 18. c. 2. o Loc. jam. citat.

1 *Maimonides* juxta decisionem *R. Jose*, reddit אפיקומן *bellaria*: Bartenora, אפיקו מניכו *educite vasa vestra hinc*: nonnulli Gemaristæ, אפיקו מיני מתיקה *educite species dulces.* Vid. Cap. 10. de *Paschate*: §. 8.

2 Eadem est mens auctoris *Gemara Babylon*, qui recte interpretatur illas voces de *translatione & traductione* cœtus in cœtum, מחבורה לחבורה ἀπὸ φρατρίας ἐπὶ φρατρίαν ad paschale epulum comedendum in duobus locis; quod est ἐπὶ κῶμον ire.

CAP. IX. bum sic habet; *ejectionem spica viridis offeres mincham primitiarum tuarum.* Gentiles etiam fruges puras & glumis spoliatas, primitiarum loco, numini consecrabant: & ab eo more, frugum Dea nomen *Ceres*, vocabulo a [a] *Geres* paulatim corrupto, accepisse creditur. Nam *Geres* a radice גרש *ejicere, extrudere, expellere*, significat: adeo ut festum Cereris *festum ejectionis* importet, quo scilicet fruges, involucris suis ejectæ extrusæque, Numini tradebantur.

Ritus alios in primitiarum oblatione Judæis & ethnicis communes enumerare possem, si rebus tritis & in media luce positis immorari liceret. Ex hac autem rituum convenientia, sententiæ nostræ firmitatis haud parum advenit: unde enim illerituum consensus ortum duxit, haud facile conjiciendum est, nisi primitiarum oblationem, & ritus eo spectantes, a gentibus antiquioribus ad Hebræos manasse censeamus.

4m. Quarto: ingens illa primitiarum varietas, lege memorata, argumento non levi est, seculi morem primitiarum oblatioui causam & originem tribuisse. Nam varia fuere primitiarum genera: aliud novalium, quod in [b] cartallo; aliud [c] manipuli, quod altero die Paschæ offerendum fuerat. Aliud [d] panum duorum fermentatorum in festo Pentecostes: aliud [e] placentæ e nova massa. Aliud granulorum e recentibus [f] spicis igne parumper adustis excussorum: aliud frumenti in farinam [g] commoliti, & in molam sale conspersam facti. Neque vini [h] & olei primitiæ hic silentio prætereundæ. [i] Alia primitiarum genera commemorari possent, sed nolo ad fastidium usque decantata lectori obtrudere. Quid autem Deus tam variarum primitiarum oblatione Judæos exercere, ne dicam fatigare voluit; nisi quod Mosis ævo, negotiosa superstitio tam varii generis primitias excogitasset, quod tota pene gentium religio in perpetuam primitiarum, hujus aut alterius generis oblationem abiisset? Notum enim omnibus, Ethnicos, primitias [k] hordei, tritici, pulmenti, graminis, gregis, arboris, olei, vini, capitis, convivii, imo cibi cujusvis, Diis suis consecrare solitos. Neque victimarum tantum, sed & [l] dapum partem aliquam decerpentes, in ignem conjiciebant, epulum Diis suis hoc ritu consecrantes. Ritu consimili circa potum utebantur: [m] vioi, lactis, aquæ, parte aliqua in terram vel ignem effusa, mensam auspicantes, quod etiam *Diis libare* dicebatur. Notatum itaque *Porphyrio*, primitias delibandi studium eousque tandem invaluisse, ut antiqui, *deorum sacrificiis* πελάνων ἤδη καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἀπαρχὰς, *placentarum & reliquorum omnium primitias adjungerent*, [n] *nempe si quid pulchrum haberent, & propter odorem divino sensui accommodatum.* Cum itaque sic gentium antiquarum usu factum esset, Deus tam varia primitiarum genera sancivit, nec e frumento solummodo, sed & [o] farina subacta, partem aliquam sibi sacrari jussit; ut superstitioni tam late diffusæ occurreret, & Israelitæ ea omnia quæ Dæmonibus olim offerebant, sibi ipsi in posterum consecrarent.

5m. Quinto: hoc etiam sententiæ meæ non leve præbet argumentum, quod lex Dei de primitiarum oblatione, præ ritu quovis alio, curasse videatur, & omni ratione prospexisse, ne huic officio deessent Israelitæ. Notum enim omnibus qui sacram paginam vel per transennam aspexere, Deum [p] omnia primitiarum genera sibi seponere, primitias impense [q] desiderare, earum solutionem [r] frequentius inculcare, bona solventibus [s] prolixe promittere, primitiarum commutationem diserte [t] prohibere, ad primitias etiam offerendas festinare. [u] Sed observatu dignius est, primitiarum oblationem festorum omnium partem non exiguam fuisse, quanquam Deus tria solummodo Judæis indixisset. Nam in Paschate primitias hordei, Pentecoste primitias tritici, Tabernaculorum solennitate vitis & arborum omnium primitias, sibi dari jussit. Non est autem proclive dictu, cur Deus Israelitas ad primitias Ei reddendas tam serio tamque frequenter hortaretur, & ad id officium præstandum, tot legibus & promissis eos obligaret, & circa rem non adeo tanti pretii tam sollicite versaretur; nisi quod Mosis ætate, primitiarum solutio animum religionis cura tactum indicare crederetur; e contra vero, primitiarum detentio, vel in usum profanum conversio, hominis ab omni religione, saltem a Dei veri sacris, alieni, signum haberetur. Opinionis hujus antiquæ vestigium aliquod in verbis [x] *Porphyrii* mihi videre videor: οἱ μὲν ἄθυτοι φαίνονται γενέσθαι τοτε

a Vid. *Baldue.* in *Og. Christ.* l. 2. c. 2. b *Deut.* 26. 2. c *Lev.* 23. 10. d *Lev.* 23. 16, 17. e *Num.* 15. 20. f *Lev.* 2. 14. g *Lev.* 23. 13. h *Num.* 18. 12. i Vid. *Montacut. Diatrib.* contr. *Seld.* c. 2. p. 299, 300, &c. k *Porphyr.* περὶ ἀποχ. l. 2. §. 5, 6. l Id. ib. l. 2. §. 20. m *Macrob. Sat.* l. 3. c. 11. n Εἴ τι καλὸν ἔχοιεν ἐν βίῳ καὶ πρέπον ὀσμῇ πρὸς θείαν αἴσθησιν Ub. sup. pag. 55. o *Ezec.* 44. 30. p *Nehem.* 10. 35, 36, 37. q *Mich.* 7. 1. r In *Ex. Lev. Num.* & *Deut.* passim. s *Prov.* 3. 9. t *Ezech.* 44. 14. u *Exod.* 22. 29. x Περὶ ἀποχ. lib. 2. §. 7.

ἀθυμίαν

ἀθεμίαν ἀπαρχὴν τῶν ὑπαρχόντων ποιήμενοι τοῖς Θεοῖς *A facris alieni videntur nonnulli, facultatum fuarum primitias Diis nunquam exhibentes.* Et ftatim diro exemplo docet, hujusmodi homines, utpote religinnis omnis incurios, Atheifmi fui pœnas quaudoque graviflimas perfolviffe. Nempe [a] inquit, *Thoes qui Thracia confinia incolebant,* μηδενὸς ἀπαρχόμενοι, *cum neque rei cujufquam primitias folverent, neque facrificarent, de medio hominum erepti funt; & derepente nec incolas, nec urbem, nec adium fundamenta quifpiam invenire poterat.* Cum itaque feculis antiquioribus, primitiarum folutio vel retentio perfonæ bene vel male in Deum animatæ κριτήριον haberetur; confeutaneum erat, ut Deus populum fuum ad primitias Ei tribuendas omni ratione devinciret: & follicite cavendum erat, ne munere illo vel penitus omiffo vel perperam præftito, porta aliqua vel Atheifmo vel idololatriæ panderetur. CAP. IX.

SAXTO: hinc etiam fententia noftra firmari poffit, quod leges illæ, de primitiis arborum & agrorum Deo facrandis, cum lege aliqua ritum ethnicum prohibente conjungantur. Cum enim lege præceptum effet, ut arboris cujufque fructus, anno a plantatione quarto [b] provenientes, Deo confecrarent; una cautum eft, ne anni primi, fecundi, vel tertii, fructus ederent, [c] fed igni traderent. Nempe ut hac ratione obviam iretur ethnicorum mori, qui, tefte [d] *Maimonide, id obfervabant in primitiis fructuum cujufvis arboris fructus comeftibiles ferentis, ut nempe pars illorum offeratur, pars in idoleio comedatur.* Legi etiam de primitiis agrorum Deo ferendis, lex hœdi in lacte matris coctionem prohibens non [e] femel annexa reperitur. Erat autem coctio illa (quod [f] alibi dixi) ritus ethnicus quo veteres idololatræ, poft collectas fruges, ad felicitandum culturæ vel arationis opus utebantur. Ex his aperte fatis efficitur, primitias offerendi ritum, diu ante Mofis ætatem inter Gentes obtinuiffe, & e gentium moribus in Legem transfiffe. Non eft enim res expedita, rationem vel comminifci, cur Deus eodem quafi fpiritu primitias offerre præciperet, & ritus eos ethnicos prohiberet; nifi quod Gentes illæ fub primitiarum tempora, hujusmodi ritus iu ufu haberent, & Dei mos effet ritus omnes a Gentibus acceptos emendare, & ab iis omnia merum ethnicifmum olentia removere. 1m.

NE hæc omnia veritate prorfus invita dixiffe videar, neceffe eft ut objectioni uni & alteri fatisfaciam. Duæ Objectiones elevantur.

Ex iis prima fic urget: ritus hujufce dignitati magis confultum fuiffet, modo illius originem a Patriarchis aut communibus generis humani patribus potius quam Ægyptiis aut aliis e Gentilium fæce deduxiffem. Nam fuadet ratio, ut victimarum & primitiarum oblationes ejufdem antiquitatis ritus exiftimemus. Deinde: cum [g] *Abel* ἐκ πρωτοτόκων *e gregis primogenitis*, quidni & Cainum ἐκ πρωτογεννημάτων e frugum primitiis, Deo munus attuliffe credamus? Obj. 1a.

HUNC nodum non adeo moleftum experiemur. Quod enim primitiarum oblatio in morem tam frequentem abierit, hoc equidem Patrum primorum exemplis inftitutis tribuendum videtur: quod autem primitiarum & victimarum oblationes, in Legem poftea & cultum inftitutum venerint, hoc profectum conjicio a gentium confuetudine; cui Judæi tam pertinaciter adhærebant, quod non minus primitiis quam victimis Dæmona coluiffent, fi Deus accipere recufaffet. Interea temporis, ab eorum opinione longe abfum, qui plane omnia primitiarum genera Lege memorata primitus a Patriarchis inftituta fentiunt. Multo credibilius eft, eorum non pauca Gentibus originem debuiffe, eaque Deum, una cum primitiis agri & gregis, in Legem cultumque fuum recepiffe, ut fuperftitioni porta, imo rima quævis occluderetur.

SECUNDO: nonnullos ex adverfo dicturos auguror, Deum Judæos ad primitiarum folutionem tam arcte tenuiffe, non quod feculi mores ita poftularent, fed quod frugum manipulo Deo folenniter oblato, Deum unum foli dominum, & terræ proventum illius benignitati debitum grati profiterentur. Judæos etiam hac mente primitias Deo feparaffe, teftatur [h] *Jofephus*, hæc de Pafchate & frugibus demeffis habens: *fecunda azymorum die, --frugibus demeffis & hactenus intactis incipiunt frui,* καὶ τὸν Θεὸν ἡγούμενοι τιμᾷν δίκαιον ὄντα, &c. *aquumque rati Deum hujus ubertatis auctorem per gratitudinem honorare, hordei primitias offerunt. Jofepho* confentit [i] *Philo*, cui primitiarum manipulus dictus eft τῷ πρὸς ἀλήθειαν αἰτίῳ τῆς εὐκαρπίας ἀμοιβὴ δικαιοτάτη *Vero fertilitatis auctori juftiffima remuneratio.* Obj. 2a.

a Ib. Sect. 8. b i. e. *Primos qui alicujus funt pretii.* c *Lev.* 19. 23. d *Mor. Neb.* P. 3. c. 37. e *Exod.* 23. 19. & 34. 26. f Lib. Secund. cap. 9. g *Gen.* 4. 3, 4. h *Antiq. Jud.* l. 3. c. 10. p. 124. 20. i Lib. de *numer. fepten. & feft.* p. 1192. B

CAP. X. SECT. I.

SED neque hæc objectio nobis officir: Deus enim nec primitiarum oblationem, nec ullum alium ritum, e Gentilismo sumptum, ceremooiis ejus ascripsit; ea sola de causa, quod nempe gentium aliarum mori cooveniret; sed plerumque ur eidem usui in suis, cui olim in Diaboli sacris inservirer. Satis autem e jam dictis innotescar, idolatras olim primitias, raoquam χαριστήρια gratique animi testimonia Dæmonibus obtulisse. Gentes, Isidi, Osiridi, Baccho, & Cereri, fruges curandi provinciam assignarunt, eosque, primitiis oblatis, ubertatis omois auctores agnoverunt: Deus itaque, ut superstitioni viam obstruerer, & Israelitæ Se unum omnis boni fontem agnoscerent, omnia primitiarum genera Sibi soli consecrari jussir. Nisi Gentibus in morem abiisset, omnia vitæ bona Diis suis auctoribus attribuere, iisque, primitiis omnigenis oblatis, gratias agere; oil opus erat ut Deus Israelitas ad varia illa (quæ dixi) primiriarum genera offerenda devincirer; eum solis decimis aur agri primitiis oblatis, se omnia Dei præsidio & benignitati accepta referre proficeri possent.

SED forsan oleum perdere videar, dum rei tam elaræ & perspicuæ lucernam accendo.

CAP. X.

Exemplum octavum, præstatio decimarum.

CUM de primitiis jam dixerim, ad Hebræorum Decimas convertendus est sermo, quæ Primitiis arctissimo oexu jungebantur. Hæc enim in Scriptura sacra non raro consociata reperiuntur: proxima oaturæ cognatiooe dvincta suot, cum primitiæ (quod statim evinco) minores quædam decimæ, decimæ vero majores tantum primitiæ fuerint: & solutio decimarum eidem occasioni & origini, cui solutio primiriarum (gentium nempe moribus) iostitutionem suam debuisse videatur. Ut autem hac de re luculentius & apertius agam, ostendam, *primo:* Decimas solveodi morem inter Gentes antiquas obtinuisse: *secundo:* hunc gentium morem in causa præcipue fuisse, cur Deus tor leges de decimis Ei sacrandis Hebræorum genti dedit.

SECT. I.

Gentes antiquas, decimas præstitisse, & quare.

UT eo felicius primam pensi mei partem absolvam, tribus hisce quæstionibus præfatorie respondendum est: (1°.) Quænam illæ Decimæ fuerunt, quas gentes antiquæ persolvebant? (2°.) Cui gentes illæ Decimas persolvebant? (3°.) Cui bonorum suorum partes decimas, non septimas aut undecimas, exhibebant?

Quæ decimæ solvebantur a Gentibus?

Io dubii nobis occurrit primo, quænam illæ decimæ fuerunr, quas gentes aliquæ, Mosis ductu destitutæ, solvere solebant? Huic autem quæstioni veterum monumenta facile responsum suggerunt, Gentes aliquas *proventuum* & *manubiarum* aut spoliorum decimas dedicasse, non obscure referentia.

(1°.) GENTES aliquæ *proventuum*, h. e. bonorum e grege vel agro provenientium, decimas dedicare solebant. Hoc apud Orienrales usitate factum fuisse, docer historia Jacobi patriarchæ, [a] qui Deo proventuum deoimas voto solenni sacravit, passim recepta (ni fallor) inductus consuetudine. Hoc eo similius est vero, quod *Plinius*, de Arabibus agens, Thuris: [b] inquir, *decimas deo, quem vocant Sabin, mensnra non pondere, sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet.* Hunc morem apud Græcos etiam obrinuisse, discitur e eelebri sano Dianæ sacro, similitudinem Ephesini referente; in cujus vicinia [c] *Xenophon* eolumnam bis verbis inscriptam stetisse rsert: ΙΕΡΟΣ Ο ΧΩΡΟΣ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Τὸν δ' ἔχοντα καὶ καρπούμενον, τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστῳ ἔτει, ——FUNOUS OIANÆ SACER. *Eum qui possidet, & fructus ex eo percipit, quotannis consecrato decumam. De reliquo fanum sartum tectum conservato.* Romanos insuper, & alios, agrorum decimas ooo raro persolvisse, testimonia statim producenda manifestum facient.

(2°.) GENTES *manubiarum*, aut prædæ bello eaptæ, decimas plerumque reddide-

a *Gen.* 28. 22. b *Hist. Nat.* l. 12. c. 14. c *De Expedit. Cyr.* l. 5. p. 351. A

ruot.

ruut. Moris hujus exemplum non vulgare præbet [a] *Pausanias*, lib. 5, ubi clypeum Jovi dicatum sic inscriptum memorat: SECT. I.

> Δῶρον ἀπ' Ἀργείων, καὶ Ἀθηναίων, καὶ Ἰώνων,
> Τὰν δεκάταν νίκας εἵνεκα τῶ πολέμω·
>
> *Donum ab Argivis, Atheniensibus, & Ionibus acceptum,*
> *Qui præda bello parta decimam, victoria monumentum, dedicarunt.*

Diodorus Siculus Græcos haud absimile pietatis exemplum, hostibus bello Persico fugatis, edidisse [b] refert: οἱ δ' Ἕλληνες, ait ille, ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι, κατεσκεύασαν χρυσοῦν τρίποδα, καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφούς· *Græci vero, e spoliis decimam partem detrahentes, aureum tripodem confecerunt, eumque* Apollini *apud Delphos dedicarunt.* Sed quid ad exteros confugimus, cum hujusce moris exemplum pene domesticum habeamus? Nam *Cedvvalla*, rex occiduorum Saxonum, cum nondum ethnicismo renunciasset, manubiarum, quas jure tantum prædatorio sibi acquisiverat, [c] decumam, Deo, licet ignoto, sacrasse dicitur. Si quis in hac materia plura desideret, adeat [d] *Herodotum*, [e] *Xenophontem*, [f] *Petrum Fabrum*, [g] *Desiderium Heraldum*, [h] *Jacobum Tomasiuum*, & [i] *Doughteium* nostrum; e quibus intelliget, hunc morem, non heri vel nudiustertius inter gentes enatum fuisse, nec soli Syrorum genti cognitum.

SECUNDO: quæstio proxima quæ responsum meum præstolatur, hæc est: cui Gentes antiquæ Decimas tribuebant? Ut itaque quæstioni propositæ satisfaciam, hæc duo dicenda censeo: Et Cui?

(1°.) GENTES antiquæ Deo cuique decumam tribuisse videntur. Hic [k] *Festum* testor, *veteres decima quaque Diis suis* obtulisse, fidenter asserentem. Hæc equidem *Scaligeri* bilem commoverunt, sic ungue critico Paulum Diaconum, Festi abbreviationem, lacerantis: [l] *vide quantum juris Barbarus ille sibi sumpserit in hoc loco mutilando: uni enim tantum Herculi hoc fiebat.* At, *Scaligeri* pace, Veteres non minus Diis singulis, quam de rebus singulis, decimas ritu olim constituto reddidere. Nam decimas Apollini datas legimus, *Diodor. Sic.* lib. 11. Decimas manubiarum Marti solutas, *Lucian. dialog.* de *Saltatione:* Decimas Palladi sacratas, *Herodot.* lib. 5. c. 77. Decimas Dianæ tributas, *Xenophon.* ub. sup. Thuris decimas Deo *Sabi* donatas refert *Plinius*, lib. 12. cap. 14. Hoc interim *Scaligero* largiendum, Veteres Romanos Herculi præcipue decimam partem [m] *pollucere*, i. e. vovere & offerre, solitos; quæ & inde [n] *Herculanea* dicebatur.

(2°.) DECIMÆ gregis & terræ quandoque Regibus & Magistratibos olim, tributi loco pendebantur. Huic mori verba [o] *Samuelis* testimonium non obscurum perhibent: *hoc erit jus regis qui imperaturus est vobis: filios vestros tollet*, &c. *Sed & segetes vestras & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi.* Hæc autem indicio sunt, Reges antiquiores exactionem decimarum, cum agri tum gregis, ad jus regium pertinere credidisse; Gentes etiam generis utriusque decimas iis ab antiquo persolvisse. Ita censuit Rex *Demetrius*, qui Judæis partes ejus soventibus, [p] *remittere* promisit, *quæ ipsi debebantur decimarum nomine & vectigalium, ad jus Regis pertinentium.* Et si profana monumenta curiosis oculis perspiciamus, non minus expressa moris hujusce vestigia sæpe reperiamus. Meminit enim [q] *Aristoteles*, νόμου ἐν Βαβυλωνίᾳ παλαιοῦ, δεκάτην εἶναι τῶν εἰσαγομένων· *Statuti veteris in Babylonia, Regi decimam pendi debere, de iis quæ importarentur.* Cum autem lex ea, sub Alexandri tempora, pene in desuetudinem abiisset, Antimenes Rhodius, procuratione regionis ei delata, τὴν δεκάτην, inquit, ἔπραττε κατὰ τὸν νόμον τὸν κείμενον· *Decimam exegit secundum legem quæ extabat.* *Diodorus Siculus*, insulæ cujusdam maris Arabici morem [r] referens, inter alia, ὁ βασιλεὺς inquit, τῶν καρπῶν τῶν γινομένων ἐν τῇ νήσῳ δεκάτην λαμβάνει· *Rex fructuum in insula nascentium decimas accipit.* Apud [s] *Strabonem*, de rebus Indicis agentem, inter alios Regis subditos & officiarios, memorantur οἱ τὰς δεκάτας ἐκλέγοντες τῶν πωλουμένων, *qui*, vectigalis loco, *rerum venditarum decimas exigebant.* Neque Reges tantum, sed & Rerum publicarum rectores, jure regio usi, decimas olim accipiebant. Assertionis meæ fidem confirmat [t] *Aristophanes*, cum

a Cap. 10. p. 398. b *Biblioth. Hist.* lib. 11. p. 26. D c Vid. *Selden. Analect.* l. 2. c. 3. d Lib. 5. c. 77. e *De expedit. Cyri*, l. 5. p. 349. & *Hist. Græc.* l. 3. p. 493. f *Semestr.* l. 2. c. 3. p. 42, 43. g In *Tertul. Apolog. Digres.* l. 1. c. 13. h Lib. de *Donar.* c. 4. i *Analect. Sacr.* P. 1. *Excurs.* 8. & 123. k In *Decim.* l *Castigat.* in loc. m Vid. *Plaut. Stich. Act.* 1. *Scen.* 3. v. 80. n *Pet. Fab. Semestr.* l. 2. p. 43. o 1 *Sam.* 8. 11, 15, 17. p 1 *Mac.* 11. 35. q *Oeconomic.* lib. 2. sub. fin. r *Biblioth. Hist.* l. 5. p. 317. B s *Geogr.* l. 15. p. 1034. C t In *Equitib. Act.* 1. *Scen.* 3. v. 300.

SECT. I.

ait, καὶ σε φανῶ πρυτάνεσιν, ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱερὰς ἔχοντα κοιλίας· *At referam ego prytanibus, non decimatos te Deum ſacros poſſidere ventriculos.* Quæ verba ſic illuſtrat Scholiaſtes: ἔθος δὲ εἶχον τὰς δεκάτας τῶν θυομένων τοῖς πρυτάνεσιν οἱ μάγειροι διδόναι· *Mos erat coquis*, Athenienſibus, *ut rerum ſacrificatarum decimas urbis Rectoribus offerrent.* Et e *Ciceronis* Orationibus, in *Verrem* & pro *lege Manilia*, cognoſcere licet, Romanos etiam a provinciis ſibi ſubjectis decimas exegiſſe. Ex eo more profectum eſt, quod Græci δεκατεύειν *decimare*, pro * τελωνεῖν *tributum ſolvere*, uterentur; & Romani cenſus hujusce publici collectores, [a] *Decumanos* appellarent.

Cur decimas, non ſeptimas aut octavas, darent?

DISCUTIENDUM ſupereſt, cur gentes antiquæ partes decimas, non ſeptimas aut octavas, Deo & Regibus exhiberent? Hic autem in omnes partes ſe verterunt auctores, & moris hujuſce rationes diverſas excogitarunt. Ex iis duæ præcipue doctorum calculos obtinuerunt: nam ſentiunt aliqui, gentes olim decimas Deo & Regi reddidiſſe, conſuetudine ab Abrahami exemplo derivata, qui *decimas omnium* Melchiſedecho (Sacerdoti & Regi) tribuiſſe dicitur. Viſum eſt aliis, gentes exteras, cacozelia ductas, decimandi ritum e Judæorum legibus in eorum mores accepiſſe: & ad hanc ſententiam inclinat conſenſus longe plurimorum. Cum autem nec hæc nec illa ſententia vel probabili nitatur argumento, cum etiam e ſtatim dicendis eluceat decimas ſolvendi morem Abrahami temporibus uſitatum fuiſſe; aliam ritus hujus antiqui rationem & originem exquirendam ſentio. Si quis autem illius rationem accuratius inveſtigaverit, haud facile (niſi perperam judico) ſolidiorem reperturus eſt, ea quæ a peculiari natura & circumſtantiis numeri denarii petitur.

NAM (1°.) Fuit iſte numerus, præter cæteros, honoratus, memoratu facilis, & ad ævi priſci ſimplicitatem & uſum accommodatus. Hoc e [b] *Grotii* verbis fidem ſatis amplam hauriat: "numerus denarius gentibus ferme cunctis numerandi finis eſt. Qui "enim ſequuntur numeri compoſita habent nomina, aut ſono, ut undecim, duodecim; "aut ſignificatu, ut centum, mille. Nimirum per digitos numerare mos antiquiſſi"mus, qui homini decem. Quare & his (Decalogi) præceptis, quæ ſupra cætera "memoriæ infigenda erant, hunc numerum elegit Deus, in quo omnes numerorum "diverſitates, omnes ἀναλογίας, omnes quæ ad numeros referuntur figuras geometricas "repetiri, late oſtendit Philo de decem præceptis: & Martianus Capella: *Decas vero* "*ultra omnes habenda, qua omnes numeros diverſa virtutis ac perfectionis intra ſe* "*habet.* Neque alia de cauſa, in decem claſſes, quæ vulgo categoriæ vocantur, rerum "genera Pythagorici & eos ſecuti Peripatetici retulere. Tum vero, non in lege tan"tum, ſed & ante legem, decimæ Deo votæ, qui mos ad gentes etiam tranſiit. His *Grotii* verbis, *plura* (non *plus* autem) facile ſuperaddi poſſent, ſi quæ habent [c] *Philo*, [d] *Petr. Bungus*, [e] *Johannes Meurſius*, [f] *Walliſius*, aliique viri docti, de numeri denarii capacitate, perfectione, vel honore quo apud Antiquiores habebatur, huc transferre liceret.

(2°.) NUMERUS ille ſymbolicus erat, & nonnulla, ſcitu maxime neceſſaria, cuivis νοῦν ἔχοντι (ſed myſtice) ſignificavit. Eſt enim numerorum finis ſimul & exordium perfectiſſimum: cum numeri ſimplices in Decade [g] finiantur, & a Decade ad unitatem (eſt etiam decas unitatum maxima) revertantur, & inde iterum ordiantur. Adeo ut numerus ille, ſummi Dei (qui principium & finis eſt omnium) imaginem gerere videretur. Deinde, Denarius non tantum numeros ſimplices omnes, ſed & eorum differentias, analogias, perfectiones, & ſpecies omnes, in ſe uno complectebatur. Hæc a *Philone* fuſius illuſtrata verbis illis occaſionem obtulerunt: [h] *quapropter impoſitores primi nominum viri ſapientes, merito videntur appellaſſe hanc* δεκάδα, *quaſi* δεχάδα, παρὰ τὸ δέχεσθαι καὶ συγκεχωρηκέναι τὰ γένη πάντα τῶν ἀριθμῶν, καὶ λόγων τῶν κατ' ἀριθμόν, &c. *quod capiat & comprehendat omnia genera numerorum, rationum & proportionum arithmeticarum, muſicarum*, &c. Inde philoſophiæ antiquioris conſulti denarium ſociis numeris longo intervallo præferendum cenſuerunt, eumque miris elogiis (a [i] *Meurſio* recenſitis) ad ſtellas evexerunt. Nil itaque vetat opiniari, gentes antiquiores partem bonorum decimam Deo ſuperaſſe, quod numerus ille [k] *perfectionis ſymbolum eſſet*, & ſapientibus indicaret, ſe facultates eorum Ei conſecraſſe qui ſumme perfectus eſt, & bona omnia in ſe uno comprehendit. Hoc in animos induxiſſe veteres, indicant *Platonis* illa:

* *Montacut. Diatrib. cont. Seld.* pag. 519. a Vid. *Cicer.* l. 5. in *Verrem.* b *Comment.* in *Decalog.* p. 36. c De *Decalog.* p. 746, 747. d De *myſter. numer.* X. e Lib. cui tit. *Denar. Pythag.* cap. 12. f *Oper Mathemat.* P. 1. c. 5. g Δεκὰς ἀριθμῶν τῶν ἀπὸ μονάδος ἐστὶ πέρας τελειότατον· *Phil.* de *congr. qu.* &c. p. 437. C h De *Decalog.* p. 747. i *Denar. Pythagoric.* cap. 12. k Σύμβολον δὲ τελειότητος ὁ δέκα ἐστὶν ἀριθμὸς, παντέλειος ὤν. *S. Cyril.* in *Hoſ.* c. 3.

μὲν

ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ἁπάντων, ἔχων SECT.

(3°.) NUMERUS ille, maxime purus, & ab omni superstitionis umbra remotus, fuisse videatur. Erat enim par numerus: cum idololatræ circa numerum imparem δεισιδαιμονέστεροι [a] fuerint, eum Deo maxime gratum, & multis nominibus pari præferendum existimantes. *Homerus* aliquid huic superstitioni cognatum habuisse putetur, qui (si [b] *Plutarcho* credimus) ἀεὶ τῷ περιττῷ ἀριθμῷ χρῆται, ὡς κρείττονι. *Semper impari numero utitur, tanquam meliori.* Deinde: veteres idololatræ numerum denarium rarius in sacris aliquibus usurparunt, eumque mysteriis eorum minus aptum & accommodatum arbitrati sunt. Ternarius equidem, sanctus, & religioni maxime conveniens, habebatur. Illius sanctitati testimonium perhibet [c] *Æmilius Macer:* I.

Hæc tribus, ut multum, dandum censemus amicis:
Qui numerus sacer est, ——

Quantum religioni convenire credebatur, e [d] *Nicomachi* verbis intellectum est: τρὶς δὲ καὶ σπένδουσι, καὶ τρὶς θυμιῶσιν, οἱ τελεσθῆναι τὰς ἑαυτῶν εὐχὰς αἰτοῦντες παρὰ Θεοῦ· i. e. *Ter vero etiam libant, & ter sacrificant, qui preces eorum perfici apud Deum petunt.* Huc spectant [e] *Aristotelis* illa, de numero ternario dicta: *quapropter tanquam acceptis ab ejus naturæ legibus*, καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν Θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ, *ad sacra Deorum hoc utimur numero.* Veteres etiam, inani philosophiæ dediti, circa numerum quaternarium non minus superstitiose versabantur: nam ei [f] ἀπόῤῥητον καὶ μυστικὴν δύναμιν inesse perhibebant: numerum illum [g] *Mercurio* potissimum dedicabant: per eum jurabant Pythagorici, eumque divinis honoribus afficiebant. Superstitiones quas Antiqui circa numerum quaternarium exercuerunt, longum esset explicare, & forte supervacaneum; cum hoc argumentum [h] *Nicom. Gerusenus*, *Pet. Bungus*, [i] *Joannes Meursius*, alii, satis exornarint. Quantum autem per antiquitatis caliginem percipere licet, numerus denarius in aliquibus idolorum ceremoniis minus usitatus erat; adeoque purior, & rebus Deo sacris accommodatior, haud immerito videbatur. In hanc sententiam libentius concedo, quod numerus ille, circa res Deo sacras; aut divinitus institutas, frequentius usurpetur. Nam Tabernaculum [k] decem cortinis, decem etiam columnis, instructum legimus: Templum [l] decem lavacris, decem basibus æreis, decem candelabris, & totidem mensis, ornabatur: omnes populi principes [m] decem siclos aureos Tabernaculo dedicabant. Et, ni longum faciam, si ad Tabernaculi, Templi Salomonis, aut Ezechielis, apparatum, structuram, supellectilem, oblationes, aliaque Deo sacrata, diligentius attendamus; pleraque numero denario definita, vel ad eum accommodata reperiamus.

HIS intellectis, non est difficile statuere, cur Gentes antiquæ decimas nunc Deo, nunc Regi dandas esse censuerunt. Cum enim numerus denarius præ cæteris insignis esset & [n] honoratus, ubi mores humaniores invaluerunt; cum etiam Summi rerum Principii, perfectionis insuper omnis, imaginem quandam exhiberet; & ille numerus alios puritate & sanctitate quadam superaret; Religionis & Sapientiæ Mystis antiquissimis æquum justumque videbatur, non ut hominum bona tantum, sed etiam bonorum decimæ, Deo redderentur. Nam decimis Deo datis, homines antiquitus, Ei honorem singularem tribuere, Eum rerum omnium principium & finem agnoscere, Sanctitati etiam divinæ testimonium exhibere censebantur. Ideo vero Regibus etiam, inter Gentes antiquiores, decimæ non raro pendebantur; vel quod Summi Dei locum in terris occupare crederentur, vel ut omnia, secundum Deum, se Regibus eorum debere tacite profiterentur, vel ut vectigal Regi solutum honoris egregii notam gereret, vel forte quod Reges aliqui divinos honores affectarent. Sed quicquid sit, ex *Aurelio Victore* discimus, hujusmodi tributum decumanum *Recarano* haud prorsus arrisisse. Nam, [o] eo teste, *cum ante moris esset, uti homines decimum fructuum regibus suis præstarent; æquius sibi videri* dixit, *Deos potius illo honore impertiendos esse quam Reges,*

a Vid. *Meurs. Denar. Pythag.* cap. 2. b Lib. de *Superstit.* c De *Gemmis*: lib. 5. d Ap. *Meurs.* ub. sup. c. 5. e Lib. 1. de *cælo*, cap. 1. f *Nicet.* ad *Nazianz. Orat.* 44. g Ἑρμῇ δὲ μάλιστα τῶν ἀριθμῶν ἡ τετρὰς ἀνάκειται. *Plut. Sympos.* l. 9. Q. 3. p. 738. E. h Ap. *Phot.* in *Biblioth.* num. 187. i Ub. supr. k *Exod.* 26. 1. & 27. 12. l 1 *Reg.* 7. 27, 38. & 2 *Chron.* 4. 7, 8. m *Num.* 7. 14, 20. n *Numerus octodenarius, neque quadratus est, nec e numeris clarus & honoratus, ut Denarius.* Philostrat. de Vit. Apol. l. 3. c. 30. o *Fragm. de Origin. Gent. Roman.* p. 10.

S E C T. II.

Morem Gentium, occasionem dedisse legibus de solutione decimarum.

CUM Deus tot leges de solutione Decimarum tulerit, nec ullam earum rationem dederit; auctores in sententias varias de legum earum ratione discessere. *Philo* hujus instituti rationem a seculi sui philosophia petendam censuit: [a] *in novem partes*, inquit, *mundus distribuitur, -- supremum orbem, & septem planetarum, novam etiam terram cum aqua & aere. Vulgus autem has novem partes, & compactum ex his mundum colebat:* ὁ δὲ τέλειος τὸν ὑπεράνω τῶν ἐννέα τὸν δημιουργὸν αὐτῶν Θεὸν δέκατον· *At vir perfectus superiorem his novem, earum opificem Deum decimum.* His affinia sunt quæ statim subjungit: διὸ ταῖς δεκάταις ἐνδελεχῶς τῷ δεκάτῳ τῷ μόνῳ καὶ αἰωνίῳ ὁ ἱερεὺς ἀνατίθησι, *ideo decimas perpetuas Decimo illi, soli & aeterno dedicat sacerdos: hoc proprie anima pascha dicitur, omnium affectuum & omnium sensibilium transitus*, πρὸς τὸ δέκατον, [τὸ] νοητὸν καὶ θεῖον *dum properat ad Decimum illud, divinum & intelligibile. Scriptum est enim, Decima mensis decimi sumat unusquisque agnum per domos singulas: ut a decima illi Decimo consecrentur victima servata in anima*, &c. [b] *Petrus Bungus* decimarum solutionem ab alio fonte fluxisse censuit: *attende*, inquit, *quod creatura decima inter intellectuales creaturas est Homo, quia Angeli in novem ordinibus consistunt: decimus autem ordo est Hominum, & Hominis est decimam solvere, ut ruinam Angelorum valeat supplere, & decimum ordinem adimplere. Ad quod respiciens Legislator, & animalium & omnium terra fructuum decimas Domino consecrat.* Ut autem ad hujus instituti rationem paulo propius collimemus: perquam simile est vero, Decimas persolvendi morem ætate Mosis antiquiorem fuisse, easque pios Deo vero, profanos Numini fictitio, plerosque Regibus aut Magnatibus (occasione data) reddidisse. Cum itaque hæc jam increbuisset consuetudo, Summus Hebræorum Legislator leges de Decimis Ei sacrandis instituit; ut populus eo ritu Se unum Deum & Regem Israelis agnosceret, & Ipse populum a Decimis Deo vel Regi alieno pendendis avocaret & cohiberet. Ne vero quid lucis aut firmitatis huic opinioni desit, probandum est (1°.) Gentes quandoque Deo [Vero, vel Fictitio] quandoque Regibus, ante Mosis tempora, *bonorum decima* tribuisse. (2°.) Veteres Hebræos Decimas Jehovæ, qua Deo & qua Regi Israelis obtulisse. (3°.) Deum hunc ritum e seculi moribus in leges Ejus transtulisse, ut populus Eum unum Deum & Regem suum factis agnosceret, & Ipse populum ab idololatriæ veteris exercitio cohiberet. (4°.) Ne quid hac in re scrupuli maneat, objectiones notæ præcipuæ diluere conabor.

Decimarum solutionem Mose antiquiorem fuisse.

PROBANDUM est primo, Gentes, quandoque Deo (vero vel fictitio) quandoque Regibus, ante Mosis tempora, bona sua decimasse.

GENTES ante Mosis tempora, bona sua Deo alicui decimasse, proclivius est creditu, quo Historiæ fide constet, hunc morem ubique gentium obtinuisse. Persas id moris habuisse, ex historia Crœsi non difficulter intelligitur: nam ille, capta *Sardi*, *Cyrum* his verbis admonuisse [c] fertur; *siste ad singulas portas aliquot e satellitibus tuis custodes, qui vetent exportari urbis opes*, ὥς σφεα ἀναγκαίως ἔχει δεκατευθῆναι τῷ Διΐ. *quod necesse sit eas Jovi decimare. Ita neque tu odium eorum contrahes, vi opes eripiendo: & ipsi agnoscentes te justa agere, non inviti facient.* Cyrus autem hac arte, milites ejus, urbis tam amplæ spoliis inhiantes, nunquam in officio continuisset; nisi quod scirent illi, decimam sacrum quoddam vectigal esse, quod more Majorum Deo pendere debuerunt. Hanc religionem, Arabes, Græcos, Romanos etiam incessisse, pateat e Veterum testimoniis jam adductis, iisque plurimis, quæ congessere [d] *Montacutius* & [e] *Seldenus*, Philologorum par nobile, præfiscine dicam, sine pari. Eorum omnium summam nobis exhibet modo laudatum *Festi* testimonium, *Decima quaque veteres Diis suis offerebant:* His enim aperte docet, πάντας, πάντα, πᾶσι, πάντοτε, Antiquos *omnes*, eorum *omnia*, Diis *omnibus*, & *omnino* vel ordinaria religione, decimasse. Huic testimonio tutius innitamur, quod [f] *R. Montacutius* illud a *Scaligeri* convitiis tam docte vindicaverit, & famæ fideique suæ pristinæ restituerit. Positivis hisce, negativum unum, [g] auctoris illius, adjungam testimonium, "nonnulli ἔθυσαν, *qui non sacrificarunt*, in hi-

a Lib. de *congr. quær. erud. grat.* p. 439. A b De *myster. numer.* X. p. 366. c *Herodot.* l. 1. cap. 89.
d *Diatrib.* cont. *Seld.* cap. 3. e *Histor. Decim.* cap. 3. f Ub. sup. pag. 412, 413. &c. g Ib. p. 554. & 574.

storiarum

"storiarum exemplis inveniuntur; nulli vero, per omnium temporum annales ἀδεκάτευτοι "reperiuntur: nec mirum, cum Decimæ non minus frequentes apud ethnicos, quam "Altaria, Primitiæ, Vota, Oblationes, & Simulacra, fuerint. Cum itaque Decimas Deo sacrare, gentium omnium usu receptum & sancitum esset; ratio suadet opinari, ritum illum Mosis tempora longe præcessisse, nec e legibus ejus, sed patrum communium institutis, ad Gentes ab iis propagatas effluxisse. Quid autem hoc argumento, summe licet probabili, contendo, cum argumentorum omnium instar sit exemplum Abrahami, Melchisedecho *decimas omnium*, seculi more, persolventis? Seculi more, dixi, nec inconsulto: cum enim nullo præcepto, quod scimus, ad decimas Deo vel Sacerdoti suo solvendas astringeretur; nil promptius est, quam ut ille, more gentium inductus, hoc officii præstitisse censeatur. Neque ego sum, qui solus, aut primus, in hanc sententiam veni: sic enim *Pererius* locum [a] illum Geneseos [b] explicat, *consentaneum erat pietati & religiosissimo animo Abra, ob partam victoriam, de spoliis hostium partem* decimam *dicare Deo, enimvero fuit hic mos etiam apud ethnicos vetustissimus.* Huic opinioni plus probabilitatis inesse censeo, quam eorum, qui Abrahamum decimarum solutioni principium dedisse, Paganos etiam, exempli tam illustris æmulos, decimandi ritum observasse sentiunt. Nam qui fieri potuit, ut factum illud Abrahami adeo in vulgus emanaret, ut gentes tam multas, tam remotas, ad imitationem excitaret? Qui factum est, ut unum, unius etiam, Abrahami factum tam familiariter in exemplum ubique traheretur? Quis credat Antiquos, Abrahami decimantis exemplum imitatos fuisse, quum ille [c] *spoliorum* tantum *decimas*, easque sacerdoti dederit; Pagani vero (quod pueri norunt) *decima quaque*, eaque *Diis suis*, immediate consecrarint? Est itaque magis expeditum & promptum, ut censeamus Abrahamum patrum vestigiis insistentem decimam sacerdoti, Dei vice præstitisse; gentes etiam decimandi ritum ab origine, non Mosis tantum, sed & Abrahami temporibus antiquiore derivasse. Sect. II.

Non minus Ordinis quam instituti mei ratio jam postulat, ut ostendam, Gentes, ante Mosis tempora, Regibus etiam decima quandoque persolvisse. Moris autem hujusce fidem haud obscuram facit exemplum Abrahami, qui Melchisedecum *Salemi* regem decima donavit, in subjectionis, inferioris certe conditionis & dignitatis, argumentum. Hoc e verbis Apostoli luculenter intelligendum: [d] *spectate vero quantus hic fuerit*, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν, *cui vel decimam spoliorum dedit Abrahamus ille patriarcha.* Sic textum reddo, quod Apostolus, non hic tantum, sed & versu secundo, hunc ipsum ordinem loquendi servet, & ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ, non ᾧ καὶ Ἀβραὰμ δεκάτην, habeat: ut scilicet innueret, ipsam doni qualitatem, non minus quam donantis conditionem, Melchisedecum loci regii virum & Abrahamo superiorem indicasse. Interpretes itaque, qui sic locum reddere solent, *cui Abrahamus etiam patriarcha* [e] *decimam dedit*, vim & aculeum argumenti Apostolici non satis percepisse videantur. Huic argumento simul & assertioni meæ momenti nonnihil accedat e modo citatis Prophetæ verbis, 1 *Sam.* 8. 15, 16, 17. Nam ibi, de rege loquens Israeli præficiendo, *segetes* (inquit) *vestras, & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis & servis ejus: Greges quoque vestros addecimabit*, &c. Hæc autem argumento sunt, ethnicorum reges antiquiores decimandi potestatem inter jura regia posuisse; quod id jam ageret Samuel, ut imperii regii, more gentium administrati, mala populo in mentem redigeret; iisque frigidam suffunderet, qui *regem, sicut cætera nationes habent*, tam calide desideraffent. Hæc omnia paulo firmiora reddit celebre *Recarani* dictum, qui sub *Judicum* tempora vixisse creditur. Ille vero, Decimas regibus impensas recolens, [f] *aquius sibi videri* dixit, *Deos potius illo honore impertiendos -- quam Reges.* Ideo vero Reges antiqui Decimam vectigal regium esse voluerunt, quod Decimam dare subjectionis symbolum esset, & Decimam accipere (rationem dedi supra) dignitatis & præcellentiæ documentum haberetur. Ab hujus itaque solutionis intentione sensuque non longe abfuit S. *Hieronymus*, cum dixit, [g] *Levita decimas accipiunt a populo, & illi rursum decimas decimarum offerunt Sacerdotibus: tanto illis minores, quanto illi majores populo.*

Probandum est proximo, non Gentes tantum, sed etiam Hebræos decima quæque Jehovæ, Eique qua Deo & qua Regi summo, tribuisse. Hic autem, in primo sermonis limine, monendum censeo, Judæos decima vix ulla Jehovæ, directe & ἀμέσως, Hebræos decima Jehovæ tribuisse,

a *Et Abrahamus dedit ei decimas ex omnibus.* Gen. 14. 20. p. 515. b *Comment.* in loc. pag. 515. a.
c *Hebr.* 7. 4. d *Hebr.* 7. 4. e Prout & Anglicani nostri, qui sic vertunt, *unto whom even the Patriarch Abraham gave the tenth.* f Vid. *Aurel. Vict.* Ub. supr. g Tom. 4. in *Epist.* ad *Fabiol*,

SECT. II. attuliſſe, cum eorum pleraque Sacerdotibus & Levitis alendis inſervirent. Id cuivis in ſcriptis ſacris cum cura verſato conſtat : nec opus eſt ut rei tam apertæ probatio nos, ad alia minus obvia properantes, vel tantillum remoretur. Utcunque decima Jehovæ data, veriſſime dictum eſt ; quod eorum pleraque ſacrorum ſuorum miniſtris, aut pauperibus, ex Illius præſcripto tribuerentur. Cum autem hujus præſcripti ratio, nondum ſatis exquiſita, conjecturis anxiis & incertis occaſionem dederit ; oſtendam,

Qua Deo. PRIMO : Judæos decimam Jehovæ, qua Deo Opt. Maximo, dedicaſſe. Rem paulo luculentius exprimo : Judæi decimam ſolvere tenebantur, quod ſacrum & peculiare tributum eſſet, quo ſe Deum Summum colere, Eumque boni omnis auctorem & finem eſſe, (quamvis myſtice & hieroglyphice) profitebantur. Sic me perſuaſum faciunt argumenta minime pœnitenda : (1°.) Ex Abrahami & Jacobi hiſtoria cognoſcere licet, Patriarchas decimarum ſolutionem, religionis inſigne, & cultus Deo vero præſtiti σημεῖον, habuiſſe. Non patitur Lectoris nauſea, ut hic iterum modo memoratum Abrahami exemplum ingeramus. Hoc itaque prætermiſſo, Jacobi decima voventis[a] verba perpendamus : *ſi Deus fuerit mecum, & cuſtodierit me in via,* -- *& dederit mihi panem ad comedendum, & veſtem ad induendum,* &c. *erit Jehova mihi in Deum, & ex omnibus quæ dederis mihi, decimas dabo tibi.* Hæc indicio ſunt, homines, ætate Jacobi, Decimam partem Deo ſacram & peculiarem exiſtimaſſe ; Jacobum etiam cenſuiſſe, nullo teſtimonio tam luculento probari poſſe, ſe Jehovam pro Deo habere, Eumque unum omnis boni fontem agnoſcere, quam ſi Decimas omnium [gregis & agri] ei dedicaret. (2°.) Ex antiquiſſimo illo *Recarani* teſtimonio, jam adducto, facile colligendum eſt, ethnicos aliquos decimarum origini propiores, *æquius* exiſtimaſſe, *Deos potius quam Reges honore* decimarum *impertiendos*. Verbis hiſce *Recarani* (qui Græcorum Hercules) mores ejus apprime conveniebant : nam [b] referente *Diodoro*, *Palatinis* auctor erat, ut ei mortuo & in Deorum cenſum relato, facultatum decima voverent, quæ vivus accipere recuſavit ; quod ſolutionem decimarum honorem divinum haberet, eamque mortalibus minime convenientem exiſtimaret. Eadem opinione fuere *Piſiſtratus* & Athenienſes : hoc ſatis intelligitur e *Piſiſtrati*, rectoris Athenienſium, [c] literis ad *Solonem* datis, ut eum, in exilium ſponte profectum, ad patriam revocaret. Hoc enim, inter alia regiminis in melius mutati ſigna, refert : ἀπάγει δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην οὐκ ἐμοί, ἀλλὰ ὁπόθεν ἔσται ἀναλοῦν ἔις τε θυσίας τὰς δημοτελεῖς, &c. *Decumam quiſque de ſuo patrimonio detrahit, non in uſum meum, ſed ut ſit unde in ſacrificia publica ſumptus ſuppeditetur, aut ſi quid aliud ad Remp. ſpectat, vel ſi forte bellum nobis incidat.* Hæc autem *Piſiſtratus* nunquam ſcripſiſſet proculdubio, niſi quod hac in re omnium ſententiæ convenirent, Decimas nempe tum ſolum alveo recto fluere, cum uſibus ſacris, aut admodum neceſſariis impenderentur. (3°.) Diabolus non minus decima, quam ſacrificia, ſibi dari poſtulavit. Nam, ut alia mittam teſtimonia, *Pauſanias*, verba de *Siphniorum* aurifodinis habens, *de fructibus*, [d] inquit *earum Apollo ſibi decimam offerri juſſit*. Quid autem Diabolus cultores Ejus hujuſmodi mandatis oneraret, niſi quod olim Decima tributum divinum haberetur, & Ille ſibi divinos honores arrogaret ? (4°.) Deus Decimam ſæpius in Lege poſtulavit, & numerum denarium ſolutionis pene omnis ad religionem ſpectantis menſuram ſtatuit. Erat enim, e [e] præſcripto Legis, frugum omnium decima prima in Levitas conferenda : ea ſubducta, decima ſecunda in ſacras epulas : tertio quovis anno, decima tertia in viduas & egenos : decimæ præterea Leviticæ decima Sacerdotibus impendenda. Lex etiam, cum primitiæ ſolvebantur, Omerum, decimam Ephæ partem, ſacrare juſſit : unde, [f] *Philone* notante, *primitia, quaſi quadam ſacra decima, fuerunt offerenda.* Populo præceptum eſt, ut decimam partem Ephæ ſimilæ ſemper offerrent, cum ſacrum facerent. Quamvis autem exemplis hiſce conſtet aperriſſime, Deum numeri denarii rationem præcipuam habuiſſe ; non poſſum tamen legem [g] illam inſignem, gregem decimantibus impoſitam, calamo ſicco præterire : *omne decimum, boum & ovium, & cujuſcunque* animalis, *quod tranſit ſub virga, ſanctum erit Domino. Non quæret utrum bonum an malum* ſit : *& non permutabit illud. Et ſi commutaverit illud, erit & illud, & ejus commutatio ſanctum* Domino. Hic Summus Legiſlator homines a decimo vitulo vel agno commutando lege diſerta cohibet, & agnum vilem aut macilentum, ſi forte decimus exiret,

a *Gen.* 28. 20, 22. b Μετὰ τὴν ἑαυτοῦ μετάστασιν εἰς Θεοὺς τοὺς εὐξαμένους ἐπιδεκατεύειν Ἡρακλεῖ τὴν οὐσίαν, &c. *Bibl.* l. 4. p. 228. B c Ap *Diogen. Laer.* lib. I. p. 13. D d Καὶ αὐτοῖς τῶν προσιόντων ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀποφέρειν δεκάτην ἐς Δελφούς. Lib. 10. cap. 11. p. 823. e *Num.* 18. 24, 26. *Deut.* 26. 12. f Ἀπαρχὴ ὥσπερ ἱερὰν δεκάτην. Lib. de *congreſ. erud. gr.* p. 438. E g *Lev.* 27. 32, 33.

agno

agno notæ potioris anteponir. Quid autem Deua, honore tam singulari numerum denarium impertiret, eumque pene semper in sacris usurparet, nisi quod, Mosis ætate, numerus ille Deum ipsum mystice denotaret; & quivis, bonorum decima sacrans, Illius perfectionem, providentiam & benignitatem agnoscere crederetur? Cnivis argumentis hisce probabile fiat, Israelitas Jehovæ, præcipue qua Summo Deo, decima persulvisse. SECT. II.

SECUNDO: docendum est, Israelitas decima Jehovæ, qua Regi & politico terræ Domino persolvisse. Id antem huic sententiæ fidem astruit, quod solutio decimarum ante Mosis tempora, subjectionis & loci humilioris indicium esser; & exactio decimarum, inter jura regia & eximiæ dignitatis insignia censeretur. Cum itaque Deus inter Hebræos se pro rege civili gereret, & alia omnia Majestatis insignia tunc temporis usitata sumeret; haud iniquum est opinari, Eum decima quæque sibi jure regio vindicasse, popnlum etiam ad decimas Ei reddendas lege devinxisse, ut ipso suo tributo Dei majestatem agnoscerent, seque Deum unum pro rege habere testarentur. Hinc etiam probabilitatis aliquid acquitat assertio nostra, quod Deus ad morem regum decimas accipientinm Seipsum accommodasse, & eorum ritus ad saera transtulisse videatur: nam reges antiqui (quod innuit [a] *Samuel*) decimarum partem non minimam, ad *servos & eunuchos* eorum sustentandos, elargiti sunt; Deus etiam plerasque decimas ad alendos כהנים Sacerdotes & Levitas, interioris admissionis famulos, accommodari voluit: Reges insuper illi decimas accipiebant, ut iis unctiorem mensam & uberiorem rerum apparatum suppeditarent; Deus etiam decima sibi dari jussit, ne [b] *domus* Illius regia *cibum* se dignum desideraret. Præterea, dignitati regiæ congruum est, ut eos decimarum partem in viduas & egenos contulisse, partem epulis lautioribus, in palatiis eorum adornatis, impendisse sentiamus; Deus etiam decimas alias in viduas & egenos, alias insuper in sacras epulas impendi jussit. Ne vero quæ jam diximus ansam errandi faciant, addendum est, quod Israelitæ decimas simplices (Patriarcharum Gentiumque moribus approbatas) Jehovæ qua Deo; decimas autem secuodas epulis, decimas etiam tertias [c] pauperi, destinatas, Jehovæ qua Regi, tribuisse videantur. Quid enim decimandi ratio, nova, & a Patriarcharum usu aliena, Mosis temporibus instituta est; nisi quod Deus novam personam, regis nempe politici, jam sustineret, eique decimæ noviter inductæ maxime convenirent? Erat enim e dignitate sua regia, ut subditos suos omnes, in Palatii sui vicinia, epulis quandoqne lautioribus exciperet, & subditorum rei familiaris inopia laborantium curam singularem gereret. Et qua Regi.

TERTIO: eo me jam vocat ordinis instituti ratio, ut ostendam, Deum Hebræorum gentem ad solutionem decimarum lege lata devinxisse; ut ritu illo, longi temporis usu præscripto, se solum bonorum omnium fontem agnoscerent, ut & eos ab idololatriæ veteris exercitio [decimarum Deo fictitio solutione] cohiberet & avocaret. Nihil autem necesse est, ut hæc provinciæ meæ pars mihi multum negotii facessat; cnm e jam dictis eluceat, decimandi consuetudinem diu ante legem datam inter gentes increbuisse, veteres numerum denarinm in honore præcipuo habuisse, decimarum solutionem Deum Opt. Maximum bonorum omnium fontem mystice denotasse, gentes etiam antiquiores, ad idola tandem deflectentes, non minus oblatis decimis, quam votis, altaribus, victimis, aliisque cultus antiquitus usitati ceremoniis, idola coluisse. Ne tamen in hac una pensi mei parte, diligentia mea plane desideretur, fidem assertioni meæ quatuor aliis argumentis astruere conabor. Decimandi ritum a gentibus ad Hebræos venisse.

HORUM primum bujusmodi est: ex ipsa lege non obscure colligendum est, decimandi ritum, ante Mosis ætatem, populo familiater innotuisse; gentes etiam bonorum decimas Diis suis, usu passim recepto, præstitisse. Sic enim se habet locus ille, quo primo præceptum est ut decimæ Jehovæ redderentur; [d] *omnis decima — de semine terræ, & de fructu arboris, Domini est, sanctitas* est, *Domino. Et si quis de decima sua quid redemerit, addet quintam ejus partem super illud.* Quid autem Moses legem onerosam adeo tam inopinato traderet? Quid etiam de modo, vel causa decimandi, ne verbum adderet? Quid in omnem decimam jus Domino bis in lege tam brevi vindicaret? Quid etiam Judæos a decima redimenda conditione tam gravi cohiberet? nisi quod, ex usu longo, decimandi ritus & modus omnibus innotesceret; & id curaret legislator, ne decimarum redemtio superstitioni potius quam dolo malo portam aperiret. Huic argumento firmitatem non minorem præbent leges [e] illæ, quibus Israelitæ decimam secundam (δεκάτην τῆς εὐωχίας, uti vocat *Josephus*) & alias deci-

a 1 *Sam.* 8. 15. b *Malac.* 3. 10. c *Pauperis decima quid judiciale fuit, ad politia Judaica rationem accommodatum.* Montacut. ub. supr. d *Lev.* 27. 30, 31. e *Deut.* 12. 6. *Amos.* 4. 4. 5.

SECT. II. mas, *coram Domino comedere* vel immolare tenebantur. Nam leges illæ ſancitæ videntur, ut populum a decimis in idoleio comedendis, vel idolo ſacrandis (quod moris antiqui ſuit) avocarent; & ut ipſi Deum ſuum omnis boni ſontem agnoſcere, eumque ſolum revereri diſcerent. Inſtitutionis hujuſce cauſam eandem aſſignat Moſes, *Deuter.* 14. 22, 23. Ex his itaque *Pentateuchi* locis apertiſſime colligo, decimandi ritum Moſis ætate vetuſtiorem ſuiſſe; eumque Deum in ſacrorum ſuorum numerum aſcripſiſſe, ut profanis ſeculi moribus obicem ponerer, & Iſraelitæ providentiæ & benignitatis divinæ fidem, decimis ei ſoli ſacratis, indicarent.

SECUNDO: veteres Hebræi hoſtium ſpolia Deo ſaerandi morem, a gentium antiquiorum uſu derivaſſe videantur. Nam gentes antiquiores hoſtium exuvias dicare ſolebant, ut realia quædam extarent χαριστήρια, quibus auctorem victoriæ Deum agnoſcerent, eumque exercitus ducem atque auſpicem grati profiterentur. Multa hic ingerere poſſem antiquorum teſtimonia, ſi ſermonem in longum protrahere, vel auctorum quos laudavi modo paginas expilare vellem. Hebræos etiam, re bello feliciter geſta, Deo manubias gratulabundos obtuliſſe, teſtimonia ſtatim producenda dubitare non ſinunt. Hunc autem ſpolia ſacrandi ritum, longa majorum manu traditum, Judæos a gentibus antiquioribus accepiſſe, me perſuaſum habeo. Nam primo, nullum in tota lege mandatum extat, quo Judæi, parta victoria, Jehovam in prædæ partem vocare, eique ſpoliorum primitias aut decimas offerre, tenebantur. Deinde, morem hunc ante Moſis tempora inter gentes invaluiſſe, ſuſpicari docet Abrahamus, qui [a] δεκάτην τῆς λείας *decimam prædæ* [b] Melchiſedecho, Dei vice, tribuiſſe dicitur: hoc enim officii ſacri, non præcepto (quod ſcimus) aliquo, ſed pietate tunc temporis uſitata, motus præſtitiſſe videatur. Præterea, veteres Hebræi, ſpolia bello capta dedicantes, gentium, pietatem conſimilem exercentium, mores imitati videantur: nam Scripturæ loca citata docent, Hebræos nunc [c] ſpolia omnia, eorum quandoque [d] primitias, quandoque [e] decimas, devote dicaſſe; nunc eorum partem inſignem, victoriæ monumentum, in Templo [f] ſuſpendiſſe: Gentes etiam, prædam hoſtilem devoventes, mores eoſdem incerta vice coluiſſe, cuivis apertum erit ad varia veterum teſtimonia mentem advertenti, quæ [g] *Sanctius*, [h] *Heraldus*, [i] *Montacutius*, [k] *Doughteius*, accumularunt. Ad ea vero ſufficiat in præſens digitum intendiſſe. Cum e jam dictis clare conſtet, Iſraelitas antiqui moris & pietatis æmulos, ſpolium hoſtile dicandi ritum in eorum religionem accepiſſe; rationi conſentaneum eſt opinari, decimas etiam Deo vovendi religionem ex antiquo gentium uſu in legem & cultum Hebræorum tranſiiſſe. Cum enim Deus additionem omnem religioni lege præſcriptæ vetuiſſet, quid Iſraelitæ ſpolia ſaerandi ritum, nullibi præſcriptum, adderent; niſi quod ritus eſſet ſolutioni decimarum [l] σύγχρονος, & pietatis antiquitus uſitatæ non minus illuſtre monumentum? Ut rem ſummatim abſolvam: Lege præceptum eſt, ut Iſraelitæ, ritu veteri, decimarum ſcilicet oblatione, Dei providentiam agnoſcerent, eumque bonorum omnium auctorem profiterentur: hoc autem in exemplum traxerunt illi quibus, hoſte victo, propitiam Dei potentiam, more paſſim recepto [ſpoliis nempe dedicatis] agnoſcere, non minus honeſtum videbatur & rationi conſonum.

TERTIUM argumentum ab ipſa numeri denarii natura & conditione petitur. Ea nempe numeri illius ratio & conditio eſt, quod ea ſola cauſam opinandi præbeat, decima Deo tribuendi ritum temporibus ante-Moſaicis increbuiſſe. Nam decas numerorum majorum exordium eſt, & minorum finis: numerus ille in quo minores deſinunt, & e quo majores oriuntur. [m] Adeo ut ſummum Deum, rerum omnium principium & finem, referat, ejuſque plenitudinem & perfectionem quodammodo repræſentet. Cum itaque natura doceat, Deum facultatibus noſtris oblatis honorandum, ſed quotam partem non definiat; haud iniquum eſt opinari, Veteres religionis & ſapientiæ magiſtros decimas omnium Deo ſacrandas inſtituiſſe: quod, obſervante [n] *Philone*, δεκὰς πρὸς Θεὸν [οἰκειότης ἐστὶ] *Decas aliquid cum Deo cognati* habeat, eumque, cui bona dabantur, tanquam in imagine quadam repræſentet; quod etiam moris antiqui fuerit, myſteria, religioſa præſertim, in numeris occultare. Rem totam paulo clarius explico: qui dierum ſuarum ſeptimas Deo ſeparabat, in moribus ejus Creationis ſymbolum quoddam exhibere, Jehovam etiam, a Creationis opere die ſeptimo quieſcentem, Creatorem agnoſcere, eumque unum pro Deo habere cenſebatur: & qui

a *Joſeph. Antiq.* lib. 1. c. 10. pag. 25. 20. b *Hebr.* 7. 4. c 2 *Sam.* 8. 12. d Lxx in 1 *Sam.* 15. 21. e *Hebr.* 7. 4. f *Judith.* c. 16. 19. 1 *Mac.* 4. 57. g *Comment.* in 1 *Mac.* c. 4. v. 57. h In *Tertul. Apol.* l. 1. *Digreſ.* 16. i *Diatrib.* de *Decim.* cap. 3. k *Elect. Sac.* P. 1. *Excurſ.* 122. l Vid. *Gen.* 14. 20. & 28. 22. m Ορφεὺς [τὴν δεκάδα] κλειδοῦχον ὠνόμασεν, ὅτι πάντες οἱ ἀριθμοὶ ἐξ αὐτῆς φύονται. *Etymolog. Mag.* in voc. δέκας. n Lib. de *congreſ. Erud. gr.* p. 437. E

facultatem

facultatum suarum decimas usui sacro dedicabat, in ipso numero illo plenitudinis & perfectionis divinæ symbolum quoddam exprimebat; & ipsa doni sui mensura, summum rerum omnium Principium & Finem, possessionem suarum omnium originem & auctorem gratus agnoscebat. Cum itaque Judæi, a captivitate [a] reduces, idololatriæ nuncium remisissent, & Deo vero firmius adhærerent; leges de septimis & decimis illis multo religiosius quam antea servasse perhibentur. His addo, quod Israelitæ, per septem decadas annorum, exilio mulctati videantur; ut leges de Sabbatis & decimis sanctius in posterum observantes, Creationem & Providentiam sæpius in anno recolerent, & utriusque fidem firmiorem retinerent. SECT. II.

QUARTO: Gentes antiquæ, religionis cujuscunque [Naturalis, Legalis, aut Paganicæ] professores, numerum denarium, præter alios omnes, in pretio habuerunt, eumque rebus eorum plerisque frequentius accommodarunt. Religionis naturalis professores eum in honore præcipuo habuisse pateat, quod Abrahamus decima spoliorum, Jacobus decima proventuum, Deo devote dedicarint: Deus etiam (forsan ut ad hominum usum Seipsum accommodaret) Omerum Mannæ, qui pars est [b] Ephæ decima, in perpetuam rei memoriam, servari jussit. Hunc numerum apud religionis Mosaicæ professores cumprimis honoratum probant *Philonis* [c] illa: τὸν δὲ περὶ δεκάδος λόγον ἐπιμελῶς μὲν ἠκρίβωσαν μουσικῶν παῖδες, &c. *Rationem autem numeri denarii diligenter exquisiverunt Musicorum filii, laudatam non mediocriter etiam a Mose sacratissimo: qui ad hunc numerum refert res pulcherrimas, vota, primitias, oblationes sacerdotum perpetuas, observationes Paschatis, propitiationem, remissionem quinquagesimo quovis anno redeuntem, apparatum Tabernaculi dissolubilis, aliaque plurima.* Quanti decadem fecerint religionis Paganicæ studiosi, conjecturam e Græcorum & Romanorum moribus faciamus. Nam ille numerus in Græcorum mysteriis, spoliorum dedicatinnibus, tributis, & initiationibus, tam frequens erat & familiaris; quod καθιερῶσαι, λαφυραγωγῶν, τελωνῶν, & ἀρχιστῶν, [d] per δεκατεύειν & δεκατεῦσαι, sæpius exprimerentur. Frequentior usus, in rebus sacris & civilibus, non minorem huic numero claritatem apud Romanns peperit: hinc enim, observante [e] *Montacutio*, tituli celebres, *Decemviri, Decuriones, Decumani, Decani, Decadarcha, Decateuta, Decatologi, Decatoni*, prodiere. Nil opus est ut huic Argumento sermonem prolixiorem impendam ipse: qualem enim hic numerus apud omnes gentes honorem obtinuerit, ex uno [f] *Philosophi* problemate licet intelligere: διὰ τί πάντες ἄνθρωποι, καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες, εἰς τὰ δέκα καταριθμοῦσι, καὶ οὐκ εἰς ἄλλον ἀριθμόν, &c. *Cur omnes homines, tam Barbari quam Græci, ad decem usque enumerare consuevere, non ad aliquem alium numerum; — nec ultra numerum denarium cessantes, inde replicare incipiunt?* Cum itaque δέκας maxime semper inclaruerit, & numerum illum gentes omnes frequentius usurparint; minime temerarium est opinari, decimarum solutionem vix ullis cultus antiqui ritibus antiquitate concedere. Cum enim a seculis antiquissimis, Deum facultatibus Ei dicatis honorare, & proculdubio facultatum earum partem quotam determinare, rationi consentaneum videretur; cum etiam numerus denarius, apud omnes gentes, maxime clarus esset & usu tritus; nihil proclivius est, quam ut decimas in usum sacrum seponendi ritus, a prima pene Religionis origine, receptus & institutus existimetur.

PENSI mei pars ultima jam absolvenda est, & Objectionibus iis occurrendum, quæ potioris notæ sunt, & responsi nonnihil expectare videantur. Rationes adversæ refutantur.

HARUM prima sit hæc: cum Decimarum solutio tam sacris usibus inserviret, & ritus esset a Deo tam frequenter & solenniter institutus; illius sanctitati repugnat, ut e Gentilismi lacunis in Dei legem cultumque fluxisse censeatur; vel ut opinetur quispiam, Deum ritum tam insignem instituisse, tantum ut Decimas, olim idolo vel idoli ministro sacrari solitas, Sibi Ipsi, bonorum omnium Origini, vindicaret. At hoc argumentum nihili faciamus, cum viri docti non pauci Decimarum solutionem, in Ecclesia Christiana recentam, ad originem non absimilem referant; eas ab idolorum sacerdotibus, ad Christi ministros, translatas arbitrantes. *Musculum* hic testem advoco, qui, doctorum sententias de usu decimarum in Ecclesia referens, [g] hæc habet; *illi rectius, meo judicio, sentiunt, qui decimarum usum*, ex largitione *Principum Christianorum, sacerdotibus falsorum Deorum ademptum, ad Ecclesias Christi translatum esse judicant, ut hoc subsidio certa quadam esset -- ministrorum Christi -- sustentatio*, &c. Interea vero, ne quis

a *Neh.* 10. 31, 37. & 13. 12, 15. b *Exod.* 16. 32, 36. c De *congress. erud. grat.* p. 437. A
d *Etymolog. mag.* in voc. Δεκατευτήριον e Ub. sup. c. 1. p. 248, 249, 250. f *Problem. sect.* 15. *Quæst.* 3.
g *Comment.* in *Gen.* 14. p. 342.

CAP. XI. erret, addendum cenfeo, quod ufus Decimarum ab antiquis Dei veri cultoribus originem haufiffe, ab iis etiam ad profanas gentes, una cum altaribus, victimis, aliifque cultus antiquioris inftrumentis & indiciis, deveniffe videatur. Cum autem id ageret Mofes, ut omnia in integrum reftitueret, & quæ Diaboli fraude & facrilegio ad culrum profanum detorquebantur, ad ufum & puritatem priftinam revocaret; Decimas ad ufum primævum reduxit, eafque Den jure vindicavit; quas olim gentes occœcatæ Diabolo tribuiffent. Abfit itaque (& quidem abeft longiffime) ut fentiam ipfe, Decimarum ufum e *folis* gentium profanarum ritibus in Legem fluxiffe, vel eas Gentilifmi *tantum* inftitutis nriginem & fanctinnem fuam debuiffe.

Secundo: mihi forfan objicient aliqui doctorum fenfum, opinioni meæ plane repugnantem. Sentit enim *Seldenus*, & cum eo togatæ gentis pars longe maxima, Decimandi ritum inter *gentium furta* numerandum effe, eumque primo, Syros, Phœnices, & Ægyptios, a Judæis vicinis accepiffe; tandem etiam ritum illum gentibus iis ad Græcns, & alios remntinres effluxiffe. Cum autem e Scriptura pateat, Abrahamum & Jacobum, more paffim recepro, decima perfolviffe; cogit hiftoriæ facræ fides, ue hic a doctorum fentenria recedamus, & hunc ritum inter Syros & alios ufitatum cenfeamus, diu antequam Judæi in gentium cenfum referebantur.

Conclufio capitis. Hæc ea funt quæ de Decimarum ufu & origine in Ecclefia Judaica dicenda cenfui. Decimarum jus & ufum, in Ecclefia Chriftiana, vix levi digito tactum præterii, quod hoc argumentum extra præfentis inftituti pomæria fitum fit, nec defint Auctores eruditi qui in eo ftudium & operam non pœnitendam collocarint.

CAP. XI.

Rationes variæ, cur aliqui Gentium ritus in Legem translati funt.

CUM teftimoniis argumentis artificialibus, & exemplis illuftribus evictum fit, Deum ritus non paucos, inter Gentes olim ufitatos, in Legem fuam tranftuliffe; methodus mihi [a] præfcripta jam poftulat, ut rationes affignem cur Deus populum Ifraeliticum tam indulgenter habuerit, ut ritus multos ufu veteri receptos toleraret, & non tantum multa Patriarcharum, fed etiam gentium profanarum inftituta, in facrorum fuorum ordinem venire permitteret. Hujus autem συγκαταβάσεως variæ rationes excogitari poffunr, a parte Dei, Populi, Gentium profanarum, Rituum etiam eorum quos e gentium moribus in Legem tranfiiffe diximus.

Rationes a parte Dei. Primo: ratio non levis erat a parte Dei, cur aliqui ritus e gentium moribus depumpti & ufu longo probati, facris ejus afcriberentur. Nam dubitari non potuit hujufmodi ritus, ad populum demulcendum, & enrum affectus Deo & cultui fuo conciliandos, plurimum momenti habituros. Infitum fcilicet omnibus & innatum eft, ut in ritus omnes quibus longa confuetudo gratiam conciliavit, tanquam novæ cujufdam naturæ pondere & impetu, ferantur. Eft itaque fidei confentaneum, ritus aliquos diu inter gentes ufitatos, & io legem translatos, illecebras & invitamenta quædam fuiffe, quibus difficilis Hebræorum natio ad legem cultumque divinum amplectendum induceretur. Præ aliis autem ritibus, illi qui non tantum confuetudinis fed & religionis nomine commendati veniunt, in intimos hominum finus & affectus recipi folent, & arcte retineri. Norunt fcilicet, Religionem cœli fobolem effe, ubi omnia conftanti confilio adminiftrantur; & Dei imaginem quandam, [b] *cui nulla tranfmutatio, nec umbra viciffitudinis.* Confuetudine itaque religiofa repudiata, cœlum clamoribus implet vulgus, turbas movet, & ohnixe facit omnia, ut religionem in integrum reftituat, & dignitatis fuæ læfæ crimen vindicet. Ideoque par erat, ut Deus ritus aliquos, quibus Antiquitatas & Religio reverentiam fecerant, ad nominis fui cultum flecteret & accommodaret; ne nova omnia (in facris fufpecta plurimum & exofa) legem optimam in invidiam traherent, & hominum animos a cultu fuo magis averfos redderent. Conftat enim nihil Hebræorum & ethnicorum ftudia a fide Chriftiana magis avertiffe, quam quod eam hefternam crederent, & ab ingenio aliquo novitatis avido fictam & excogitatam. Præterea: reformatio aliqua (vulgo fufpecta plurimum & ingrata) nullo gratiori velo diffimulari poteft, quam cum ritus antiqui ad fines plane novos accommodantur; nec morofum vulgus ullo illectamento ad novitates aliquas inoffenfo palato deglutiendas ci-

a Vid. pag. 641. b Jac. I. 17.

tius

tius induci poteſt, quam ſi conſuetudinis & antiquitatis ſpecie deaurentur. Hoc *Jeroboamus* pulchre calluiſſe cenſeatur: quamvis enim cultus vitæque rationes plane novas induceret, & omnia, qua ſacra qua civilia, ad uſum & arbitrium ſuum fingeret; vetera tamen, feſtorum, ſacerdorum, & rerum ſacrarum nomina retinere, illi verſuto & verſatili homini conſultum videbatur. Arte conſimili uſus eſt olim Diabolus, ut credulum vulgus religione ſua emungeret, eoſque plane imprudentes ad idololatriam duceret. Altaria nempe, ſacrificia, ſacrorum miniſtros, oracula, columellas, decimas, & alia aliqua, inter veros Dei cultores antiquitus uſitata, ad cultum proprium transtulit: non quod Dei ſimius eſſet & cultum ad imitationem divini compoſitum faſtuoſe deſideraret; ſed ut fallaci rerum divinarum ſimilitudine ſeſe in mentes ſimplicium inſinuaret. Cum itaque morum quorundam antiquorum toleratio vi magna polleret, ad Hebræorum animos Dei legi & cultui conciliandos, & a Reformatione Moſaica invidiam omnem amoliretur maxime conveniebat, ut Deus ritus aliquos antiquitus uſitatos in ſacrorum ſuorum numerum aſſumeret, & Lex a Moſe data ſpeciem aliquam cultus olim recepti ferret. CAP. XI.

SECUNDO: ratio a populi parte reddi poteſt; cur Deus ritus aliquos antiquos, & e gentium uſu ſumptos, in ceremoniarum ſuarum claſſem reciperet. Ita nempe nati factique erant Iſraelitæ, ex Ægypto recens egreſſi, quod Deo pene neceſſe eſſet (humanitus loqui fas ſit) rituum aliquorum veterum uſum iis indulgere, & ipſius inſtituta ad eorum morem & modulum accommodare. Nam, Populi.

(1°.) POPULUS erat a teneris, Ægypti moribus aſſuetus, & in iis multorum annorum uſu confirmatus. Cum autem longa dies Hebræorum animos moribus Ægypti conciliaſſet, eoſque in naturam pene novam convertiſſet; qui ruditatem & infantiam eorum a moribus illis e veſtigio ablactare ſtuderet, opus oppido difficile atque impeditum aggrederetur. Ita nempe nati ſunt hominum vulgus, quod [a] *συγγεννηθέντα καὶ συντραφέντα δόγματα dogmata* ſua *connata & in grandem uſque ætatem coalita*, moreſque in primas quaſi animarum texturas traditos, de ſubito exuere non norint. Plebis ingenium bene perſpectum habuit *Apollonius Tyanæus*, qui [b] dixiſſe fertur, *παλαιὰς μεταλαβεῖν δῆμον ἐς τὸ αὔριον σώφρον*. Multi negotii & periculi res eſt, imperitam plebem inopinato & quaſi per ſaltum e ſtultitiæ in ſapientiæ tramitem perducere. Hoc aperte probant ætatum omnium monimenta, in quibus nihil frequentius occurrit motibus illis, quibus moris alicujus, iniqui licet aut inſulſi, violatio cauſam dedit. Hinc apud Politicorum filios axiomatis vicem tenet, *τὸ κακὸν εὖ κείμενον οὐκ ἐπὶ κινητέον* *vel malum pene poſitum non eſt loco movendum;* ne litibus occaſio detur, & corpus politicum maleſanum ipſo remedio pereat. Inde factum eſt etiam, quod eccleſiæ Chriſtianæ patres gentilium recens converſorum mores nonnullos tolerarent, & eorum ſuperſtitionem ad cultum divinum, qua licuit, accommodarent. Norunt ſcilicet, hominum vulgus mori, religione præſertim venerabili, pertinacius adhærere; & aleæ periculoſæ rem eſſe, ſacrorum ritus uſu longo tritos & inolitos ſtatim abolere. Si itaque e vulgi natura & ingenio Hebræorum plebeculam æſtimare liceat; eos inſtituta ſua perantiqua ſtudio & affectu tenaci proſecutos fuiſſe, nobis facile perſuadeamus.

(2°.) HEBRÆI, non tantum Ægypti moribus aſſueti, ſed etiam refractarii fuerunt, & fræni cujuſvis impatiens populus. Quemadmodum cujuſque regionis & terræ populo ſua ſunt ingenia, moreſque proprii; ita natura gentem Hebræorum, præter cæteros orbis incolas, ingenio moroſo, difficili, & ad infamiam uſque pertinaci, finxit. Hujus rei fidem haud incertam Scriptura facit quæ [c] *nervum ferreum* & *cervicem duram*, tanquam notam propriam & characteriſticam, Hebræorum genti non raro tribuit. Indolis hujuſce pertinacis atque intractabilis, per multos annos in deſerto, plurima & indigniſſima dederunt exempla: præcipue vero, cum importuna pertinacia, & voce forte minaci, Aaronem adduxerunt ut aureum vitulum efformaret. Aaron itaque, crimini ſuo fucum facere, & Moſis iram lenire ſtudens, [d] *οἶδας*, inquit, *τοῦ λαοῦ τούτου τὸ ὅρμημα*. Tu noſti populi hujus furorem præcipitem & brutum impetum. Quamvis etiam Deus idolorum cultum, oſtenſo mortis metu, ſæpe prohibuerat, & illi legis hujuſce violationem non niſi malorum Iliade expiandam norant; legi tamen divinæ contumacia nullis minis, malis nullis frangenda, ſemper adverſabantur. Sed, ſi tacuiſſet Scriptura, vel inde ſcire licet, hunc ſtupidæ contumaciæ dæmonem Hebræorum gentem a prima infantia tenuiſſe, quod afflictionis triſtiſſimæ exorciſmo in ætate firmata ejici

a *Orig.* contr. *Celſ.* l. 2. p. 58. b *Philoſtrat.* l. 5. c. 36. c Vid. *Exod.* 33. 3, 5. & 34. 9. *Deut.* 9. 6, 13, 27. & 31. 27. *Jeſ.* 48. 4. *Pſal.* 78. 8. *Ezec.* 2. 4. 3. 7. *Mat.* 19. 8. *Baruc.* 2. 30. & 33. d LXX in *Exod.* 32. 22.

CAP. XI.

non possir. Hoc testatissimum faciunt eorum perversi mores: nam, observante [a] *Chrysostomo*, ὅτε ἔδει τὸν νόμον τηρεῖν, κατεπάτησαν [οἱ Ἰουδαῖοι] καὶ νῦν ὅτε ἀναπέπαυται ὁ νόμος, τότε φιλονεικοῦσιν αὐτὸν τηρεῖν· *Dum legem servari oportuit, conculcarunt* Judæi: *illa nunc cessante, pertinaciter eandem tueri contendunt.* Quod autem eadem pertinacia Gentilismum olim, hodieque Judaismum amplexentur, hæreditariæ gentis illius duritiæ, nullis malis, argumentis haud ullis emolliendæ, tribuendum videtur. Nil opus est, ut veritatis huiusce probationi diutius incumbam ipse; cum [b] *Philo*, Judæus licet, inesse genti suæ τὸ φύσει δύσεργον καὶ δύσκολον *nativam intractabilitatem & contumaciam*, ingenue fateatur. *Josephus* etiam Judæos, tanquam durum a stirpe genus, & se demittere nescium describit; quoties de illorum indole & natura loquitur. Cum itaque veteres Hebræi moribus essent asperis & efferatis adeo, populi conditio postulavit, ut Deus ritus aliquos usu veteri firmatos iis concederet, & νομικὴν λατρείαν τῇ ἐκείνων ἀσθενείᾳ συμβαίνουσαν (uti loquitur *Theodoritus*) *cultum legalem eorum infirmitati accommodatum* institueret. Nam si tam petulantes & immorigeri fuerint Israelitæ, quod legi & cultui divino sæpe renunciarint, tantum quod Deus ritus nonnullos olim usitatos inhibuisset; proculdubio, modo vetera sustulisset omnia, a lege cultuque divino, tanquam novo, fanatico, & humanitati dissono prorsus abhorruissent. Deinde: si quis gentis hujusce morem atque indolem in Scriptura memoratam in animo revolvat, haud facile dixerit, cur Deus gentem tam contumacem, & a moribus suis ne furca dimovendam, sibi propriam & peculiarem faceret, nisi ut benignitatem & συγκατάβασιν sine omni exemplo singularem exerceret, & eo illustriorem utramque redderet.

(3°.) Gens Hebræorum in mores omnes apud exteras gentes, Ægyptios inprimis, obtinentes, impetu & cupiditate vehemente ferebantur; & eodem fastidio pleruoque mores patrios, quo Ægyptii peregrinos repudiabant. Haoc equidem cupiditatem cordibus alte dissimulabant, cum primum ex Ægypto prodireot, eosque miracula frequenter edita perculsos haberent, & metus indies incussus intra limites officii contineree. Postea vero nudare sensim ingenia, fræna veris moribus permittere, dictis etiam factisque declarare, se gentium, Ægypti præcipue statutis addictissimos. Ideo enim regem sibi præficiendum impudenter adeo postularunt, quod omnes in vicino gentes sub unius imperio viverent: idolorum cultui pertinaciter adhæserunt, aperta fronte [c] *dicentes*, *erimus nos sicut gentes*, *sicut* omnes *familiæ terræ*. Ex ea mores ethnicos æmulandi prurigioe natum arbitror, quod [d] *vestes peregrinæ*, id est, ad moris ethnici formam concinnatæ, Judæis in deliciis efleot; & quod mulieres peregrinas tam perdite semper & insane deperirent, ut præ iis alias omnes ex animo delerent formas. E cœco illo morum ethoicorum amore qui mentes Hebræorum occupavit, leges illæ plurimæ oasceebantur, quibus cautum est, *ne gentium similes* essent, aut *in viis earum ambularent.* Quum itaque populus eo morum apud exteras gentes obtinentium studio duceretur; consentaneum erat, ut Deus mores & ritus aliquos gentium usu cohonestatos iis indulgeret; ne populum pertinacem, & levi quavis arrepta occasiooe in pessima quæque prorumentem irritaret.

(4°.) Hebræi superstitiosa gens erant, & omni pene literatura destituti. Quam alte gentium superstitionibus immergebantur, e legibus (libro superiori recensitis) intelligere licet, quæ populo, tanquam remedia superstitionis imponebantur. Cootumax autem bellua Superstitio, si præsertim ab ignorantiæ tenebris novam ferociam & contumaciam hauserit. Facile vero credi potest, Israelitas nuper e servorum domo liberatos, artium humaniorum rudes fuisse, & vix quicquam supra lateres atque allium Ægypti sapuisse. Quando itaque Deo jam oegotium esset, cum populo tam barbaro, & superstitioni tam impense dedito; pene necesse fuit ut aliquid eorum infirmitati daret, eosque dolo quodam (non argumentis) ad Seipsum alliceret. Nullum animal superstitioso, rudi præcipue morosius est, aut majori arte tractandum.

A parte Gentium exterarum.

Tertio: ratio non levis a parte Gentilium erat, quod scilicet eorum etiam conditio ritus aliquos antiquitus usitatos in Dei legem & cultum transferri postularet. Non Judæorum solummodo, sed etiam Gentilium, saluti prospexit divina bonitas: cum autem spes nulla salutis, nisi e communione quadam cum Ecclesia Judaica, Gentilibus effulgeret; par erat ut Deus ritus aliquos e gentium usu desumptos in cultu suo toleraret. Nam hujusmodi ritus in Judaismum recepti, Gentibus invitamenta forent, eosque a Judæorum cultu & communione minus aversos redderent. Est enim

a *Homil.* 1. adv. *Jud.* T. 1. *Ed. Ben.* p. 589. B b Lib. de *victim. offerend.* p. 854. B c *Ezec.* 20. 32.
d *Zeph.* 1. 8.

rituum

rituum ſacrorum cognatio & ſimilitudo, maximum vinculum & coagulum animorum; & facile dextras ſibi mutuo porrigunt, qui rituum ſimilium communione conjunguntur. At ſi Deus ἀνόμοια tantum, & nihil cognati habentia cum Gentilium ſacris, in cultum ſuum accepiſſet: illi proculdubio a Judæis, tanquam novitatis exoſæ ſtudioſis abhorrere, & ab eorum cultu, tanquam generis humani ſcandalo & opprobrio, fugere voluiſſent. Cum enim plurimæ ceremoniæ, quæ apud Ægyptios & alios in uſu verſabantur, ſimpliciter ſpectatæ, prorſus indifferentes eſſent, & extra culpam poſitæ; modo Deus eas omnes abrogaſſet, Hebræi, non tam ſuperſtitionis, quam gentium odio, vel novitatis ſtudio ducti, ab earum ſocietate moribusque receſſiſſe viderentur. CAP. XI. 733

QUARTO rationes etiam, a parte rituum ipſorum, tem ſerio meditanti ſe dabunt, cur Deus ritus aliquos, inter Gentes olim in uſu poſitos, illius ſacris accenſeri pateretur. Nam, A parte rituum ipſorum.

(1°.) RITUS antiquitus uſitati, non tantum ad rudioris populi modulum, ſed & rituum omnium finem & ſcopum, magis quam ritus plane novi & inſolentes, accommodati videantur. Nam Deus tot inſtituta ritualia Judæis obſervanda tradidit, ut eos primis quibusdam religionis & obedientiæ rudimentis imbueret; ut populum illum, in gentium mores inclinantem, occupatum detineret; ut eos cultu rituali & ſenſibili, genio ſuo maxime conſentaneo exerceret; ut evanidam quandam Evangelii & rerum ſublimiorum umbram, ob oculos eorum infirmos poneret; ut etiam cultus divinus, ritibus e Dei præſcripto præſtitis, tanquam propriis quibusdam ſignis & characteribus, a cultu idololatrico diſcerneretur. Quis autem non videt, ſacrorum ritus ubique gentium uſitatos, peculiaribus quibusdam circumſtantiis in formam quaſi novam mutatos, finibus illis omnibus inſervire potuiſſe? Cum itaque gentium ritus, correcti paululum & in melius mutati, rituum Moſaicorum officiis omnibus fungi potuerint; noluit proculdubio Deus ritus novos & inſolitos, plus quam ratio poſtulavit, inſtituere; ne qua novitate non neceſſaria turbarentur Hebræorum animi, vel Moſes invidia aliqua apud plebem laboraret, quaſi rebus novis potius quam utilibus animum addixiſſet.

(2°.) RITUS aliquot e gentium moribus hauſti, ſacris eorum admiſti, Judæis uſui futuri erant, iisque commoda non levia allaturi. Nam hujusmodi ritus, Hebræorum veterum ruditatem & pervicaciam poſteris eorum clare teſtarentur. Quodnam enim magis apertum ſummæ ruditatis & pervicaciæ ſignum exhibere poterant Iſraelitæ, quam quod citius a Deo quam moribus ethnicis fuiſſent receſſuri? & quod ea ſola conditione ad frugem reverſuri eſſent, modo iisdem pene ritibus Deum, quibus olim idola, colere concederetur? Tanta vero tamque teſtata pervicacia magnum poſteris eorum ad humilitatem præbebat argumentum. Quomodo enim genus crepare, aliasque gentes contemnere poterant; modo ſtirpem illam duram & infelicem, unde ipſi propagati fuerant, in animum revocarent? Deinde: ritus a gentibus accepti, legis admiſti ritibus, uſui erant, quatenus cultum Moſaicum dedecore quodam afficiebant, & legis abolitioni viam expeditam præſtruebant. Nam fieri vix potuit, ut Hebræorum poſteri, quibus aliquid ſalis inerat, affectu præfervido ritibus illis adhærerent, quos norant a gentibus ortos, & eorum ſanctionem Patrum ſuorum rudi pertinaciæ potius, quam Dei voluntati debuiſſe. Certe Apoſtolus eo ipſo nomine ritus legis in contemptum vocat, quo patribus ejus maxime commendati venerant; quod ſcilicet eſſent [a] *στοιχεῖα τοῦ κόσμου*, *rudimenta* illa quæ totius mundi pueritiam exercuerunt. Præterea: cum Deus ritus antiquiores emendaſſet, eosque, circumſtantiis quibusdam mutatis, ad cultum proprium tranſtuliſſet; expectari poſſet, ut rituum illorum antiquitas magis valeret ad Iſraelitas alliciendos, quam circumſtantiæ alicujus novitas ad eorum animos a Deo & inſtitutis ejus avertendos.

(3°.) INSTITUTIS quibusdam a gentium ruditate mutuatis, & in rituum Moſaicorum cenſum relatis, facile erat Hebræorum & Gentilium ſacra conferre, & de utrisque judicium haud iniquum facere. Cum Deus altare, templum, ſacrorum ritus, novilunia, feſta, purificationes, expiationes, & alia quæ religionis ethnicæ pars magna fuerant, ad cultum ſuum tranſtuliſſet; nihil promptius erat quam gentis utriusque ſacra componere, & quibus palma deferenda eſſet, probe judicare. Cuivis cultus ethnici & Judaici circumſtantias animo volventi, facile conſtaret, inſtituta Moſaica, ſplendore, gravitate, puritate, facilitate, & ſignificatione, religionem ethnicorum longe an-

a Gal. 4. 3.

CAP. XII. SECT. I.

tecellere. Cum enim de rebus cognatis & naturæ similitudine conjunctis disjudicandum est, facile est sententiam, earum pretio & dignitati convenientem, ferre. Ex adverso, si Judæorum religio nihil cognationis cum Gentilium cultu habuisset, & illi Deum ritibus toto genere dissidentibus coluissent; hebetes eorum oculi non adeo facile percipere potuissent, quid inter hos & illos interesset, & huic an illi religioni se devoverent. Religionis Judaicæ excellentia, e collatione sacrorum quorundam Mosaicorum, cum nominis & naturæ consimilis institutis in ethnicismo frequentibus, facilius elucescebat.

(4°.) Ritus quos usus religlooi proprios fecerat, multo magis ad rituum sacrorum finem & usum, quam ceremoniæ plane novæ, fuerunt accommodati. Non enim opus erat, ut hujusmodi ritus, ad veri Dei cultum translati, nisi circumstantiis quibusdam peculiaribus, a ritibus in alicujus fictitii numinis cultu usitatis distinguerentur. His addo, quod istiusmodi ritus Dei sacris adscripti, sapientiæ divinæ documenta non vulgaria præbuerunt. In eo enim eluxit sapientia divina, quod antidotum e veneno faceret, & illis ipsis ceremoniis & populi sui salutem, quibus olim diabolus ad hominum perniciem uteretur; easque sic in formam pene novam flecteret, ut ex antiquis idololatriæ signis & instrumentis, novi prodirent rerum cœlestium typi. Immo vero Deus sapientiæ suæ specimen luculentius in rituum veterum correctione, quam novorum præscriptione dedit: prout Medici peritia, veneni vires corrigendo, quam e succo salubri medicinam conficiendo, magis elucescit.

CAP. XII.

Argumenta pro parte negante expenduntur.

CUM jam sententiæ meæ veritatem tot rationibus & argumentis asseruerim, ne locum dubitationi vel minimum relinquam, ea jam refellere conabor argumenta, quæ lectori forte scrupulum injiciant, eumque sensum in contrarium distrahant. Argumenta vero contra sententiam nostram pugnantia, in duo agmina distribui possunt, Artificialia scilicet & Inartificialia, quibus responsum separatim dabimus.

SECT. I.

Primo, quatuor artificialia.

EX artificialium numero, illud argumentum haud immerito ducat agmen, quod viribus præstare creditur. Est autem hujusmodi: tam longe absuit, ut Deus sacra quædam e gentium usu desumpta toleraret; quod leges ethnicorum moribus e diametro contrarias Hebræorum genti dederit: ne forte, si quicquam utrisque commune & quasi symbolicum intercederet, illi miscerent denuo, & Israelitæ ad ritus ethnicos, utpote suis haud adeo dissimiles, facilius allicerentur. Ideoque vero dissimile est, Deum mores ullos vel minimum habentes cum usu ethnico consensum & analogiam apud suos ferre voluisse.

At hic nodus haud adeo difficilis explicatu: nam libens agnosco, Deum cultus vitæque rationes ab aliarum gentium usu discordantes Hebræorum genti tradidisse, & leges haud paucas Ægyptiorum & aliorum ritibus adversas instituisse. At graviter hallucinantur, qui Deum, ritus ad unum omnes gentium usu receptos inhibuisse, & Hebræos toti mundo velut antipodes fecisse sentiunt. Deus enim eos tantum Gentilium ritus legibus adversis abrogavit, qui dogmatis alicujus superstitiosi fidem firmarunt, aut ingentis mali speciem præ se tulerunt, aut cum honestis moribus aperte pugnarunt, aut ad actiones infames recta duxerunt, & forte nonnullos qui consensum cum Gentilibus nulli usui servientem induxerunt. Non paucos interim eorum usus religiosos, nulla inhærente turpitudine notabiles, in sacrorum suorum ordinem ascivit Deus; ut consuetudini pertinaci morem gereret, instituta sua ad populi rudioris ingenium accommodaret, & iis accederet benignum facileque numen, aliter a seipso longius abituris. Atque hac in re, Deus egregium sapientiæ suæ documentum præbuit: nisi enim inter Hebræorum & gentium sacra [illegible] constitutum fuisset, facile & sine, sensu ad antiqua

tiqua sua omnia transire potuisset Hebræorum natio: & nisi Deus ad antiqua nonnulla, in usum & formam meliorem conversa connivisset, rudis ille populus haud adeo facile & sine molesto cultus mutati sensu, ad leges ritusque novos se recepisset. Ut res ad compendium redeat: sic ritus antiquitus usitatos emendavit Deus, sic etiam novos quosdam antiqois immiscuit; ut nec rituum illorum antiquitas ad idololatriam allicere, nec horum novitas populum moris antiqui tenacem irritare posset.

SECUNDO: nonnullis hoc etiam ansam dubitandi facturum auguror, quod e Dei majestate & sanctitate non sit, ut ille ritus a Gentibus haustos, vix sine piaculo nominandos, in sacrorum suorum ordinem admisisse, & cultus Ejus quicquam Dæmonis ingenio debuisse censeatur. Pium equidem & rationi congruum est, Deum leges aliquas, antea Patriarchis impositas, Hebræorum populo tandem tradidisse; ritus etiam nonnullos in Abrahami familia olim usitatos sanctione legali confirmasse: temerarium autem & infame est, Deum ritus aliquot a Gentilismo mutuos accepisse, & e Diaboli cultu in proprium transtulisse: quid enim a Dei majestate, populi sui dignitate, vel cultus divini sanctitate, magis aversum & abhorrens dici vel fingi potest? Eorum itaque sententia verior, & piorum auribos minus ingrata creditur; qui Gentes ritos plurimos ab Hebræorum cultu (prout *Prometheus* ignem de cœlo) furtim accepisse sentiunt, ad luteam religionis suæ imaginem animandam & exornandam.

RESPONDEO: hæc objectio vires suas a Rhetorica magis quam Logica mutuatur, & apud eos tantum valere potest, qui leviter & [illegible] judicant. Nam hujusmodi ratiunculis, a decoro & æquo petitis, frustra pugnabit quispiam; cum rem ita se habere, tot argumentis & testimoniis illustribus evictum sit. Neque vero, si rem totam ad veras æqui & decori normas examinemus, Deo magis indignum videri possit, ut Ille ritibus in cultu Dæmonis olim usitatis coleretur; quam ut Rex pius justusque ceremoniis usu receptis, & in tyranni alicujus honorem pridem usurpatis, sibi ipsi honorem deferri pateretur. Imo vero tantum absuit, ut hujusmodi ritus, in Legem transcripti & velut expiati, majestatem aut cultum divinum dehonestarent; quod eos tolerando, Deus BENIGNITATEM, PATIENTIAM, SAPIENTIAM, & SANCTITATEM suam humano generi plurimum commendaverit. BENIGNITATEM: Deus enim, ritus aliquos antiquos tolerans, ad humile gentis ingenium seipsum demisit, & cultum e ritibus constantem, adeoque naturæ suæ minime convenientem, leniter tulit; ut per ritus illos, ad legis suæ præscriptum præstitos, tanquam leviora quædam religionis & obsequii rudimenta, populum puerilem ad pietatem magis virilem sensim manuduceret. Eam itaque indulgentiam egregium divinæ bonitatis argumentum existimavit [a] *S. Chrysostomus*, dicens: [illegible] *In veteri Testamento, quoniam affecti erant Judæi imperfectius, quem idolis offerebant sanguinem, ipse sustinuit accipere, ut ab illis abduceret, quod ipsum amoris erat ineffabilis.* Adeo ut Deus ad modum mariti benigni se gereret, qui uxori delicatulæ & contumaci quidvis indulget, modo adultera non sit, & sese intra limites officii conjugalis aliquantulum contineat. Nec minus PATIENTIAM suam illustrem & conspicuam fecit: cum enim Deo reformationem moliri visum esset, non quicquid ex *egenis mundi elementis* tolli potuit, protinus sublatum ivit: sed quicquid haud incommode ferri potuit, sibiipsi licet ingratum, ad [illegible] usque [illegible] toleravit. Deus etiam hac in re SAPIENTIÆ perillustre dedit argumentum; eo quod obtusioris ille nasi populus, nulla arte tam facile ad cultum vere novum, quam per umbratiles aliquas antiqui reliquias, allici potuisset. Nova enim omnia, in religione præsertim, nisi veterum speciem præ se ferant, animis iniquis intueri solet insulsum vulgus. Nec minus SANCTITATIS suæ documentum præbuit summus legislator: vix ullo enim argumento magis aperto docere poterat, veram sanctitatem sibi ante omnia placere, & se ritus legales hominum stultitiæ (quod Plato de prophetia) tribuisse, quam quod multi gentium usu pene dehonestati, & ab hominibus potius quam seipso sanciti fuerint. Inde datum est intelligere, Judæorum ceremonias a Deo connivente magis quam instituente, sequente magis quam ducente, & e populi potius ingenio ritibus addictissimo, quam insita Dei propensione profluxisse.

TERTIO: ad sententiam meam a fundamento subruendam, dici potest, eam affinitatem quæ inter Hebræorum & ethnicorum ritus intercessit, non ad Dei [illegible]

a Homil. 24. in 1 ad Cor.

SECT. I. ctu, sed Diaboli κακοζηλίαν, tanquam rationem & originem, referendam esse. Nempe Diabolus *Dei simia* nullo non ævo habitus est, qui furto surripuit & ad sua transtulit, quicquid in institutis Dei prior observavit; partim ut mancipiis ejus fuco religionis adblandiretur, partim ut ipse prorsus iisdem subjectionis indiciis, quibus Deus ipse coleretur. Hac de re consona doctorum testimonia nullum dubirationi locum reliquere; consensus omnis, inquit [a] *P. Fagius*, inter Judæorum & Gentilium ritus, ortus est ex Diaboli studio, qui *pleraque depravavit, & in suam venerationem transtulit*. Hisce non absimilia sunt illa [b] *Stuckii* verba: *tota — Gentium antiquarum religio profecta fuit ex* κακοζηλίᾳ, id est, *prava, perversa, atque præpostera quadam prisca, antiqua, ac vere divina illius religionis, quam Patriarchæ, & illorum posteri Judæi, divinitus sibi — præscriptam coluerunt, imitatione*. Opinionis hujusce propugnatores studiosos etiam se præstiterunt, [c] *Henricus a Montacuto*, [d] *Dilherus*, [e] *Heraldus*, ut alios jam sileam eruditionis fama florentissimos. Ideoque veritati plane dissonum est, ritus aliquos e Gentilium usu in legem Mosaicam transiisse, nec opus est, ut ceremonias aliquas e media petitas idololatria, & in rituum Legalium catalogum relatas, ad affinitatis inter sacra Judaica atque ethnica rationem reddendam fingeremus.

Respondeo: non me latet, illud e trivio dictum, *diabolus est Dei simia*, plurimorum animis ita penitus insidere, quod ne minimam inter Judæorum & Gentilium ritus affinitatem observare possint, quin statim diabolum fraudis arguant, eique grandem impingant furti vel superbiæ dicam; hoc autem principium, [illegible] esse, facile percipiat qui missis præjudiciis rem ipsam propriis momentis æstimaverit. Recolamus enim quot legis instituta fuerint, quorum ne rudiores lineas aut umbellas in tota rituum ethnicorum farragine reperire licet. Ea tamen omnia, diabolus eadem opera, qua ulla alia, ad sacrorum suorum numerum aggregare potuit; & voluit proculdubio, si cultum ad Mosaicæ religionis exemplar exornatum tam avide desiderasset. Deinde: si diabolus cultum suum ad legem Hebræorum tanquam cynosuram dirigere tam sollicite studuisset; ille proculdubio a ritibus ejus antiquis recedere, & eorum usum oraculo aliquo prohibere voluisset; cum primum Deus tot præcepta iis aperte contraria tradidisset. Præterea: quas nuces, quid commodi captare potuit diabolus (qui omnia ex usu agit) modo simiæ partes egisset, & ad cultum divinum imitandum sese tam sedulo composuisset? Si quid ipse video, sua magis interefat, plane diversas cultus sui ceremonias instituere; ut per eas, tanquam characteres proprios, greges ejus ab ovibus *Pastoris Israelis* distinguerentur. Sic & ipse diabolus olim judicavit, si qua fides Oraculis [f] ejus, mellis in sacris usum, cruorem in scrobes effundendum, aliaque legi divinæ plane repugnantia præcipientibus, habeatur. His addo, quod diabolus, observante [g] *Bocharto*, sub novissima Gentilismi tempora, canis immolationem primus excogitavit; quamvis aperte constet, Hebræorum leges cani fœditatis notam inussisse, eumque procul ab altaribus amandasse. Ab his autem omnibus diabolus proculdubio temperasset, si sacra ritum Judaicum repræsentantia tanto in pretio habuisset.

Interea temporis, altaria, sacrificia, sacerdotes, templa, purificationes, & alia sacra, Dei & Diaboli cultoribus communia fuisse, non diffitendum est. Hunc autem rituum consensum ortum fuisse, e Dæmonis æmulatione, vel peculiari studio quo in ritus Judaicos ille ferebatur, nemo prudens rerum æstimator affirmabit. Nam proculdubio non adeo delirat vetus serpens, ut cultum divino similem expeteret, tantum ut inutili vastui litaret, & quasi plumis mutuatis superbiret. Rationi & Historiæ temporum magis consentaneum est, ritus haud paucos a Mose sancitos legem Judaicam antiquitate superasse, & e communium patrum institutis in Judæorum & Gentilium religionem dimanasse. Quod autem Diabolos, oracula, sacrificia, vel alia aliqua usu veteri confirmata, in cultum suum transtolerit; non inde profectum est, quod Diabolus Patriarcharum aut Hebræorum vestigiis insisteret, aut exempla sequeretur; sed quod hominum vulgus, citius ritibus consuetis quam novis, ad cultum sibimet exhibendum duceretur. Ut rem totam pressius & luculentius expediam: Diabolus ad idololatriam, eandem pene rationem quam *Mohammedes* ad *Islamismum* inducendum & propagandum iniisse videatur. Notat enim [h] Abrahamus Ecchellensis, *Mahometum Arabum seductorem omnes fere antiquas illorum consuetudines, ritus, ceremonias, superstitiones, incanta-*

a *Not. in Num.* c. 7. v. 89. b Lib. *de sacrific. Gent.* p. 10. c Lib. cuitit. *Dæmonis mimica.*
d *Dissert. de* [illegible] *Gentil.* e *Digress.* l. 5. *Digr.* 33. f Ap. *Euseb. Præp. Evang.* l. 4. c. 9.
g *Gentium — [illegible] Pater Diabolus.* [illegible] *Sac. P.* 1. col. 690. 20. h *Hist. Arab.* cap. 6.

tiones, —

tiones, -- mores, ac alia id genus intacta conſervaſſe ac retinuiſſe. Quandoquidem huic idem ſcopus eſſet, ac qui gentibus in Samariam reportatis; nempe ſacra profanis immiſcere; ut qui nationes omnes & populos cujuſque legis ac inſtitutionis ad ſe trahere atque allicere ſtudebat, nec in ſua lege ferenda collimabat alio. Quamobrem ea comprobabat aut improbabat, ea mutabat, ea demebat, ea fingebat, qua perſonarum propenſio, qua ſtudium, qua conditio, qua res, qua tempus, qua locus, qua occaſio, poſtulabant. Ita ſe parabat *Mohammedes* qui ſcenæ inſervire, & in omnes partes & formas ſe transformare, bene norat. Cum etiam Diabolus homines a Dei veri ſacris ad partes cultumque ſuum allicere ſtuduit, mores & inſtituta quædam antiqua iis integra conſervavit, iiſque tanquam illecebris & invitamentis uſus eſt, quibus facile vulgus ad cultum ejus amplectendum ſenſim & inopinato perduceretur. Ritibus interim & inſtitutis antiquis ita dempſit, addidit, eaque in formam pene novam finxit, male ſagax dæmon; ut cultus ejus a divino, vel ipſa rituum forma & præſtandi modo, facile diſcerneretur. Si itaque rem totam, ratione rite ſubducta judicemus; rituum Judaicorum cum ethnicis convenientia, Dæmoni non tam ſimium quam ſerpentem agenti tribuenda eſt. SECT. I.

QUARTO: nonnulli forſan & hanc machinam ad ſententiam meam convellendam admovebant: longe probabilius eſt, Gentiles a Judæis cultus ſacri formulas & ritus hauſiſſe, quam Judæos ſacri quidquam e Gentilium moribus accepiſſe. Nam Judæi religionis & ſapientiæ gloria maxime claruerunt, & gentes profanas rituum ſuorum rivos e lege cultuque Judaico, tanquam ex fonte, deduxiſſe, longe plurimorum ſuffragio confirmatum eſt.

FATEOR equidem multo plurimos, e cœca rituum Moſaicorum reverentia, & fide illa ſupina qua ſententias vulgo receptas imbibunt, huic opinioni mentes eorum penitus addixiſſe. Imo vero non paucis tam firmiter perſuaſum eſt, ſuperſtitioſam Gentilitatem rerum & rituum ſacrorum æmulam fuiſſe; ut quemlibet ritum ethnicum, cujus imaginem aliquam in Codice Moſaico deprehendunt, ethnicos e Judæorum fontibus in lacunas ſuas derivaſſe, conſtanter aſſerant. Et quamvis e ſacra pagina manifeſtum ſit, Ægyptiis ſuos fuiſſe ſacerdotes, & Canaanitis altaria, ſacrificia, templa, cum nondum de lege vel nomine Judaico quicquam accepiſſent; in eos tamen, tanquam ſacrorum inſtitutorum prædones, invehentur, eoſque a Judæis hæc omnia, (quaſi [illegible]ζηλίᾳ quadam prophetica) ſurripuiſſe, non dubitanter affirmabunt.

QUAMVIS autem hæc ſententia tot patronos invenerit, e meipſo non poſſum impetrare, ut juxta cum iis ſentiam ipſe. Nam ne quidem evanidam veri ſpeciem præ ſe fert, antiquiſſimos quorum Scriptura meminit idololatras, patriis diuque receptis ritibus valere juſſis, ad Hebræorum ceremonias, nudiuſtertius enatas, ſe recipere voluiſſe. Scriptori [a] veteri recte obſervatum eſt, minime *facile* & ordinarium eſſe ſuperſtitioſorum gregi, ἀπομαθεῖν ἢ μετακινῆσαί τι περὶ τὰς ὀργιαζομένας τῶν Θεῶν *dediſcere vel aliquid immutare in ritibus patriis, quibus Deorum ſacra celebrantur.* Hujus dicti veritatem firmant ætatum omnium memoriæ, in quibus hominum plebem, dogmata, numina, mores (abſurditatis licet maximæ manifeſtos) a Patribus acceptos, pertinaci zelo tenentem reperiamus. Hanc vitioſam conſtantiam, virtutis nomen & pretium apud antiquos Ægyptios inveniſſe, e verbis [b] *Jamblichi* conjiciamus; *ſi quid aliud in ſacris legibus & ritibus* Deo placet, *firmitas ipſa maxime placet, & præcipue congruit. Oportet igitur ritus adorationis antiquos, tanquam ſacros conſervare ſemper & intactos: neque demere quicquam, nec aliunde quid addere.* Soli Græci, pro innata gentis levitate, ad res novas in religione excogitandas animos appulerunt. Hinc enim odia & ludibria vicinis gentibus debuere, quod illi recepta Deorum nomina, veteres adorandi ritus, & alia cum religione conjuncta, primi mutatum iverint. Ideo autem a ſacris patrum moribus abire, Gentilibus religio erat; vel quod, certa cultus norma deſtituti, traditioni firmiter, adhærere tutius exiſtimarent, vel quod *ſuperſtitioſi*, notante [c] *Syneſio*, ἀμαθεῖς ὄντες, ἰσχυρογνώμονές εἰσι, καὶ χαλεποὶ πρὸς ἀνάγκην τῶν αἰτίων προλήψεων Ingenium ſuperſtitionis pervicax eſt, nec ratione ducitur ſed conſuetudine. Veritatis hujus argumentum præbent gentis ſuperſtitioſæ verba, quæ [d] Propheta memoriæ tradidit.

a Ap. *Voſſ.* de *Idol.* lib. I. c. 33.
b De *myſter.* Sect. 7. c. 5.
c In *calvit. encom.* p. 72. D
d *Jerem.* 44. 15, 16, 17.

SECT. II.

Totidem etiam inartificialia.

EO me jam ducit rerum feries, ut Argumentis inartificialibus, vel ab auctoritate petitis, refponfum reddam.

Horum primum, e variis Scripturæ locis ductum, fic habet: tam longe aberat, ut Deus mores aliquos originis ethnicæ in illius cultum fumeret, ut populum durum emolliret & demereret; quod præceptum nullum in Lege frequentius ingeratur, quam ne Ifraelitæ Gentilium viis infifterent, aut ulla commercia cum eorum perfonis aut moribus exercerent. *Lev.* 18. 2, 3. *Alloquere filios Ifrael, edicens, Ego* fum *Jehova Deus vefter. Secundum opera terra Ægypti in qua habitaftis, ne facitote: fimiliter, fecundum opera terra Canaan, in quam duco vos, ne facitote: & in ftatutis eorum ne ambulatote.* Deuter. 12. 30, 31. *Cave tibi ne fequendo eas,* gentes Canaaniticas, *illaqueeris, poftquam perdita fuerint a facie tua, & ne exquiras de Diis earum, dicendo, quomodo coluerunt gentes ifta Deos fuos? at fic faciam ego quoque. Non facito fic Jehova Deo tuo.* Atque locus hic unus ad fententiam meam vanitatis arguendam fatis effe creditur: nam ex eo textu *manifeftum eft,* inquit Eftius, *ceremonias Judaicas non effe petitas ex gentilitate, fed ab ipfo Deo inftitutas.*

Respondeo: hujusmodi loca, Ifraelitis cum ethnicorum perfonis moribusque confuetudinem omnem interdicentia, frequenter occurrere, non facile diffitendum eft. At *morum ethnicorum* nomine, cultus tantum idololatrici, vagi & incefti concubitus, ominum & temporum obfervationes; ut femel dicam, mores omnes in Dei veri fidem vel naturæ legem peccantes, intelligendi veniunt. Nam ubicunque Deus *ethnicorum vias* aut *ftatuta* probibet, hujufmodi mores continuo memorat, qui veri numinis fidei, rectæ rationi, vel bonis moribus, aperte contradicunt. In hujus rei fidem, pauca Scripturæ loca, Gentes æmulari prohibentia, diligentius intueamur. Ordiamur a *Levit.* 20. nam ibi, cum Deus impuras gentium mifturas enumeraffet, addit ver. 23. *Ne ambuletis in ftatutis gentis quam Ego ejecturus fum a facie veftra: quia omnia ifta fecerunt,* &c. Ad fcopum eundem refpicit *Deut.* 12. 2, 3, 4. *Perdite omnia loca ubi gentes illa coluerunt — Deos fuos: in* fingulis *montibus excelfis, & in* fingulis *collibus: diruetis altaria ipforum, —— Ne facitote fic Deo veftro.* Et cap. 18. 9. *Cum ingreffus fueris in terram quam Jehova Deus tuus dat tibi, ne facito fecundum abominationem gentium iftarum.* Sic etiam *Jeremiah* Mofem interpretatur, Cap. 10. 2, 3. *Sic ait Jehova,* incedere *in viam gentium iftarum ne difcitote, & a fignis cælorum ne confternemini, —— quia ftatuta populorum funt vanitas.* Locis hifce cognatione propinqua jungitur textus ille, qui *Eftium* a fententia noftra tam averfum reddidit; nempe *Deut.* 12. 30, 31, 32. quem fic integrum repræfento: *ne exquiras de Diis earum, dicendo, quomodo coluerunt gentes ifta Deos fuos, ut fic faciam ego quoque. Ne facito fic Jehova Deo tuo: nam quicquid abominationi eft Jehova, quicquid odit ille, fecerant Diis fuis: nam filios fuos & filias fuas combufferunt igne,* &c. Hinc itaque Judæis id vitio [a] vertitur, quod *non feparati fuerint a populis terra, juxta abominationes eorum.* Ex his itaque confpicuum exiftit, Deum gentium mores, non qua gentium (tunc enim altarium & victimarum ufum vetuiffet) fed qua pravos & impuros inhibuiffe. Judæos etiam antiquiores ita cenfuiffe, inde fides manifefta eft, quod mores gentium non paucos, nulla lege vetitos, in rituum fuorum numerum accipere non dubitarint. Hac de re alibi forte fe dabit magis opportunus agendi locus.

Secundo: contra fententiam meam non-nemo forfan auctoritate Scriptoris Maccabaici pugnaturus eft. Nam [b] ille, de Judæis loquens, *expandebant,* inquit, *libros Legis, de quibus gentes fcrutabantur fimilitudinem fimulachrorum fuorum.* His autem aperte docet, ethnicos eorum Deos ex antiquis Hebræorum libris, una cum formis eorum, mutuatos fuiffe. Et auctoris illius verba fidem & lucem capiant e multis exemplis vel puero notis. Eorum enim numen fupremum, nomen Jovis a depravato Jehovæ nomine petiiffe creditur: Phœnicum Taautus, qui & Thoth Ægyptiis, ex Hebræorum תהו *Tohu,* ficut Βαῦ e בהו nafci putatur. Ἀστάρτη in hiftoria facra עשתרות dicta eft forfan ab ovium copia quas ei immolabant. Sic & ethnici, *Bel* e בעל *Bel Samen* e בעל שמים id eft, *Dominus cæli,* & Ἐλιοῦν e עליון *altiffimus,* feciffe videntur.

a *Ezr.* 9. 1. b 1 *Mac.* cap. 3. v. 48.

Eliæ

Eliæ quadrigas quibus in cœlum raptus erat, in Solis quadrigas transtulerunt: & ignis ille qui coram Domino jugiter ardebat, Vestæ simulacro principium dedisse creditur. Cum itaque Gentiles deos suos, eorum etiam formas & titulos, e Scripturis hauserint; omni dubio procul est, eos etiam sacrorum ritus inde derivasse. SECT. II.

UT huic objectioni satisfiat, necesse habeo, ab Auctore illo corrupto, ad eundem correctum & emendatum appellare. Quamvis enim in Editionibus, *Romana*, *Drusiana*, nonnullis insuper aliis, locus hunc sensum ferat; in Editione tamen Hispanica, & aliis codicibus Græcis, [a] *Seldenus* & [b] *Grotius* sic verba se habere perhibent: περὶ ὧν ἐξηρεύνων τὰ ἔθνη, τοῦ ἐπιγράφειν ἐπ' αὐτῶν τὰ ὁμοιώματα τῶν εἰδώλων αὐτῶν· *Quos* libros Legis *rimabantur Gentes, ut in eis inscriberent simulacra* vel picturas *idolorum suorum:* hoc est, Gentes libros sacros sollicite quæsitos expandebant, eosque Deorum suorum picturis passim inscriptis exornabant; ut hoc modo, libri illi Judæis, quibus [c] picturæ, præsertim idolorum, vetitæ & odiosæ, prorsus inutiles & pollutæ redderentur. Lectionem hanc Interpretes nostri Anglicani præferendam censuere, sic locum transferentes; *And [they] laid open the book of the Lavv, for the vvhich the Heathen had made diligent search, that they might paint therein the likeness of their Idols.* Hunc sensum probat etiam [d] *Valentinus*, sic locum explicans, *nitebantur religionis hostes templum Deo dicatum Bacchi & Jovis Olympii statuis* polluere: & *eodem plane conatu studebant libros sacros, Deorum suorum imaginibus inscriptis* contaminare. Atque hic sensus, non minus Ratione, quam Codicibus & interpretibus hisce confirmatur. Nam certum est nullam idoli alicujus fabricandi normam in libris sacris traditam esse; Gentes itaque frustra essent, si normam illam inveniendi studio, volumina sacra scrutarentur. Neque ratio patitur opinari, Gentes idola sua, non sine norma vel typo e sacris literis deprompto, formari voluisse. Multa quidem gentium numina in Scriptura memorari, minime diffitendum est: at liquidum est, ea non e Scriptura in sermonem vel usum communem, sed e sermone vel usu communi in Scripturam transiisse.

TERTIO: nonnulli forte contra sententiam meam pugnabunt auctoritate & ratione *Calvini*, mihi prorsus adversantis. Cum enim quæstionem illam movisset, [e] *quid ad Dei cultum sumptuosus ille tam Arcæ, quam Tabernaculi & vasorum omnium splendor contulerit?* sic animi sui sensum explicat: *falluntur, meo judicio, qui putant magnificis spectaculis retentos fuisse populi oculos, ne religio apud ipsos vilesceret omni ornatu vacua, cum apud Gentiles ad miraculum usque splenderet falsorum Deorum cultus: atque ita prava æmulatio pungeret eorum animos, si decus Tabernaculi non æquaret saltem aliorum pompas, acsi Deus quem colebant idolis esset inferior. Simili quoque ratione fingunt oneratos multis observationibus, ne si parce illos ac leviter exercuisset Deus, hinc inde pro ingenita curiositate, accerserent profanas nugas. Dicunt quidem aliquid, sed non totum. Fateor equidem hoc veteri populo fuisse datum, ut quum tabernaculum conspiceret tot ornamentis illustre, majore reverentia tangeretur. Fateor etiam* Judæos *in multis ceremoniis divinitus mandatis occupatos fuisse, ne alienas appeterent. Verum si hæc tantum proposita fuisset ratio, totus cultus legalis manibus tantum & histrionicis pompis ad ostentationem valuisset. Atqui absurdissimum est, Deum ita cum populo suo lusisse. Et videmus quam honorifice David & Prophetæ loquantur de illis exercitiis. Nefas igitur est, sentire ritus legales fuisse quasi ludicra ad gentium imitationem composita. Ergo ut illis salvus maneat suus honor & dignitas, tenendum est omnia fuisse ad spirituale exemplar directa, quod in monte ostensum fuerat Mosi*, &c.

HIS verbis mihi parum constat, *Calvinus* sibimetipsi an veritati magis adversetur. Eos enim falli dicit, qui Tabernaculi pompam & splendorem a Deo institutum sentiunt, ne rudis ille populus, illustria gentium sacra contemplans, suorum humili simplicitate offenderetur. Nec minus eos in errore versari dicit, qui Deum negotiosum illum ceremoniarum apparatum Judæis tradidisse asserunt, ne gentium ceremoniis animos eorum vacuos & otiosos exercerent. Fatetur interim Tabernaculum tot ornamentis conspicuum Hebræorum genti datum, ut iis reverentiam incuteret, & cultum illum divinitus institutum, ne Gentilium ritibus vacare possent. Vix novo tamen hausto spiritu, hanc cultus legalis rationem ritus omnes in lusum & pompam histrionicam convertere dicit; & *absurdissimum*, imo & *nefas*, statuit, *sentire ritus legales ad Gentilium imitationem compositos:* nec eorum honorem & dignitatem stare posse, nisi omnia *ad spirituale exemplar in monte ostensum directa fuisse*, & cœlestia quædam repræsentasse censeantur.

SED, ut mittam hanc ἀσυστασίαν in *Calvini* verbis, ad sententiam meam, ejusque pa-

a De *Diis Syr. Proleg.* c. 3. b *Comment.* in *Mac.* l. 1. c. 3. 48. c *Lev.* 26. 1. *Num.* 33. 52.
d *Comment.* in l. 1. *Machab.* c. 3. 48. e *Comment.* in *Exod.* 25. 8. p. 209.


SECT. II. tronos, ab illius calumnia vindicandos, dixiſſe ſatis eſt, neminem unquam aſſeruiſſe *ritus legales ad imitationem gentium compoſitos* fuiſſe, vel ad oſtentationem ſolam, veluti pompas hiſtrionicas, inſtitutos. Lubens fateor Deum ritus aliquos originis ethnicæ in ſacrorum ſuorum ordinem admiſiſſe, non autem ut ad imitationem gentium ſeipſum componeret; ſed ut inſtituta ſua, qua licuit, ad populi puerilis guſtum attemperaret, eoſque ritibus hiſce conſuetis, ad ipſius præſcriptum præſtitis, tanquam levioribus obedientiæ rudimentis exerceret. Deus enim cultus ethnici pompam ſic in ſacris ejus repræſentavit, ut longe ſuperaret; & eorum ritus ita toleravit, ut eos multum emendaret, & in formam ſacratiorem fingeret. Neque jam dictorum veritati detractum eſt, quod David de legalibus illis exercitiis *honorifice* quandoque loqui videatur. Cum enim Templum nondum extructum eſſet, nec populus ex idololatriæ morbo plene convaluerat; conſentaneum erat, ut David inſtituta legis (idololatriæ remedia) magnifaceret, ut eorum honorem ſalvum atque integrum conſervaret. At ſeculis ſequentibus cum, religio radices altiores egerat, Prophetas ſæpe contemptim de legis exercitiis, vix unquam *honorifice* loquentes inveniamus. Quid veri vel ſolidi habeat opinio *Calvini*, Deum nempe ritus legales *ad exemplar* aliquod *ſpirituale* repræſentandum *direxiſſe*, non eſt præſentis operæ vel inſtituti curioſius examinare. Hanc etiam alibi, pro virili parte, provinciam adornavi. Hic itaque rem totam expediam paucis: veriſimile habeatur, ritus nonnullos exemplari alicui cœleſti reſpondiſſe, & ad ſecretiora quædam ſenſa ſignificanda divinitus inſtitutos. De pleriſque vero, ipſe non auſim aſſerere, finem & uſum eorum fuiſſe alium, quam quem [a] *S. Chryſoſtomus* [de Tabernaculo & Arca, cæteriſque legis inſtitutis, agens] paucis indigitavit; πάντα ταῦτα σεμνὰ ἦν καὶ λαμπρὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀγνωμοσύνης ὑπομνήματα· *Hæc omnia erant magnifica & illuſtria ruditatis & infeſtiæ Judaicæ monimenta, ſimul & remedia.*

QUARTO: hoc etiam objici poſſit, *Joſephum* nempe nobis ex adverſo ſtare, qui religionis in orbem propagatæ gloriam ſoli Judææ vindicat, & legis Moſaicæ ſapientiam & antiquitatem probare [b] nititur, e conſenſu gentium inſtituta Judaica paſſim imitari contendentium. Ipſum auctorem audiamus: πλήθεσιν ἤδη πολὺς ζῆλος γέγονεν ἐκ μακροῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, &c. Quæ ſic reddi ſolent, *hominum plebem zelus non exiguus inceſſit, a longo tempore, cultus noſtri. Neque enim civitas eſt Græcorum uſquam aut Barbarorum, nec ulla gens, ad quam ſeptimana in qua vacamus conſuetudo minime pervenerit, & jejunia, lucernarum etiam accenſiones: & multa circa cibos quos nobis comedere nefas eſt*, ab exteris *obſervantur*. Et ſtatim gentes ipſas, veluti rei totius judices & teſtes, appellat, dicens, αὐτὸς δέ τις ἕκαστος τὴν πατρίδα καὶ τὴν οἰκίαν ἐπισκοπῶν τὴν αὐτοῦ, τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις οὐκ ἀπιστήσει· *Unuſquiſque, ſi regionem domumque ſuam conſpiciat, his quæ a me dicuntur fidem dare non recuſabit.* Non patitur itaque Hiſtoriæ fides, ut ulli ſacrorum ritus a Gentibus ad Hebræos deveniſſe cenſeantur.

RESPONDEO: non temere creditur, gentes olim nonnulla Judæorum inſtituta ritibus propriis immiſcuiſſe. Cum enim Judæi gens eſſent religionis & ſapientiæ laude florentiſſima; fieri vix potuit, quin nominis ſui ſplendor, longe lateque propagatos, exteros aliquos ad Hieroſolymam alliceret, iiſque res Judaicas imitandi deſiderium ingeneraret. Deinde, poſtquam Judæi, adverſis belli caſibus fracti, ſolum vertere coacti ſunt, & inter Ægyptios, Syros, Græcos, & Romanos, diſperſi vivere; minime mirum eſt, ſi gentes illæ moribus Judæorum paulum imbuerentur, quibus uſu & commercio quotidiano jungebantur. Quid autem gentes exteræ ſub ultima Judaiſmi tempora fecerint, noſtra non multum refert curioſius indagare. Sat conſtat gentes antiquiores feſta Sabbatica, & ſacra Judæorum alia, contemptui habuiſſe; nec quicquam Judæorum nomini majorem invidiam conflare ſolitum, quam quod legibus privatis & a gentium aliarum uſu plurimum alienis uterentur. *Joſephum* quod attinet, eum gloriæ magis quam veritati litaſſe cenſeo, cum gentes omnes Judæorum æmulas fuiſſe, & inſtituta quæ memorat, a Judæis accepiſſe dicit. Cum enim indubitatum ſit, Ægyptios, nonnulla ciborum diſcrimina, jejunia, & λυχνοκαΐας, in ſacris moribus antiquitus habuiſſe; Gentes ritus eos, una cum aliis haud paucis, ab Ægyptiis potius quam Judæis hauſiſſe cenſeantur. Nec minus *Joſephum* fugit veritas, cum dixit *cultus* Judaici *zelum, a longo tempore*, gentes inceſſiſſe. Satis enim e [c] *Seneca* & [d] *Rutilii* teſtimoniis, probe notis elucet, Romanos tum primum Sabbata, jejunia, & alia quædam Judaica, in mores admiſiſſe; cum Judæi Romanorum jugum ſubiiſſent, & provincias Romanorum imperio ſubjectas, numeroſis eorum familiis impleviſſent.

a *Homil.* 15. in *Ep.* ad *Hebr.* b Lib. 2. contr. *Ap.* p. 1389. 10. c Ap. S. *Auguſt.* l. 6. de *civ. Dei* cap. 11. d *Itinerar.* l. 1.

DISSER-



DISSERTATIO SECUNDA.

DE
RATIONE & ORIGINE SACRIFICIORUM.

PRÆFATIO.

CUM dura servitus, & pessimi quibus olim assueverant Ægypti mores, Dei cultusque sui notitias pene omnes ex Hebræorum animis obliterassent; & illi e longa cum Ægyptiis consuetudine, in eorum mores & ingenia pene toti degenerassent; Deus non immediate & quasi per lineas rectas ad religionem & statum primævum, a quibus misere desciverant, eos revocare studuit. Erant enim Israelitæ tam perversi moris homines, ut non minus ad religionem quam patriam Majorum, per circuitum tantum essent reducendi. Populus Israeliticus (ut rem totam a principio deducam) sacrificiis, expiationibus, purificationibus, & hujusmodi religionibus assuetus ad Dei veri cultum adduci non potuit, nisi Deus ritus illos, & alios quibus usus eorum animos devinxerat, emendatos & in usum sanctiorem evectos in cultu suo tolerasset. Deus itaque, novam cultus vitæque rationem populo illi traditurus, ritus omnes antiquitus usitatos, vitio aliquo notatos, sub capitis pœna vetuit; plurimos autem sua natura indifferentes, nec sine gravi rudioris populi scandalo statim amovendos correxit, eosque populo illi servandos tradidit. Deus autem usitatas cultus externi formulas (postquam manum ejus correctricem subiissent) in cultum proprium assumpsit, ut fastidiosum illum & aversum Hebræorum populum sibi & institutis suis conciliaret, eosque sub cultus illius emendati pædagogia detineret, quoad in Dei veri fide cultuque profecissent, & annos animosque cultus magis evangelici capaces attigissent.

Deum hanc rationem iniisse, ut populum ab Ægypti vitiis & erroribus expediret, & pietatem inter eos collapsam restitueret; Dissertatione superiore, tot Patrum testimoniis & aliis argumentis evictum est, ut omnem dubitationis ansam amputasse videar. Inter Patrum autem testimonia, nullum luculentius existimo, vel altiora in Lectoris animo vestigia reliquisse, illo S. [a] *Chrysostomi*; cujus verba, si Latine quam Græce repetita quis malit, sunt hujusmodi: *ne opineris* Deo *indignum esse, quod* Magi *per stellam vocantur. Ita enim Judæorum omnia, sacrificia, purgationes, neomenias, arcam, templumque ipsum reprobabis: siquidem hæc* omnia *a gentium profanarum ruditate originem habuerunt. Deus enim ad errantium salutem, per hæc quidem se coli passus est, per quæ Gentes extraneæ Dæmonas coluerunt; ea tamen aliquantum* in melius *inflectens, ut eos paulatim a consuetudine revocatos, ad altiorem perduceret sapientiam.*

Hæc Patris eloquentissimi verba, ima legis Mosaicæ fundamenta, & rituum Legalium causas non cuivis expositas, clare detegunt. Et profecto si mentem suam explicatius paulo tradidisset; unica illa S. *Chrysostomi* periodus, Pentateucho plus lucis attulisset, quam prolixi, Rabbinorum, Allegorizantium, & Criticorum vulgarium commentarii; qui Lectorem, legum Mosaicarum rationes indagantem, incertiorem ple-

[a] *Homil.* 6. *in S. Mat.*

CAP. I. SECT. I.

runque relinquunt quam reperiunt. His autem verbis prolixius immorari, & eorum veritatem operofius aftruere, oleo & opera mea non indignum cenfui; quod amplio-rem fententiæ meæ firmandæ, Legis etiam explicandæ, occafionem præbeant. Ut autem incœptum meum exitum eo feliciorem fortiatur, mecum ftatui, de Sacrificiis, Purgationibus, Neomeniis, Arca, & Templo, de quibus loquor, fingulatim differere, & manifeftum facere, ea omnia *a Gentium ruditate* & ufu *originem habuiffe.*

Cum S. *Chryfoftomum* mihi jam ducem proponam, monet verborum fuorum ordo, ut a Sacrificiis lege præcepris initium faciam. Cum autem S. *Chryfoftomus* Sacrificiorum originem a gentium ruditare petendam dixerit, haud ira capiendus eft, quafi Sacrificandi religio fanctionem & auctoritarem ejus omnem gentium folummodo moribus acceptam tulerit. Sic enim fe habuit *Chryfoftomi* fenfus, quantum conjectura e verbis ejus alibi prolatis ducta colligendum eft: "mos ille Numen facrificiis honorandi, ubique gentium inoleverat; & Hebræi, gentium aliarum ritu, religionem quæ in facris faciendis fita erat, diu exercuerant: & ex ufu longo, ritui huic animos ita penitus addixerant, ut nulli dubium videri poffit, quin Diis extraneis immolare voluiffent, fi minus Deo vero licuiffet. Cum itaque morem illum inolitum & inveteratum tollere, haud ita tutum & expeditum effet; Deus facrificandi ritus in Legem cultumque proprium tranftulit, quibus alii, forfan & Ifraelitæ, Dæmones antea coluiffent.

Ut autem ad pleniorem hujus fententiæ probationem aditum aperiamus, præmittendum eft, Sacrificia tribus modis fpectari poffe: (1°.) Formaliter, quatenus munera fuerunt oblata Deo, & in Illius honorem folenniter confumpta. (2°.) Materialiter, quatenus ex animalibus iifque rebus conftabant, quæ in Lege Mofaica memorantur. (3°.) Finaliter, vel cum refpectu ad fines & ufus illos varios, in quorum gratiam facrificia plurimum offerebantur. Ut itaque fidem firmiorem inveniat S. *Chryfoftomi* fenrentia, probaturus fum, gentium morem & ruditatem, facrificiis Mofaicis, quovis modo fpectatis, caufam & occafionem præbuiffe.

Hoc fermone de facrificiis Mofaicis abfoluto; confentaneum erit in facrificiorum etiam Patriarchalium natales inquirere, & eorum originem, qua licet, inveftigare.

CAP. I.

Sacrificia, formaliter fpectata, e Gentium ruditate dimanaffe.

Cum in Argumento perobfcuro, variifque difficultatibus & opinionibus impedito, jam verfari contigerit; ante alia curandum eft, ne methodi faltem lumine deftituatur. Ut itaque ordine rerum naturæ conveniente fingula difponantur, probandum eft primo, Sacrificia Mofaica, formaliter fpectata, non tam Dei voluntati, quam gentium ruditati, fanctionem & originem eorum debuiffe. Hoc autem e variis Scripturæ locis, Patrum, Judæorum, & Recentiorum teftimoniis, Argumentis infuper artificialibus evinci poteft.

SECT. I.

Probatur e variis Scripturæ locis.

Inter varia Scripturæ loca, mecum facientia, prælucet locus ille celeberrimus, *Pfal.* 51. 16. quem [a] Apoftolus, LXX fequutus, in hæc verba reddidit; θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, —ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας· Huic obfcuriori loco facem præfert *Theophylactus*, fic textum explicans; Ζητήσαι δὲ, τί οὖν; οὐ κατὰ νόμον θυσίαι οὐκ ἦσαν θέλημα τοῦ Θεοῦ, &c. *Ambigere autem hic poffis, quid igitur? illa fecundum legem facrificia, nonne fuerunt voluntas Dei? Voluntas quidem* fuerunt: *cæterum duplex eft voluntatis fignificatio: vult enim quis aliquid primario, ut Paulus*, volo omnes homines effe ut meipfum, *hoc eft, cælibes: vult etiam quifpiam permiffu, ut cum Paulus* inquit, volo juniores viduas nubere: *hæc* eft *voluntas permifforia & indulgens: ne enim*

a *Hebr.* 10. 5, 6, 8.

libidi-

libidineutur adversus Christum, propterea obsecundat iis. Hunc ad modum, Deus prima & pracipua intentione non voluit nidores & sanguinem: quia vero videbat *Hebraos Dæmonibus sacrum offerre*, & *eorum sacrificiis supra modum occupari, obsecundando permisit eis ut in suum honorem sacrificium offerant.* Paraphrasin hanc genuinum hujusce loci sensum referre, mihi facile persuadeo; quod ipsa hac luce clatius sit, sacrificandi ritus nullum cum natura divina vel humana consensum colere; nec ratio facile expediet, cur Deus cultum tam carnalem (pene dixi, fœdum) institueret, nisi ut Hebræorum imbecillitati quasi morem gereret, & sua omnia, qua fas esset, ad eorum incultum & morosum ingenium accommodaret. Sect. I.

Secunoo: ad hanc sententiam confirmandam momenti non parum habeat locus ille, *Jes.* cap. 1. 11, 12. ubi Deus inducitur Judæos in hunc modum alloquens, *quo mihi tot victima? Satietas me tenet holocaustorum ex arietibus, & adipis quamvis pinguissimi. Non delector ipse sanguine, sive juvencorum sit, sive agnorum, sive hædorum ut cum eo coram me appareatis:* & *quis de manibus vestris requisivit, ut in hunc modum atria mea calcaretis?* Hæc autem verba clare docent, Deum nullo omnino victimarum desiderio tactum, nec unquam (si rem rite æstimemus) hujusmodi religionem populo Judaico in mandatis tradidisse. Sat scio longe plurimos haud adeo rigide & ad literam hunc textum interpretati. Nempe, inquiunt, opinio falsa quidem, sed inveterata, Judæorum animos incesserat, altaria thure Sabæo & sacrificiis opimis calida voluptate non levi Deum afficere, seque Deum sibi devinxisse, & officii sui partes omnes implevisse, quod aras ejus pinguium victimarum sanguine frequenter imbuissent. Sentiunt itaque Deum non ea mente hæc verba locutum fuisse, ut se nullam ex oblatis hostiis voluptatem percepisse, vel sacrificandi munus unquam exegisse denegaret; sed ut hebetis populi, sacrificia Deo per se grata existimantis, errorem argueret, & somnolentos eorum animos, verbis hisce pungentibus, ad officii Deo multo magis grati sensum expergefaceret. Ideoque textus hujusce sensum, his quasi verbis traditum, exponendum putant: "vos magnam vestræ pietatis opinionem alitis, & me vobis obæratum existimatis, quod mihi pingues hostias tam frequenter offeratis. Vos somniis & verbis luditis: Ipse enim sanguinis taurini siti non laboro: pinguia vestra sacrificia Mihi nauseam movent, & holocausta odorem gravem naribusque meis non ferendum spirant. Nempe dona quidem sæpius afferris, sed manibus sanguine pollutis, & ut peccandi licentiam munusculis illis redimatis. Victimas, fateor, haud raro immolaris, sed ut earum fumis nubem noctemque fraudibus vestris objiciatis.

Huic interpretationi, tam speciosam frontem præ se ferenti, quamplurimi calculos suos apposuerunt: & eorum numerum augerem ipse, nisi quod aperta textus verba multo simpliciorem interpretandi rationem postulare videantur. Non enim dicit Deus, se non probasse Judæorum sacrificia, sed ne *exegisse* quidem; eosque sacra sua, non tantum sine corde, sed & absque lege, (vere & proprie sic dicta) peregisse.

Hic me lectores aliquos adversos habiturum præsentio: si enim sacrificia non requisivit Deus, quorsum tam multa de sacrificiis, tamque solicite præscripsit Moses? Quorsum in tot legum ritualium limine ponit Moses, *hoc dicit Dominus?* Cur David morti proximus, filio suo [a] præcepit ut *custodiret ceremonias & testimonia Dei, sicut scriptum est in lege Mosis?* Cur denique tota Judæorum natio sacrorum leges tanta cum religione coluit & observavit? Obj.

Difficultatibus hisce triplici hoc responso nosmet expediamus: (1°.) Nonnulla legis loca, ubi de sacris offerendis agitur, permissiva magis quam præceptiva censeantur. Inter ea, notatu non indignus est locus ille *Levit.* 1. 2. ubi statim post extructum Tabernaculum inquit Deus, *alloquere filios Israelis, & edicito eis, si quis e vobis offeret oblationem Domino, ex bobus*, aut *ex ovibus*, aut capris, *offerat.* Quem locum [b] *R. Kimchi* sic illustravit: ואפ כשידבר על הקרבנות לא צוה לה▭ שיקריבו קרבן אלא אר▭ כי יקריב וגו׳ i. e. *Cum primum agit* Deus *de sacrificiis, non jubet eos ut offerant sacrificia, sed ita; homo, si quando offerat sacrificium*, i. e. *si id sua sponte offerre voluerit, tum hoc & illud faciet.* Et ad hæc prima *Levitici* verba, Deum respectum habuisse sentit, cum dicit, *non sum locutus patribus vestris, & non pracepi eis, in die quo eduxi eos de terra Ægypti, de holocaustis & victimis.* (2°.) Alia Legis loca, quamvis prima fronte præceptiva videantur, sunt mere directiva, & sacrificiorum objectum potius quam necessitatem indicant. Cum enim sæpe præceptum sit, ut hostias offerrent Domino Deo suo, emphasis & veluti accentus non primis sed ultimis debetur talium Scripturarum verbis: Sol.

[a] 1 *Reg.* 2. 2, 3. [b] *Comment.* in *Jerem.* c. 7. 21.

SECT. I. quasi dictum esset, "hostias immolate, cum ita vobis visum sit, sed soli Jehovæ; non, ut olim, hircis & dæmoniis. Adeo ut Angeli verba, *Manoæ* dicta, Scripturis hujusmodi commentarii loco inservire possint; [a] *si detineres me, non comederem de cibo tuo: sin autem vis offerre holocaustum, offeres illud Jehovæ.* (3°.) Quanquam loci plurimi de hostiis immolandis, legum formam & speciem præ se ferentes, in *Pentateucho* reperiantur: vix in legum proprie dictarum censum admitti debent, cum apertum sit leges illas e populi pertinacia potius, quam Dei voluntate & intentione primaria profluxisse. Deus enim præcepta nulla de sacrificio tradidit, nisi postquam populus Vitulum sacrificio coluisset, & animi ritibus ethnicis addicti documenta dedisset apertissima. Adeo ut Deus non sponte, sed veluti coactus, victimas instituisse, & sacrificandi leges Hebræorum genti simul & Necessitati dedisse putetur. Leges autem non tam datæ quam extortæ, sunt populi potius acta quam principis, & inter permissa magis quam præcepta numerandæ. Hic iterum me tueor auctoritate S. *Chrysostomi*, prophetæ verba [*quis requisivit hæc de manibus vestris?*] legibus sacrificia postulantibus ita [b] conciliantis; πολλοὶ περὶ θυσιῶν εἰσιν εἰρημένοι λόγοι· ἀλλ' οὐ προηγουμένως βουλόμενα ταῦτα νομοθετεῖ, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν συγκαταβαίνοντος· i. e. *Permulta quidem dicta sunt*, in Lege, *de sacrificiis: sed non hæc decernit* Deus, *tanquam ea velit primo & principaliter, sed ad infirmitatem eorum se demittens.* Notat insuper idem Pater, Deum hujusmodi decreta, pro genuina consilii sui sobole, non agnoscere; ὅσα μὴ κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον ἐπιτάττει, οὐδὲ αὐτοῦ φησὶν εἶναι συμβουλήν· *Quæcunque non præcipit* ex mero motu, *& ex primaria intentione, illa ait suum non esse consilium & voluntatem.*

TERTIUS jam superest Scripturæ locus, qui sententiæ meæ non parum præsidii præbeat. Occurrit autem *Amos.* 5. 25, 26. *An sacrificium & munus obtulistis Mihi in Deserto quadraginta annis o domus Israel? Et tulistis tabernaculum Molochi vestri & Chyun*, &c. Qui quidem obscurus Scripturæ locus multum negotii dedit Interpretibus, qui in omnia se verterunt, ut se nodis & difficultatibus ejus impeditos explicarent. Nonnulli textus hujus auctoritate freti, plane negant Israelitas ulla Deo holocausta obtulisse, dum in Desertis oberrarent; eosque non tantum Circumcisionis, sed & Sacrificiorum onere, toto itineris sui tempore liberatos asserunt. Eos autem hac in re veritatem fugisse censeo, quod Israelitæ ideo licentiam Ægypto exeundi peterent, [c] ut Domino Deo suo in Solitudine sacrum facerent; & plurima [d] Scripturæ loca de oblatis in Deserto sacrificiis nos certos faciant. Ideoque interpretes alii, ut hoc nodo se liberent, asserunt Israelitas sacrificia quidem, sed raro admodum & parce, in Solitudine degentes obtulisse: modicum autem pro nihilo, & raro factum quasi nunquam, in Scriptura reputatur. Alii ideo Deum sacrificia sibi in Deserto immolata negasse sentiunt, quod Israelitæ sæpe quidem idolis, semper autem animo in idola propenso sacrificarent: eum enim specie quidem Deo, sed mentis affectu idolis immolarent; par erat ut officia illa sacra nomina sua perderent, & a Deo, non tam victimæ, quam animalium mactationes haberentur. Sed interpretationes hasce plane duras & coactas arguunt expressa Dei verba, ullas sibi oblatas in deserto victimas aperte denegantis.

AD hunc itaque nodum solvendum, hoc maxima eum veri specie dicendum arbitror: Deus non eo animo hæc dixit, ut hostias aliquas in desertis oblatas infieias iret, sed ut eas proprie sibi (eas nempe sponte, vel sui ipsius causa postulanti) datas fuisse denegaret. Nam verborum emphasin in voce MIHI sitam, adeoque textum, hisce quasi verbis expressum interpretandum arbitror. "Putatis, vos rem eximiam "Mihique pergratam facere, quod victimis & donis vestris altaria mea subinde cumu- "latis. Vobis misere imponitis: an enim (ut sacrificiorum originem altiuscule re- "petam) Mihi per quadraginta annos in Deserto victimas obtulistis? Minime quidem: "sed vitulum coluistis, Molochi tabernaculum sustulistis, Chijun aut Remphan sacris "ritu Ægyptiaco peractis propitiastis. Ne itaque, moribus antiquis addictiores, in "Idololatriam (ni mores vestros tolerassem) impetu præcipiti rueretis; jussi ut Mihi etiam "Tabernaculum strueretis, sacra mea in humeros tolli & circumgestari volui, præcepi "insuper ut Mihi mactatis præ Tabernaculi foribus animalibus, sacra faceretis. Adeo "ut, si rite rationes instituatis, aperte constet, non tam Mihi quam vobis, in hujus- "modi ritus propensissimis, sacrificiorum institutionem & oblationem esse tribuendam.

a *Judic.* 13. 16. b *Exposit.* in *Psal.* 49. c *Exod.* 10. 25, 26. d *Exod.* 18. 12. & 17. 15. & 40. 29. *Lev.* 9. 2, 10. & 10. 12, 13. & *Num.* 9. 3.

"Nempe

"Nempe morbum in Ægypto contraxiſtis, qui ſanari non poterat, niſi multorum ritu- Sect. I.
"um, ad victimas maxime pertinentium ooere.

Huic interpretationi animum libeotius addixi, quod nihil coacti vel violenti habeat, & quod eam Patres antiqui calculis ſuis digoati ſuerint. Nam [a] *Epiphanint*, adductis his Prophetæ verbis, *nunquid quadraginta annis ſacrificium obtuliſtis Mihi in deſerto?* hæc habet: ideo vero hnc dicit, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ αὐτῷ προσέφερον (καὶ τοίγε αὐτῷ δεχομένῳ, καὶ ἐν ὀνόματι αὐτοῦ αὐτῶν προσφερόντων) ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀναδεῖσαν συνήθειαν, &c. *Ut oſtenderet Sibi hac oblata non fuiſſe (tametſi & acciperet Ipſe; & in nomine Ejus offerrent) ſed ob inveteratam eorum in iſtiuſmodi rebus conſuetudinem: donec eos a plurium Deorum uſu paulatim perduceree, & ab Illo deinceps intelligere poſſent, nihil Eum ejuſmodi rebns opus habuiſſe nec habere.* His, affinitatis cauſa, ſubjungam [b] *Tertulliani* teſtimonium: *diximus de ſacrificiorum rationali inſtitutione, avocante ſcilicet ab Idolis ad Deum officia ea; qua ſi rurſus ejecerat, dicens*, quo mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? *hoc ipſum voluit intelligi, quod non Sibi ea proprie exegiſſet.* [c] *Juſtinus Martyr*, Tryphonem alloquens, *Deus*, inquit, *propter peccata populi veſtri, & ſimulacrorum cultus*, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τὸ ἐνδεὴς εἶναι τῶν τοιούτων προσφορῶν, *minime vero quod iſtiuſmodi oblatis indigeret, hac itidem ſibi fieri præcepie.* Et ne ſententiæ ſuæ deeſſet fides, ipſa hæc *Amoſi* verba in medium profert.

Ne vero ſenſus hic argutior videatur, quam ut uſitatæ Scripturæ ſimplicitati convenire poſſit, obſervare juvat, hujuſmodi loquendi ſormulam (cum præſertim de ritibus Legis agitur) non ſemel in ſcriptis ſacris uſurpari. Exemplum præbet *Jeſaiah*, Cap. 43, 23, 24. *Non obtuliſti* Mihi *pecudes holocauſtorum euorum, & ſacrificiis tnis non honoraſti* Me: *ego non ſervire te feci in oblatione, nec fatigavi te thure. Non comparaſti* Mihi *pecunia calamum odoratum, & adipe ſacrificiornm tuorum non irrigaſti* Me. Hic locus erux ſuit Interpretum: cum Deus Judæos, hic ob ſacrificandi munus inſuper habitum reprehendere, [d] alibi tamen *multitndinem ſacrificiorum* ſuorum iis probri loco objicere videatur. Sed propheta ſecum conſtabit, & omnia clata prodibunt & expedita, ſi Prophetam quaſi verbis hiſce locutum intelligamus: "vobis perſuaſum eſt, vos "holocauſta plurima Mihi obtuliſſe, & Me, ſacris jugiter oblatis honore non vulgari "affeciſſe. Puratis Legem meam urgere, ut oblatiooe & thure, noo levi ſumptu & "labnre comparandis, Mihi ſerviatis. Hæc etiam opinio veſtris animis inſidet, aras "victimarum adipe & thuris odore perfuſas, refrigerium & voluptatem haud exiguam "MIHI præbuiſſe. Vos verbis & ſomniis ludiris: ego enim cultum ſacrificiis præ"ſtitum non poſtulo, ſed patior; ſuſtineo verius quam exigo: cum ſacrificia inſtitu"ra eſſent, non quod meis, ſed veſtris deſideriis moribuſque convenirent. Nempe "Majores veſtri, e longo cum Ægyptiis uſu, ita animati erant, quod niſi Me ſacrifici"is colendum præbuiſſem, Dæmones proculdubio, gentium ritu, ſacrificiis honoraſ"ſent. Si itaque rem totam penitus conſideretis, facile conſtet, vos, ſacra offeren"tes, non ram Mihi quam vobis rem graram ſacere; & ſiquid laboris aut ſumptus ſa"crificia vobis afferant, hoc oon Mihi ſed vobis, ſacrificiis impenſe deditis, in ſolidum "tribuendum eſſe.

Exemplum huic affine nobis præbet locus ille [e] Zachariæ: *quum planxiſtis & jejunaſtis,—an nllo pacto* Mihi *planxiſtis & jejunaſtis*, Mihi *inquam? Et cnm comediſtis & bibiſtis, nonne vobis comediſtis, & vobis bibiſtis?* Nam hæc verba, ſi Prophetam ſatis intelligo, ſiç exponenda ſunt: "vos anxios & ſolliticos tenet ea quæſtio, an "jejunia, in memoriam exilii & Templi combuſti inſtituta, reſtituto jam templo & vobis "ſedes patrias occupantibus, obſervari debent? At nil opus eſt, ut ſcrupulus ille vo"bis moleſtiam afferat: an enim ex eo jejunio boni quicquam ad me rediiſſe, vel il"lud, per ſe & ſine aliis rebus, Mihi, Mihi (inquam) qui ſpiritus ſum rei nullius "indigens, placuiſſe ſomniatis? Jejunia veſtra eodem apud me loco ſunt, quo & feſta, "at annon vobis [h. e. in veſtrum tantum commodum] feſta ſolennia inſtiruta ſunt "& celebrata? an ex epulis illis quicquam ipſe commodi reportavi? Hunc ſenſum probat *Chaldaus Paraphraſtes*, ſic locum explicans, & *quod vos comeditis & bibitis, annon ut benefaciatis vobiſmetipſis comeditis & bibitis?*

Præter hæc, & alia Scripturæ loca ad ſententiæ meæ veritatem aſſerendam afferri poſſent, quæ tamen omitto, ut huic argumento modum & finem faciam. Ex iis autem omnibus haud inſcite colligit *Johannes Cantacuzenus*, Deum ore magis quam corde victimas inſtiruiſſe, & hac in re Judæorum naturæ & propenſioni, magis quam

a Lib. I. Tom. 3. pag. 360. D b Lib. 2. Adv. *Marcion.* c. 22. c *Dialog.* cum *Tryph.* p. 178. 5.
d *Jeſ.* cap. 1. v. 11. e Cap. 7. 5, 6.

SECT. II. suæ, indulsisse. Postquam enim supradicta Prophetarum testimonia protulisset, continuo [a] addit, Ἰδὲ γοῦν καὶ περὶ τῶν θυσιῶν φανερῶς εἶπον, ὅτι ἐκ ἔτι τοῦτο ἀποδοχὴ Θεοῦ, ἀλλὰ πρόσκαιρος συγκατάβασις. *Vide igitur quam dilucide de sacrificiis dixerint, quod non esset res illa* voluntaria *Dei acceptatio* vel admissio, *sed temporalis concessio* & demissio.

SECT. II.

Secundo: Patrum, Rabbinorum, & Modernorum, testimoniis.

QUAMVIS Auctores moderni non pauci sententiam contrariam tueantur, nullum tamen e Patribus, Græcis aut Latinis, in memoriam jam revoco, qui de prima sacrificiorum Mosaicorum institutione juxta mecum non judicaverit.

NE vero Lectori fastidium obrepat, ea tantum a Patribus testimonia proferam, quæ sententiæ meæ plurimum lucis & roboris fœnerari possunt.

INTER testes hosce venerabiles classem ducat *Justinus Martyr*, qui, cum *Trypho* Christianis id crimini daret, quod a sacris faciendis penitus abstinerent, hoc responsum [b] reddit, *sub* Mose *injustus & erga Deum ingratus apparuit populus vester, vitulo in solitudine fabrefacto;* ὅθεν ὁ Θεὸς, ἁρμοσάμενος πρὸς τὸν λαὸν ἐκεῖνον, καὶ θυσίας φέρειν ὡς πρὸς ὄνομα αὐτοῦ ἐνετείλατο, ἵνα μὴ εἰδωλολατρῆτε· i. e. *Unde Deus ad populum illum se accommodans, hostias quoque offerre tanquam nomini suo præcepit, ut non simulacra* sacrificio *coleretis*. Eundem pene sensum dabunt illa quæ *pag.* 222. occurrunt verba: ὡς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἤρξατο περιτομὴ, καὶ ἀπὸ Μωσέως σάββατον, καὶ θυσίαι, καὶ προσφοραὶ, καὶ ἑορταὶ, &c. *Sicut ab Abrahamo circumcisio, ita & a Mose sabbatum, & sacrificia, & oblationes, & feriæ ortum cœpere;* quæ ut *propter duritiem cordis populi instituta esse probatum est, ita ea finem habere oportuit.* Hisce cognata se dabunt consulenti *pag.* 178. & 282.

IN eandem sententiam ivit *Origenes*, quem, *post Apostolos, ecclesiarum magistrum* vocat [c] *S. Hieronymus*. Sic enim, hac de re, mentis suæ sensum exprimit: [d] *quoniam lex Dei de sacrificiis præcipit, & ritum sacrificandi tradit filiis Israel; requiratur fortassis, cur hæc, cum dæmoniis dicata videantur, etiam Deo jubeantur offerri? Et erit quidem simplex & cita responsio:.. quemadmodum.. libellum repudii dari non voluntatis Dei fuit, (qui quod conjunxerat, noluit separari,) sed Moses hæc proprie ad duritiam cordis Judæorum scripsit; ita & de hoc videri possit: quia Deus -- non manducat carnes taurorum, nec sanguinem hircorum potat.—Sed Moses hæc ad duritiam cordis eorum, pro consuetudine pessima qua imbuti fuerant in Ægypto, mandavit eis, ut qui abstinere non possent ab immolando, Deo saltem & non dæmoniis immolarent.* In eandem sententiam loquitur, [1] [e] Dialogo, nuper edito, contra Marcionitas.

RATIONEM pene eandem legum sacrificialium his verbis reddidit [f] Tertullianus: *sacrificiorum onera, & operationum & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, quasi Deus talia sibi proprie desideraverit, qui tam manifeste exclamat,* quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? & quis exquisivit ista de manibus vestris? *Sed illam Dei industriam sentiat, quæ populum pronum in idololatriam & transgressionem, ejusmodi officiis religioni suæ voluit adstringere, quibus superstitio sæculi agebatur, ut ab ea avocaret illos, sibi jubens fieri quasi desideranti, ne simulacris faciendis delinquerent.*

NON longe hinc abeunt quæ *S. Chrysostomus* habet de legibus sacrificiorum oblationem postulantibus. [g] Ait enim Deum sacrificia instituisse, τῇ τῶν [Ἰουδαίων] ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντα, *ad infirmitatem* Judæorum *se* veluti *demittentem*. Et post pauca, ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν μαινομένους, ἀγχομένους, ἐπιθυμοῦντας θυσιῶν, παρεσκευασμένους, εἰ μὴ λάβοιεν, πρὸς τὰ εἴδωλα αὐτομολῆσαι· μᾶλλον δὲ, οὐ παρεσκευασμένους μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτομολήσαντας ἤδη, ἐπιτρέπει τὰς θυσίας, &c. Deus *enim, quoniam vidit illos insanientes, anxios, concupiscentes victimarum oblationem; jamque nisi acciperent quod desiderabant, paratos ut ad idola se deflecterent; imo non solum paratos, verum etiam eo jam prolapsos; permisit immolationem victimarum. Atque* ut scias *hanc fuisse causam, vel ex ipso tempore declaratur id quod dico. Siquidem post festum, quod impiis dæmonibus celebrarunt, tum demum permisit illis immolationes pecudum;* μονονουχὶ λέγων, μαίνεσθε, καὶ βούλεσθε θύειν, οὖν κἂν ἐμοὶ θύετε· *tantum non*

a *Apolog.* 4. *pro fid. Christian.* p. 67. b *Dialog.* cum *Tryph.* p. 174. 30. c Apud *Præfat.* in *nomin. Hebr.* Tom. 2. d In *Numer.* c. 24. *Homil.* 17. e *Sect.* 1. p. 16. f *Advers. Marcion.* l. 2. c. 18. g *Homil.* 4. cont. *Judæos. Ed. Bened* Tom. 1. p. 624. D

1 Non obstante quod *Huetius* & *Halloixius* sentiunt *Dialogum* illum diu post *Origenis* tempora scriptum: *Wetstenius* pluribus contendit, non *Maximum*, sed *Origenem* revera esse Auctorem. Vid. ejus *Præfat.* ad Lect.

dicens,

SECT. II.

dicens, insanitis, & vultis immolare victimas, quin igitur mihi potius immoletis. Pene idem, sed sermone magis vivido & subtili expressit, Homil. 32. Operis imperfecti in *Mat.* (hoc enim [1] *S. Chrysostomo* tribuitur) ubi inquit, Israelitæ egressi fuerunt *Ægypto, corpore non animo: nam totam Ægyptum secum in moribus bajulabant.-- Si itaque Moses mandasset in recedere a sacrificiis, non* fuisset *audiendus, quia annosa passio medicamento momentaneo non curatur. Jussit* ergo *eos sacrificare quidem, sed non dæmonibus, sicut in Ægypto, sed Deo vivo. Dimidium mali permisit, ne totum perderet bonum. Hac ratione permisit,* iis *dare libellum repudii, quia melius judicavit solvi matrimonia -- quam homicidium fieri.* Hisce similia legenti occurrunt *Homil.* 24. in *Epist.* 1. ad *Cor.* & in *Enarrat.* in *Esai.* p. 651. & *Exposit. Psal.* 49. & *Homil.* 17. in 7. *Act.*

HANC sententiam suffragio suo adjuvat etiam [a] *Theodoritus*, cum ait, ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πλεῖστον ὅσον τὸν Ἰσραὴλ διατρίψαντα χρόνον, καὶ τὰ πονηρὰ τῶν ἐγχωρίων ἀναδεξάμενον ἔθη, καὶ θύειν εἰδώλοις καὶ δαίμοσι παρ' ἐκείνων μεμαθηκότα, καὶ παίζειν, καὶ χορεύειν, &c. i. e. *Israelem longinquum tempus in Ægypto versatum, pravisque indigenarum moribus imbutum, & idolis ac dæmonibus immolare ab illis edoctum, & ludis, choreis, & musicis organis oblectari; harum rerum in habitu constitutum liberare volens* Deus, *sacrificare quidem permisit, non tantum omnia sacrificare, neque falsis Ægyptiorum Diis, sed sibi soli,* —— ἵνα μὴ δυσχεραίνωσιν, ὡς τῶν ἰδίων ἐκείνων πάμπαν κεκωλυμένοι, *ne indignarentur, tanquam a moribus illis penitus exclusi.*

IN testium meorum albo, [b] *S. Cyrillo* locum proximum assigno, qui sic mecum suffragatur: ἀλλ' ἦν αἱμάτων ἐν χρείᾳ Θεός· οὔτε μὴν τὴν οὕτω παχεῖαν καὶ ὑλικὴν ἐζήτει λατρείαν, &c. *Deus cruore non indigebat: neque tam crassum & materialem cultum requirebat, sed subtilem & spiritualem, qui nimirum spiritu constat, & omni virtute perficitur*, &c. Ἐπειδὴ δὲ ἦν πως ἀμήχανον ἄρδην καὶ μόλις τῆς ἐν Αἰγύπτῳ θρησκείας, αἰσχρῶν τε καὶ ἀνοσίων ἐθῶν, καὶ τῆς τῶν αὐτόθι βδελυρίας ἐκμαθόντα τὸν Ἰσραήλ, καὶ ἀδρανῆ πως ἔτι καὶ ἄναλκιν ἔχοντα νοῦν, &c. *Quoniam autem ab Ægyptiorum cultu, fœdis etiam impiisque moribus, & execranda istorum superstitione abductus Israel, vix ac ne vix quidem revocari poterat; quippe cum infirma & imbecilli adhuc mente præditus esset, neque dum impigre ad tam excelsum iter eximiæ vitæ & egregiorum operum cacumen eniti posset; apparet Deum, instar pædagogi, lege per Mosem lata, spirituali quadam ratione primum ab illo multitudinis Deum errore ut recederent præcepisse: permisisse interim suis, cultus antiqui consuetudini addictissimis, ut* χαριστήρια καὶ θυσίας, *charisteria & sacrificia rite & sapienter instituta offerrent*, &c.

NE plures testes Lectori tædium afferant, subjungam tantum in præsens luculentum illud [c] *Epiphanii* testimonium; [ὁ Θεὸς ἐν τῷ νόμῳ ἐνετείλατο] τὰς θυσίας ἐν αὐτῷ ἐπιδεόμενα τούτων, οὐδὲ θέλοντος ταῦτα, ἀλλὰ συγκαταβαίνοντος αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ, καὶ τῇ τῆς ἀνθρωπότητος προλήψει· ἵνα ἀπὸ τῆς πολυθεΐας εἰς τὴν τοῦ περὶ ἑνὸς Θεοῦ γνῶσιν μεταγάγῃ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν· &c. Deus in Lege præcepit *sacrificia: non quod illis indigeret, aut admodum cuperet, sed ut ad eorum imbecillitatem & anticipatam humanæ mentis opinionem Se accommodaret: atque ut a plurimorum cultu Numinum ad unius Dei cognitionem illorum animos traduceret. Quum enim in sacrificiis vehementer ipsorum defixa mens esset, veluti pietatis officiis quæ pro expiatione & salute sua idolis præstarent; & ne ob consuetudinem ista omnia Sibi subito extorqueri molestius ferrent; suo in nomine fieri ista aliquanto tempore voluit* Deus, *quo a plurimorum Deorum inani cultu annuas illas ceremonias ad obsequium suum transferrent.*

PLURA non minus aperta Veterum testimonia in promptu habeo: ne vero Lectori fastidio sint, ad eorum tantum paginas intendam digitum. Consulant itaque quibus hæc curæ sunt, *Iren.* l. 4. adv. *hæres.* c. 28. 29. *S. Hieron.* in *Iesai.* 1. 12. Auctor. *Constitut. Apostolic.* l. 6. c. 20. *Procop.* in *Deuter.* 12. 14. p. 440. *Eucher.* in *Qu. Levit.* *Anastas. Sinait.* *Quæst.* & *Resp.* 46. Pluribus haud opus esse reor, cum præsertim cuivis in Rep. literaria locum aliquem obtinenti notum sit, me nihil hac in re sine unanimi Veterum consensu asseruisse.

SI jam ab Ecclesiæ Patribus ad Synagogæ Magistros descendat sermo, facile constet celebrioris famæ *Rabbinos* hanc sententiam comprobasse. Inter eos, [d] *Maimonidem* imprimis mecum esse, satis e verbis illis intelligatur: היה המנהג המפורסם בעולם כלו וגו׳

a *Serm.* 7. de *Cur. Græc. affect.* p. 584. C b Cont. *Julian.* l. 4. p. 126. C c *Adv. Hæres.* l. 1. T. 3. pag. 360. B d *Mor. Neb.* P. 3. c. 32. fol. 159. 2

1 Homiliæ istæ sectæ Arianæ fautoris cujusdam esse videntur: Græca hodie non reperiuntur: mirum igitur fuit: quid *Possevino* in mentem venerit, qui diceret Homilias istas Græce Latineque non semel prodiisse; *Apparat.* in *Jo. Chrysost.* p. 855.

SECT. II.

consuetudo erat eis temporibus *per totum orbem usitata, & religio omnibus populis communis, at varia immolarentur animalium genera in templis illis, in quibus imagines collocabantur; at & quisque* imaginibus *illis procideret, & suffitum adoleret. Certique ut essent ministri dati, & ad cultum eum destinati, qui celebratus erat eis in templis, qua in honorem Solis, Lunæ,* & aliarum *stellarum posita erant. Quapropter noluit sapientia & providentia Divina (qua in rebus omnibus creatis elucet) in mandatis dare, ut derelinquerentur plane & abolerentur omnia ista religionum genera: quippe ab hujusmodi mandato abhorruisset natura humana, quæ semper ad id, cui assuevit, propendet. Ac quidem perinde fuisset ejusmodi præceptum, ac si Propheta quis Dei honorem obtendens, temporibus his nostris veniret, qui diceret, monet Deus, ne oretis, ne jejunetis, ne opem Ejus in temporibus afflictis imploretis. Propter hanc ergo causam retinuit Deus prius usita religionum genera, eaque a rebus creatis & fictitiis ad nomen suum venerandam transtulit.*

MAIMONIDIS sententiæ aliquid lucis & firmitatis addunt Interpretis sui, [a] *R. Schem. Tob*, verba, והוא דעת הרב בקרבנות כי נצטוו עליהם בעבור שהורגלו בהם עובדי עבודה זרה ואי אפשר להם להשליך מה שהורגלו עליו וגו׳ i. e. *Hæc est opinio R.* Maimonidis *de sacrificiis: propterea jussit ea* Deus, *quia assueti erant illis idololatra, & illis impossibile erat abjicere ea ad quæ erant assueti; ideoque tamdiu jussit offerre sacrificia, donec deleretur idololatria memoria de mundo.*

EANDEM sententiam strictis ulnis amplectitur [b] *Abarbanel:* postquam enim dixisset, Nachmanidem *Maimonidis* illa rejicere, veluti דברי הבאי *futilia verba;* ipse vero *Maimonidis* opinionem Scripturæ & Doctorum antiquiorum auctoritate fuse confirmasset; in hæc verba definit, הנה התבאר שמן התורה ומן הנביאים ומן הכתובים ומדברי רבותינו זכרונם לברכה מקומות יש סיוע גדול לדברי הרב המורה ואינם בזה דברי הבאי אלא דברי קדושה i. e. *Ecce clare patet, tam ex Lege quam ex Prophetis & Hagiographis, uti & ex verbis Doctorum nostrorum B. M. magnam dari confirmationem verbis Auctoris More. Ideoque verba ejus hac de re non sunt futilia, sed pietati consona.*

INTER Doctores illos antiquiores, de quibus *Abarbaneli* sermo, [c] *Tryphonem* Judæum numeremus. Postquam enim *Justinus Martyr* id dubii solvendum proposuisset, τὰς προσφορὰς καὶ τὰς θυσίας δι' ἔνδειαν ὁ Θεὸς ἐνετείλατο ποιεῖν τοὺς πατέρας ὑμῶν; &c. *An oblationes & victimas, ob penuriam Ejus, Deus patres vestros offerre jussit, an propter duritiam cordis eorum & proclives ad idololatriam animos?* statim ipse, *Tryphonis* loco subjungit, τοῦτο, ἔφη, αἱ γραφαὶ ἀναγκάζουσιν ὁμολογεῖν ἡμᾶς· *Hoc ipsum inquit ille, Sacra literæ nos confiteri cogunt.*

QUANQUAM pauci forsan tantum sibi sument oris, ut tot & tantis Auctoribus fidem detrahant; iis tamen duos hujusce seculi Theologos, ad causæ meæ patrocinium advocare consultum dixi. Horum primus sit [d] *Petavius*, qui Patrum jam dictorum sic probat simul & illustrat testimonia. *Chrysostomus in Oratione prima contra Judæos, non ex animi sui sententia Deum ait instituisse sacrificia, ac sibi offerri jussisse; sed ut ne Dæmonibus immolarent, Ægyptiorumque numinibus.* Sacrificare quidem, *ait Theodoritus*, propter imbecillitatem sacrificantium permisit. — *Hieronymus quoque* victimas *illis esse* concessas *docet*, non quod per se bonæ essent, sed ne Dæmunibus offerrentur. *Idem & alii complures Veterum scripsere. Quæ non sic intelligenda, tanquam Dominus sacrificia illa, ritusque Judaicos & religiones, exosas habuerit; ac solummodo permiserit, non autem præceperit. Nam hæc omnia mandavit, & observari serio jussit.* —— *Sic* itaque Veteres *interpretari par est, at totum illum apparatum sacrorum & ceremoniarum, non utique noluerit, aut non instituerit, & observari sedulo jusserit Deus: verum non* προηγουμένως, — *hoc est per se, ac primaria voluntate: sed consequenti, & alterius gratia. Quemadmodum medicamenta, & alia tuenda vita ac morbo propulsando necessaria, vere ac serio expetunt quidem & adhibent homines: non tamen suapte causa, cum, si res ita ferret, carere talibus mallent. Quæ autem hoc modo requiruntur & usurpantur, sic de iis loqui* solet Scriptura, *tanquam odio sint, & invitis ac nolentibus fiant.* - *Ex quo factum est, ut* Judæorum *sacrificia, eorumque victimas, adeoque totum ceremoniarum istarum sacrorumque cultum, nolle & odisse se Deus, nec unquam expetivisse, ac detestari quoque, per Prophetas suos non semel affirmet: quod de minori duntaxat,* & *consequenti volantate, rei neutiquam per se grata, ac jucunda, nec suapte natura quæsita, debet accipi.*

TESTIUM meorum agmen claudat *Grotius*, qui [e] legem *de sacrificiis non nisi ex occasione idololatria a populo commissa* datam fuisse, *sacrificiorum etiam ritus* a Gentibus ad

a *R. Schem. Tob.* in *Mor. Neb.* P. 3. c. 32. b In *Præfat.* ad *Levit.* fol. 228. 2. c Ap. *Just. Mart. dialog.* p. 28. 5 d *Theolog. Dogmat.* T. 1. L. 10. p. 815. e *Annot.* ad *Exod.* c. 15. v. 26.

He-

Hebræos deveniſſe, dicit. Auctoris verba ſunt hæc: [a] *ficut fines ſacrificiorum diverſi ſunt, – ita & ritus, qui aut ab Hebrais ad alias gentes venere, aut, quod credibilius eſt, a Syris & Ægyptiis uſurpati correcti ſunt ab Hebrais, & ab aliis gentibus ſine ea emendatione uſurpati.* Hic in *Grotium* paulo animoſius inſurgit Auctor nuperus: nam *hoc*, air ille, *cum impietate & abſurditate conjunctum eſt.* Quid ita? *Num enim*, reſpondet ille, *Deum ſanctiſſima ſua inſtituta, qua Ipſe prolixe ſancivit, & conſcribi in religioſam obſervationem, per inſpirationem Numinis ſui, voluit, credemus ab idololatria Syrorum & Ægyptiorum mutuo ſumpſiſſe? Neque ea pro libitu Ebrai aſſumpſerunt, aut aſſumpta emendarunt, ſed omnia & ſingula divinitus in Lege praſcripta ſunt, & juxta Ejus normam exactiſſime obſervari debuerunt.* At opioio *Grotii* multo ſolidior eſt, quam ut mucrone tam obtuſo confodi poſſir. Non enim aſſerir ille, vel ſanus quiſpiam, Hebræos ritum ullum a Gentibus, pro libitu ſuo ſumpſiſſe, vel ſumptum pro ingenio ſuo correxiſſe. Id unum ſub locutione figurata, contendir *Grotius*, Deum nempe ritus aliquos, uſu veteri confirmatos (emendatos tamen, & ignem quaſi purgatorium paſſos) a gentibus accepiſſe, & Hebræis uſurpandos tradidiſſe; ne populus ille, rituum ethnicorum amore præceps, ad cultum & ſuperſtitionem Gentilium rueret, ni more plurimum veteri cultum præſtare concederetur.

SECT. III.

Firmatur hypotheſis argumentis artificialibus.

TESTIMONIIS illuſtribus evictum eſt, ſacrificia, quamvis *more* diu antea recepra, Moſis tantum ætate *lege* conſtituta fuiſſe; cum nempe Deus cum inculto & pervicaci populo confligaretur, cui certum fixumque fuit, e pertinaci morum antiquorum ſtudio, hujuſmodi ſacris Deo vel Dæmoni cultum exhibere. Nec Rarioni ſua deſunt argumenta, quibus ulterius oſtendi poteſt, Deum varia ſacrificiorum genera, e ſeculi moribus in cultum ſuum recepiſſe, ut Hebræorum ruditari cederet.

HORUM primum petitur ab ipſo tempore quo primum Deus ſacrificia, & multiplices ſacra faciendi ritus, inſtituerit. Ab antiquis enim ſæpius obſervatum eſt, Iſraelitas tot canones de ſacris offerendis, iiſque rite celebrandis, tum primum accepiſſe, cum aureus eorum vitulus, eique cultus ſacrificio præſtitus, voluntates eorum ad ſacrificia propenſiores indicarent. [b] S. *Chryſoſtomus*, de vitulo & illius cultu loquens, πρὸ τούτου, inquit, οὐδαμοῦ θυσίας ὄνομα, ἀλλὰ προστάγματα ζῶντα, καὶ λόγια ζῶντα. οὐδαμοῦ τελεταί, ἀλλὰ θαύματα καὶ σημείων ἐπιδείξεις· *Ante hoc nuſquam ſacrificii nomen ſed praecepta viva, & eloquia viva: nuſquam ſacrificia, ſed miracula & ſignorum oſtenſiones.* Hæc obſervario fidei nonnihil acquirar etiam e S. *Hieronymi* teſtimonio: [c] *ante offenſam* Vituli, *Decalogum tantum acceperint* Jſraelitæ; *poſt idololatriam vero & blaſphemiam, multiplices Legis ceremonias: ut Deo potius offerrent victimas, quas Damonibus offerebant.* Hiſce conſentanea veteris [d] illius Auctoris verba: cum vituli cultu capira ſua nondum polluiſſent, προσενέγκαι θυσίας ἀπὸ γνώμης εὐχαρίστου, ἐπέτρεψεν (τοῖς) Ἑβραίοις, οὐ προστάσσων, ἀλλ' εἰ βουληθῶσι συγχωρῶν· *Victimas, ex animo grato, Hebrais quoque offerre permiſit: non quidem ſacrificare jubens, ſed ſi liberet, concedens.* Poſtquam autem Dei cultum & miracula Vitulo tribuiſſent, *tune* inquit, *Deus iratus, quod ingrati & immemores eſſent beneficiorum, conſtriuxit eos viuculis qua diſſolvi non poſſent, eoſque gravi onere & aſpero jugo conſtriuxit*, καὶ οὐκ ἔτι εἶπεν, ἐὰν δὲ ποιῇς, ἀλλά, ποίησον θυσιαστήριον, καὶ θῦε διηνεκῶς· *Neque amplius dixit*, ſi ſeceris, *ſed* fac aram, & ſacrifica aſſidue. Nil opus eſt ut ſolis humanis hiſce nitamur teſtimoniis, cum aſſertioni noſtræ Deus ipſe fidem indubitatam faciat, *Jerem.* 7. 22, 23. *Non ſum locutus patribus veſtris, & non præcepi eis, in die quo eduxi eos de terra Ægypti, de holocauſtis & victimis: ſed hoc præcepi eis, dicens, audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis Mihi populus, & ambulate iu omni via quam mandavi vobis.* Textus hujus auctoritate freti, Patres aliique frequenres putanr, Deum non dediſſe præcepta de victimis & holocauſtis, cum primum ex Ægypto populum eduxiſſet; ſed poſt aurei vituli cultum: idque, non quod per ſe Deo grara forent, ſed ut ea Deo vero offerrent, quæ, ut erant ingenio ad mutandam religionem prono, ad inanium idolorum altaria delaturi fuerant. Atque hanc opinionem non tantum

a In *Levit.* 1. 9. b In *Act.* 7. *Homil.* 17. c *Comment.* in *Exec.* 20. Tom. 3. col. 836. d *Conſtitut. Apoſtolic.* lib. 6. cap. 20.

SECT. III.

Prophetæ, sed Historiæ sacræ fidei, consentaneam arbitror: nam Israelitæ, cum primum Ægypti jugum excusserant, id unum in mandatis accepere, nempe ut Dei præceptis [Noe scilicet, Abrahamo, Isaaco, & Jacobo, datis] obedirent, Eumque solum in Dominum & Deum suum aceiperent, qui eos e dnmo servitutis eduxisset; uti cuivis appareat, *Exod.* 15. 26. & cap. 19. 4, 5. una conferenti. Deum leges & canones, de sacris rite peragendis, non nisi post mensium aliquot intervallum dedisse, creditur; cum scilieet aureus eorum vitulus, ejusque ad morem Ægyptium colendi ratio, satis indicarent, eos Ægypti mores [a] *δυσαποσπάστως ἔχων*, *amplexibus difficulter avellendis retinere*. In locum itaque jam citatum hæc optime [b] *Grotius* & ex vero: *Lex de sacrificiis (excepto Paschate, quod convivium magis est commemorativum quam sacrificium legale) non nisi ex occasione idololatriæ a populo commissa* ferebatur. Cum autem Deus tam cunctanter, & *non nisi ex occasione idololatriæ*, sacrificandi leges & ritus instituerit; inde valide concluditur, Deum non ex insito aliquo quo ipse in victimas affectu studioque ferebatur, sacrificiorum religionem induxisse; sed ut ad morem & modulum Hebræorum seipsum accommodaret, qui e longa consuetudine, animos eorum cultui huic adeo penitus addixissent, quod si Deus illum accipere noluisset, verisimile sit eos idolis illum tribuere voluisse.

SECUNDO: Scripturæ simul & Rationis lumine manifestum est, sacrificia, per se, Deo minime placuisse, nec quicquam Ei voluptatis attulisse. Scripturæ quidem lumine hoc aperte constat: corporum nostrorum oblationem vocat *θυσίαν εὐάρεστον τῷ Θεῷ*, *Rom.* 12. 1. & preces cum eleemosynis *πνευματικὰς θυσίας εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ*, 1 *Pet.* 2. 5. quod illa viva sint & spiritualia sacrificia, adeoque Dei naturæ maxime conveniant. At [c] sæpius indicat, Eum victimas e brutorum grege petitas, & vita cassas, nunquam in votis habuisse, nec eas quicquam Ei voluptatis attulisse; quod nempe nihil cum Dei natura commune vel conjunctum habeant. Hoc itaque, tanquam stuporis Judaici documentum, in Scriptura memoratur, quod Deum sacrificiis indigere, vel saltem oblectari, iisque gratiam divinam se promereri posse somniarent. Crassam illam Judæorum opinionem produnt & redarguunt Dei per Psalmistam [d] verba, *numquid ipse manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam?* Quasi dixisset, eone stultitiæ delapsi estis, ut existimetis, Me, *Deum spirituum omnis carnis*, pecudum carnes manducare, vel Me sanguinis usu vobis interdicere, ut Mihimetipsi bibendum reservarem? An vanam illam de *Robore Israelis*, quam ethnici de Diis suis misellis, opinionem alitis, quasi victimarum sanguis & altarium nidor alimenti & refrigerii non parum Mihi suppeditarent. Nam ea verba (nisi quid me fallat) respectum habent ad opinionem tunc temporis obtinentem, Numen scilicet *ἀναπιμπλᾶσθαι ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν κνίσσαις* (uti loquitur [e] *Porphyrius*) & altare mensam illam esse, quæ cibum & potum Numini languescenti subministrat. Antiquos tum ethnicos tum Christianos hoc in animos induxisse, victimarum nempe nidores & libamina Deorum cibum esse, eosque sacrificiis opimis inhiare, Auctores bene multi docent, [f] *Theophylactus*, [g] *Lucianus*, [h] *Chrysostomus*, [i] *Theodoritus*, [k] *Maimonides*, [l] *Cyrillus Alexandrinus*, [m] *Tertullianus*, aliique non faeile numerandi. Sed quicquid de gentium numinibus sibi persuasit rudis Antiquitas, Deus ibi (ne quis abjecte adeo de Seipso sentiret) aperte profitetur, Se nullam ex animalis oblati sangoine voluptatem haurire, vel quicquam inde refrigerii capere. Neque veritas illa, Scripturæ tantum, sed & Rationis, lumine facile percipienda est: Sic enim [n] *Poeta* vetus, Rationem solummodo magistram habens, sensum suum de sacrificiis exprimit:

Τίς ὧδε μῶρος καὶ λίαν ἀνειμένος,
Εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει Θεοὺς
Ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
Ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν ἐστὶ βρώσιμα,
Χαίρειν ἅπαντας, καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;

Quæ sic reddit interpres,

a S. *Chrysost.* *Homil.* 17. in *Act.* b *Annot.* in *Exod.* 15. 26. c *Psal.* 50. 13. *Mic.* 6. 7. *Jer.* 6. 20. *Mal.* 1. 10. *Amos.* 5. 21. d *Psal.* 50. 13. e Lib. 2. de *abstin.* §. 42. f *Comment.* in S. *Marc.* c. 1. p. 195. A g De *sacrific.* p. 185. h Tom. 1. *Ed. Bened.* p. 624. D i Tom. 4. *Serm.* 3. k *Mor. Neb.* l. 3. c. 46. l Cont. *Jul.* l. 4. p. 124, 125. m *Ad Scapul.* n Ap. *Porphyr.* περὶ ἀποχῆς· l. 2. §. 58.

Quis

Quis gente in hominum tam ſupine eſt credulus,
Aut ſtultus adeo eſt qui Deos exiſtimet,
Seu bilis uſtæ, ſive crudorum oſſium,
Projecta quæ vix tangat eſuriens canis,
Gaudere donis, idque honori ducere,
Facientibuſque gratiam reponere?

SECT. III.

Hæc & ejuſdem momenti alia ſecum in animis volviſſe videntur, [a] *Pythagoras*, *Plato*, *Porphyrius*, & e gentium Magiſtris alii, qui ſacrificiorum religionem haud adeo magni æſtimarunt. Mirati ſunt potius, unde mos ille triſtis, per orbem terrarum propagatus, omnia brutorum ſanguine fœdandi, primitus dimanarit. Et [b] *Porphyrius* ab animalibus immolandis adeo totus abhorruit, quod integrum caput ſcripſerit, ut ſacrificandi ritum, παράνομον, βλαβερὸν, καὶ ἀνόσιον eſſe demonſtraret. Cum itaque Scripturæ ſimul & rationis voce affirmatum ſit, ſacrificia nullam Deo voluptatem afferre, nec a Deo, ſui ſolius cauſa, præcipi potuiſſe; nos facile perſuaderi patiamur, Deum ideo ſacrificandi ritus inſtituiſſe, ut hujuſmodi cultu (quem uſus ſeculi ferebat) Hebræis impoſito, eos in veri numinis fide ſenſuque retineret, & a ſacris in idolorum honorem offerendis avocaret. Antiquos hac de re ne tantillum dubitaſſe, pateat e [c] *S. Auguſtini* verbis: *de ſacrificiis animalium quis noſtrum neſciat, magis ea perverſo populo congruenter impoſita, quam Deo deſideranti oblata?*

Tertio: niſi hypotheſi noſtra conceſſa, nulla conſtat ratio, cur Deus tot ſacrificiorum ſpecies, & offerendi ritus tam diſſimiles, inſtituerit. *Abarbanel*, poſtquam ſacrificia nonnulla Deo in ſolidum offerenda; nonnulla inter Deum, ſacerdotes, & ipſos offerentes dividenda; quædam cum oleo; alia ſine oleo; hæc illo, illa modo plane diverſo, paranda & offerenda obſervaſſet; rei tam obſcuræ cogitatione perculſus, in hæc verba tandem erumpit, [d] *utinam mihi ſcire datum eſſet, cur Deus forma tam diverſa ſacrificia inſtituerit?* Mens vel tantillum ſobria refugit credere, Deum ſine cauſa graviore, tam varia ſacrificiorum genera, ritusque diſſimiles præcipere voluiſſe. Mihi vero nulla cauſa probabilior occurrit, niſi quod Mundus, ætate Moſis, ingenti ſacrificiorum & rituum varietate ſeipſum oblectaret, & Deus (qua erat indulgentia) cultum ejus Hebræorum moribus & ſtudiis attemperare ſtuderet. Poſtquam enim mos ille Deum donariis & ſacrificiis honorandi paſſim inoleverat, & norma nulla extaret (niſi connatus aliquis decori ſenſus) quæ ſacrificiorum ſpecies aut ritus dirigeret, & prurientia hominum ingenia intra certos limites coerceret; tam vafro & incerto ingenio fuit Superſtitio, quod homines *hic* pauca vel nulla animalia, eaque multa rituum ſimplicitate ſacrificarent; *alibi* vero, ſacrificiorum ſpecies in immenſum excreſcerent, & operoſa rituum varietate peragerentur. Deus itaque ut rudiores animos grata cultus ſui varietate devinciret, uſitata ſacrificiorum genera & ritus, paulum emendans, tradidit Iſraelitis, omnium generum ſacrificiis in cultu Dæmonis aſſuetis. Ille ſcilicet id impenſe curavit ſemper, ut illius ſacra multa cum pompa & negotio peracta, facili popello gratiora redderentur. Atque hæc ſacrificiorum tam diſſimilium ratio tantam veritatis ſpeciem præ ſe fert, quod ipſum *Calvinum* in conſenſum traxerit. Nam inquit [e] ille, *ſacrificandi originem a ſanctis Patribus manaſſe non eſt dubium: ſed ex quo totus orbis ad ſuperſtitiones defluxerat, -- ritus ipſi fuere degeneres, dum ſibi quiſque novum aliquid excogitat.* —— *Quoniam* autem *multiplices formæ ſacrificandi a gentibus fuerunt coacervatæ, nullam omnino partem omiſit Deus, in qua ſe utiliter exercerent fideles* ſui: *ſive teſtanda pietas, ſive agenda gratia, ſive adjuvandum precandi ſtudium, ſive quærendæ purgationes, ſive expianda peccata.* Quibus verbis, licet alibi nobis adverſus aperte fatetur, multiplices ſacrificandi formas, e medio gentium uſu in mores & leges Hebræorum tranſiiſſe. Nec inconſulto: niſi enim variæ ſacrificiorum ſpecies & ritus e gentium uſu in Legem cultumque Judæorum veniſſe cenſeantur, rationem conſenſus inter Judæos & Gentiles, quoad præcipuas ſacrificandi leges & formas, difficulter intelligemus. Quantum Judæorum & Gentilium ſacra congruerent, obvium erit intelligere, modo *Servii* verba cum ſacrificiis in Lege memoratis paululum conferamus: *ſunt autem*, ait [f] ille *animales hoſtiæ, quæ tantum immolantur, & caro ſacerdotibus proficit.* Hæ ſunt Judæorum שלמים pacifica. *Alibi tantum ſanguinem in aras fundi ſignificat, ut, Sanguinis & ſacri pateras:* ſacrificium hoc ritu oblatum Hebræi אשם & חטאת pro

a Vid. *Iamblic.* de *Vit. Pythag.* cap. 24. 27. b Ap. *Euſeb. Præp. Evang.* L. 4. cap. 14. c Lib. 18. cont. *Fauſt.* cap. 6. Tom. 8. d *Comment.* in Cap. 1. *Levit.* e *Comment.* in *Pentateuch.* p. 255, 256. f Vid. *Serv.* ad *Æneid.* 3. v. 231. *Edit. Pariſ.* & *Grot. ad Lev.* 1. 9.

SECT. IV. peccato & delicto dixerint. *Alibi partem corporis oblatam: ut, Extaque salsos porriciam in fluctus*: hic Hebræorum תורה *confessionem* percipiamus. *Alibi victimas integras, ut,*

Et solida imponit taurorum viscera flammis.

Id עולה *est* vel *holocaustum, nam* עלה *inter alia*, consumere *significat*. Unde vero tanta rituum affinitas inter tam dissitos loco & affectu populos? An inde, quod ethnici ad cultum Judaicum, veluti primum exemplar, se conformarint? Nugæ: nam ab omni probabilitate remotum est maxime, totum pene orbem usitatis cultus sui ritibus nuncium remittere voluisse, ut novæ & exosæ gentis moribus se conformem redderet. Quod itaque Judæi tanta morum sacrorum affinitate Gentilibus jungerentur, id onum in causa fuisse videtur; nempe Deus sacrificandi formis & ritibus illis multifariis, quibus olim cultus Dæmoni deferebatur, se colendum præbuit: partim ot Hebræi non minus grata rituum varietate ad illius, quam olim ad Diaboli cultum allicerentur; partim ut, omnibus sacrorum speciebus sibimetipsi vindicatis, quævis ansa cultus aut dogmatis alicujus idololatrici præscinderetur.

SECT. IV.

Occurritur argumentis quibus pars adversa se tueri solet.

QUANQUAM gentium ruditatem & usum legibus sacrificia postulantibus occasionem dedisse, firmissimis argumentis evicisse videamur; ne tamen Lectoris animus adhuc dubius hæreat, argumenta quæ ab opinionis adversæ patronis afferri possunt, proximo discutiemus.

Argm. 1m. PRIMO itaque, nonnulli forsan hoc nos urgebunt argumento: Scripturæ & Rationi maxime consentaneum est, Deum sacrificia, non cum respectu ad mores gentium, sed Christum & Evangelii mysteria, statuisse. Nempe, ut rudis Hebræorum populus, in oblatis pro peccato victimis, tanquam tot umbris & imaginibus, tenuiores aliquas Christi pro peccatis olim offerendi lineas contemplari possent. Israelitæ splendidam Evangelii faciem adversis oculis inrueri non norant: ideoque par erat, ut sob typorum velamine conspicienda proponeretur.

HUIC Objectioni tribus hisce responsis abunde satisfiat:

Diluitur. (1°.) NON facile est fidem habere dicenti, Deum tot sacrificia [eaque, materia, forma, colore, sexu, ætate, offerendi tempore, loco & modo, ab invicem discrepantia] lege statuisse, ut omnia Christi olim offerendi imaginem propheticam exhiberent. [a] *Abarbanelis* opinionem de ingenti sacrificiorum varietate differentis, multo magis cum ratione & veritate conjunctam arbitror: דעתי בזה שאין ראוי לתת תכלית אחד בכל מיני הקרבנות כי הנה הצורות וגו׳ i. e. *Opinio mea hac in re est, quod non debemus unicum finem omnibus sacrificiorum speciebus assignare: nam ex variis formis varii fines oriuntur, & cum forma sacrificiorum sint diversa, eorum & fines aut rationes necessario diversæ fuerint.* Hæc citius viro cauto & cordato satisfacient, quam ille qui dixerit, Deum tam varias sacrificiorum species instituisse, ut unum Christi sacrificium, vel aliquod Evangelii mysterium adumbrarent. Apertum est Deum normam aut clavem nullam humano generi concessisse, qua mysteria (si quæ subsint) in iis recondita reserare possunt: & cuivis mente liquida videnti clarum est, eos qui sacrificandi ritus omnes mystice explicandi provinciam susceperunt, se parum feliciter expedire.

(2°. QUANQUAM sacrificia sancita fuerint, præcipue quidem ut Hebræos in gentium mores præcipiti zelo ruituros cohiberent; ea tamen finibus & consiliis altioribus [mysteriis aliquibus adumbrandis] inserviisse, diffiteri non licet. Fines illi duo, diversi sint licet, non sunt ἀσύστατα. Nemo itaque inter Antiquos *Justino Martyre* frequentius asserit, Deum sacrificiorum religionem ob seculi morem & populi pervicaciam imposuisse; cum tamen iste Pater aperte dicat, [b] *se ostendere posse*, πάντα τὰ ὑπὸ Μωσέως διαταχθέντα, — τύπους καὶ σύμβολα καὶ καταγγελίας τῶν τῷ Χριστῷ γίνεσθαι μελλόντων, *omnia a Mose ordinata, — figuras & notas & denunciationes esse eorum quæ Christo eventura erant.* Et sane in eo elucet summa Dei sapientia, quod ritus Legis ita præscripserit & ordinaverit, ut non tantum Oeconomiæ Legali, sed & Evangelicæ, deservirent.

a *Comment.* in *Levit.* c. 1. b *Dialog.* cum *Typh. Jud.* pag. 222. 5.

(3°.) VERI-

(3°.) Verisimile est ea sacrificia mysterii aliquid, ethnici vel Evangelici continuisse, quæ circumstantiis quibusdam emphaticis & a gentium aliarum usu discrepantibus peragi debuerunt. Ut sensum meum hac in re majore cum perspicuitate & auctoritate promam, liceat mihi verba *Cyrilli Alexandrini* mutuari. [a] *Tanto stupore, pervicacia, & levitate laborabant Israelitæ veteres, ut cum Moses -- in monte versaretur, ad defectionem conversi sint, & vitulo divinos honores ausi sint tribuere. ——— Cum autem adeo infirmam & in pejora præcipitem mentem haberent, quo pacto disciplinam Evangelicam susciperent, & loco victimæ animalis, cultum intellectualem Deo consecrarent? concessum est igitur immolare oves, boves, hircos, turtures, & columbas.* Ἀλλ' ἐνῆν ἰδεῖν καὶ τῷ παντὸς ἀξιῶσαι θαύματος τῆς θείας οἰκονομίας, καὶ τὸ ἐν γε δὴ τούτοις ἔντεχνον, &c. *Sed videnda est & admiratione omni prosequenda, divina Oeconomia, & his in rebus artificium plane singulare: cum enim sacrificare permitteret (propterea quod hoc in Ægypto facere soliti essent) ac veluti pedetentim ad perfectionem eveheret; sacrificandi modos adumbrabat*, οὐ κατά γε τὸ εἰωθὸς αὐτοῖς, ἀλλ' ὥστε ἐσκεμμένως ἐντέχνως τε καὶ σοφῶς, ὡς καὶ νοερᾶς λατρείας ὠδίνειν ἐφ' ἑαυτοῖς τὴν μόρφωσιν. *non eo ritu quo soliti erant, sed tam solerter & sapienter præparatos, ut in seipsis cultus spiritualis formam quasi parturirent. Cujusmodi nimirum est istud: immolatus est agnus in Ægypto, Israelitis utique Paschatis festum peragentibus. Immolatus est autem non temere, sed consilio singulari: -- assumebatur enim decima primi mensis, immolabatur autem quarta decima sub vesperam ad lucernas. Convivarum porro habitus a Lege præscriptus erat.* Sic enim, *inquit*, comederis eum: sint renes vestri accincti, & calceamenta in pedibus vestris, &c. Καὶ ἐφ' ἑκάστῃ τῶν θυσιῶν τρόπος τις ἦν ἐκ ἀτέχνως διατεταγμένος, ἀλλά τι τῶν ἀποῤῥήτων ἐφ' ἑαυτῷ γραφόμενον ἔχων· *Et in singulis sacrificiis peculiaris cuique ritus erat, non temere constitutus, sed arcani aliquid in seipso inscriptum habens.* Quod hic S. *Cyrillus* de Paschate & aliis sacrificiis asserit, de Expiationis festo merito pronunciemus. Quamvis enim festum illud, & sacrificia ei festo propria instituta fuerint, ut Deus ad populi morem & ingenium humile Seipsum accommodaret; ritibus adeo peculiaribus & a gentium usu tam remotis agi debuit, ut Israelitæ proculdubio, quibus oculi purgatiores, aliquid arcani Messiam spectantis, in illius festi ritibus facile perciperent; quanquam vulgus forte sibi unice placeret in ipso festo, & ritibus ejus multa cum solennitate & negotio peragendis. Sect. IV.

Secundo: nonnemo forte jam dictis adversabitur, quod Israelitæ tot Scripturæ locis, expressam præcepti formam gerentibus, ad sacra Deo facienda devincti fuerint. Nam inde liquido pateat, sacrificia Deo grata fuisse, nec permissa tantum sed præcepta. Nec his obstat quod Deus in scriptis præcipue propheticis, Se pretium pene nullum sacrificiis statuere, eaque minime requirere, tam aperte declaraverit: hoc enim non inde profectum est, quod hujusmodi officia meræ essent ἐθελοθρησκεία, nulloque præcepto niterentur; sed quod Judæi primam præcepti illius intentionem (veram in Deum pietatem) nil pensi haberent, sed religionis suæ proram & puppim (quod aiunt) in sacris offerendis, & exterioribus hujusmodi collocarent. Arg.^{m}.2^{m}.

Haud gravatim agnosco, plurima nobis occurrere Scripturæ loca, sacrificiorum cultum Deo tribuere præcipientia. Deus autem sacrificia, verbis legum speciem ferentibus, in cultum suum recepisse credatur; ne Israelitæ nullis cultus externi formis adstricti, varias in partes abirent, aut illum sacrificii honorem Diabolo darent, quem Deo ipsi parum gratum futurum e legum suarum formis intelligerent. Cum primum enim gentis illius ætas paulo provectior, & pietas in Dei veri cultu magis confirmata paterentur, ut Deus mentem sensumque suum de sacrificio clarius aperiret; multis in locis indicat, sacrificia se nullius habere, Eumque sacrificiorum ritus in cultus sui canones accepisse, non quod sibi grati essent, sed Israelitis; qui forte seculi moribus occæcati, religionem omnem e rebus perituram crederent, modo Deus sacrificandi ritum abrogasset. Adeo ut loca illa omnia quæ sacrificandi munus instituere videntur, *Amosi* [b] verbis, per ironiam forte dictis, serio interpretemur: *afferte victimas vestras quovis mane, -- sacrificate sacrificium laudis, & voluntarias oblationes promulgate;* כי כן אהבתם *sic enim* facere *voluistis, o domus Israel.* Quasi dixisset Deus, "bene novi, vos de sacrificiorum dignitate pretioque miram opinionem imbibisse, & "altare sacrificiis multifariis onerare vobis in morem maxime gratum abiisse. More "itaque, per me licet, vestro utamini, & sacrificia ἱλαστικὰ & εὐχαριστικὰ, stata simul "& voluntaria ([c] *sic enim dilexistis*) immolare pergatis. Sacrificandi leges hoc sensu capiendas, & ea de causa traditas esse, e [d] *Psalmistæ* verbis (ab interpretum vulgo per- Solvitur.

a Lib. 9. contr. *Julian.* p. 308. B   b *Amos.* 4. 4, 5.   c *Chald.* in loc.   d *Psal.* 50. 8.

SECT. IV. peram intellectis) facile colligendum est: לא על זבחיך אוכיחך ועולתיך לנגדי תמיד Quæ ad verbum ita sonant, *non super sacrificia tua te arguam, & holocausta tua coram me jugiter.* Hoc est, "Me quidem sacrificiis tuis spontaneis colere soles, cujusvis etiam "diei victimis offerendis diligenter incumbis, & officiis hisce te magnam apud me gra- "tiam initurum sentis. At longe aliter sentis atque res est: nam hoc tantum frigidæ "mercedis a me ipso reportabis, quod propter sacrificia tua te non reprehendam. Hanc "sacrificandi consuetudinem nec laudi vertam nec vitio. Feram equidem in præsens "hæc, & te moribus tibi ipsi gratis frui patiar: nondum enim pueritia tua egressus es, "nec ætatem rebus majoribus aptam & idoneam attigisti. Hunc loci sensum sic *Erasmum* alicubi probasse memini: *cum stomacho loqui videtur, sacrificia velut invitus approbans; neque conferens id quod factum, cum iis quæ pia sunt, sed cum iis quæ scelerata.* Si hæc omnia non inique perpendantur, promptum erit, Mosem & Prophetas, in speciem circa sacrificia dissidentes conciliare. Cum enim Deus sacrificia parvi æstimarit, eaque *velut invitus*, & ad populi tantum imbecillitatem descendens, instituerit; præcepta de sacrificiis διδόμενα μὴ διδόμενα, & Deus sacrificia permisisse magis quam præcepisse, jure censeatur.

Argm. 3m. TERTIO: nihil dubius sum, non paucos hic ex adverso dicturos, Patres ante-diluvianos, eorumque posteros, Deum sacrificiorum oblatione venerari solitos. Ideoque rationi convenit, ut sacrificia non *Gentium ruditati*, sed Patriarcharum antiquiorum pietati, principia sua debuisse, & ut Moses sacrificandi ritus emendasse potius, iisque Judæos arctius devinxisse, quam (ob seculi mores) instituisse, censeatur.

Enervatur. RESP. Nemo, cui sanum sinciput, inficiari potest, viros pietate claros, a prima usque rerum origine, sacrificandi ritus exercuisse, eosque principium suum a *Gentium ruditate* minime petiisse. Cum itaque Patres antiqui sacrorum oblationem gentium mori & *ruditati* tribuunt, hoc unum intendunt illi: nempe, sub Mosis tempora, sacrificandi morem ubique gentium obtinuisse, eumque Israelitas tam arcte tenuisse, quod iis certum fixumque esset, Diabolum sacris oblatis honorare, si Deus hujusmodi cultum ferre recusasset. Deus itaque ut huic malo ingruenti remedium quæreret, sacrificiorum species, ritus, locum, tempus, alia, lege lata determinavit, & sacra omnia, ad ipsius honorem, & Legis suæ præscriptum celebrari jussit. Ideoque sacrificia primum sub Patriarchis usum & originem, sub Mose vero sanctionem & impositionem primam, invenisse putentur. Hæc a [a] *Grajari* verbis lucis haud parum fœnerari possunt: sacrificia *quæ Diis falsis oblaturi essent* Israelitæ, *Sibi* mactari & *offerri jussit* Deus: & *de his mactationibus leges sanxit, modumque præscripsit: & hoc (ut Sancti* Patres *aiunt) eorum duritia coactus. Nam nisi adeo duros & protervos eos reperisset, & ad idololatriam pronos; hæc omnia pro libito facienda, sicut in lege naturæ, reliquisset, & ubique sacrificia offerre liberum esset, sicut olim Patribus fuerat.*

Argm. 4m. QUARTO: nonnulli forsan & hoc nobis opponent argumentum: cuivis in Scriptura vel mediocriter versato notum est; Deum in sacrificiis [b] *odorem suavitatis* odoratum fuisse, Patres etiam, diu ante Legem scriptam vel idololatriam perpetratam, cultum Deo pergratum sacrificandi ritu præstitisse. Verisimile est itaque sacrificiorum rationem, a populi propensione ad idololatriam accessitam, non principalem fuisse sed accessoriam; & Deum non minus Israelitis, quam Patriarchis, victimas offerendi munus imponere voluisse, licet in idololatriam non incidissent.

Solvitur. FATENDUM est quidem, Deum simpliciores mundi nascentis incolas tam indulgenter habuisse, quod hujusmodi munera, tanquam animi devoti documenta, libens acciperet, & eorum pietatem, hoc ritu testatam, honore & mercede non exigua remuneraret. At sacrificia, per se spectata, Deo minime grata fuisse patet, quod finibus arctis adeo sacrificia circumscripserit, ut religionem illam magis inhibuisse quam instituisse videatur. Nam, observante [c] *Chrysostomo*, [ὁ Θεὸς] τὴν μὲν λατρείαν εἰς θυσίας, τὰς δὲ θυσίας εἰς τόπον, τὸν δὲ τόπον εἰς καιρὸν, τὸν δὲ καιρὸν εἰς μίαν πόλιν συναγαγὼν, αὐτὴν πάλιν ἐκείνην τὴν πόλιν κατέσκαψε· Deus *cultum ad victimas, victimas ad* certum *locum, locum ad tempus, tempus ad unam civitatem redigens, rursus hanc unam civitatem subvertit.* -- Unde, inquit, *vel vehementer tardis clarum & perspicuum est, quod Deus* θυσίας ἐπιτρέψας, πάλιν ἀπήγαγεν, sacrificia concedens, rursus eripuerit. Hæc autem argumento sunt, hujusmodi sacrificia Deo minime grata fuisse, sed permissa tantum, ut Hebræorum populo συγκαταβαίνων, eosque a sacris Diabolo faciendis avoca-

a *Comment.* in *Mich.* 6. fol. 174. b *Genes.* 8. 21. *Levit.* 1. 13. c *Homil.* 4. adv. *Jud.* p. 462. *Ed. Ben.* T. 1. p. 625.

rer.

ret. Si enim facrificia Deo quid grati continuiffent, minime probabile eft, eum facrificandi facultatem unius regionis aut civitatis cancellis conftringere, vel facrificia ad certas animalium fpecies, & unum genus hominum, Judæorum nempe, determinare voluiffe; fed facra, quovis in loco, de quovis animalium genere, & ab omni gente, fibi fieri voluit. Patriarcharum facrificia quod attinet, nihil ex iis in caufæ meæ præjudicium deduci poteft: ftatim enim (fi locus ratinni detur) oftenfurus fum, ea non e præcepto aliquo divinitus accepto, fed ævi prifci fimplicitate, & voluntaria Patrum eorum pietate profluxiffe. CAP. II. SECT. I.

CAP. II.

Sacrificia materialiter fpectata, eidem origini tribuenda.

JUDÆORUM facrificia, *formaliter* fpectata, gentium ruditati & moris inoliti pertinaciæ fanctionem fuam debuiffe tam clare probaffe videar, quod hac de re nullus ultra fit contentioni locus. Eo me jam ducit præfcripta methodus, ut probem facrificia, *materialiter* fpectata, ad eandem originem (gentium antiquiorum ufum) referenda. Cum autem Sacrificiorum materia duplex effet, nempe res animatæ (boves, oves, & capræ) res etiam inanimatæ (panis, vinum, fal, aliaque menfis adhiberi folita) confultum duxi de utraque materia fingulatim dicere. Multi quidem fermonis funt ifta, ipfe vero in verba quam potero pauciffima rem totam conferam.

SECT. I.

De Sacrificiorum materia animata, bove, ove, & capra.

RES animatæ quibus aditus ad Altare concedebantur, textus [a] illius ambitu continentur, *homo qui obtulerit e vobis hoftiam Domino, de pecoribus*, מן הבקר ומן הצאן id eft, *de bobus, & ex ovibus, & ex capris, fumet eam:* nam vox illa הצאן fenfus fui latitudine, oves & capras continet. Ethnici fingulas pene rerum & animalium fpecies altari confecrabant, & quicquid fibiipfis ufui effet, Diis etiam gratum & honori futurum exiftimabant: Judæis non licuit effe tam folutis, cum oblationes eorum legum cancelli intra certas animalium fpecies coercerent. Quanrum autem animi mei conjectura colligere valeo, Deus has folas animalium fpecies alrari fuo, tribus de caufis, admoveri voluit.

PRIMO: verifimile eft, Gentes plerafque, Mofe vetuftiores, hæc imprimis animalia in facris eorum ufurpaffe. Quamvis enim gentium facrificia per omnes animantium familias incaute quandoque vagarentur, (nam Soli equos, Marti lupos, Priapo afinos, Dianæ cervas, Cereri fues, Hecati canes, immolarunt) obfervare tamen licet, ethnicos, plerunque & eorum Diis plerifque, boves, oves, & capras obruliffe. Nam a [b] *Juliano* (de variis hoftiarum generibus agente) memoriæ prndirum eft, Græcos, Romanos, alios, equos, canes, & feras alias nonnullas, ἐν τισι τελεστικαῖς θυσίαις *in myfticis quibufdam facris*, —ἅπαξ τοῦ ἔτους, ἢ δὶς, *femel bifve quotannis* immolaffe: boves autem, oves, & capras, ἐν ταῖς τιμητηρίοις, *in facris honorariis* & quotidianis locum habuiffe. Proinde [c] *Achilles Homericus*, hæc tria facrificiorum genera in unum quafi fafcem congerens, petit, an Apollo, qui Græcis peftem immififfe credebatur, iis propter neglecta vota fuccenfeat; an *hecatomben* (id eft, facrificium centum boum) vel agnorum perfectarumque caprarum nidorem affequutus, peftem ab iis fit depulfurus. Verba funt,

Εἴ τ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης,
Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης, αἰγῶν τε τελείων
Βέλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι·

Sive ille ob votum accufat, five ob hecatomben.
Si forte agnorum nidorem caprarumque lectarum
Adeptus, vult a nobis peftem propulfare.

a *Levit.* I. 2. b *Orat.* 5. p. 176. D c *Iliad.* α. v. 66.

 Cum

SECT. I. Cum itaque Gentes antiquæ Diis suis, tribus hisce præcipue speciebus animalium, facere solerent; vern dissimile noo est, Deum ideo species eas altari suo reservasse, ut illius instituta seculi moribus apte responderent, & ipse jus in ea præcipue animalia sibi viodicaret, quæ Diabolus sibi sacrilegus artipuisset.

SECUNDO: verisimile est, antiquiores Mundi patres [Nnachum, Abrahamum, alios] cum victimis offerendis incumberent, has solas animantium species obtulisse. Nam a Mose relatum extat, [a] Noachum de animalibus solummodo mundis Domino sacrificium obtulisse: & [b] Abrahamum, cum sacrum facturus esset, buculam, capram, & arietem, huic usui destinasse. Cum enim plerique homines ea animalia præ cæteris æstimarenr, eaque mensis eorum ftequentius adhiberenr; Ratio suasisse videatur, ut ea Deo offerrent homines, quæ ipsi maximo in pretio habuerunt. Nec facile dubitari potest, quin Gentiles hæc inprimis animalia sacrificandi morem, a primis usque generis humani patribus, traditione perpetua propagatum derivarent. Cum primum autem a Dei veri cultu deflecterent, una cum Summo rerum Domino Dens novos adorantes, novas & apocryphas victimarum species, Diis suis novis proprias & peculiares, sacrificiis antiquitus usitatis addiderunt: ut scilicet ipso quod parabant sacrificio tanquam signo edito, se Soli, Dianæ, Priapo, vel hujusmodi novo & fictitio numini, sacrum faccre testarentur. Cum autem καιρὸς διορθώσεως jam adesset, & Deus Israelitas ad mores & ritus Majorum (a quibus longe recesserant) redigere studeret; sacra pletaque noviter excegitata ab altaribus Ejus amandavit, & populum ad sacrificia Patrum usu recepta (nempe boves, oves, & capras) revocavit; ut discerent una cum novis ethnicorum sacrificiis, novos quos asciverant Deos rejicere, & ad ethnicos ablegare.

TERTIO: boves, oves, & capræ, præter cæteras animalium species, altari aptæ & accommodatæ fuisse videantur. Nam (1°.) Hæc animalia præsto semper erant, & pati facilitatc mensis & altaribus afferebantur. Nil opus erat, ut ad mare vel sylvam cutreret, qui Dcum ove vel bove donare statuisset. *Julianus* itaque, causam redditurus, cur oves & boves, non autem pisces altari dedicarent; inter alia, [c] inquit, μήτε ἡμῖν ἄρα ἀγέλας, καθάπερ προβάτων καὶ βοῶν, οὕτω καὶ τῶν ἰχθύων· *Neque adsunt nobis, ut boum & ovium, ita & piscium greges.* Ταῦτα μὲν γὰρ ὑφ' ἡμῶν βοηθούμενα τὰ ζῶα, καὶ πληθύνοντα, &c. *Hæc enim animantia, cum a nobis adjuventur, & ope nostra fœtificent, semper adsunt, & merito; cum ad alios vitæ usus, tum ad honores Deorum, nobis commoditatem afferant.* (2°.) Oves, boves, & capræ, ptimas olim inter animalia munda tenuisse censeantur. Hoc facile credet, quisquis cum animo suo reputabit, quam numerosos olim horum animalium greges alerent homines, & quam frequentet olim ea mensis & sacris eorum adhiberent. Æqui vero & decori ratio postulavit, ut quæ maxime in pretio erant, ea Summo Numini consecrarent. (3°.) Animalia illa utpote mensis frequentius imposita, præcipuo sacrificiorum fini & intentioni maxime deserviebant. Nam Veteres eo præcipue consilio sacrificandi ritum usurparunt, ut fœdus cum Den inirent aut sancte confirmarent, ut etiam pios suos in Deum affectus indicarent, Eoque familiariter, & quasi convivæ vel amici ritu uterentur. Cum enim rem divinam facerent, & altare (Dei locum habens) animalis oblati parte aliquam consumpsisset & quasi comedisset; e residuis sacrificii partibus epulum de more ftruebant, & eo ritu cum altari, adeoque Deo ipso, participare & convivari credebantur. [d] *Julianus* itaque, de *sacris* quæ vocat *honorariis*, agens, ἐφ' ὧν, inquit, μόνων κοινωνεῖν ἄξιον, καὶ τραπέζης Θεοῖς· *Per quæ sola, communes cum Diis vel mensas habere possumus.* Ex his apparet, oves, boves, & capras, huic sacrificiorum fini felicius inservire potuisse, quod mensis olim frequentius apponerentur, adeoque sacrificio epuloque sacrificiali maxime convenire crederentur. Modo Veteres, equos, camelos, aut asinos immolassent; vix ullus epulo sacrificali locus superfuisset, quod horum animalium carnes nauseam plerisque moveant, & ab elegantiorum mensis arceantur.

a *Gen.* 8. 20. b *Gen.* 15. 9. c *Orat.* jam laud. p. 177. A d Ub. supr. p. 176. D

SECT.

SECT. II.

De materia sacrificiorum inanimata, Pane, Vino, & Sale.

SI a sacrificiorum materia animata, ad inanimatam transeamus, obvium erit observare, Judæos non tantum pauciores *animalium*, sed & *rerum* species, quam Gentiles obtulisse. Nam e rituum ethnicorum historia liquidum est, eos numina sua, melle, lacte, foliis, herbis, aliisque, donare solitos; quorum ne vel umbram aliquam in Judæorum Rituali percipere possimus. Quamvis autem ethnici sacra tam anomala, & a Judæorum ritibus aversa fecerint; certum est eos in sacro, panis, vini, & salis, usu peramice conspirasse. Et a me non difficulter obtineo, ut censeam, Deum hæc tria ea præcipue de causa, qua boves, oves, & capras, in cultum suum recepisse; quod scilicet eorum in sacris usus more passim obtinente probatus esset, eaque sacrificiis arcta necessitudine conjuncta crederentur. Ne videar autem huic sententiæ assensum præcipitem præbuisse, sermo breviusculus de tribus illis oblationibus, aut oblationum partibus instituendus est.

De panis oblatione.

A PANE ordiamur, quem lex specialiter *Mincham* vocat. Panis autem ille, quocunque modo coctus aut conditus esset, [a] e simila, i. e. farina tritici putissima, fieri debuit. Placentæ ex hujusmodi simila confectæ, חלות Hebræis, a LXX & [b] *Josepho* ἄρτοι, appellantur. Variis autem rationibus adductus, hujusmodi oblationem e gentium antiquiorum moribus in Hebræorum leges & ritus translatam arbitror.

(1°.) DEUS omnia panum genera sibi offerri jussit, quæ seculis antiquioribus, in usu versabantur. Hoc e *Levitici* secundo clarum est, ubi de pane sacrificali, in clibano, sartagine, & carticula cocto; de pane azymo, de placenta oleo tempetata, de placenta oleo non subacta sed lita, mentio facta est. Memorat etiam caput 29. *Exodi*, collyrides in sartagine frixas, & super craticulam coctas, רקיק [c] etiam vel placentam tenuem, oleo cum aliis rebus deliciosis temperatam. Alia jam tacite prætereo panum & placentarum genera, cuivis in Dei legibus cum cura versato nota & manifesta. Quid autem Lex Mosaica panes modis tam variis tamque delicatis paratos Deo sacrari postularet, nisi quod ethnici (Numinibus ut placerent quæ ferebant munera) varias, easque in deliciis habitas, placentarum species offerre solerent; adeoque Deo visum esset, harum omnium oblatione populi sui pietatem & cultum exercere? Occurrunt enim, apud *Homerum*, *Aristophanem*, & eorum *Scholiastas*, varia placentarum genera [μελιττῦτα, ἰτρίον, πόπανα, ὀλοχύτας πλακοῦντας] in sacris ethnicis usu frequente trita: [d] habebant etiam ethnici γελᾶνας, Diis omnibus communes; ἀμφιφῶντας, Dianæ proprias; & ὀβελίας, Baccho sacras; nempe, ut panum, quos ferebant saporem Deorum suorum palatis attemperarent, & hac ratione se in Deorum suorum affectus insinuarent. Sat scio, [e] *Steuchum Eugubinum* & alios existimare, Gentiles sacris literis edoctos, tam varia & delicata panum genera Diis suis obtulisse. At magis ex vero esse videtur, hujusmodi oblationes in antiquiorum gentium ceremoniis locum invenisse, easque Deum (paululum correctas & emendatas) in cultum suum recepisse; ut illius instituta ad populi modulum accommodaret, eosque grata sacrotum varietate demulceret. Alias enim, quid Deus lagana, collyrides, crustula, aliaqua pueris dari solita, sibi dari postularet?

(2°.) NON sine probabili ratione creditur, Noachum primum, *Mincha* loco panem obtulisse. Noachum enim ab Antiquis Ogygem dictum fuisse, apud eruditos dubitationem nnn habet. Ogyges autem e sententia [f] *Jacobi Belducii* nomen corruptum est pro Hebræo עוגעשה *Ghoghose*, quod inter gentes antiquiores sensim in אגגי *Ogoge* degeneravit. Hoc autem vocabulum, ait ille, *factor* aut *sacrificator placentæ vel panis subcineritii interpretatur. Componitur enim ex nomine* עוג quod panem, *&* עשה *quod facere, & plerunque* sacrificare *denotat*. Hanc conjecturam sic Vir doctissimus paululum emendandam censuit: *potius ex* Ogy, *& per reduplicationem* Ogygi, *fit* Ogyges, *id est, panis subcineritii in usus sacros aptator*, Hæc etymologia verisimilis babeatur, si præsertim quid veri habeat quod [g] *Saidus Batricides*, e Veterum traditione, de Noacho literis consigoavit; nempe quod morti vicinus Semum jusserit, ut, accepto secum Mel-

a *Levit.* 2. 1. b *Antiq.* lib. 3. cap. 9. p. 122. 25. c *Levit.* 7. 12. d Vid. *Belduc. Og. Christian.* L. 1. c. 20. p. 89. e *Comment.* in *Levit.* 7. 12. f Lib. 1. *de Ogg. Christ.* cap. 13. pag. 56. g *Annal.* pag. 45.

SECT. II. chifedeco, fe ad locum Adæ fepulturæ deftinatum conferret, & Melchifedeco præciperet, *ne offerat illic oblationes alias præter panem & vinum quæ Deo offerenda funt*. Huc facit etiam, quod Poetarum Janus (Hebræorum Noah) maxime far ad ufus facros inveniffe dicatur. Si itaque Noah panis in facris ufum primus inftituerit, non difficile eft credere, gentes, parentis hujufce communis exemplo doctas, panes ante tempora Mofis obtuliffe, & Mofem oblationem Minchæ non tam præcepiffe quam emendaffe, & nova fanctione confirmaffe. Sed piget obfcurioribus hifce diutius immorari.

(30.) CAPITE præcedente non jejune probaffe videar, gentes Mofe priores Deum victimis ex animalium ordine fumptis placare folitas; & morem illum leges de animalibus Deo facrandis inftituendi caufam extitiffe. Rationis itaque paritas opinari fuadet, gentes oblationibus e terræ frugibus [fimila, fpicarum primitiis, aut pane] factis, Deum ante Mofis tempora propitiaffe. Cum enim fruges ad ufum vitæ plufquam oves & boves conferrent, & homines utraque Dei benignitati deberent; proculdubio ratio fuafit, ut homines non minus panem aut fimilam, quam ovem aut bovem, in bonitatis divinæ & gratitudinis propriæ teftimonium facrificarent.

Objectioni HIC forte non nemo regeret, opinioni meæ nihil firmitatis e jam dictis acceffurum. Cum enim oblatio panis, Noacho, vel aliis Ecclefiæ veteris Antiftitibus afcribi debeat; ipfe veritati fimul & oblationis illius honori peffime confuluiffe videar, qui eam *a gentium ruditate principium habuiffe*, & e fonte tam impuro in Dei cultum fluxiffe, coties afferuerim.

Satisfit. SED in facili refponfio: cum enim, S. *Chryfoftomi* ductum obfervans, oblationes Lege præfcriptas a gentium ruditate natales accepiffe dixerim; non is mihi fenfus afcribendus eft, quafi Gentes a Deo alienæ ritus omnes Lege poftea fancitos excogitarint, vel quafi facra quædam e rudi Gentilifmo defumpta crederem, cum correctricem Dei manum nondum fubiiffent. Hæc fola (ne quis erret) mihi mens eft atque animus: e ritibus lege Mofaica præfcriptis, nonnullos Ecclefiæ ante-Mofaicæ patres excogitarunt, alios gentium exterarum ingenia pepererunt, omnes autem ævi prifci ruditati morifve pertinaciæ fanctionem & inftitutionem fuam debuere. Quamvis itaque Noachus panis oblationem primus induxiffe putetur, gentium ruditati non injuria tribuenda eft; quod Deus hujufmodi oblationem nunquam inftituiffet, nec populum legibus eo fpectantibus oneraffet, nifi quod, iis temporibus, ubique gentium in pietatis partem, & morem radicibus altis defixum, abiiffet. Sed ad rem inftitutam redeo.

Vini. SECUNDO: verifimile habeo, Deum vinum libaminis e mediis gentium moribus & ceremoniis accepiffe, & inftitutis Ejus inferuiffe. Qui Mofis codicem primoribus labris attigit, probe novit, vinum in facris oblationibus partem & locum haud obfcurum habuiffe. Cum enim facrificium convivii cujufdam analogiam haberet, lege fæpe curatum eft, ut Altare [menfa Domini] non tantum carne & pane, fed & potu, inftrueretur. [a] In quovis itaque facrificio, cruento vel incruento, hilaftico vel euchariftico, vinum offerri poftulavit. Ex eo Legis inftituto factum eft, quod *Maimonides*, cum obfervaffet Deum leges plerumque gentium moribus adverfas tradere, hæc tandem verba [b] proferat; *de oblatione vini perplexus fum in hodiernum ufque diem, cur illud offerri voluerit* Deus: *nam idololatræ quoque illud offerre folent*. Ut itaque *Maimonidi* laboranti fuppetias, & veritati obfcuriori lucem, feram; dicendum cenfeo, Deum vinum fibi offerri voluiffe, partim forte quod Patriarchæ (poft ufum vini repertum) ad oblationem illam exemplis eorum præiviffent; præcipue vero quod pleræque gentes vino libato facra facerent, & Ifraelitæ gentium moribus, affectibus nulla furca expellendis, adhærerent. Eo animus inclinat, hifce ductus argumentis:

PRIMO: certum eft, vinum in facrificiis offerendi morem, inter Gentes, a remotiffima rerum ethnicarum memoria viguiffe. Frequens enim in antiquiffimis ethnicifmi monimentis de vino in idolorum honorem effufo nobis occurrit fermo. Imo vero Mofes, fub prima Legis latæ tempora, de Diis gentium, tanquam vino non raro perfufis loquitur; *Deut.* 32.38. *Ubi Dii eorum, qui adipem facrificiorum eorum comedebant, & bibebant vinum libaminis eorum?* Nihil itaque ab Hiftoriæ fide diffentiens affirmarem, fi vini oblationem Lege antiquiorem, eamque Deum (ne Superftitioni locus effet) a gentium facris ad fua tranftuliffe dicerem.

SECUNDO: Leges oblationem vini fpectantes tam curate fancivit Summus Legiflator, ut evidens fit, eum fuperftitioni gentium occurrere, ritum illum temporis lapfu

a *Num.* 15. 5, 7, 10, 11.   b *Mor. Neb.* P. 3. c. 46. fol. 174. col. 2.

depra-

deptavatum emendare, & ad simplicitatem primævam revocare studuisse. Nam (1°.) Gentibus exteris in usu erat, ut vini parte aliqua Numini libata, partem residuam inter sacrificantes ebibendam distribuerent. Hoc vinum a Hebræis יין גוים *vinum Gentium*, [a] Græcis οἶνος σπονδῶν *vinum libaminum* dicebatur. At apud Hebræos res sacræ modo plane diverso procuratæ sunt: omnibus enim qui sactis aderant, hostiæ quidem pars aliqua ad convivandum sæpe tradebatur: at vinum, quantum quantum erat, in sactificium effundebatur. Sacerdotes aut sacrificantes vini alicujus libati vel oblati participes fuisse, nusquam (quod ipse sciam) in Scriptura vel Hebræorum monumentis legirur. Pro sententia contraria contendit [b] *Fortunatus Schaccus*, sed argumentis (si quid ipse judico) debilibus & facile resellendis. (2°.) In aliquibus gentium profanarum sacris, vinum nullum adhibebatur. Nam Cereri vinum minime libari debuisse, e *Plauti* verbis in *Aulularia* satis intelligitur: *Act.* 2. *Scen.* 6. SECT. VI.

> *Cererine, Strobile, has facturi nuptias?*
> *Qui?--quia temeti nihil allatum intelligo.*

Deus autem, ne frumenti solius præses & auctor haberetur, vinum in quovis sibi oblato sacrificio libari voluit. (3°.) Gentes profanæ non tantum vino mero, sed & melle, lacte, mulso, vino mixto (mitto alia) libaminis loco frequenter utebantur. Nam idololatræ, apud [c] Jesaiam memorati, ממסך κέρασμα, *mixtum* quiddam, τῷ *Meni* effudisse dicuntur. Et, *Hieronymo* [d] referente erat *in cunctis urbibus, & maxime in Ægypto & Alexandria, vetus consuetudo; ut ultimo die anni--ponant mensam refertam varii generis epulis, & poculum mulso mistum*, &c. At [e] lege sacra statutum erat, ut vinum tantum purum & generosum in Dei sacrificium effunderetur. His aliisque circumstantiis probabile factum est, Diabolum vini oblationem (inter alios ritus antiquitus usitatos) pro libitu suo adulterasse; & ad usum suum accommodasse; Deum autem hunc ritum inter alios, ab adhærente superstitione purgasse, eumque non tam instituisse quam emendasse, & ad usum primævum reduxisse.

Tertio: hinc etiam credibilius evadat, ethnicos ante Mosis tempora, Deos suos libato vino coluisse, quod eos omnibus aliis rerum & animalium generibus oblatis honorare solerent. Nam seculo illo, Martem virtutis bellicæ, doctrinæ Minervam, sapientiæ Mercurium, frumenti Cererem, vini Bacchum largitorem; alium etiam gregis, alium vineæ præsidem nominabant: hoc etiam in animos inducebant, se rerum omnium proventum uberem habituros, si Deos illos bonorum omnium datores, munusculo aliquo, ex agro, vinea; vel grege petito demererent. Ratio itaque postulat ut credatur, idololatras antiquiores non minus vinum quam frumentum, aliaque vitæ commoda, Diis eorum fictitiis offerre voluisse; ut benignitatem eorum mentitam agnoscerent, eosque vineis & agris suis propitios redderent. Nec minus rationi consentit, Deum mature præcepisse, ut ei soli vini libati honorem exhiberent Israelitæ, ut eos a seculi superstitione retraheret, eumque solum bonorum omnium auctorem grati agnoscerent & celebrarent.

Quarto: ipsa Scriptura conjecturæ probabili locum facit; Ægyptios vinum mixtum, ante Mosis ætatem, libare solitos: nempe loco [f] illo celebri, *qui ponitis mensam* לגר *turma illi, & impletis* למני ממסך τῷ *Meni libamen*. Nam voce *Meni* (ut alias conjectutas omissas faciam) Hetoem Ægyptium, Mose priorem ætate, civitate & consortio cœlesti donatum, intelligendum censeo; primum scilicet [g] Ægypti regem, ab *Herodoto* Μὴν, *Diodoro* Μηνᾶς, *Manethone* Μήνης, aliis *Meni* nomine memoratum. Nam Historici illi, ex antiqua sacerdotum traditione, regem *Menin* Ægyptius ad humanam cultus vitæque rationem traduxisse, [h] eosque multis beneficiis affecisse, ideoque in Deos relatum fuisse referunt. Ad hanc sententiam accedo, non tantum summa rei probabilitate, sed & aliis adductus argumentis. Nam (1°.) *Menis* hujusce religiose honorati vestigia quædam apud varios auctores inveniamus. Nam [i] *Strabo* Μηνὸς ἱερὸν templum *Meni* sacrum, & *Athenaus* lib. 12. Μηνὸς κώμην *Menis pagum* memorat. Apud [k] *Originem* occurrunt λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ Μηνὶ *servientes Angelis & Meni*. Cultus huic regi præstiti monumentum videtur Ægypti bos sacer, qui (ni fallus sit [l] *Vossius*) non modo Solis, sed & Menis, symbolum erat, &, [m] *Æliano* teste, non Μνεῦις modo

a *Esther. Apocr.* cap. 14. 17. b *Myrothec. sac.* P. 2. cap. 42. c LXX. in *Jesai.* 65. 11. d Ad locum illum *Jes.* 65. col. 486. e *Lev.* 23. 13. *Num.* 15. 7. & 28. 7. f *Jes.* 65. 11. g Vid. *Bochart. Phaleg.* P. 2. l. 1. c. 42. h *Diodor. Sic.* l. 1. p. 41, 42, 80. i *Geogr.* l. 12. p. 835. B k *Comment.* in *S. Johan.* p. 212. A l De *Idolat.* lib. 1. c. 27. m *Histor. animal.* lib. 11. cap. 10.

SECT. II. (fed) & Μῆνι appellabatur. (2°.) Cœli exercitum, & Baalim aut Heroas, [Majorum & Minorum gentium Deos] in facris literis & ethnicorum ceremoniis non raro conjunctos inveniamus. Hic autem conjunctim venient, modo גד de fidere fortunaro vel turma cœlefti, & מני de Baale aliquo infigni, rege nempe *Meni* in deos relato interpreremur. (3°.) Si locum illum de Meni Ægyptio intelligamus, conjectu proclive fiet, cur veteres idololatræ *menfam ftruerent* & κέρασμα *implerent*, τῷ *Meni* cultum exhibentes. Hao enim ceremonia folenni *Menin* coluere, quod *Meni* (fi recte conjicio) idem fuerit cum eo, de quo [a] *Julius Pollux* in hunc modum loquitur: Αἰγυπτίοις μὲν ὁ Μανέρως, γεωργίας εὑρετής, Μουσῶν μαθητής. *Ægyptiis Maneros* eft *agricultura inventor*, idemque *Mufarum difcipulus*. Quantum autem hic ritus *agricultura repertori* conveniret, ex [b] *Hieronymo* difcere eft, illius mentem & fcopum fic explicante; *in Ægypto & Alexandria vetus idololatria confuetudo* eft; *ut ultimo die anni & menfis eorum qui extremus eft, ponant menfam refertam varii generis epulis, & poculum mulfo miftum, vel præteriti anni vel futuri fertilitatem aufpicantes.* (4°.) Hunc fenfum firmat antiqua Græcorum verfio, qui [c] *Meni* per δαιμόνιον reddiderunt, fic locum integrum exponentes: ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα. Unde manifeftum eft, mendam in hodiernam lectionem Græcam irrepfiffe. Hinc interim conftet interpretes Græcos exiftimaffe, Heroem aliquem infignem divinitate donatum voce מני denotari: multis enim exemplis oftendit literaturæ rarioris [d] Auctor, Δαιμόνιον apud Græcos antiquos bene audiviffe, eosque voce illa Heroas fuos [claros homines in Deorum cenfum relatos] notare folitos. Nemo vero facile dixerit, cur LXX למני per τῷ Δαιμονίῳ verterint, nifi cum refpectu ad *Menim* illum, qui omnium hominum primus in Ægypto regnavit, primas inter Ægypti δαίμονας tenuit, & dignus tandem habitus eft, qui τὸ δαιμόνιον (*per eminentiam*) diceretur. (5°.) Hanc etiam conjecturam adjuvat, quod gentes antiquiffimæ reges eorum primos, fi præfertim beneficio aliquo fingulari pofteros obftrinxiffent, Deorum numero accenfere folerent. De hoc Veterum ufu differunt, [e] *Grotius*, [f] *Montacutius*, aliique paffim obvii. Sed hæc forte cum inftituto præfenti minus cohærere cenfeantur.

Et Salis. TERTIO: dum in his fumus, non prætermittendus eft Sal, qui facrificiis omnibus addi debuit. Hoc ferio præcepit Deus, *Levit.* 2. 13. *Non ceffare facies falem fœderis Dei tui a munere tuo: cum omni oblatione tua offeres falem.* Et ne præceptum hoc vetuftate vilefceret, aut e memoria laberetur, Deus illud repetitum dedit, *Ezec.* 43. 24. *Et offeres eos* [vitulum & arietem] *coram Domino*, *& projicient facerdotes fuper eos falem.*

NEC gentem fanctam folummodo, fed etiam profanas, facrificia fale condita obtuliffe, omnium obfervationi patet, qui non plane fomnolenti fcripta Gentilium perlegunt. Eos fimilam aut molam fuam [Mincham vocant Hebræi] nunquam fine fale facris addidiffe probat [g] *Plinius*, cum de falis laudibus agens hæc dicit: *maxime autem in facris intelligitur ejus auctoritas, quando nulla conficiantur fine mola falfa.* Confentit *Euftathius* ad *Il.* α p. 100. fic gentium οὐλοχύτας explicans: οὐλοχύτας οὐλαὶ ἤγουν κριθαὶ μετὰ ἁλῶν, ἃς ἐπέχεον τοῖς βωμοῖς πρὸ τῆς ἱερουργίας. Ethnicos animalia etiam aris deftinata fale confperfiffe, docent Poetæ ifta, *Æneid.* 2. v. 132.

——*Mihi facra parari,*
Et falfa fruges,——

Ex hoc frequenti falis in facris ufu profectum arbitror, quod [1] *Homerus* falem θεῖον dixerit, & [2] *Plato* θεοφιλὲς σῶμα *corpus Deo amicum* afferuerit. Mihi itaque non femel mirari fubiit, quod *Maimonides* affirmarit, Deum falis ufum in facris ejus omnibus ideo præcepiffe, [h] *ut Se idololatris opponeret, qui fale in facrificiis fuis non utebantur.* Nam hæc affertio tam longe diftat a veri vicinia, quod nulla unquam citra falem conftarent Prifcorum facrificia.

QUOD autem Gentiles, æque ac Judæi, rem facram facturi, falem adhiberent, plerique Dæmonis æmulationi tribuendum fentiunt. [i] *Spanhemius*, cum gentium facrificia Judaicis hac in parte confentanea notaffet, *per* κακοζηλίαν, inquit *a Dæmone Dei fimia id ipfum ad impios & idololatricos cultus traductum videtur.* Hoc equidem fæpe & cen-

a *Onomaft.* lib. 4. cap. 7. §. 2. b *Comment.* in *Jef.* ub. fupr. c *Quod LXX tranftulerunt* dæmoni *in Hebraico eft* מני. S. Hieron. in Iefai. ub. fupr. d *Med. Apoftaf. noviff. temp.* c. 3. e *Annot.* in *Exod.* c. 20. 3. f Lib. de *Decim.* c. 3. p. 559. g *Nat. Hiftor.* l. 3. c. 7. h *Mort Neb.* P. 3. cap. 56. col. 172. fol. 2. i *Dub. Evan.* P. 3. *Dub.* 91. p. 458.

1. *Il.* I. v. 214. 2 In *Timæo*, p. 60. E

ties

ties dicitur, at nunquam adhuc probatum reperi: nec a me impetrare possum ut credam, vel Diabolum, κακοζηλίας tantum stimulo motum, quicquam a Deo institutum in ceremonias Ejus accepisse; vel Deum oppositionis & contradictionis solius studio ductum, quicquam in sacris ethnicis usurpatum a cultu suo rejecisse. SECT. II.

MIHI itaque se multo magis probat [a] *Francisci Vallesii* conjectura: cum enim de salis usu, in Dei veri simul & falsi sacrificiis olim obtinente, loqueretur; *suspicor* inquit, *eam consuetudinem fluxisse a primis nascentis mundi sacrificiis, quæ Deo Opt. Max. offerebantur, & inde in omnium gentium ritus sacros derivatam esse.* Huic sententiæ, hisce victus argumentis, appono calculum.

(1°.) ETHNICI literis instructiores existimarunt, eorum Majores mola salsa litasse, cum thuris usus nondum populis innotuisset. Ex hac sententia loqui videtur *Ovidius Fast.* 1. v. 337.

> *Ante, Deos homini quod conciliare valeret;*
> *Far erat, & puri lucida mica salis.*

Eodem spectant *Statii* illa, *Sylv.* Lib. I. *Sylv.* 4. v. 130.

> ——*Sæpe Deis, hos inter honores,*
> *Cæspes, & exiguo placuerunt farra salino.*

At fieri non potuit ut ethnici doctiores existimarent, salis usum in sacris ipsa thura vetustate superasse, eumque a prima rerum suarum memoria locum in religionibus suis habuisse; si eum a Judæorum ritibus furtim accepissent, & eorum mola salsa sero cognitis Hebræorum sacris originem suam debuisset. Cordatis omnibus incredibile videtur, viros doctos rerum suarum tam rudes esse potuisse.

(2°.) [b] MOSES eodem pene spiritu, salis usum in sacrificio præcipit, quo mellis & fermenti prohibet. Quid autem mel & fermentum ab altari suo rejecit Deus, eodem temporis articulo quo salem adhiberi jussit; nisi ut tacite significaret, salem purioris Antiquitatis usu cohonestatum, mel autem & fermentum (inter alia multa) nuper excogitata fuisse, & ob rationem aliquam e theologiæ profanæ mysteriis arcessitam sacrificiis addita? Cum enim Deus Legem traderet, id egisse videtur, ut cultum publicum a ritibus novis & superstitionem olentibus liberaret, eumque ad simplicitatem Patrum ævo receptam reduceret; qua nempe populi Hebraici ruditas & pervicacia paterentur.

(3°.) RATIO suadet opinari, Patres antiquos, nulla licet lege monitos, cuique sacrificio salem addere voluisse. Quantum enim in temporum antiquiorum caligine percipere licet, Patres ante-Mosaici res tantum ad cibum bonas (oves, boves, capras, panem, vinum, oleum, thus) Deo obtulerunt; & id ante alia curarunt, ut sacrificium ad convivii naturam quam proxime accederet, & Deus cibo & potu gratissimo (sic sibi persuasit rudis Antiquitas) exciperetur. Cum autem in omni convivio Sal gratiam præcipuam inveniret, proclive est credere, Veteres oblationi suæ salem addere voluisse, ne Dei cibus insipidus, & coodimento suo præcipuo destitutus, esse videretur. Interea loci, non diffitendum censeo, Deum etiam ob rationes aliquas, ab Oeconomiæ Mosaicæ natura petitas, salem sacrificiis omnibus addi voluisse.

E JAM dictis, alveo quasi prono fluunt hæc duo: *primo:* Diaboli κακοζηλίαν non in causa fuisse, quod Gentiles, æque ac Judæi, sale in sacrificiis eorum uterentur. Quod enim idololatris hac in re cum Judæis conveniret, casui potius quam consilio tribuendum est. Nempe Diabolus invenit salem in sacris usu veteri receptum, & consultius duxit vetera in usum suum convertere, quam nova prorsus instituere: *secundo:* sacrum salis usum, a Patriarcharum sacrificiis initium habuisse; sed Patriarcharum simul & Gentium morem, legi salem in sacrificiis præcipienti occasionem præbuisse.

[a] De Sacr. Philosoph. cap. 16. [b] Levit. 2. 11, 12, 13.

C A P. III.

Sacrificia finaliter spectata, seculi moribus institutionem suam debuisse.

EO me ducente rerum ordine, ad Sacrificia finaliter spectata jam deventum est. Circa fines autem sacrificiorum in sensus diversos feruntur eruditi: nam sacrificium, alii fœderis ineundi ritum, alii ritum invocandi Deum, alii propitiandi, alii ritum colendi & honorandi Deum, arbitrantur. Me judice, veritati propius est, sacrificium cujusvis officii vicem obtinuisse, & tot fuisse sacrificiorum fines, quot sacrorum officiorum & virtutum species.

UT Lector mentem meam eo clarius assequatur, nonnulla de generali Sacrificiorum natura præmittenda sunt. Monendum est itaque, sacrificia munera tantum fuisse, quæ prisca simplicitas in Deum contulit, & ad fines eosdem apud Deum, quos munera apud homines, valere credidit. Prout itaque regem aut magnatem munere plerunque donant homines, qui illius iram mollire, ei honorem deferre, voluntatem in eum propensiorem indicare, beneficium petere, vel gratitudinem testari, student; ita & Veteres muneribus eorum sacris ad fines hosce omnes utebantur, iisque, pro variis finibus, quibus inserviebant, nomina diversa tribuebant. Cum enim Altari dona ferebant, ad placandum Deum, *Expiatoria* dicebantur; cum ad honorem exhibendum, Deique dominium agnoscendum, *Holocausta* vel *sacra honoraria:* cum ad amicum & benevolum animum erga Deum significandum, *Pacifica:* cum ad indicandam gratitudinem, *Votiva*, vel *Eucharistica:* cum ad obtinendum beneficium, Εὐκτικὰ. Adeo ut sacrificiis ad varias virtutes (timorem, honorem, reverentiam, pœnitentiam, spem, gratitudinem, & amorem, erga Deum) exprimendas & exercendas uterentur. Sacrificium, quatenus munus erat, & e sua pene natura, usibus illis aptum censeatur: sed e solo hominum instituto factum est, quod sacrificium quandoque *fœderale* esset, & ad fœdus inter Deum & homines, aut solos homines, firmandum inserviret.

HISCE generatim præmissis, probandum superest, varia (quæ dixi) sacrificiorum genera ab antiquo celebrata fuisse, & e Patrum veterum, aut (quod veritati conjunctius arbitror) Gentium antiquiorum usu, in Legem transiisse. Quantum autem veritatem tam remotæ vetustatis caligine velatam percipere licet, hoc probatum dabo. (1°.) Generalibus argumentis. (2°.) Speciali inductione.

S E C T. I.

Probatur argumentis generalibus.

EXPIATORIA, Fœderalia, Pacifica, aliaque sacrificia Lege præcepta, a gentium Lege antiquiorum moribus originem petiisse, hisce tribus argumentis haud obscure probari potest:

(1°.) LEX Mosaica de sacrificiis pacificis, aliisque, familiariter admodum, & tanquam de rebus antea cognitis ubique loquitur. Multus est quidem sacer Codex in præscribendis ritibus & circumstantiis, in sacrificiorum omnium oblatione diligenter observandis: materiam etiam e qua constare debent variæ sacrificiorum species, sollicite determinavit. At sacrificiorum variorum fines raro vel nunquam explicat, eaque non tam describit, quam supponit, tanquam probe cognita & in usu familiari posita. Hinc autem cognoscere licet, homines sacrificiorum species & fines, ante Legem datam, perspectos habuisse, & a genuino sacrificiorum objecto & ritu, sæpius quam fine & usu, aberrasse.

(2°.) SACRIFICIA quibus Patres Mose vetustiores Deum honorarunt, munera tantum spontanea fuisse videantur. Nam Abelis oblatio, *doni* (non debiti) nomine, ab [a] Auctore ad Hebræos insignitur. [b] *Eutychius Alexandrinus* itaque, sic Adamum filios ejus alloquentem introducit; *accipite de fructibus terræ, & de fœtu ovium, & conscenso montis hujus sacri fastigio, offerte munera vestra.* Hoc eo minus fidei difficile est, quod sacrificium, etiam post datam Legem, id nominis habeat, & donum (aut pietatis ultroneæ fructus) appelletur. Hoc nomine a Mose designatur, qui voce קרבן [c] *donum*

a Cap. 11.4. b *Annal.* pag. 17. c Κορβᾶν ὅ ἐστι δῶρον. *Mar.* 7. 11.

norante,

notante, sacrificia quævis complecti solet. Eadem est notio vocis Hebrææ מנחה qua Moses ad oblationem præcipue significandam frequenter utitur, quæque (prima [a] vocis intentione) *donum* significat. Eo nomine sacrificium a Græcis interpretibus inscribi solet, qui & *sacrificium offerre* per [b] δῶρον προσφέρειν frequenter exprimunt. Sed & Evangelista, LXX forte secutus, id nomen sacrificio sæpe tribuit, *Mat.* 5. 23, 24. & cap. 23. 18, 19. Apostolus etiam, ad *Hebr.* 5. 1. & 8. 3, 4. & 9. 9. His assentitur [k] *Plato:* nam θύειν, ait ille, δωρεῖσθαι ἐστὶ τοῖς Θεοῖς. Cum itaque sacrificia munerum locum & rationem habuisse constet, Priscorum simplicitati congruum est opinari, eos munerum vim & virtutem omnifariam iis tribuisse, eaque ad iram Dei leniendam, culpam redimendam, gratiam referendam, honorem exhibendum, benevolentiam testandam, & beneficium obtinendum obtulisse; adeoque, nunc munera ἱλαστικὰ, nunc eucharistica, nunc pacifica, quandoque votiva, nunc hæc, nunc alia, Deo attulisse. SECT. II.

(3°.) Cuivis oculo conspicuum est, homines ante Mosis ætatem, se variis sacrificiorum generibus offerendis exercuisse. Nam Cain & Abel, Dei benignitate locupletati, munera eucharistica Deo attulerunt: Eliphazus, pro se & amicis ejus, munera [c] ἱλαστικὰ reddidisse fertur: [d] Noachus Deo liberatori σωτήρια immolavit: Abrahamum etiam sacra fœderalia fecisse legimus, *Genes.* 15. 9. Quantum itaque mores Antiquorum sacros per hasce rimulas percipere licet, illi (si occasio se daret) omnia sacrificiorum genera, Lege postea sancita, celebrabant, iisque ad fines (quos diximus) omnes utebantur.

SECT. II.

Et inductione speciali.

Cum ritus moresque sacri, qui tempora Mosis anteverterunt, ea caligine circumsepti sint; de sacrificiis ante Legem latam usitatis, eorumque finibus & ritibus, difficile est quicquam constanter & pro certo affirmare. Quamvis itaque præsentis argumenti ratio atque ordo postulent, ut de sacrificiis Lege antiquioribus sigillatim agam; mecum statui de sacrificiis tantum notæ clarioris, iisque breviter & strictim dicere; ne in tanta rituum ante-Mosaicorum obscuritate, conjecturis nimis indulgere videar.

Primo itaque, pro verisimili habeo, sacrificia *Expiatoria*, h. e. ad Numinis iram placandam & illius favorem conciliandum oblata, in more fuisse, cum leges Mosaicæ nondum conderentur. Nam Noah, Diluvio superstes, non sacrificia tantum eucharistica, sed & hilastica, celebravit. Hoc e Scripturæ verbis non absurde colligo: [e] *ædificavit Noah altare, & accipiens de cunctis pecoribus mundis, --obtulit holocausta super altare: & odoratus est Dominus* את ריח הניחח *odorem quietis:* h. e. Qui antea commotus erat, quietus & placatus, Noachi sacrificio reddebatur. Hunc sensum firmat Syrorum versio, quæ voces illas Hebræas per *odorem placabilitatis* interpretatur. Ab hoc sensu non recessit *Munsterus*, sic locum explicans, *Deus nunc quievit ab ira, & placatus fuit:* nec [f] *Josephus*, qui de Noacho, & sacris ejus oblatis, hæc verba habet, ἱερεῖα καύσας, ἐδεῖτο τῷ λοιπῷ τὸν Θεὸν ἐπὶ τῆς πρώτης μένειν εὐταξίας, καὶ μηδὲν ἔτι τοιοῦτον ἐπιτηγνειν πάθος, &c. *Victimis incensis precabatur, ut in posterum pristinus rerum ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitas, per quam universum animalium genus in salutis periculum adduceretur.* Et statim postea, σύμπας αὐτὸν προσδέχεσθαι τὴν θυσίαν παρεκάλει, καὶ μηδεμίαν ὀργὴν ἔτι τὴν γῆν ὁμοίαν λαβεῖν· *Impense orabat, acciperet sacrificium propitius Deus, nec ullam posthac tantam iram contra terram conciperet.* Neque Noachum solum pro toto mundo, sed [g] Jobum pro liberis ejus, & [h] Eliphasum pro se & amicis suis duobus, sacra piacularia fecisse legimus. Sacrificia expiatoria, Lege priora.

Homines autem, ante Mosis ætatem, hujusmodi sacrificia frequenter obtulerunt, quod munera, seculis illis simplicioribus, non minus Deum quam homines placare posse crederentur. Hominum animos, vel [i] maxime commotos & offensos, donis permulceri solitos, cuivis adeo cognitum est & exploratum, quod olim in proverbium

a *Schindler. Lexic. Pentaglot.* in voc. מנחה. b *LXX* in *Levit.* 1. 2, 10, 14. & c. 2. 1, 4, 11. & alibi passim. c *Job.* 42. 8. d *Genes.* 8. 20. e *Genes.* 8. 20, 21. f *Antiq. Judaic.* l. 1, c. 3. p. 13. 15. g *Job.* cap. 1. 5. h Ib. 42. 8. i *Genes.* 32. 20. *Psal.* 45. 12.
k *Alcibiad.* 2. p. 149.

SECT. II. cesserit: *Prov.* 21. 14. *Donum in secreto mitigat furorem & munus in sinu iram fortem.* Et Hebræorum simul & ethnicorum opinione receptum videtur, muneta non minus ad Deum quam hominem itatum placandum valuisse. Hebræos antiquos ita somniasse constat, quod donis innumeris altate Dei cumularent, cum interim, (quod iis objectum est sæpe) nequitet viverent, & *Legis graviora* nihili æstimarent. Hinc ansa data salubri [a] *Sirachidis* mooito, *ne dicas, multitudinem munerum meorum respiciet Deus, & vel offerente me Deo altissimo munera mea suscipiet.* Gentes etiam huic opinioni affines fuisse, satis indicaot [b] *Homeri* carmina,

—— στρεπτοὶ δέ τε καὶ Θεοὶ αὐτοί.
Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Λοιβῇ τε, κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ·

—— *Flexibiles autem sunt & Dii ipsi.*
Nam & hos quidem suffimentis & votis benignis,
Libamineque nidoreque, flectunt homines
Precantes, postquam aliquis prævaricatus fuerit aut peccaverit.

Hæc opinio Philisthæorum etiam animos infecisse videtur, qui [c] donis aureis Arcæ sacræ annexis, Deum placandum, & culpam omnem redimendam esse censuerunt. Hanc opinionem se late tandem diffudisse, probant *Ovidii* illa, lib. 3. de *art. Am.* v. 653.

Munera (crede mihi) capiunt hominesque Deosque:
Placatur donis Jupiter ipse datis.

Ex hac disciplina, dicit [d] *Cicero*, *impius ne audeto placare donis iram deorum.*

Precatoria. SECUNDO: sacrificia *precatoria* Lege vetustiora fuisse, & e gentium antiquarum usu in mores Hebræorum transiisse videantur. Noo injuria creditur Hebræos sacrificiis suis (Eucharisticis, Expiatoriis, Pacificis, Fœderalibus, aliis,) preces aliquas addidisse. Hic itaque sacrificii *precatorii* nomine intelligi velim, sacrificium quod, beneficii alicujus obtinendi causa, precibus annexis offerebatur. Nihil est cur operose probem, Hebræos antiquiores hujusmodi sacrificia in usu frequenti habuisse, cum omnem hac de te dubitationem nobis eximant luculenta illa quæ [e] *Medus* ooster congessit Scripturæ testimonia. Id solum negotii mihi relictum video, ut probem hujusmodi sacrificia perantiqua fuisse, & jam inde a Patrum temporibus ad Israelitas, aliasque gentes, una cum sacrificiorum religione, derivata. Ad hanc autem sententiam, hisce potissimum rationibus adductus, inclinat animus:

(1°.) Ex historia Noachi patet, Eum extructo altari victimas obtulisse, &, si [f] *Josephum* audimus, *victimis incensis precatum fuisse, ut in posterum pristinus rerum ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitas, —— utque affectis merito supplicio sceleftis Deus parceret innocentibus*, &c. [g] Abrahamum etiam & [h] Isaacum iisdem io locis altaria struxisse, & *Deum invocasse*, legimus.

(2°.) NULLUM in tota Lege præceptum invenite datur, quo Judæi sacrificio preces addere, eoque tanquam supplicandi ritu vel impetrandi beneficii medio aut motivo uti, tenebantur. Constat quidem populum, in *Atrio Judæorum* stantem, [i] preces pro peccatorum remissione concepisse, dum sacerdos ad suffitum faciendum Tabernaculum ingrederetur: nusquam autem legitur, Hebræos præcepto aliquo devinctos, id officii religiosi præstitisse. Inde veto non coacte colligo, Deum ritum illum (cum Legem daret) non tam imposuisse quam reliquisse, eumque Judæos a Majoribus aut vicinis eorum accepisse, & cum ipso sacrificandi ritu conjunctim usurpasse.

(3°.) Ævi prisci ruditas opinata est, Deum omnia muneribus concessurum; quasi more humano, donis permulceri posset, aut largitione quavis, ut paria cum iis faceret, obstringeretur. Adeo ut nundinationem quandam cum Deo exercerent Veteres, & ita cum illo agerent, quasi fœnerator esset, daretque tantum ut acciperet. Hæc opinio tam crassa fuit & late propagata, quod eam noo immerito explodant, [k] *Plato*, [l] *Menander* comicus, [m] *Persius*, [n] *Arnobius*, & ex antiquis alii. Hinc intetim tuto colli-

a Cap. 7. 9. b *Iliad.* I. vers. 493. c 1 *Sam.* 6. 4, 5. d Lib. 2. de *legib.* e *Concion.* in *Ezr.* 6. 10. f Ub. supr. g *Genes.* 12. 8. h Cap. 26. 25. i Vid. *Eccl.* 50. 15, 21. & *Luc.* 1. 10. k In *Alcibiad.* 2. p. 149, 150. l Ap. *Clem. Alex. Strom.* l. 5. p. 720. 15. m *Satyr.* 2. v. 45. n Lib. 7. *adv. Gentes.*

gendum

gendum est, Antiquos *orasse oblatorie* (uti loquitur *Medus*) serio nempe persuasos, eorum preces mollem facilemque aditum ad Deum (si munera viam præstruerent) habituras. SECT. II.

(4°.) GENTILES ævis tam antiquis victimas εὐκτικὰς obtulerunt, ut multo probabilius sit, eos hujusmodi victimas a Patribus humano generi communibus, quam recentioribus Hebræis accepisse. Nam [a] sacrificuli Baalis, oblato bove suo, *nomen Baalis a mane usque ad meridiem invocarunt.* Et [b] *Diodorus Siculus*, regum antiquiorum Ægypti morem referens, *sub auroram*, inquit, rex *lotus*, *& regni insignibus splendidaque trabea ornatus*, *Diis sacrificatum* ibat: τῷ τε βωμῷ προσαχθέντων τῶν θυμάτων, ἔθος ἦν τὸν ἀρχιερέα πάντα πλησίον τῷ ἱερέως, εὔχεσθαι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, &c. *Adductis tum ad aram victimis, mos erat Pontificem sacerdoti adstantem magna voce in conferta Ægyptiorum corona preces enunciare: ut* Dii *sanitatem cum cæteris bonis omnibus regi largiantur.* Hinc lux accedit *Darii* verbis, ab [c] *Ezra* & [d] *Barucho* memoratis, *ut offerant sacrificia Deo cæli, & orent pro vita regis & filiis ejus.* His affine est antiquum Apollinis [e] oraculum, quod his verbis edidisse fertur;

> Ἀτμοῖσιν χαρίεσσιν ἐνιπλήσαντες ἅπαντα
> Ἠέρα φροντίζειν· ἐπὶ δ' εὐχὰς σέμνετε τοῖσδε·
>
> *Tu liquidas gratis imple suffitibus auras*
> *Interea, & castis urge pia numina votis.*

Gentium ritus huic oraculo conformes extitisse, causam opinandi non levem præbent ea [f] *Plinii* verba; *nec minus propitii* Dii *erant mola salsa supplicantibus, imo vero (ut palam est) placatiores.*

HIS verisimile factum est, victimas εὐκτικὰς a patribus antiquis ad gentes ab iis propagatas, & a gentium moribus sacris ad Hebræos immediate devenisse.

TERTIO: sacrificia, quæ *Pacifica* dicebantur, e communi gentium usu in legem cultumque Judaicum translata videantur. Ut assertionis hujusce veritas eluceat, nonnulla de natura & usu *Pacificorum*, in sermonis ingressu, dicenda sentio. [g] Erant itaque *Pacifica* quatuor generum: תודה *confessio* vel celebratio realis, ob acceptum beneficium; solutio voti, quo quis obstringebatur; meræ liberalitatis, & affectus pii testimonium; aut oblatio solennis, ut quis Deum placidum & propitium experiretur. Hic *pacificorum* usus tam frequens erat, quod a Græcis inde σωτήρια vel *salutifera* redderentur: De his accipienda [h] *Gratii* precandi formula,

> *Te primum, Vulcane, loci pacemque precamur*
> *Incola sancte tuam,* ———

Id etiam quod, paucis interjectis, [i] addit,

> *Supplicibusque vocanda sacris tutela Deorum.*

Et ea forte quæ *Virgilius* habet, *Georg.* 4. v. 534.

> ——— *Tu munera supplex*
> *Tende, petens pacem.* ———

Hujusmodi vero sacrificia Lege vetustiora fuisse, & e more recepto in cultum publicum transiisse, dubitari nequit: cum Moses eorum [k] mentionem ex improviso inferat: hoc enim proculdubio nunquam fecisset, nisi populo diu antea probe innotuissent. Idem colligere est e *Levit.* 17. 5. *Et immolent eas, hostias pacificas Domino.* In quem locum sic annotavit haud perfunctorie doctus [l] Pontificius: Lex hostias illas Deo offerre jubet, *non quod hæ sola Deo immolandæ essent (siquidem & holocausta & victima pro peccato Eidem immolanda erant) sed pacificarum in particulari facta* est *mentio, quod in his* olim *frequentius delinqueretur. Qui* enim *dæmonibus & idolis immolant, fere idcirco id faciunt, ut ab iis aliquid impetrent: vult ergo Deus hunc cultum idololatricum in pium* Sui *cultum converti, a Se bona & prosperitatem pacificorum immolatione, non a Dæmonibus postulando.* Hoc etiam facile probatu est e Jethronis facto, qui, ante datam in *Sinai* Legem, ho-

a 1 *Reg.* 18. 26. b *Bibliothec. Hist.* l. 1. p. 63. D c *Ezr.* 6. 10. d *Baruch.* 1. 10, 11.
e Ap. *Euseb. Præp. Evang.* l. 4. cap. 9. f *Nat. Hist.* l. 12. c. 18. g *Grot.* ad *Levit.* c. 3. v. 1.
h In *Cynegetic.* vers. 437. i V. 482. k *Levit.* 3. 1. l *Bonfrer. Comment.* in *Lev.* 17.

CAP. IV. locaufta & hoftias in caftris Ifraeliticis obtuliffe, & poftea [a] *Aaronem & omnes feniores Ifrael* convivio religiofo & θυσίαις (juxta pacificorum ritum) accepiffe, dicitur. De *pacificis* enim, obfervante [b] *Grotio, licebat poft effufum fanguinem privatis qui obtulerant, eorumque uxoribus & liberis epulari, in fignum* pacis & *amicitia cum Deo.*

QUARTO: facrificia etiam *votiva* (Hebræis נדרים Græcis εὐχαὶ, dicta) ex antiqua feculi religione, in legem & mores Hebræorum fluxiffe credantur. Votiva vero hujusmodi fuere facrificia, quæ quis olim pro impetrando beneficio aliquo, vel difcrimine aliquo avertendo, Deo fancte promififfet. Hæc autem diu ante Legem in ufu pofita cenfeantur; quod Lex de iis, tanquam de rebus probe cognitis, [c] ex abrupto loquatur, nec eorum naturam aut ufum vel verbo explicet. Deinde, Eliphaz antiquior Mofe, hujusmodi vota tanquam præcipua pietatis antiquæ documenta, [d] memorat: *rogabis eum, & exaudiet te:* ונדריך *& vota tua folves.* Eliphaz autem, inquit [e] *Pineda, votorum nuncupandorum meminit, quod ea fuerit precandi & venerandi Numinis religio & cultus apud omnes* gentes *frequentiffimus.* Fuiffe quidem religionem illam apud gentes etiam profanas frequentiffimam, multis teftimoniis docuere, [f] *Pineda,* [g] *Saubertus,* [h] *Bochartus*, alii, ad quorum fcripta (ne fermo nofter modum excedat) Lectorem rejiciemus.

QUINTO: facrificia *fœderalia* (h. e. ad fœdus confignandum aut confirmandum oblata) lege Mofis antiquiora fuiffe, & e feculi confuetudine in mores Hebræorum veniffe, cenfeantur. Victimæ fœderales apud Hebræos in ufum tam crebrum abiere, quod *Medus* nofter, facrificium, [i] *oblationem* tantum *fœderalem* cenfuerit, & ita definiendum; " facrificium eft oblatio in Dei honorem facta, qua offerens particeps eva" dit menfæ Dei, in fignum amicitiæ & fœderis cum illo initi. Quicquid fit, facrificium in fœderibus fanciendis ab Hebræis frequenter ufurpatum, patet e Pfalmiftæ verbis; [k] *Congregate mihi fanctos meos, qui pepigerunt mecum fuper facrificium.* Alia teftimonia fub manu habeo, quæ, ne Lectorem rebus obviis obtundam, prætermitto. Sacrificia vero, in fœderibus cum Deo vel homine feriendis, diu ante Legem ufitata fuiffe, fidem indubitatam facit Hiftoria facra; nempe *Genes.* 15. 9 ubi Deus, cum Abrahamo fœdus initurus, ait, *offer mihi* (fic verba transferenda docet *Chaldæus*) *vitulam, capram,* & *arietem.* Iis itaque diffectis & oblatis, Deus in imagine lampadis ardentis, inter facrificii partes medius tranfiiffe, & [m] *fœdus cum Abrahamo feciffe*, dicitur. Cum etiam *Jacob* & *Laban* in perpetuum fœdus amicitiamque firmandam confenfiffent, *Jacob*, ut fœderi eo major fides accederet, ויזבח זבח [n] *victimam mactavit,* & *Labanem* cum cognatis fuis ad epulum θύσιμον convocavit. Hic autem fi Scriptura tacuiffet, facile credi poffet, Antiquos ante datam Legem facrificia fœderum folennitatibus adhibuiffe, quod [o] hoftias fœderales, ab ultima vetuftate, receptas & ufitatas inveniamus. Hoc omnibus innotefcit, qui ullum cum literis facris aut profanis commercium habuere. Ut abfolvam paucis: fi Veterum fcripta evolvamus, raro facrificia fine convivio, rariffime fœdera fine facrificio facta reperiamus.

CAP. IV.

De ratione & origine Sacrificiorum Patriarchalium.

DISQUISITIONE noftra, de ratione facrificiorum Mofaicorum, ad umbilicum perducta; confentaneum erit, ut facrificiorum Patriarchalium rationem & originem qua licet, inveftigemus. Nam hæc duo fumma neceffitudine conjuncta funt, & omnes (Judæi pariter & Chriftiani) qui in hac caufa nobis adverfantur, primam caufæ fuæ fiduciam in eo collocare folent, quod primi generis humani patres (idolis nondum auditis) facrificiorum religionem exercuerint. Ab omnibus enim, qui Scripturam vel a primo limine falutarunt, intelligitur; Abelem & Cainum (Adami forte veftigiis infiftentes) Noachum, Abrahamum victimas obtuliffe. Sentiunt autem adverfarii noftri, fanctos illos & fimplices viros, animantium carnem & adipis nidorem, cultus & obfequii loco, Deo offerre minime potuiffe; nifi Deus hoc rituum genus inftituiffet, & hujusmodi munera Se pergrata habiturum revelatione aliqua docuiffet.

a *Exod.* 18. 12. b *Annot.* ad *Levit.* 3. 1. c *Lev.* 7. 26. *Deut.* 12. 11. d *Job.* 22. 27. e *Comment.* in loc. f Ub. fupr. g De *Sacrific. Vet.* p. 37. h De *Animal. Sac.* P. 1. col. 282. i De *Sacrific. Chriftian.* Cap. 7. k *Pfal.* 50. 5. l Qui loco *Hebr.* סחה לי habet קרוב קרמי *offeras coram me.* m Verf. 18. n *Genes.* 31. 54. o Vid. *Fortunat. Schac. Myrothec.* 2. cap. 57.

Atque

Atque hoc principio posito (quod pro rato habent & indubitato) sibi facile persuadent, sacrificii legem non tam sancitam sub Mose, quam renovatam; & sacrificia, non ob seculi morem & populi rudioris infirmitatem permissa, sed ob rationes, arcanas quidem sed momentosas instituta. Cum autem hæc objectio tam speciosa sit, & sententiam nostram maxime urgere videatur, cum ea non desultorie confligendum est. SECT. I.

PROBABO itaque, *primo:* Abelem, Noachum, & cæteros, qui ante Legem Deum sacrificio coluere, id muneris, nullo Dei explicato jussu, sed pia animi sui inductione, præstitisse. *Secundo:* Adversariorum argumenta ad rationis lancem examinabo.

SECT. I.

Patres, Mose antiquiores, sponte sacrificasse.

PRIMO: probare conabor, Abelem, Noachum, aliosque Mose vetustiores, sponte sua sacrificasse, adeoque sacrificandi ritum non e præcepto aliquo divino, sed instituto & arbitrio humano originem derivasse. Cum autem tam profunda caligo tenear res ante-Mosaicas, non hoc in me sumam, ut argumentis fidem certam faciendibus evincam, homines pio tantum animo & ratione naturali ductos sacrificia primitus obtulisse. Me pensum meum sine vituperio peregisse credam, si hoc probem argumentis summe probabilibus, & quibus animi candidiores acquiescant.

HORUM autem primum petitur e locis illis, quibus Deus, ut Hebræorum in sacrificiis fiduciam minuat, aperte negat, Se quicquam eorum Majoribus, de sacris offerendis, in mandatis tradidisse. Nempe *Jes.* 1. 12. & *Jerem.* 7. 22. quibus diserte asserit, Se victimas de populi manu minime *requisivisse*, *nec locutum* fuisse *patribus suis nec iis præcepisse, de holocaustis & victimis, in die qua eduxit eos de terra Ægypti.* Quid enim Deus hic meminit, se majoribus Hebræorum, cum primum eos ex Ægypto duxerat, nihil de sacrificio præcepisse, ut nimiam de ritu illo opinionem imminueret; modo a prima rerum origine hoc idem religionis genus, hunc sacra faciendi ritum, hominibus instituisset? Quis leges Adamo posterisque suis, ab ipso mundi principio datas, minoris habendas judicaverit, quam eas quæ Hebræis postea Ægypto migrantibus latæ erant? prout auctor [a] ille doctissimus argumentatur, qui in hoc pulvere non vulgari cum laude laboravit.

(2°.) CERTUM est, Cain & Abel oblationes diversis eorum facultatibus & studiis maxime convenientes obtulisse. Nam Cain agricola [b] *de fructu terræ*, Abel autem pastor *de primogenitis gregis*, munus Jehovæ attulisse dicitur. Hoc autem probabili conjecturæ locum facit, eos sacrificia, in spontanea tantum animi grati testimonia, Deo labores eorum diversos secundanti obtulisse; & rationem iis non minus sacrificandi munus, quam sacrificii materiam præscripsisse. Videntur enim Cain & Abel, ratione nativa docti, judicasse id imprimis Deo ritu sacro reddendum, quod ab illo accepissent; ut eorum sacrificium eo luculentius extaret benignitatis divinæ & gratitudinis suæ testimonium.

(3°.) DEUS sub N. Testamento nihil in cultu suo positivi, præter duo sacramenta præscripsit; sed cultus externi formulas in Ecclesiæ potestatem tradidit, pro variis temporum & locorum circumstantiis determinandas. Nec sub Veteri Testamento quicquam circa cultus exteriora curatum legimus, priusquam seculi superstitio, & populi in gentium statuta propensi ruditas, ritus externos certis legum finibus & cancellis coerceri postularent. Ideoque rationi convenit, ut censeamus Deum cultus externi ritus & signa, Patriarcharum seculis, juxta connatas honesti & decori normas determinanda reliquisse.

(4°.) SUB simpliciora mundi tempora, nulla alia gaudebant homines *cultus moralis* norma præter dictamen rectæ rationis: nil itaque vetat credere, quod ea solummodo cynosura in cultu ceremoniali adorando dirigerentur.

(5°.) NE susurrum quidem legis alicujus, de Deo sacrificiis honorando, primis hominum patribus datæ, per totam Scripturam percipere licet. Omni vero probabilitate caret, Scriptores sacros ejusmodi legem, siqua fuerit, tanquam rem parvi momenti, tacite præterire voluisse. Utcunque sit, cum legis illius nec umbra nec vestigium in

a *Outram.* de *Sacrific.* lib. I. cap. I. p. 6. b *Gen.* 4. 3, 4.

SECT. II. Scriptura reperiatur; in modestiæ leges impense peccant illi, qui Patriarchas mandatum de sacris offerendis a Deo accepisse fidentes asserunt, & hoc aliis, tanquam rem certam & indubitatam, credendum obtrudunt.

(6°.) Hæc sententia veterum pene omnium testimonio se tueri potest. Inter eos primas habeat auctor [a] *Constitut. Apostolicarum*, asserens, τὸν φιλόθεον Ἄβελ, καὶ Νῶε, καὶ Ἀβραάμ, καὶ τοὺς καθεξῆς, οὐκ αἰτηθέντας, φυσικῷ δὲ νόμῳ κινηθέντας ἀφ᾽ ἑαυτῶν, προσενηνοχέναι θυσίας Θεῷ ἀπὸ γνώμης εὐχαρίστου· *Dei amantem Abelem, & Noe, & Abraham, atque alios deinceps, non jussos, sed naturali aliquo instinctu & lege motos, sponte sua, e grato favoris divini sensu, victimam Deo obtulisse.* Eidem sententiæ manum dedit *Justinus Martyr*, vel quisquis auctor est responsionum ad Orthodoxos: ea enim quæstione mota, εἰ ταῖς τῶν ἀλόγων θυσίαις τὸ θεῖον οὐχ ἥδετο, &c. *Si Divinitas brutorum victimis non delectata est,* —— *quæ causa est, cur ante legem latam, ipsi Noa, ut victimas sacrificaret, in mandatis datum sit, cum præsertim sacrificia idololatrica nec dum essent?* [b] In hunc modum respondet: οὐδεὶς τῶν θυσάντων τὰ ἄλογα —— τῷ Θεῷ πρὸ τοῦ νόμου, κατὰ τὴν θείαν διάταξιν ἔθυσε, &c. i. e. *Nemo eorum qui bruta -- ante legem immolavit, id Dei jussu fecit; quamvis constet, Deum* etiam tum sacrificium accepisse, *& acceptatione illa commonstrasse sacrificantem sibi gratum advenisse. Quod autem Abraham præcepit, ut animantia trima, arietem item acciperet, quem pro Isaac offerret; non eo est factum, quod ejus oblatione delectaretur, sed hoc sum usus tulit.* Cum illo *Justini Martyris*, congruit *S. Chrysostomi*, de Abele loquentis, testimonium: [c] οὐ παρά τινος μαθών, οὐδὲ νόμου περὶ ἀπαρχῶν διαλεγομένου ταῦτα ἀκούσας, ἀλλ᾽ οἴκοθεν καὶ παρὰ τοῦ συνειδότος διδαχθεὶς τὴν θυσίαν ἐκείνην ἀνήνεγκε· *Nec ab ullo edoctus, nec lege accepta quæ de primitiis statuebat; sed magistro domestico, anima officii conscia, instructus, sacrificium illud offerebat.* Alia e Patribus, Modernis, Rabbinis etiam, in hujus sententiæ subsidium, adduxit testimonia, [d] auctor modo laudatus, quo lectorem carere nolim.

Si quis argumenta in medium adducta, lance non iniqua pensitaverit, mihi facile persuadeo, eum in hanc sententiam concessurum; nempe primos mundi patres, non lege aut revelatione divina motos, sed ex mero suo arbitrio & rationis ductu victimas obtulisse; quo scilicet honorem & amorem suum erga Deum, rebus quas habebant optimis ei dicatis, indicarent.

SECT. II.

Franguntur dissentientium argumenta.

PARS pensi nostri secunda postulat, ut argumenta, quibus hæc sententia oppugnari solet, ad libellam rationis examinemus.

Argm. 1m. Exordium itaque sumamus ab adversantium argumento palmario (sic enim habetur) quod e verbis Apostoli ad [e] Hebræos peti solet; *fide majorem hostiam Abel quam Cain Deo obtulit.* Cum autem, inquiunt illi, fides divina testimonio Dei revelantis aut promittentis innitatur, (quo nomine a superstitione doctrinis & præceptis hominum nixa discerni solet) ratio suadet, ut Abelem Dei monitu rem divinam fecisse censeamus.

Infringitur. Sed Adversarios ab hoc præcipuo sententiæ suæ præsidio facile depellamus: nam fides illa quæ *Abelis* donum πλείονος θυσίας titulo dignum fecit, persuasio fuit tam firma & alte fixa de propenso Dei in pios omnes affectu, & præmiis amplissimis in pie viventes conferendis, quod vitam ejus ad pietatis regulas instituerit, & non tantum bona sua sed & seipsum Deo dederit. Eam itaque sacrificii sui acceptationem quam Apostolus Abelis fidei, [f] Deus in Vet. Testamento, & [g] S. Johannes in Novo, illius bonæ vitæ, hoc est, fidei operibus probatæ tribuunt. Si fidem Abelis (quod volunt Adversarii) de assensu Dei verbis præstito intelligamus, quasi Abelis sacrificantis fides diserto aliquo præcepto vel promisso niteretur; haud facile expediendum est, cur Abel, *per fidem*, majoris pretii victimam quam Cain, Deo attulisse diceretur. Nam Abel sacrificasse dicitur, quod ad id munus præstandum, se lege aliqua devinctum crederet: at (si quid hoc e vero trahat) idem de Caino sacrificante judicandum est, nisi Cainus *malus*, sponte & ratione sola monente; Abel autem *bonus*, non nisi lege coactus, bona

a Lib. 6. c. 20. b *Respons.* ad *Quæst.* 83. c *Homil.* 12. ad *Pop. Antioch* Tom. 2. *Ed. Bened*, p. 129. A
d *Outram.* de *Sacrific.* lib. 1. c. 1. §. 6. e Cap. 11. 4. f *Genes.* 4. 7. g 1 *Jo.* 3. 12.

sua

SECT. II.

ſua Deo ſacraſſe cenſeatur. At ſententia hæc erroris inde manifeſta eſt, quod hoe ipſo in commate, illius oblata, non debita, ſed δῶρα, ab Apoſtolo appellentur: nam inde patet, Abelis oblatiooem e pio voluntatis propriæ motu, potius quam legis alicujns præſcripto prodiiſſe.

Argm. 2m.

SECUNDO: dicunt Adverſarii, manifeſtum eſſe, Patriarchas non tantum cultns divini ſtudio, ſed mercedis divioæ ſpe ioductos, ſacris operatos. Nam Caini *vultum cecidiſſe* legimus, cum Deum munus ejus nihili habuiſſe, & ſeipſum ſpe præmii decidiſſe ſenſerat. At inquiunt, primi homines in animos eorum nunquam inducere poterant, Deum hoſtias oblatas præmio aliquo compenſare voluiſſe, niſi quod Deus eas inſtituiſſet, aut munera illa Se benigne accepturum revelatione aliqua ſignificaſſet.

Sol.

HOC autem, Adverſariorum pace rogata, temere admodum & inconſulto dictum aſſero. Cum enim Patriarchæ beneficium a Deo acceptum grata memoria retinerent, nec gratitudinis ſuæ luculentius argumentum excogitare poſſent, quam ſi partem aliqoam facultatum quas Dei bonitati debuerunt, illius honori conſecrarent; eorum tenui cenſui conſentaneum erat, ut hoc medio gratum beneficiorum divinornm ſenſum teſtatum facerent; inſignis etiam Dei clementia, & ſervorum ſuornm nemini nnquam difficilis gratia, ſperare juſſit, Eum dona ſua, gratitudinis & amoris teſtimonia, bonam in partem accipere voluiſſe. Atque hæc eo veritati ſimiliora crediderim, quod & alios Dei ſervos in Scriptura memoratos inveniamus, qui, io gratitudinis & obſervantiæ ſuæ teſtimonium, res ſuas (Eo accipiente quidem, non autem præcipiente) Deo conſecrarunt.

Argm. 3m.

TERTIO: contra ſententiam noſtram argumentum cuditur ex Apoſtoli verbis ad *Colos.* 2. 23. quibus ἐθελοθρησκείαν damnat, i. e. *cultum voluntarium*, ex hominis ingenio & voluntate, magis quam Dei lege & arbitrio profluentem. Si vero Patriatchæ, ſponte, & animi tantum zelo flagrantis inductione ſacrificarent; neceſſe eſt ut viri tam ſancti in ἐθελοθρησκείαν incidiſſe, & exemplo ſuo peſſimo poſterorum mores corrupiſſe cenſeantur.

Sol.

AT hæc etiam objectio *hebes machara* eſt, nec cauſam noſtram alte vulnerat. Cnivis enim animum advertenti pateat, Apoſtolum ſenſu non malo vocem ἐθελοθρησκείαν intellexiſſe. Hoc multis probavit [a] *Hammondus* noſter, ad cujus lucubrationes eruditas amandari, Lectori non ingratum eſſe debet. Aſſentit *Grotius*, ſic honeſtum vocis illius ſenſum, & ſententiæ noſtræ veritatem, [b] aſſerens; non *omnem* ἐθελοθρησκείαν *damnat Paulus*, Coloſ. 2. 23. *ita enim damnaſſet & Abelis ſacrificium, quod non ex præcepto divino, ſed humano veniſſe inſtituto, ex ſententia Veterum diximus, ad* Lib. 5. *pro verit. religionis Chriſtianæ.* Et ſi cultum omnem ex humano tantum ingenio & inſtituto profluentem ſuperſtitionis argueremus, non Abelem ſolum, ſed ipſam *generationem filiorum Dei* damnaremus. Multis enim exemplis (de quibus alibi commodior erit anſa diſquirendi) manifeſtum eſt, Eccleſiam Judaicam inſtitutis, humano tantum arbitrio & auctoritate nixis, cultum Deo gratum peregiſſe. Nec minus apertum eſt, Eccleſiam Chriſtianam per Orbem diſſeminatam, ceremoniis diverſis, ideoque ingenio tantum hnmano excogitatis, Deo cultum exhibuiſſe. Ut compendio dicam: vox illa ἐθελοθρησκεία (quamvis auribus populi ſonum male gratum præbeat) nil mali denotare poteſt, niſi cultum notet ſchiſmaticum vel hypocriticum; i. e. cultum ritibus privatis & ab uſu Eccleſiæ diſſidentibus vel ceremoniis indiffetentibus magna cum religionis opinione peragendum.

Argm. 4m.

QUARTO: nobis id etiam opponi poteſt, quod abunde conſtet, pios ante Legem, ſacrificia, non tantum gratitodinis teſtandæ, ſed & peccati expiandi, cauſa obtuliſſe. Nam Abelis & Noachi ſacrificia, Euchariſtica fuiſſe & Hilaſtica, e ſermonis ſacri [c] verbis intelligitur: & opinione communi receptum eſt, [d] Eliphazum, Bildadum, & Zopharum, ſacrificia propitiatoria Deo, ante legem latam, attuliſſe. Cum autem ipſa peccati remiſſio, multo magis remiſſio cum reſpectu ad victimam peccatoris loco morientem, a mera Dei gratia & libera voluntate pendeat; neceſſe fuit ut Deus mentem ejus (quam nemo homo norat) de remittendo peccato, & ſanguine pecudis animæ peccatricis vice acceptando, revelatione aliqua ſignificaret.

Sol.

HÆC equidem objectio colote ſuo non eſt deſtituta, ſed non difficulter abluendo.

Hoc enim libere & ſine hæſitatione dicendum arbitror, ſacrificia oempe pacifica (h. e. in pietatis & gratitudinis ſignum oblata) a tationis ſolius ptæſcripto principium ha-

a *Diſſert. Anglic.* περὶ ἐθελοθρησκείας.
b In *Vat. pro pac. Eccleſ.* p. 101.
c *Gen.* 4. 4. & 8. 20.
d *Job.* 42. 8, 9.

buiſſe,

SECT. II. buisse. Nec interim diffireri licet, homines ante Legis datæ tempora, saerifieia expiatoria, ranquam dona quædam, ad redimendam numinis offensi gratiam, rarione rantum dictante protulisse. Fateor equidem, rarionis oculum, Deum vel peccara remissurum, vel victimam in animæ peccantis locum surrogatam accepturum, non nisi revelationis alicujus lumine percipere potuisse. Crediderim itaque homines, ante Legem traditam, pia quadam simplicitate ductos, victimas obrulisse. Non quod certo persuasi, sed spe læta suffulri essenr, benignum Numen respectu ad eorum dona pio affectu oblata habito, veniam offensis concessurum, eosque in pristinam gratiam recepturum. Rem ita se habuisse, facilius opinemur; quod ethnici, e Naturæ simplicis instinctu judicanres, victimas cundem apud Deum, quem dona apud iratos principes & magnates, locum & virturem habere credidisse videantur. Hanc opininnem Gentilium fidem lusisse, probant [a] *Arnobii* in eos jactara scommara: *unum illud præ omnibus quæro, quæ causa est, ut si ego porcum occidero, Deus mutet affectum, animosque & rabiem ponat: si -- vitulum sub illius oculis atque altaribus concremaro, oblivionem inducat injuriæ? —— Ergone injurias suas Dii vendunt, atque, ut parvuli pusiones, ut animosis parcant abstineantque ploratibus, passerculos, pupulos -- & panes accipiunt; -- ita Dii immortales placamenta ista sumunt, quibus iras atque animos ponant, & in gratiam suis cum offensoribus redeant? —— Sapientius multo est, pertinaciter eos in offensione durare, quam munerum corruptione mitescere. Crescit enim multitudo peccantium, cum redimendi peccati spes datur: & facile itur ad culpas, ubi est venalis ignoscentium gratia.* Sententiam eandem, seculis multo antiquioribus ethnicorum animos occupasse, testatur *Homeri* illud,

Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας·

Quod verbis *Ovidii*, jam ciratis, transfero,

Munera (crede mihi) capiunt hominesque Deosque.

Er eousque tandem invaluit hæc opinio, quod [b] *Nonius* Dona *appellari* dixit, *quæcunque placandorum Deorum causa Templis inferebantur.*

Argm. 5m. QUINTO: nos & hoc telo forte petent Adversarii: a ratione fideque dissidet, Abelem, Noachum, aliosque, nisi a Deo moniros, judicare potuisse, se Deo rem gratam facturos, si sacrificiis oblatis Ei culrum & honorem exhiberent. Nihil enim immolatis pecudum carnibus grati, vel naturæ divinæ consentanei inest; unde consultus quispiam, Naturâ tantum duce, in eam opinionem venire posset, victimas ὀσμὴν εὐωδίας *Deo Spirituum* præbere potuisse, Deumque ritus merum sanguinem olentes cultus & obedientiæ loeo habere voluisse.

Sol. CONSTABIT aurem, & huic argumento non multum ponderis inesse, si ad lancem rationis exploremus. Quamvis enim humanæ menti, naturæ divinæ scientia vel leviter imbutæ, manifestum sir, sacrificio per se spectato nihil inesse, unde ullo apud Deum in pretio esse possit; si ramen sacrificium tanquam animi Deo devoti & obstricti signum spectetur, novam quasi fronrem & speciem induir; & Patriarchæ, ex insitis boniratis & gratiæ divinæ notitiis, sibi facile persuadere possent, Deum hujusmodi munus, grato & devoto animo oblatum, benigne accepturum. Deinde: quo minus pecudis oblatæ earo eum Dei natura, eo magis cum primorum hominum rudirate, convenire censeatur. Si nihil incongruum, nihil insulsum, nihil temporum antiquiorum simplicitatem sapiens, in hujusmodi ritibus & religionibus percipere liceret; suspicioni locus esset, eos temporum illorum ingenium superare, & eorum originem, non Adamo vel Abeli, sed soli Deo rribuendam esse. Adeo ut ipsa hæc objectio telum nubis ad sententiæ nostræ defensionem subministret.

Argm. 6m. SEXTO: ἐμπυρισμὸς ille, sive inflammatio sacrificii, igne cœlitus emisso fieri solita, documento est, Deum Patriarcharum dona pergrata habuisse; & proinde sacrificandi morem cœlesti aliquo voluntatis suæ indicio instituisse & confirmasse.

UT huic argumento satisfaciam, nil opus est ur caput meum diu vapulet. Non enim abludit a vero Deum, Patriarcharum rempore, sacrificii Sibi grati tam cœleste signum nonnunquam edidisse; non quod obedienriæ præcepro alicui præstitæ signum esset, sed quod a pia offerentium volunrate, & animo Dei amore ealefacto, proficisceretur. Sed & eo forre consilio ignis ille de cœlo prodiit, ut Deus, miraculoso illo favoris & præsentiæ suæ testimonio, mundi pueritiam in veri Numinis fide cultuque confirmaret. Non tacendum est interim, [c] *Mercerum* & alios hunc ἐμπυρισμὸν mere

a *Adv. Gent.* lib. 7. p. 215. b *Sanct. comment.* in 1 *Reg.* 6. §. 7. c *Prælect.* in *Gen.* c. 4. 4.

fícti-

fictitium existimare, Hebræos etiam *divinare: & temere quidem*, qui sacrificium Abelis *igne cœlitus delapso* devoratum asserunt. SECT. II.

SEPTIMO: hoc etiam argumento in adversum contendunt, qui a nobis dissident: Argm. 7m. haud promtum est dictu, cur homines ab ipsis rerum initiis hunc titum exercerent, & gentes omnes (cætera divisæ maxime) in cultu sacrificiis peragendo conspitarent, nisi Deus, lege aliqua diserta, ptimos mundi patres ad sacrificandum devinxisset, & eorum posteri, traditione aliqua edocti, hujusmodi cultum, a jactis mundi fuodamentis, divinitus institutum existimassent.

NEQUE tes operosa fuerit, huic atgumento satisfacere Nam sacrificandi mos ille, Refellitur. tam longe lateque tandem ptopagatus, hinc ansam accepisse putetur: cum generis humani Patres præcellentis divinæ majestatis sensu petcellerentnr, & eorum bona omnia se Dei bonitati debete facile persentirent; nil prius habebant, quam ut majestatis & benignitatis divinæ sensum titibus aptis & peculiaribus aperte profiterentur. Quando autem, pro simplicitate sua, se nulla tatione felicius Dei majestatem & benignitatem agnoscere posse existimarent, quam si tetum a Deo acceptarum partem aliquam Ei, tanquam feudi totius domino, retribuerent & consecrarent; hinc factom est, ut Abel vitam agens pastoritiam, primitias gregis, Cainus autem, agriculturæ deditus, terræ fruges, ad Dei Dominium & ipsotum gratitudinem testandam, Ei dedicarent. Utcunque, sacrificandi ritum *soli* ptimorum pattum gratitudini & piæ simplicitati minime tribuendum sentio: nam honotificum Dei approbantis testimonium, per ἐμπυρισμὸν modo dictum exhiberi solitum, plutimum ad ritum illum confirmandum & propagandum valuisse, noo temere censeantut. Ut rem in pauca constringam: verisimile est, parentum ptimorum ἐθελοθρησκευτικῶν sacrificiorum religionem plantasse, Deum testimonio illo cœlesti quasi rigasse, & reverentiam qua patrum exempla proseqoebantur posteri, incrementum ei dedisse longe maximum.

OCTAVO: hac etiam difficultate nos utgebunt aliqui: Historiæ sacræ fide com- Argm. 8m. pertum est, discrimen inter animalia munda & immunda diu ante Legis ptomulgationem inootuisse. Illud enim Noachi tempote observatum fuisse, pateat e præcepto Dei [a] *ex omnibus animalibus mundis assumat septena secum* in Arcam, *& ex immundis bina*. Hujus autem discriminis institutioni, non ipsam creaturarum natutam, sed earum in sacrificiis usum, occasionem tribuisse, non male colligitut e *Genes.* 8. 10. Ubi Noachos dicitur *attulisse holocausta Domino super altare, ex cunctis pecoribus & volucribus mundis*. At vero non facile creditur, homines, ratione vel naturæ tantum instinctu ductos, hoc animalium ad sacra facieoda disctimen excogitasse; cum gentium veterum memotiæ testatum reddant, Earum partem longe maximam non oves tantum & boves, sed porcos, canes, equos [animalia munda simul & immunda] promiscoe & absque delectu obtulisse. Suadet itaque ratio, ut sacrificia, & animalium disctimeo sacrificiorum causa institutum, eidem Auctoti, Deo, adjudicemus.

UT huic argumento satisfiat, liceat mihi apposita *Curcellai* verba mutuari: [b] *verisimile est, ut quemadmodum sacrificandi ritus proprio motu, -- a primavis -- hominibus usurpatus fuit ad suam erga Deum gratitudinem testandum; similiter distinctionem fecerint inter animalia; & judicarint hac magis decere Deo offerre, quam illa, propterea quod mundiora essent; natura dictante nihil ipsi nisi optimum & excellentissimum esse consecrandum. Ideoque Deus quamvis ipse non pracepisset, quia ab animo pio proficisci videbat, illa approbavit.* Atque hac in te *Curcellao* bene convenit cum advetsario suo *Heideggero*, cujus hæc sunt verba, [c] *distinctio inter munda & immunda*, Noachi tempore, *non fuit ex mandato divino propter pietatem & religionem inducta, sed homines ea dixerunt immunda, quorum nausea naturaliter capti fuerunt:* quæ autem *in naturali usu munda, ad sacrificandum adhibita sunt: decuit enim immolari, qua in hominum usu antecelluerunt*.

NONO: nonnullis incredibile videtur, Patriarchas humana tantum tatione dictante Argm. 9m. sactificasse, quod cultus Dei positivus (qualis est sacrificiotum) optionis humaoæ non sit; sed ad unum Deum spectet, cultus sui media pattesque omnes ptæscribere & determinate. Patriarchatum itaque pietas obstat, ne ctedamus, eos Dei partes arripere, & cultus divini partem ptæcipuam atbitratu suo præscribere voluisse.

HOC atgumeotum multum valet apud eos qui ἐθελοθρησκείας *cultum* omnem *vo-* Sol. *luntarium*, & supetstitionem, in eadem classe collocant; & Magistratum schismaticum faciunt, si quid in Dei cultum ioducat, quod Deus ipse ptiot noo diserte præscripserit & iostituetit. At hoc atgumentum eo minotis habeamus, quod oon tam nobis quam

a *Genes.* 7. 2. b *Instit. Christian. relig.* lib. 4. c. 11. §. 10. c Lib. de *leg. cibar. Veter.* c. 3. §. 12

SECT. II. totius Ecclesiæ [cum Judaicæ, tum Christianæ] moribus adversetur. Notius enim est, quam ut probatione careat, Ecclesiæ utriusque præpositos, cultus externi ritus antiquos mutasse, & novos instituisse, prout sibiipsis [temporis & loci ratione habita] consultius videbatur. Et sane, cum ritus externi sint tantum honoris interni signa, & reverentiæ Deo debitæ testimonia, honoris autem & reverentiæ signa a gentium usu & arbitrio humano pendeant; necesse videtur, ut cultus religiosus ritibus variis (pro vario gentium & temporum usu) peragatur, & cultus externi signa ritusque præscribendi potestas rerum sacrarum Ministris concedatur. Sed ad rem propositam paulo propius accedentes, arbitramur, Abelem, Noachum, alios, Deo rem gratam fecisse, sponte licet & nulla lege astricti, sacris oblatis Ei cultum exhibuerunt. Nam pii illi viri, omni (quod scimus) cultus externi norma destituti fuerunt, & Deum simplicioris naturæ dictatis obsecuti, coluisse videantur; cum munerum oblatio præcipuus cultus & honoris deferendi ritus & modus apud omnes gentes etiamnum habeatur.

Arg.m. 10m. DECIMO: non-nemo forsan ex adverso regeret, hominum primorum sacrificia (si quis animum advertat) eas artis & subtilioris ingenii notas ferre, ut fidem omnem excedat, tempora illa simpliciora ritus tam decoros excogitare, & Deo cultum tam elegantem & prophetia plenum præstare, potuisse. Nam animalium tantum mundorum ad sacrificia separatio, sacrificiorum suorum igne consumptio ne quod Deo sacrarum fuerat ad usus profanos transferretur, & (quod caput est) sacrificii Christi imagine tam perspicua repræsentatio, solertiam & ingenium, supra quam ea ferebant tempora, sapere videantur.

Sol. SED nec eo colore pingi posse Adversariorum causam, facile percipiat, qui sacrificiorum Patriarchalium *finem*, *materiam*, & *offerendi modum*, propius intueatur.


SI eorum *finem* spectemus, ruditatis & simplicitatis primævæ characteres in sacrificiis eorum omnibus facile percipiamus. Qui enim homines primævi muneribus oblatis gratiam & favorem divinum sibi conciliare studerent, nisi quod Deum ex ingenio humano æstimantes, munera non minus apud eum quam homines valere judicarent. *Procopius* itaque non immerito sacrificiorum originem ad simplicitatem offerentium referendam censuit: nam de Abele, Caino, & aliis, qui bona sua Deo consecrabant, agens, *verum*, [a] inquit, *haud decet -- illos imitari: erant enim primi homines admodum rudes & simplices (quippe quorum amictus erant pelles animalium) literarum omnisque politioris scientiæ ignari. Deus* itaque *grato animo excipiebat illorum victimas & oblationes*, &c.

NEC minus luculenta ruditatis primævæ signa in ipsa sacrificiorum veterum *materia* deprehendi possint. Nam sacrificiorum materia (pecudum caro, sanguis effusus, & hujusmodi alia,) tam vilis est, & a summa Dei majestate tam longe dissita, quod nemo (nisi plane simplex & rerum rudis) quin sacrificia plane superflua, Deoque prorsus indigna facile judicaret. Sane tantum aberat, ut ethnici paulo humaniores sacrificia Deorum suorum naturæ consentanea crederent, quod iis non raro mirari subiit, unde ritus tam tristis & a natura Deorum alienus in hominum corda veniret, se tam longe propagaret, & eorum moribus tam tenaciter adhæreret.

SUMMAM etiam ruditatem & simplicitatem arguit, ipse sacrificia Patriarchalia *offerendi modus*. Quantum enim per creperam historiæ sacræ lucem percipere datum est, Patriarchæ victimas altaribus imposuere missis ritibus illis plurimis & curiosis quos Moses postea in sacris offerendis observari jussit.

HÆC omnia simul conferantur, & apertum erit, sacra primæva simplicitatem maximam præ se ferre; nec esse cur censeat quispiam, Patriachas genio crassiore natos fuisse, quam ut cultum tam subtilem & elegantem excogitare possent. Neque hæc exemplis in contrarium adductis refelluntur: nam insitus æqui & decori sensus primos ritus hujus auctores facile docuit, ea animalia ab altari, quæ homines a mensa plurimum, segregare; & ea Deo sacrare, quibus usus & opinio munditiem & excellentiam quandam tribuisset. Eodem decori sensu moniti, sacra sua omnia igne curarunt absumenda; ne quod Deo sacratum fuerat, postea in usum communem cederet. Nec absurda forsan conjectura est, Patriarchas eorum dona sacra libentius igni tradidisse, quod Deus, aut Angelus Dei vice, sub ignis flammantis specie se visendum præbuisset; unde & ignem, Dei symbolum & imaginem maxime propriam & vividam existimarunt. Neque tuto asseritur, Abelem, Noachum, aliosque Mose priores, in sacrificiis suis Christi sacrificandi prophetiam quandam realem exhibere studuisse; cum hoc Scriptura nusquam dixerit, & sacrificia Patriarchalia circumstantiis quibusdam emphaticis, lege postea præscriptis, destituta fuerint.

a *Comment.* in *Gen.* 4. p. 82.



DISSERTATIO TERTIA

DE

LUSTRATIONIBUS & PURIFICATIONIBUS HEBRÆORUM.

PRÆFATIO.

Quâ nonnulla de sensu vocis Καθαρμὸς, *& Ordine in sequentibus observando, præmittuntur.*

E DISSERTATIONE proxima liquidum est, S. *Chrysostomum* Sacrificiorum originem gentium ruditati, & eorum sanctionem genrium consuetudini, consulto tribuisse. Eo me ducente [a] verborum suorum serie, probandum est proximo, S. *Patrem* Judæorum Καθαρμὸς ab codem foote & origine, pari cum ratione & veritate derivasse.

Ut autem λογομαχίας ansa præscindaror, necesse est, ur de usu sensuque vocis καθαρμὸς, in Dissertationis hujusce limine, paucula præmittamus. Nam de sensu vocis hujusce non adeo inter doctos convenir: nonnulli scilicet inrer illa sensus cognati vocabula [καθαρμὸς, καθαρισμὸς, & ἁγνισμὸς] paulo [b] curiosius distinguendum sentiunt: καθαρμὸς, inquiunr, proprie idem est quod κάθαρμα vel victima piacularis, quæ ad lustrandom aut peccata expiandum offerebarur: καθαρισμὸς idem erat quod βαπτισμὸς, nempe corporis aut manuum solarum in aquas immersio, quam Judæi ad immunditias eluendas adhibebaor; ἁγνισμὸς autem, aquæ levior aspersio, qua etiam Judæi polluti, in ordine ad καθαρισμὸν, sæpius urebantur. Me quod attioet, curiosas hasce vocum earum differentias ad eos qui ἦθος κριτικὸν habenr, io præsens amandabo; &, Criricorum pace, Καθαρμὸν, hic sensu laxiore sumam, pro quavis nempe lustratione, purificatione, vel ceremonia sacra, qua Judæi, ad maculam aliquam cluendam, sanctitatem legalem rei vel personæ conciliandam, peccatum expiaodum, vel malum aliquod averruncandum utebantur. Vocem hanc sensu ram lato sumi, variis exemplis evioci posset, si leviculis hisce diutius immorari liceret.

Si a vocibus ad rem ipsam progrediamur, tanta se dicendorum moles offert, quod difficilis operæ sit ea vel in ordinem digerere; sed longe difficilioris, eorum omnium origines in aprico collocare. Nam duplicis generis καθαρμοὶ vel purgationes, Personarum scilicet & Rerum, in Hebræorum legibus & ceremoniis locum invenerunr. Personarum etiam duplicis generis erant, Ordinarii & Extraordinarii. Καθαρμοὶ ordioarii erant purificationes illæ frequentes, aqua sola peractæ, ad incursionis quotidianæ maculas aur immunditias eluendas adhiberi solitæ. Καθαρμοὶ extraordinarii erant, qui non ablutione sola, sed & victimis, jejuniis, aliisque ceremooiis statim receosendis, temporibus solennioribus peragebantur.

Purificatio ordinaria (ut inde telam ordiamur) quatuor modis spectari potest: (1°.) Materialiter, vel cum respectu ad materiam in putificatione celebranda

a Supr. citat. pag. 644. b Vid. Heint. Arist. Sac. c. 19.

CAP. I. uſurpatam. (2°.) Formaliter, quatenus purificatio vel ablutio illa conſilio religioſo ſuſcepta erat & adminiſtrata. (3°.) Finaliter, vel reſpectu habito ad fines & uſus illns varios quibus κάθαρσις illa carnalis inſerviebat. (4°.) Modaliter, aut cum reſpectu ad varios modos & circumſtantias in purificatione peragenda, e præſcripto Legis obſervandas.

Cum iraque Purificatio tam late ſumi poſſit, ut S. *Chryſoſtomi* fidem liberem, & officio præſenti cumulate ſatisfaciam; mihi probandum ſumo, καθαρμοὺς, quovis modo ſpectaros, ex anriquo Patriarcharum, aut potius Ægyptiorum aliarumque gentium, ruditate & uſu ad Hebræos deveniſſe.

CAP. I.

Probatur, Hebraorum καθαρμοὺς *ordinarios*, materialiter *ſpectatos e Gentium more rituque traductos fuiſſe.*

HEBRÆI purificandi ſtudio ducti, triplici tantum materia *ordinarie* utebantur: aqua nempe pura (fontana vel fluviali) Aqua marina, & aqua illa ſeparationis *Numer.* 19. memorara, quæ Vaccæ rufæ cineribus commixtis parabatur. Si autem aquas haſce paulo attentius intueamur, in iis omnibus moris apud Gentes Moſe priores uſitati veſtigia facile percipiamus. Ne quis autem mihi talia dicenri læſæ veritatis dicam ſcribat, de aquis hiſce tribus ſigillatim agam, & ſententiam meam ratione non facile rejicienda munitam dabo.

De aqua pura. Placet itaque ab aqua pura, fontana vel fluviali, principium ſumere. Judæos, puritati operam adhibentes, aquam fontanam, tanquam communiſſimum purgationum ſuarum materiam, uſurpaſſe, reſtimonio Legis indubitarum eſt. Præceprum eſt enim, ut *ſeminis fluxu pollutus lavet veſtes ejus & totum corpus in aquis viventibus*, Levit. 15. 13. Ubi *Chaldaus* legis mentem per במי מבוע *in aquis fontis* explicar. *Chaldao* conſonat *Joſephus*, qui aquas in leproſo mundando requiſitas referens, ſic ſenſum legis [a] interprerarur; *ſi cui morbo illo* (lepra nempe) *liberari, & in priſtinum reſtitui contingat*, προείρηκε τινὰς ἁγνείας, καθαρμοὺς πηγαίων ὑδάτων λουτρῶν· *Præſcripſit Moſes certas purificationes, mundationes, & aquarum fontanarum lavacra.* Et [b] alibi, de Levitis Deo ſacratis agens, ἥγνιζε, inquit, πηγαίοις ὕδασι καὶ ἀενάοις, καὶ θυσίαις· *purgavit eos aquis perennibus, & ſolenni ſacrificio.* Ideo vero aquam fontanam & e vena ſalienrem luſtrationibus adhibebant, quod purior, & acrioris ad purgandum virturis, adeoque luſtrationi magis apta crederetur. Poſt aquam fontanam, Judæi munditiæ ſtudioſi ſecundas aquæ fluviali deferebant. Hinc *Johannes Baptiſta*, [c] Jordanis fluenta ad baptiſmum ſuum elegiſſe dicitur, quod ſcilicet illa purgationi magis accommodata cenſerentur. Sed quamcunque demum aquam (de fontibus, fluviis, puteis, aut ciſternis, hauſtam) ad purgandum adhibebant, id anxia religione curabant, ut aqua tantum pura, & nulla fæce vel uſu ordinario contaminata ſeſe expiarent. Hinc regulæ multæ a Magiſtris traditæ de aquis ad manus abluendas aptis aut ineptis, quas apud [d] *Buxtorfium* & [e] *Pocockium* noſtrum reperiant harum rerum curioſi. Religionem eandem a Judæis mutuati videntur Mohammedani, apud quos hoc in legem abiit; [f] *non tollitur immundities aliquo liquore, excepta aqua: ſed nec qualibet aqua, ſed munda tantum, qua non fœde mutata fuerit rei alicujus non neceſſaria admiſtione.* Arque hæc religio ſeculis antiquioribus inter Judæos inolevit: nam reſtante [g] *Porphyrio*, Eſſæi, genere Judæi, in puritatis exercitio verſati, *participes facti ſunt* καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων, *aquarum maxime purarum, & ad puritatem conciliandam maxime facientium.* Hunc uſum Judaicum ob oculos habuiſſe videtur Apoſtolus, ſic [h] Hebræos alloquens, *accedamus* λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ, *abluti corpus aqua pura.* Haud abſimile Prophetæ dictum, ad luſtrarionis Judaicæ ritum reſpicientis; [i] *effundam ſuper vos*, καθαρὸν ὕδωρ, *aquam puram*, &c. Prout enim κοιναῖς χερσὶ *comedere*, ita & κοινῷ ὕδατι lavare, pro profano habebatur.

Nac minus apud ethnicos quam Judæos anxie curatum eſt, ut aqua fontana vel fluvialis (utcunque pura & immaculara) in ſacris luſtratoriis adhiberetur. Hoc e *Virgilio* diſcimus, apud [k] quem Dido, ſacra Diis inferis inſtituens, ſic loqui fingitur,

a Lib. 1. contr. *Ap.* p. 1357. 25.
b *Antiq.* lib. 3. c. 11. p. 125. 20.
c *Mat.* 3. 6, 13.
d *Differt. de rit. lotion. man. ap. Judaos.*
e *Not. Miſcel.* c. 8. p. 357. 358.
f Ib. p. 359.
g De *Abſtin.* l. 4. ſ. 12.
h Cap. 10. 22, 23.
i *LXX.* in *Ezech.* 36. 25.
k *Æneid.* 4. v. 635.

Dic

Dic corpus properet fluviali spargere lympha,
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.

CAP. I.

Sic & Æneam infert, ramum Proserpinæ apud inferos consecraturum, *Æn.* 6. v. 635.

Occupat Æneas aditum, corpusque recenti
Spargit aqua, ——

Virgilio consona sunt *Ovidii* illa, *Fast.* 4. v. 777.

—— *Tu conversus ad ortus*
Dic quater: & vivo perlue rore manus.

Nec minore religione cavebant ethnici, ut eorum purgationes *aqua pura* nec usu communi vel fæcibus inquinata perficerentur. [1] *Hesiodi* verba huic mori testimonium perhibent:

—— πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ·

Memorat & *Theocritus* ἀβλαβὲς ὕδωρ in purgationibus usitatum. Hojusmodi aquæ cura tam superstitiosa sacerdotes Ægyptios tenuit, ut [a] aqua nulla alia se porgarent, quam ea cujus puritatem *Ibis*, avium mundissima, bibendo approbasset. Hic multis argumentis nil opus esse censeo, ad probandum aquæ usum e gentium institutis in Hebræorum piacula transiisse. Nullus enim hac de re dubitandi locus superesse potest, si probatum dedero, purificandi ritus legem antiquitare vincere & Deum tot lustrandi ceremonias ob seculi morem in cultum suum admisisse. Huic autem penso, capite sequente manus admovendæ.

Secundo: ad καθαρμοὺς ordinarios Judæi aquam marinam frequenter adhibebant. Hanc in Hebræorum sanctimoniis usum habuisse, pateat ex [b] *Aristea*, Græcorum Interpretum mores in hunc modum referente; *Quotidie bene mane in aulam veniunt, & salutato rege ad loca sua redeunt*, ὡς δὲ ἔθος ἐστὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, ἀπονιψάμενοι τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας, &c. *Et manibus, pro communi Judæorum more, ex mari lotis, Deo preces effundunt.* Ne quis autem auctoris hujusce suspecti testimonium negligat, *Philonem* advoco, testem omnium calculo probatissimum. [c] Ille vero, de Judæis templom adituris agens, οἱ μὲν ἄλλοι, inquit, σχεδὸν ἅπαντες ἀκραιφνεῖ περιρραινόμενοι· θαλάττῃ μὲν οἱ πολλοί· τινὲς δὲ ποταμοῖς, οἱ δὲ κάλπεσιν ἐκ πηγῶν ἀρυόμενοι· *Alii fere omnes aqua pura puta asperguntur: marina quidem plerique: quidam fluviali: nonnulli etiam hydriis e fontibus haurientes.* Ebion, hæreticus Judæus, huoc porgandi ritum, inter alia quammulta, a Judæis hausisse putetur; cum enim consuetudinem cum fœminis habuisset, ei solenne fuit, (uti auctor est [d] *Epiphanius*) βαπτίζεσθαι ἐν τοῖς ὕδασι, — ἢ θαλάσσῃ, ἢ ἄλλων ὑδάτων· *se proluere in aquis, aut maris, aut alterius generis.*

De aqua marina.

Ratio vero suadet, cogit opinari, Judæos hunc lustrandi morem e gentium moribus in suos transtulisse. Nam,

(1°) E veterum Græcorum & Latinorum testimoniis passim obviis apertum est, ethnicos aquam marinam in lustrationibus frequenter usurpasse, eamque usui illi, præter cæteras aquas, aptam & accommodatam existimasse. Ne sermo meus æquo prolixior sit, rem hanc duobus tantum Græcis & Latinis firmabo testimoniis. E Græcis primas habeat illud [2] *Aristophanis:*

Πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν·
Ἔπειτ' ἐλοῦμεν·

Primo quidem ad mare ipsum perduximus,
Moxque lavimus.

Haud absimile est illud [3] *Apollonii*, *Argonaut.* 4. ubi socii Jasonis *Circen*

a *Plutarch.* lib. de *Isid.* b Pag. 890. D c Lib. de *Sacrificantib.* p. 848. C d Adv. *hæres.* l. I. T. 2. *hær.* 30.

1 De Op. & Dieb. L. 2. v. 336. 2 Vid. *Plut.* Act. 3. Scen. 2. v. 656. 3 Vers. 663.

Εἶχον

CAP. I.

Εὗρον ἁλὸς ποτίδεσσι κάρη ἐφαιδρύνουσαν,
Τοῖον γὰρ νυχίοισιν ὀνείρασιν ἐπτοίητο·

Invenerunt maris humiditatibus caput lavantem,
Ita enim nocturnis somniis attonita reddita est.

Huc spectant etiam *Apuleii* verba, lib. xi. p. 356. *Confestim discussa pigra quiete, alacer exsurgo: meque protinus purificandi studio lavacro marino trado: septies submerso fluctibus capite.* Et illa [a] *Taciti*, de Junonis statua; *Propitiata Juno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare: unde hausta aqua, templum & simulacrum Deæ prosperfum est.* Feruntur Mauri hanc marinam lustrationem, consuetudine a Majoribus hausta, etiamnum in usu retinere.

(2°.) Nihil in tota lege de aqua maris in lustrationibus usurpanda præceptum extat. Quin potius contrarium instituitur, ut nempe Judæi aqua pura & qualem fons ipse suppeditat, in purificationibus uterentur. Ideoque e sola gentium imitatione natum videtur, quod Hebræi, puritati studentes, aquis non fontanis, sed marinis tam frequenter abluerentur.

(3°.) Gentilium veterum doctrinæ, sacræ simul & philosophicæ consentaneum est, ut eos aquas salsas ad purgationem primos usurpasse censeamus. Nam aquam, non corporis tantum, sed & animæ maculas eluere posse, si præsertim sale saturatam, Gentilium Theologi simul & Philosophi docuerunt. Eorum Theologi salem igni & sulphuri natura conjunctum, adeoque purgationis usui cumprimis accommodatum censuerunt. Hoc e [b] *Procli* verbis intelligi datum est: *aqua marina vi purgandi prædita est, quod salis sit particeps, qui aliquam in se continet ignis particulam: ideoque sacerdotes ethnici ea in lustrationibus suis utebantur, illaque aspergebant quæ lustrare volebant.* Eorum etiam Philosophi sali facultatem [c] καθαρτικὴν inesse dicebant, atque inde forsan aquæ salsæ vires ad purgandum præstantiores habebantur. Ex hoc aut illo principio fluxit, quod ethnici antiquiores (si forsan aquam marinam desiderarent) salem in aquam injicerent, eaque locos aut homines inquinatos irrorarent. Ea de re non obscurus apud [d] *Theocritum* occurrit locus,

——— καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
Πρῶτον ἔπειτα δ᾽ ἅλεσσι μεμιγμένον (ὡς νενόμισται)
Θάλλῳ ἐπιρραίνειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ·

——— *Puro vero lustrate domum sulphure*
Primum: postea vero sale mixtam (uti mos est)
Florido ramo aspergere decet aquam.

Ex ea gentium disciplina, Pontificii aquas eorum lustrales sale conspergendi morem traduxisse videantur. Cum itaque Gentes tantam aquæ salsæ tribuerent purgandi vim, consultum videtur, illius usum in sacris, a Gentilibus, anili superstitione & vana philosophia occæcatis, potius quam Judæis auctoribus derivare.

(4°.) Inde causa credendi nascitur, Judæos aqua marina purgandi morem a Gentibus accepisse, quod e Veterum monumentis aperte constet, aquam illam in Gentium antiquitate maxime celebrium lustrationibus usitatam. Hic *Homeri* fidem testor, qui Veteres lustrasse dicit,

Θεῖῳ τ᾽ ἀσφάλτῳ τε, πολυφλοίσβῳ τε θαλάσσῃ·

Quod *Homeri* carmen cognato *Nasonis* versu non prorsus infeliciter interpretemur:

[e] *Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.*

Nam *Ovidium*, eo in loco, de aqua salsa intelligendum esse, multi non sine causa suspicantur. Sed ad *Homerum* redeo, qui lustrationis aqua marina factæ nobis exemplum præbet, ubi Græcos sacris operaturos, mari lustratos memorat. Ne Lectori jam fraudi fuisse videar, verba [f] Poetæ adscribam integra:

a *Annal.* 15. p. 255. b Lib. de *sacrif. & Mag.* sub fin. c Vid. *Oribas. Medic. collectan.* lib. 15. & de *virtut. simplic. medicam.* l. 2. d *Idyl.* 24. v. 94. e *Metamor.* l. 7. v. 262. f *Iliad.* A. v. 313.

Λαοὺς

CAP. I.

Λαὸς δ' Ατρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν·
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον·
Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας·

Populos autem Atrides lustrari jussit:
Illi autem lustrabantur, & in mare sordes jaciebant:
Sacrificabant etiam Apollini perfectas hecatombas.

Sed hunc aqua marina lustrandi morem Expeditione Trojana multo antiquiorem sentiamus, si quid a vero trahat hæc Auctoris haud [a] obscuri conjectura: *vas illud* coram *Tabernaculo & Templo, in sacerdotum lustrationem collocatum, mare aneum* dictum fuit; quod purgantibus maris loco esset, & vim omnem purgatricem aquæ marinæ a Gentibus tributam in se uno contineret.

(5°.) FREQUENS aquæ *marina* ad lustrandum usus Superstitionis ingenium sapit, quæ in ritibus ejus περιεργίαν quandam prodere solet, & virtutem ingentem rebus minutis dare. Ab hac sententia *Stobaus* haud multum abfuit: postquam enim [b] citasset tritum illud *Euripidis* dictum,

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά·

Mare cuncta hominum mala prorsus abluit,

statim subjungit, φέρεται δὲ εἰς τοὺς δεισιδαίμονας, οἳ θαλάσσῃ περικαθαίρονται. *Cadit autem* hoc dictum *in superstitiosos, qui mari lustrari solent.* Plerosque Gentiles eo charactere notandos esse, docent *Ciceronis* illa, [c] *mare quo omnia qua violata sunt, expiari putantur.*

RATIONES jam dictæ causam opinandi non levem præbent, aquas hasce lustrales a Gentibus fluxisse ad Hebræos, qui gentium dogmatis & moribus serva nimis erant & addicta natio.

TERTIO: in lustrationibus Hebræorum Ordinariis usu frequens erat *aqua separationis* aut [d] *expiationis, Numer.* 19. memorata, quæ Vitulæ rufæ cineribus, aqua fontis immistis, parabatur. Aquam illam hunc usum præbuisse, patet ex Apostoli verbis ad [e] Hebræos: *cinis vitula aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis emundationem.* Eundem usum & effectum assignat Moses, *Numer.* 19. 9. *Colliget vir mundus vitula cineres, & effundet* eos *in loco puro, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis.* Ad quorum verborum sensum capiendum, sciendum est, Deum vitulæ rufæ cineres sancte custodiri, & aqua fontis immisceri præcepisse: non ut aqua illa corporis totius ablutioni deserviret, sed ut personæ tactu mortui pollutæ sola ejusdem aspersione mundarentur. De lustrationis hujus origine vel instituendi causa, non est consulti quicquam fidenter affirmare; cum hac in lege, veritas pene tenebris obducta & circumfusa jaceat. Si vero in re tam obscura difficilique modestæ conjecturæ locus esset, aquæ lustralis hoc ritu confectæ causam triplicem assignarem.

(1°.) GENTES antiquiores, ad puritatem acquirendam, non raro cineres usurpasse videantur. Hanc conjecturam eo minus irato Genio fecisse videar, quod evidens sit, cineres in gentium recentiorum purgationibus locum præcipuum habuisse. Nam [f] *Arnobius* gentium numina sugillans, *Lavatio*, inquit, *Deum Matris est hodie: fordescunt enim Divi, & ad sordes eluendas lavantibus aquis opus est, atque adjuncta cineris fricatione.* Moris ejusdem se testem præbet *Ovidius, Fast.* 4. ubi, inter piacula, combustorum vitulorum meminit, dicens, vers. 733.

Sanguis equi suffimen erit vitulique favilla.

Et v. 639.

Igne cremat vitulos,——
——purget ut ille cinis.

Paucis etiam interjectis, inquit, vers. 725.

Certe ego de vitulo cinerem, stipulasque fabales
Sape tuli plena, februa, casta manu.

a *Fortunat. Schac. Myrothec.* P. 2. cap. 75. col. 690. B b *Serm.* 4. c *Orat.* pro *Sext. Roscio.*
d *Numer.* 31. 23. e Cap. 9. 13. f Lib. 7. contr. *Gent.* p. 237.

CAP. II. Ab hifce non multum abeunt quæ apud *Virgilium* occurrunt, lustrandi ritus memorantem, *Eclog*. 8. v. 101.

Fer cineres, Amarylli, foras, rivoque fluenti,
Transque caput jace,——

Sat fcio plerolque fibi perfuadere, Gentiles cineres in ritibus lustratoriis ufurpaffe, ut legem a Deo latam *Numer*. 19. κακοζηλίᾳ diabolica imitari poffent. Mihi vero probabilius eft, hunc cineres ad luftrationes adhibendi morem primam inter Gentes originem reperiiffe, & Deum hunc morem e Gentilium initiis in cultum fuum tranftuliffe; ne Ifraelitæ gentium februa, veluti fuis puriora, defiderarent, & femetipfos minus expiatos exiftimarent, nifi aquis novam a cineribus infufis purgandi virtutem haurientibus afpergerentur. Cum enim pnpulus ille vetera omnia libens acciperet, fed quæ nova In cultu videbantur animis averfis intueretur; æquum eft opinari, Deum hunc luftrandi modum inftituere noluiffe, nifi cineres inter gentium februa numeratos, & res in ufu folenni pofitas, inveniffet. Deinde, fi Gentiles, cineres in purgandi ceremoniis ufurpantes, ad Hebræorum imitationem fe fingere ftuduiffent; credi nequit, eos ab exemplari fuo tam longe recedere voluiffe.

(2°.) Deus *afperfionis aquam* hoc ritu parari voluit, ut ab infufis oblatæ vitulæ cineribus religionem quandam hauriret, & inde a vulgari quavis aqua luftrali difcerneretur. Gentes nonnullæ, folo rationis inftinctu monitæ, aquam facris ufibus deftinatam nota vel charactere aliquo ab aquis cifternæ feparabant. Gentiles enim aqua plurimum e [a] fonte aliquo facra petita in luftrationibus enrum utebantur: noonunquam aqua, qoa titionem ardentem ab [b] ara fumptum extinxiffent, purificandi ftudio, feipfos afpergebant. Et Hebræis proculdubio confentaneum videbatur, ut eorum aqua luftralis nota aliqua religiofa difcerneretur, & infufus animalis immolati cinis (quo vix quicquam religioni magis cognatum) ei reverentiam & fanctitatem quandam conciliaret.

(3°.) Cineres aquis immifti ad fordes abftergendas plurimum valent, adeoque cum eorum ufu [nempe purificatione] confenfum & analogiam quandam coluiffe videantur. Deum & hac de caufa cineres aqua fua purgatoria commifceri voluiffe me perfuafum habeo, quod gentes antiquæ καθάρσια fua ex iis rebus componere folerent, quæ puritati affines erant, & virtute καθαρτικῇ maxime pollere credebantur. Hinc aqua limpidiffima, fale, fulphure, cinere, nitro, igne flammante, & hujufmodi aliis, in luftrationibus fuis utebantur. Sacerdotes autem piaculis illis excogitandis ingenii fui vires exercuerunt, ut homines creduli, luftrationis ritibus perfuncti, fibi facile perfuaderent, fe vitæ (licet impuriffimæ) maculas abfterfiffe & expiaffe. Cum itaque gentes antiquiores, in purgationibus fuis, rebus virtute vere purgativa claris uterentur; credere par eft, Deum cineres mundationis aqua commifceri voluiffe, quod ad mundandum naturaliter apti effent & accommodati, unde & caufa omnis ethnicorum luftralia rebus a Deo ad luftrandum inftitutis præferendi tolleretur.

Rationes hafce, ut probabiles tantum, in medium profero; & lectori integrum volo, eas recipere vel repudiare.

CAP. II.

Καθαρμοὶ formaliter *spectatos, eidem origini afcribendos.*

EO me jam dncit præfentis inftituti filum, ut probem Hebræorum καθαρμοὺς *formaliter* fpectatos [h. e. quatenus ablutiones facras, non fanitatis aut elegantiæ, fed puritatis & religionis eaufa ufurpatas] e veteri gentium ufu, tanquam inftitutionis fuæ caufa præcipua dimanaffe.

Quo vero methodice procedat fermo, primo fententiam meam argumentis aliquot communire; fecundo, Objectiones illius fidem minuentes enervare conabor.

a *Schol. Myrothec*. 2. c. 49. b *Athen*. lib. 9. cap. 18.

SECT.

SECT. I.

SECT. I.

Argumenta quædam ad sententiam firmandam afferuntur.

GENTES antiquiores curam puritatis externæ singularem habuisse, & earum ritus lustrales legibus de purificatione latis occasionem fecisse, variis argumentis evinci potest.

HORUM primum petitur e variis hominum exemplis, qui ablutionibus, non munditiæ sed ἁγνείας gratia, diu ante datam legem utebantur. Cum enim Jacobus Patriarcha familiæ suæ reformationem aggrederetur, [a] *amovete*, inquit, *a vobis Deos alienos*, והטהרו *& mundamini*, *& mutate vestimenta vestra:* ubi sensum vocabuli והטהרו optime assecutus videtur *Aben Ezra*, illud per שירחצו הגוף *ut lavent corpus*, interpretatus. Atque hanc interpretandi rationem mutuo accepisse videtur a *Jonathane*, hac paraphrasi locum illustrante; *purificate vos a pollutionibus interfectorum ad quos accessistis, & mutate vestimenta*. Consilium huic affine filiis ejus dedit Jacob, *Genes.* 49. 1. si *Jonathani* credimus, hunc sensum Patriarchæ verbis affigenti, *vocavit Jacob filios ejus & dixit eis, purificate vos ab immunditie, & indicabo vobis secreta occulta*, &c. Sed missis exemplis illis obscurioribus, ad Pharaonis filiam transeat sermo, quæ religionis causa ad fluvium se conferebat, quod in ἁγνείαις olim frequentissimum. Sentiunt equidem nonnulli, non lotionis aut puritatis, sed liberorum & fœcunditatis desiderium, fœminam illam ad fluvium attulisse; quod Nili [b] potus fœminas Ægypti fœcundas reddere crederetur. At nec ratio, nec adversa veterum testimonia patiuntur, ut huic opinioni fidem habeamus: Nam [c] *Ezechiel* tragicus, Mosis Historiam fuse persequens, sic lotionis illius scopum explicat,

Κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἅβραις ὁμοῦ,
Κατῆλθε λουτροῖς φαιδρῦναι τὸ ἐν δέμας·

Id est, *Vigero* interprete,

Ecce tibi Regis nata cum famulis subit,
Lustrare liquido gestiens corpus vado.

E gentis nempe ritu & religionis suæ instituto. Sic enim lotionis illius mentem interpretatur [d] *Clem. Alexandrinus*, de Mose loquens in ripa fluminis exposito: *Regis filia*, ait ille, *quæ longo tempore non concipiebat*, *filium autem desiderabat*, ἐκείνης ἀφικνοῦσα τῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸν ποταμὸν, λουτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις χρωμένη *Illo die venit ad fluvium*, *ut lotionibus & aspersionibus uteretur*. Hæc autem verba, *Clemens* (ni falli contingat) e [e] *Philone* mutuatus est: dicit enim ille, Regis filiam ἐξορμῆσαι μετὰ θεραπαινίδων ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἔνθα ὁ παῖς ἐξέκειτο· *proripuisse se cum puellis familiaribus ad fluvium*, *ubi puer* Moses *expositus erat;* κἄπειτα λουτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις χρῆσθαι μέλλουσαν, &c. *deinde lotionibus & aspersionibus usuram*, *inter opaca & condensa stagnorum* puerum *conspicatam*, &c. Hae loquendi formula docet *Philo*, fœminam regiam purificandi studio fluvium petiisse: nam vox illa περιῤῥαντηρίοις, de lustrationibus in templorum aditu fieri [f] solitis frequenter usurpatur. *Jobum* etiam se purificationibus illis exercuisse, e verbis ejus (uti sentiunt aliqui) probabiliter intelligitur; [g] *si lavero me in aquis nivis*, *& mundavero* בבור *in cisterna volas meas*, &c. *Jobus* autem (uti communis fert opinio) ante Mosem vixit, sub ea nempe tempora quibus in Ægypto serviebant Israelitæ. Atque inde factum est, quod in Bibliis eorum, Syri librum Jobi, veluti omnium primum & antiquissimum primo & ante Mosis libros collocent. Sed quoniam Jobi seculum conjectura tantum assequor, addo insuper, Israelitas, Legem a Deo accepturos, se aquis lustralibus (juxta seculi morem proculdubio) expiasse. Hoc sacris literis consignatum legimus, *Exod.* 19. 14. *Et descendit Moses de monte ad populum*, *& sanctificavit populum*, *& laverunt vestimenta sua*. Eo autem in loco, & aliis ubi vestium ablutio occurrit, (frequenter autem occurrit) Magistri pene omnes corporis totius baptismum vel ablutionem intelligendum consentiunt; quod observat [h] *Seldenus*.

Arg^m. 1^m.

a *Genes.* 35. 2. b *Windelin.* de admirand. *Nil.* c. 24. c Ap. *Euseb. Præp. Evang.* l. 9 c. 28. d *Stromat.* l. 1. p. 412. 5 e Lib. 1. de *Vit. Mos.* p. 604. B f Vid. *Theophrast.* cap. περὶ δεισιδαιμ. g Cap. 9. 30. h De *Synedr.* l. 1. cap. 3. p. 25.

Sect. I.

Argm. 2m.

Secundo: ſententiæ meæ non leve momentum affert, diſcrimen quod inter gentium & Hebræorum purgationes interceſſit: nempe,

(1°.) Respectu materiæ: nam purificationes Dei legibus inſtitutæ, aqua tantum pura vel vitulæ ruſæ cineribus inſecta, peragi debuerunt: Gentes autem res alias, haud paucas, ad purgationes excogitaſſe, clare percipitur e ſacris & proſanis monumentis. Occurrunt *Jeſai.* 66. 17. המטהרים *purificantes ſe, comedentes carnem porci, & abominationem & murem.* Multis etiam teſtimoniis, petitis ex *Homero, Apuleio, Plinio, Juvenale, Theocrito, Propertio, Ovidio,* aliiſque, nos docent [a] *Meurſius*, [b] *Saubertus* & [c] *Lomeierus*, ethnicos ſalem, ſulphur, tædam, ſalivam, mel, aliaque multa, luſtrationibus ſuis adhibuiſſe. Hoc diſcrimen verbis hiſce compingit [d] *Procopius Gazæus: quid igitur de purificationibus in Lege conſtitutis dicemus?* Eas *a Græcanicis differre: quod* illæ aqua, hæ *cum incantationibus, ſalibus, lauro, hordeo, mari & tranſitione per ignem fieri ſolebant.*

(2°.) Respectu inſtrumenti: nam in luſtrationibus omnibus a Deo præſcriptis, hyſſopus aſpergilli locum & uſum habuit: in purgationibus autem in Dæmonis honorem uſitatis, aqua luſtralis lauri vel olivæ ramo plurimum aſpergebatur. Laurum uſum illum præbuiſſe, docent illa [1] *Juvenalis*,

——Luſtrari, ſiqua darentur
Sulfura cum tædis; & ſi foret humida laurus.

Olivam etiam huic uſui ſepoſitam, [e] *Virgilii* verſus indicant,

Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.

(3°.) Respectu modi & circumſtantiarum. Nam purgandi ritus, apud populum ſanctum, modo ſimplici & omni pompa deſtituto peragebatur; apud ethnicos autem multifario ceremoniarum apparatu. Eos enim luſtrationes ſuas ore ad ſurgentem ſolem converſo celebrare ſolitos, aut luſtrationis ritu tribus vicibus repetito, teſtimoniis haud paucis docuerunt [f] *Heinſius* & [g] *Saubertus*, e quorum ubere meſſe nihil ipſe colligam. Gentibus etiam in more erat, res ad purgationem uſurpatas poſt terga [h] rejicere, & non reſpicientes domum recurrere. Gentium ritus alios in purgatione frequentes omitto, ne, ſi omnia perſequi velim, faſtidium Lectori fuerit.

(4°.) Respectu finis: nam purificationes Legales erant tantum δικαιώματα σαρκὸς (uti loquitur Apoſtolus) & ad ſolam carnis munditiem conſequendam inſtitutæ. Eo vero ſtultitiæ proceſſit ethnicorum natio, ut aquam luſtralem ipſas animæ maculas eluere, & nigrioris cujuſque criminis labem delere, poſſe ſomniarent. Non paucos e gentibus errorem illum craſſiorem imbibiſſe, docent [2] Poetæ illa,

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua!

Cum itaque purificationes ethnicæ & Judaicæ tam inſigniter ab invicem diſcreparent, inde promptum eſt inferre, non Gentes ab Hebræis, ſed hebræos a Gentibus, lotiones ſuas religioſas accepiſſe: & purificandi religionem, reformatam quidem & a ceremoniis ſuperſtitioſis aut magicis repurgatam, ad Hebræos acceſſiſſe; apud ethnicos autem ſuperſtitione & magia corruptam & vitiatam permanſiſſe. Si enim Gentiles, κακοζήλως affectu ducti, purificandi ritum a Judaiſmo fuiſſent mutuati, proculdubio non tam inſigniter ab exemplaris ſui ſimplicitate deflexiſſent, ut quandoque ne tenuis Judaicæ purgationis umbra vel imago in eorum purgationibus deprehendi poſſit. Non me latet hic regeri poſſe; Gentes purificandi ritus, ſimplices quidem & puros, ex Hebræorum legibus aut moribus accepiſſe: ſed hominum pruritum & ſuperſtitionem plurima decurſu temporis addidiſſe, & inde gentium aquas luſtrales a nativa ſua puritate multum degeneraſſe. At huic ſuſpicioni locus eſſe non poteſt: cum enim clare pateat, ſimplicitatem, in aliis cultus Judaici partibus obſervationi obviam, Deo cultus antiqui formam externam corrigenti tribuendam eſſe; longe conſultius eſt opinari

a In *Spicileg.* in *Theocrit.* b Lib. de *ſacrif.* c. 11. c Lib. de *luſtrat. Vet. Gent.* d *Comment.* in *Deut.* p. 441. e *Æneid.* 6. v. 229. f In *Sil. Italic.* l. 13. p. 124. g Ub. ſup. h *Meurſ.* lib. jam laud. p. 143.

1 *Sat.* 2. v. 157. 2 *Ovid. Faſt.* Lib. 2. v. 45.

purifi-

purificationis Judaicæ ritus simplices & paucos (si nempe cum Gentilium lustrationibus operosis conferantur) ad Deum auctorem referendos esse, qui lustrandi ritus corruptos & ineptos amputavit, & omnia ad simplicitatem majorem revocare studuit. Ut rem paucis exequar: inde factum est, ut ethnicorum lustrationes a Judaicis mira discreparent insolentia, quod Judæi veteres purificandi ritus a Deo correctos & emendatos exercerent; eos autem ethnici sine ulla emendatione retinerent & usurparent. Sect. II.

Tertio: vix ulla tot baptismorum Judaicorum ratio assignari potest, nisi eorum originem a seculi moribus, non facile citoque dediscendis, arcessamus. Haud ex nihilo est, quod asserit Apostolus, Judæorum cultum stetisse [a] μόνον ἐπὶ βρώμασι, καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς· alia enim erat Pontificis & Sacerdotum lotio, *Exod.* 29. 4. alia Levitarum, *Num.* 8. 7. Israelitarum alia: eaque, vel ob officii alicujus sacri reverentiam & solennitatem, *Exod.* 19. 10, 11. vel immunditiem contractam, e tactu seminiflui, *Lev.* 15. 8. reptilis, *Lev.* 22. 5. cadaveris, cap. 17. 15. aliisque causis. Quid autem Deus (qui cordis, non cutis, munditiem spectare solet) tot frigidos & omni virtute cassos corporis baptismos in cultum suum recipere dignaretur, nisi ut illius instituta ad ruditatem Hebræorum, jam diu [b] ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου δεδουλωμένων, aliquatenus accommodaret. Tam diuturnam, sub rituum illorum pædagogia, servitutem serviissent Israelitæ, quod plenam libertatem ferre non norant. Et si Deus inanes illos purgandi ritus protinus e medio sustulisset, forte rudis ille populus sacra profanis miscere, & rerum omnium discrimen e rebus sublatum credere voluisset: unde & integra pietatis messis, una cum rituum illorum sepe periisset. Nisi hac de causa tot baptismorum species & ritus instituti fuerint, quis expedire novit cur Deus eos Israelitis imposuerit? An ut, populo illi disciplinam tam onerosam imponendo, dominium ejus absolutum ostentaret? vel ut, Regis mundani ritu servorum suorum munditie & elegantia seipsum oblectaret? Absit, ut de benignissimo sanctissimoque numine tam abjecte sentiremus. Si varii illi baptismi ex insito Dei in ritus illos carnales affectu præcepti fuissent, proculdubio Deus non eos tantum quos lex ipsa præscribit, sed plures alios quos Judæorum Superstitio postea produxit, instituisset. Argm. 3m.

Quarto: ipse purgandi ritus (si quis propius attendat) opinandi causam suggerit, eum, diu ante Mosis ætatem, inter Orientales obtinuisse. Nam (1°.) Ritus hic, utpote aqua peractus, nulli gravis esse potuit in oriente, ubi cœlo plerumque miti & benigno utebantur. Hinc inter Turcas (qui nihil cuti nimis ingratum ferunt) lotio, in usu frequente, & prima sanctitatis parte ponitur. (2°.) Ritus ille, quo corporis sordes abstergebantur, vitæ puritatem tam clare significat, quod illius mentem & scopum quivis intelligeret, & illius usus solennis quemvis [Deo præsertim & sacris vacaturum] ad seipsum [c] *ab omni carnis & spiritus inquinamento mundandum* excitare posset. (3°.) Id apud omnes gentes studiosissime semper observatum est, ut sacra omnia ritu solenni, & ad religionis dignitatem tuendam maxime accommodato peragerentur. Cum itaque lotio, sacris omnibus præmissa, ritus tam solennis sit, & sanctitatis eximiæ speciem præ se ferat; creditu maxime difficile est, Antiquos eum prætulisse, eumque, diu ante Mosis ætatem, in usu habuisse. Quonam enim alio ritu, cultum suum, profanum alias aut ridiculum, a contemptu facilius vindicarent? (4°.) Purificationis ritus hominem adeo ab omni sorde & veteri quasi cute liberat, quod ex aquis novus & veluti renatus prodire videatur. Facile itaque fieri potuit, ut gentes antiquiores aquis lustralibus uterentur; serio nempe persuasæ, (quæ seculi simplicitas erat) eas hominum noxas eluere posse, eosque innocentiæ suæ pristinæ restituere. Hæc omnia causam opinandi non levem offerunt, aquas lustrales a naturæ rudioris instinctu principia sua petiisse, & e gentium antiquiorum institutis in Hebræorum leges moresque transiisse. Argm. 4m.

Ne coronis huic Sectioni desit, duo subjungam virorum clarorum, mecum sentientium, testimonia. Horum primum [d] *Merceri* sit, qui, modo citatis Jacobi verbis lucem allaturus, hæc habet: Jacob *domum suam purgare & emundare* cupiens, -- *respicit ad purgationes, lustrationes ac lotiones, quibus veteres ad sacra accessuri uti solebant; quas patribus etiam ante legem puto fuisse usitatas, postea per legem confirmatas.* Cum hoc proxime conjunctum est *Pineda* testimonium: [e] *in lege multa erant purificationes, quas Deus forsan instituit, ut populum* illum *aliarum gentium caremoniis assuctum facilius ad mentis puritatem sectandam adduceret.*

a *Hebr.* 9. 10. b *Gal.* 4. 3. c 2 *Cor.* 7. 1. d *Prælect.* in *Genes.* 35. 2. e *Comment.* in *Job.* c. 9. v. 30.

SECT. II.

SECT. II.

Elevantur Objecta.

UT Lector eo minus offenso pede ad sequentia progrediatur, opus est ut objectionum quarundam offendicula dimoveantur.

Obj. I. HARUM primam verbis [a] *Coccei* proferam, meipsum in persona *Pineda*, jam nunc laudati, sic refellentis: *quod Pineda censet*, Deum forte purificationes legales instituisse, ut populum aliarum gentium ceremoniis assuetum facilius ad mentis puritatem sectandam adduceret; *ut ita lex ceremonias populorum imitata sit, non admitto. Nam contra certum est, legem Israelitas a plurimis gentium institutis legibus contrariis abduxisse; ut ita* φραγμὸν *&* μεσότοιχον, *sepem & maceriam inter eos constitueret. Nam ex assimilatione in ritibus sequitur communio, ex communione depravatio.*

FACILE respondetur: Deus non eo consilio gentium purificationes, aut ritus alios usu longo tritos, in sacrorum suorum numerum adoptavit, tantum *ut populorum ceremonias imitari* posset: nemo cui mentis integritas, ita censuit aut somniavit: sed ut per cultus antiqui reliquias, rudem & moris antiqui tenacem gentem ad legem cultumque suum facilius alliceret; utque mediis iis ad hominum salutem, quibus olim diabolus ad eorum perniciem, uteretur; & ut Israelitæ purificationes aliosque gentium ritus e Dei solius præscripto modoque peculiari peragentes, eo clarius a gentilium grege discernerentur, & se Deo tantum vero ἁγνεύειν aperte testarentur. Non diffitendum est quidem, Deum a plurimis gentium institutis, *legibus contrariis Israelitas abduxisse*. Sed leges eas, non animo contradictionis studioso, vel a gentium personis & institutis, per se spectatis, alieno dedit; vel ut odii & aversionis mutuæ inter Israelitas & Ægyptios (quos omnibus humanitatis officiis demereri jussit) semen fereret; sed quod aliqua gentium instituta, obscœna, magica, vel crudelia essent, & veri Dei cultui vel ipsis naturæ legibus adversarentur. Deus itaque multas leges cum gentium moribus ex adverso pugnare voluit non tam ut Israelitas a Gentilium communione, quam superstitione & impietate coerceret.

Obj. 2. SECUNDO: non-nemo forsan objiciet, sententiam illam quæ multorum sedet animis, rationi & legis scopo magis consentaneam videri; Deum nempe tot purgationum genera Judæis imposuisse, ut in quovis vitæ articulo & circumstantia, obedientiæ Deo præstandæ materiam administrarent, nec leges patrias eorum animis unquam excidere paterentur. Ad hunc scopum, Judæorum ritus omnes, purificationes inprimis collimasse, sentit auctor libri *Constitutionum*, quæ *Apostolorum* nomine circumferuntur. Sic enim Deum [b] introducit populum Judaicum alloquentem, ἀφορισμοὺς τοιούσδε σοι προτάσσω, καθαρισμοὺς, συνεχῆ βαπτίσματα, ῥαντισμοὺς, &c. *Præcipio tibi tales quasdam separationes, purgationes, crebras lotiones, aspersiones, purificationes, vacationes varias; & in singulis horum, nisi parueris, supplicium tibi ut* servo *non obedienti decerno.* Et tandem, rationem reddens cur Deus arctis pœnarum vinculis eos ad harum legum observationem devinciret; διὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν, inquir, [1] ἐπέδησεν αὐτοὺς, ἵνα διὰ τοῦ θύειν, καὶ ἀργεῖν, καὶ ἁγνίζεσθαι, καὶ τὰ τοιάδε παρατηρεῖσθαι, εἰς ἔννοιαν ἔλθωσι τοῦ Θεοῦ, τοῦ ταῦτα διαταξαμένου αὐτοῖς. *Propter duritiem cordis alligavit eos* Dominus, *ut ei sacrificando, feriando, purificando, & talia quædam observando, Dei venirent in memoriam, a quo hæc præscripta & constituta essent.* Non itaque sine summa probabilitate creditur, Deum Hebræorum baptismos, ob usum quem in cultu suo provehendo habuerunt, potius quam seculi mores, instituisse.

HÆC objectio non obstat, quo minus mihi persuadeam, purificationis ritum, diu ante legis Mosaicæ sanctionem, apud Ægyptios aliosque viguisse; Deum etiam ideo multiplices illos purgandi ritus & modos instituisse, quod Israelitæ, seculi moribus assueti, cultum vel nullum, vel seculi mori consonum accipere voluissent. Absit interim, ut Deum ita cum religione & populo suo (sit verbo venia) lusisse sentiam, ut Eum purgationes illas ob solam seculi consuetudinem præscripsisse dicam. Ne quidem

a In *Job.* 9. 30. b Lib. 6. c. 20.

1 *Quamvis* (inquit. Jo. Clericus) *ritus Mosaici vera sine vincula, ut possit esse hic huic verbo locus; tamen* malit cum MS. *Vindebonensi*, ἐπαίδευσε, quod *legendum in eo pro* ἐπέδησε.

Diabolus

Diabolus ritus prorsus otiosos, nullique usui inservientes, mancipiis Ejus præscribere solet. Ut rem pressius tangam: verisimile est Deum purificationes illas ob seculi consuetudinem, tanquam causam ptimariam instituisse; Eumque Israelitas purificandi ritibus assuetos, nec religionem magis internam facile receptutos, leniter tolerasse; ea tamen lege & conditione, ut seipsos non gentium ritu, sed more Lege præscripto purificarent. Interea loci, non diffitendum censeo, ritus illos fuisse [a] πρὸς ὀλίγον ὠφέλιμος, & variis modis ad gentem illam intta debitos officii limites coercendam inserviisse. An veto purificationes Legales ea sola de causa præceptæ fuerint (quod auctor ille perantiquus asserit) ut populum illum officii sui nimis immemorem commonefacerent, ipse compertum non habeo: hoc etiam multo facilius affirmati quam ptobati posse judico. SECT. II.

TERTIO: alii nobis adversi dicent forte, baptismos illos Mosaicos putitatis internæ typos & symbola fuisse, eosque a Deo institutos, ut crassam illam, & rerum spiritualium nondum capacem gentem, per emblemata & figuras erudiret, & ad puritatis Sibi longe gratioris sensum aliqualem perduceret. Inde etiam populus ille tardus admoneri poterat, neminem nisi a peccati sordibus mundum, cultum Deo gratum præstare posse, vel illius sacra tractare debere. Ideoque lotiones illæ frequentes, si calculos rite ponamus, e Christianismo potius quam Gentilismo fluxisse censeantur. Obj. 3.

SED neque magni negotii res erit, hunc nodum expedire: nam facile latgiamur, Hebræorum baptismos expressam internæ puritatis imaginem prætulisse, & iis templi limen adituris, internæ munditiæ, sacrificiis omnibus longe gratioris sensum incutere potuisse. At mens mea refugit credere, Deum tam varios lustrandi ritus ea sola de causa statuisse. Nihil enim probabilitatis habet, Istaelitas e luto tam ctasso conflatos, quod non essent auditotes idonei primi illius religionis rudimenti, quod nempe Deus pura mente coli debeat. Si tam tardi fuissent & natura adeo novercante nati, quod hanc initiatorum doctrinam minus intelligerent; at quid Deus per ænigmata vel typos, ipsam illam doctrinam obscuritate superantes, eos alloqueretur? Veritas cognitu tam necessaria verbis potius apertis & simplicibus tradi debuit, tam pingui præsertim & inetti populo. Facile concesserim quidem, Deum baptismos illos corporeos, tanquam puritatis umbras & monumenta proposuisse: Eum autem hoc ex intentione secundaria fecisse arbitror: cum enim populi tuditas & ingenium rituale tam varios purgandi ritus postularet, Deus eos eo facilius tolerasse putetur, ut Judæos puritatis ethnicæ commonefaceret, & [b] *cordis a mala conscientia aspersi* indies extatent & simulacra.

OBJECTIONE quarta sic urgemur: necesse est, ut Gentes a Judæis, non autem Judæi a Gentibus, purgandi titus accepisse censeantur; alias enim intellectu perdifficile fuerit; unde Gentes antiquæ morem illum derivarint, & quid ritum tam onerosum & inanem tam sollicite tamque frequenter exercuerint. Obj. 4.

RESPONDEO: si tem tam antiquam & obscuram satis assequor, Gentes antiquiotes triplici de causa lotiones illas tam frequenter usutparunt, easque pto præcipuis religionis ritibus habuerunt.

(1°.) QUOD olim opinio illa passim obtinuetit, Diluvium nempe magnum Mundi καθάρσιον fuisse, a Deo missum ut tertam ipsam lustraret, & labem ab impuris incolarum moribus haustam eluetet & expiatet. Hæc enim opinio veterum Judæorum, Philosophorum, & Christianorum quotundam, animis inhærebat. Hanc opinionem inter antiouos Judæos fautores invenisse, conjicere licet e [c] *Philonis* verbis: ἐπεὶ γοῦν τὴν γῆν ὕδατι καθαίρειν ὁ δημιουργὸς διενοήθη, &c. *Quando igitur aqua terram purgare statuit* Summus *Opifex*, &c. Eadem fide Christianos imbutos, testatur [d] *Origenes*, cum ait, οὐκ οἶδα δ' ὅπως παραπλησίως τῷ κατακλυσμῷ καθήραντι τὴν γῆν, ὡς ὁ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν βού-λεται λόγος, &c. i. e. *Nescio autem cur Diluvio, quo terram purgatam Judæi pariter & Christiani asserunt*, Celsus *putet turris dejectionem similem esse.* Ea sententia Philosophos etiam fuisse, idem [e] *Origenes* testatum reddidit: ἡ δ' ἐν τῷ κατακλυσμῷ διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων, καθάρσιόν ἐστι τῆς γῆς, &c. *Interitus autem hominum per diluvium, terræ lustratio est: quemadmodum etiam tradunt Græcorum noncontemnendi philosophi, his verbis;* ὅταν δ' οἱ Θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες, κατακλύζωσιν *Quando vero Dii, terram*

a 1 *Tim.* 4. 8. b *Heb.* 10. 22. c Lib. *quod deterior potior. insid.* pag. 186. A d *Contr. Cels.* l. 4. p. 173. e Ib. pag. 316.

CAP. III. *a quis purgantes, inducunt diluvium.* Quæ ſane verba, e [a] *Platone* [1] citata, quamvis forte de particulari quovis diluvio dicta, anſam accepiſſe videntur a communi opinione inter gentes antiquiores invaleſcente, de virtute purgatrice Diluvii generalis, cujus notitias aliquas obſcuriores a Majoribus tranſmiſſas [b] habuerunt. Hæc autem opinio fidei & incrementi non parum accepiſſe putetur, ab Oraculis ſacris, ipſi [c] terræ [non homini tantum] impuritatem ſingularem, ante Diluvium, tribuentibus. Cum itaque hæc opinio inter primos, poſt terram Diluvio luſtratam, Orbis incolas obtinuiſſet, opinari promptum eſt, inde corpus aquis luſtrandi morem originem aceepiſſe. Hæc opinio [d] *Grotio* patronn gaudet: de peregrinis enim Judaiſmo per baptiſmum initiatis agens, *hanc ablutionem*, inquit, *arbitror fuiſſe inter inſtituta vetera, orta poſt magnum diluvium, in memoriam* aqua *purgati mundi.* Aquas luſtrales ex hoc fonte profluxiſſe, en libentius erediderim, quod [e] S. *Petrus* Baptiſmum, Orbis Chriſtiani καθάρσιον, Diluvio ἀντίτυπον eſſe dixerit: & quod Antiqui tantam aquæ marinæ in purgatione virtutem dederint; forte quod Deus, terram aquarum diluvio purgaturus, [f] *abyſſi magnæ fontes omnes aperuerit.*

(2°.) Gentes Moſe antiquiores, e nativo reatus & impuritatis ſuæ ſenſu, purgandi ritus excogitaſſe cenſeantur. Nemo nocens, niſi animum plane perditum & callo quodam obductum babeat, vel ſe judiee abſolvitur; ſed perpetuis interioris domus ſuæ rixis interpellatur, donec rationem aliquam iniverit, unde in gratiam cum Deo redire, & ſeipſum criminis opprobrio liberare, valeat. Atque hinc [g] Auctor nobilis prodiiſſe putat, varia illa nomina & ritus, καθαρμῶν, ἁγνισμῶν, ὁσιῶν, *expiationum, februorum, luſtrationum, piaminum, purgationum animæ, piamentorum, & purificationum;* quorum omnium in ſcriptis ethnicis occurrit mentio. Iis enim ceremoniis, ſeculis illis rudioribus, uſi videntur, ut animos peccati conſcios indicarent, & ipſi puri expiatique coram Deo ſiſterentur. Et quid minus poterant homines, peccati conſcientia pœnæque metu ſemper agitati; & quid majus, luce verbi divini deſtituti?

(3°.) Purificationis ritus, uti conjicio, ſeculis tam antiquis placuit, quod adeo facilis eſſet, & ad uſus religioſos cumprimis accommodatus. Cum enim religio naturalis exigat, ut officia ſacra cum ſolennitate, quadam & reverentia peragantur; hæc equidem ritu nullo, quam corporis ablutione rebus ſacris præmiſſa, felicius exprimi potuit aut augeri. Cum etiam omnes homines ipſo naturæ inſtinctu edocti ſint, Deum caſte adire, eumque mente pura venerari; temporum antiquiorum ſimplicitati proculdubio conſentaneum videbatur, ut cultores Dei ſolenni corporum ablutione [maxime vivido puritatis ſymbolo] animos affectu quovis impuro vacuos indicarent. Et ita ſe morem habuiſſe, credibilius babeatur, quod antiqui principia ſacratiora ſymbolis magis quam verbis exprimere, eaque hominum rudiorum oculis potius quam auribus inculcare ſolerent.

C A P. III.

Hebræorum καθαρμοὺς finalitet *ſpectatos e Gentium moribus initia petiiſſe.*

ASSERIT Apoſtolus, Deum [h] [λουτρῶν] ἐν διαφόροις βαπτισμοῖς conſiſtentem Hebræis impoſuiſſe. Illi vero variis hiſce baptiſmis minime ſatiati, pro affectu ſuo in ritus & ceremonias effuſiſſimo, novos baptiſmos addere, & ſuperſtitionis ſuæ panniculos mandati divini purpuræ aſſuere, non dubitarunt. Hinc temporis progreſſu factum eſt, ut eorum purificationes in immenſum exirent, & minimus Phariſæorum, baptiſmos npvos imponentium, digitus ipſos Moſis lumbos gravitate ſuperaret. Ne vero Diſſertatio noſtra mole laboret ſua, plurimos illos Pbariſæorum baptiſmos in præſens miſſos faciemus, & de purificationibus tantum legalibus ſermonem habituri ſumus. Si itaque generis hujuſce purificationes cum reſpectu ad fines earum conſideremus, in duas ſpecies diſtingui poſſunt. Erat enim purificatio ad muoditiem tantum, & purificatio ad cultum, de quibus ordine diſſeremus.

a Lib. 3. de *Legib.* p. 676. &c. b Hoc probat *Grot.* de *V. R. C.* lib. 1. c *Geneſ.* 6. 11. d *Annot.* ad *Mat.* 3. 6. e 1 *Ep.* c. 3. v. 21. f *Geneſ.* 7. 11. g *Herbert.* de *relig. Gentil.* c. 15. h *Hebr.* 9. 10.

1 Vid. *Plat.* in *Timeo*, p. 22. D

SECT.

SECT. I.

De purificatione ad munditiem.

PURIFICATIONES ad munditiem, lotiones erant, quæ mortui, menſtruatæ, vel reptilis tactu pollutis, ſomnium immundum paſſis, ſanguinis profluvio laborantibus, & aliis macula alia legali contaminatis imponebantur. Cum enim hæc vel illa legalis immundities Iſraelitis facile obreperet (licet maxime vigilantibus) eoſque a ſacrorum communione cohiberet; neceſſe fuit ut eorum pittatem & induſtriam purificationes lege præſcriptæ ſæpius exercerent. Ne quid itaque deeſſet quod purificationis tam frequentis ratio poſtulavit, Judæi fluvios, lacus, piſcinas, & fontes paſſim obvios habebant, qoibus munditiæ operam daturi abluebantur. Ad hunc gentis Judaicæ morem alludunt, ni fallor, [a] Prophetæ verba; *in die illo erit fons apertus domui David,--pro peccato & immunditie.* Inter omnes autem fontes & piſcinas enrum, immundorum ablutiooi inſervientes, fons aut *piſcina Betheſda* maxime eminuiſſe cenſeatur. Niſi enim [b] viri literis Hebraicis inſtructiſſimi fallat conjectura, ideo quioque porticibus inſtructa fuit, ut immundi, una eademque immunditie laborantes, in porticum eandem convenirent, & per illam ad aquas deſcenderent, ut abluerentur. Non immerito itaque piſcina illa *locus baptiſterii* vel *baptizationis* [hominum nempe, non pecudum] ab interprete [c] *Syro* nuncupatur. Sed ut hæc miſſa faciam, Judæi non tantum lavacra publica, ſed privata vel domeſtica, in parato habuerunt ad luſtrationem (ſi res exigeret) peragendam accommodata; fontes nempe domui vicinos, ciſternas, & hydrias, vim magnam aquarum continentes. De hiſce forte conjunctim fit ſermo, *Levit.* 11. 36. ubi domeſtica rei alicujus immundæ tactu polluta recenſentur. Legis verba ſic ſonant, *fontes vero, & ciſterna, & omnis aquarum congregatio munda erit.*

Si quid autem conjectando valco, gentium mores lege antiquiores immunditiis lege memoratis, & purificationibus ad eas tollendas inſtitutis, occaſionem non levem præbuere. Veriſimile eſt enim ſacerdotes ethnicos immunditias & operoſas aliquas purgandi ceremonias excogitaſſe, ut quæſtuoſam luſtrandi artem inter ſuos exercerent: & diabolus forte magnum ritibus ills ioanibus incrementum dedit, ut hominum ſtultitia & obedientia plane ſervili frueretur; nec forſan inepte conjiciet, qui dicet eum nonnullas immunditias & luſtrandi ritus, ſibi & cultui ſuo peculiares excogitaſſe; ut per eos, tanquam ſigna quædam & characteres, cultus & obſequium ſibi præſtitum innoteſceret. Cum igitur immunditiæ & purgandi ceremoniæ quædam antiquitus obtinueraot, & in Hebræorum forſan animis motibuſque radices altiores egerant; noluit Summus Legislator receptam purgandi diſciplinam ptorſus abolere, ne forſan Iſraelitæ rerum differentias omnes e medio ſublatas exiſtimarent, & cum nihil haberent quod ſenſus externos exerceret, in religionis omnis contemptum & merum Atheiſmum ſenſim laberentur. Ut eorum itaque ſaluti conſultius proſpectum eſſet, Deus Iſraelitas ad externæ munditiæ curam devinctos tenuit; ita tamen ut mundandi ritus a Se ſolo præſcriptos obſervarent, & munditiæ vel immunditiæ menſuras, non e gentium uſu vel ſenſu, ſed Legis ſuæ præſcripto peterent.

Ne vero hæc omnia ſpecioſe tantum dictata videantur, argumentis aliquot evincere conabor, nonnullas immunditias, aliquos etiam mundandi ritus, ante Moſem obtinuiſſe; & Deum mundandi diſciplinam, non plane novam, ſed a gentium ſuperſtitione repurgatam Iſraelitis impoſuiſſe.

Horum primum ſuggerit ritus ille mundandi plane peculiaris, & a gentium purgationibus inſigniter diſcrepans, a Deo inſtitutus. Si quis enim e mortui contactu, vel aliuode, pollutionem contraxiſſet; aqua luſtrali, vitulæ Deo immolatæ cinetibus infecta, ſe aſpergere tenebatur. Sic enim præceptum legitur, *Numer.* 19. 16, 17, 18, 19, 20. Quid autem Deus purgandi modum, ſingularem adeo, & ab omnibus gentium luſtrationibus tam diſſitum, inſtitueret; niſi ut populum ſuum a gentium februis avocaret, & purgandi ritus in Dei honorem peragendi, ab iis omnibus quos ethnici in Dæmonis cultu peragebant, aperte diſtinguerentur? Ut hoc argumentum locum, momentis ejus convenientem, apud Lectorem habeat, perpendat velim, Argum. 1m.

(1°.) Non facile eſſe rationem ſatis ſolidam aſſignare, cur Deus aquam luſtralem

a *Zach.* 13. 1. b *Lightfoot. Hor. Hebr.* in *S. Johan.* 5. 2. c In cap. 5. *S. Joh.* 2.

SECT. I. in facris Ejus ufurpandam hoc ritu confici juberet, & ad illius ufum Ifraelitas omnes arcte adeo devinciret; nifi ut aqua purgationis divinitus Inftituta, facro illo cinere, tanquam figno & charactere quodam ab aquis gentium execratis difcerneretur, & populus aqua illa confperfus, in Dei honorem fe mundandi ritum præftare teftaretur.

(2°.) NON abfimile eft vero, Gentes antiquiores καθαρμοὺς fuos ἀκαθάρτους (ita vocat [a] *Clemens*) aqua tam peculiari fæpe peregiffe, ut ipfius aquæ circumftantiæ fatis indicarent, fe luftrationes fuas in Dæmonis honorem celebrare. Hoc multis Veterum teftimoniis evinci poffet, nifi quod hic mihi laboris compendium fecerint [b] *Cafaubonus* & Auctores modo citati, a Lectore, fi vacat, facile confulendi. Non eft itaque fidei diffonum, Deum aquam Ejus luftralem ritu quem dixi parari voluiffe, ut luftrationes in honorem fanctuarii peractæ, a gentium februis, Idoli alicujus nomine præftari folitis clare diftinguerentur.

(3°.) VETERES Ægyptii purificationibus fuis tam critice & ftudiofe perfungebantur, ut varias earum formulas, pro varia Deorum fuorum natura, habuiffe videantur. Hoc e [c] *Porphyrii* verbis [nifi a me perperam intellectis] inferre licet: nam varias Ægyptiorum ceremonias referens, *ifta quidem*, ait, *communes omnibus ceremonia quibus fe puros reddunt: funt tamen* ἁγνεῖαι οἰκεῖαι καθ' ἕκαστον Θεόν, *purificationes Deo cuique propria.* Hinc itaque non abfurde fufpicari poffit quifpiam, Deum aquam Ejus purgativam ratione tam peculiari confici, & Ifraelitas ritu tantum præfcripto luftrari voluiffe; ut & ipfe ἁγνείας οἰκείας haberet, & populus Ei facer a purificationibus Deo alicui fictitio propriis abhorreret.

Argm. 2m. SECUNDO: purificationes ad munditiem e gentium ritu manaffe cenfeantur, quod e fcriptis facris & profanis pateat, Zabios, Ægyptios, aliofque, diu ante Mofis ætatem, nonnulla pro immundis & puritatis caufa vitandis habuiffe. [d] *Maimonides* enim, e fcriptis Arabicis Zabiorum inftituta referentibus, memoriæ tradit, *eos labores magnos habuiffe circa pollutiones*, & immundirias quamplurimas homini in quovis vitæ articulo occurrentes, eumque tædio maximo afficientes, excogitaffe. Unde & auctor ille non inepte conjicit, Deum legem de immundiriis ea præcipue de caufa ftatuiffe, ut *homines a laboribus & moleftiis illis fublevaret*, & Zabiorum immunditias (homines ad laffitudinem ufque defatigantes) intra limites arctiores coerceret. Ægyptios etiam, ante Mofis tempora, puritatis & immunditiæ leges aliquas habuiffe, & a nonnullis, pollutionis evitandæ caufa, abftinuiffe, certa fides facta e Scripturæ teftimonio. Nam Hiftoricus facer, Jofephi fratres fuo convivio excipientis hiftoriam referens, inquit, & [e] *panes appofuerunt* Jofepho, *feorfim*; fratribus, *feorfim*; *Ægyptiis quoque qui fimul vefcebantur, feorfim: illicitum eft enim Ægyptiis comedere cum Hebrais*, כי תועבה *quia abominatio Ægyptiis illud.* Ubi [f] *Mercerus*, [g] *Menochius*, aliique fentiunt Ægyptios ejufdem cum Hebræis menfæ communicationem fugiffe; ob impuritatem aliquam (uti credebant) e gentium exterarum ufu familiari contrahendam. Atque hanc fententiam totis ulnis amplector ipfe, quod fignificationi vocis תועבה maxime conveniat; quam LXX, nunc per μόλυνσιν, nunc per ἀκαθαρσία & ἀκάθαρτος, interpretantur. Hanc fignificatum hic etiam ei voci tribuere videntur Græci, eam per βδέλυγμα vertentes, quo μιαρὸν non femel denotant. Confentit Syrus interpres, fic locum reddens, *nam hoc effet Ægyptiis* דטמאותא *pollutio* vel *inquinatio.* Ab hoc fenfu non multum recedit Auctor Vulgatæ, textum in hæc verba transferens, *profanum putant* Ægyptii *hujufce modi convivium*, h. e. pollutum, & perfonis facris indignum. Eo vero facilius eft creditu, veteres Ægyptios rariffime cum τοῖς θύραθεν verfari vel comedere voluiffe; quod eorum facerdotes ne cum popularibus fuis, nifi purgationes quafdam fubiiffent, mifceri fuftinerent. Hoc e verbis [h] *Porphyrii* difcimus: ἁγνεύοντες ἄλλα προσῆκεν, &c. *Qui illos accedebant, oportuit prius fe purgare, & a multis abftinere, pro recepto apud facerdotes Ægyptios more.* Et, paucis interjectis, refert, facerdotes illos, purificationum fuarum tempore, fe ab amicorum fuorum, & facerdotum etiam non mundorum, focietate fegregaffe, ut puritatem illæfam fervarent & illibatam. Hæc eo facilius inveniant fidem, quod *Vincentius le Blanc* eadem pene de Gentilibus regni *Cafubi* [i] referat: de iis enim loquens, hæc habet, "facerdotes nos pro pollutis habuerunt: & ex iis nonnulli (probe memini) cum no- "bifcum collocuti fuiffent, veftes laverunt, & cibum a nobis tactum edere plane re-

a *Stromat.* l. 7. p. 844. b In *Theophraft. Charact.* p. 126. c De *Abftin* lib. 4. §. 7. d *Mor. Neb.* P. 3. c. 47. e *Genef.* 43. 32. f *Superftitiofiffimi fuerunt Ægyptii: ideo alios a convictu fuo, tanquam immundos, prohibuerunt.* In Genef. 43. 32. g *Paftores ut immundos quadam fuperftitione, judicabant.* In loc. h De *Abftin.* lib 4. §. 6. i *Peregrinat.* P. 1. cap 34.

"cufarunt.

" cusarunt. His omnibus quasi in fasciculum collectis, probabile factum est, Gentes ante Legem datam immunditias aliquas, & proinde purgationes ad immunditias illas solvendas in moribus habuisse. SECT. I.

TERTIO: hinc etiam sententia nostra probabilior evadat, quod Scriptura causam opinandi præbeat, veteres Hebræos καθαρμοὺς saltem nonnullos, ob solos seculi mores, exercuisse. Nam [a] καθαρμὸς (quod obiter moneo) inter Gentes antiquas usitatus, duplex erat, lustratio a cæde, & præparatio ad sacra: Israelitæ vero utrumque e seculi more, potius quam Legis præscripto petiisse videantur. Argm. 1m.

NAM (1°.) Israelitas a cæde, bello licet legitimo commissa, se lustrasse, h. e. corpora cum vestibus lavisse, legimus, *Numer.* 31. 19. Ubi Moses populo, a bello cum Midianitis revertenti, obviam ivit, dicens, *manete extra castra septem diebus: qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, purificetur die tertio, & septimo.* Largior equidem, Legem omnes qui mortuo manum admoverant, ad aquæ lustralis usum devinxisse: Moses autem eos qui hominem tantum in bello occidissent, ob solum seculi morem ad lustrationem vocasse videatur. Hoc in animum induco, quod aperte constet, lustrandi consuetudinem, post cædem bello patratam, inter gentes antiquiores obtinuisse. Sic enim *Amphitryon Herculem* alloquitur apud [b] *Senecam,*

——Nate, manantes prius
Manus cruenta cæde & hostili expia.

Sic etiam, *Æneid.* 2. *Virgilius Æneam* loqui facit, v. 717.

Tu, genitor, cape sacra manu, patriosque Penates.
Me, bello e tanto digressum & cæde recenti,
Attrectare nefas; donec me flumine vivo
Abluero.

Non est autem probabile, Poetam talia verba Æneæ tribuere voluisse, nisi morem illum diu ante tempora Trojana inter gentes obtinuisse credidisset. Deinde: vestis aut corporis ablutio, ei qui cæde hostili se impurasset, nusquam certa aliqua lege præcepta legitur. Est itaque rationi consentaneum, Mosem, seculi tantum moribus obsequentem, Israelitis a cæde recenti digressis hanc lustrationem imposuisse; ne forsan ethnici ipsam gentem sanctam, puritate vincere viderentur.

(2°.) Καθαρμῶν species altera [Præparatio nempe ad sacra] e gentium initiis in legem cultumque Judæorum fluxisse censeatur. Huic opinioni fundum præbent verba [c] Mosis, sic populum Legem statim accepturum alloquentis: *estote parati ad diem tertium: ne appropinquetis ad uxores vestras:* nullam enim veri speciem præ se fert, Mosem abstinentiam a lecti conjugalis usu, Israelitis ante latam Legem præcipere voluisse; nisi abstinentia illa ante sacra frequens fuisset, eamque mos antiquissimus in religionis partem adoptasset. Certe Gentes antiquiores, sacra tractaturas, a veoere etiam legitima temperasse, nemini in Veterum scriptis vel mediocritet versato non innotescit.

QUARTO: quæ dicta sunt [d] alibi non obscure docent, gentium antiquiorum mores immunditias aliquas Lege memoratas instituendi & observandi causam præbuisse. Est itaque consentaneum opinari, nonnullas Hebræorum purificationes ad munditiem, antiquiori gentium consuetudini natales suos debuisse.

SI jam dicta rite perpendantur, nonnulli saltem Hebræorum καθαρμοὶ e gentium usu manasse, & iis relicti potius quam impositi censeantur. Ne quis autem me hæc omnia e meo solius sensu dixisse putet, unum subjungam [e] Theologi non contemnendi testimonium. His verbis effertur: *multis corporalibus emundationibus usa est gens Israelitica, quas Dominus ea* ratione *præscripsit, -- ne Gentilium aquis ad similem usum execratis uterentur, ut erant ad ceremonias idololatrarum promptissimi. Sic enim gens illa Judaica cohibenda erat: & ad cordis illorum duritiem hæc & alia multa illis magis permissa videri possunt quam jussa, sicut & aræ &* holocausta.

a Vid. *Marsham. Can. Chronic.* p. 253. b *Hercul. Fur. Act.* 4. c *Exod.* 19. 15. d Vid. Lib. I. c. 11. §. 1, 2, 3. e *Pelican. Comment.* in *Num.* 19. 1.

SECT. II.

SECT. II.

De purificationibus ad cultum.

CULTUS nomine, preces, facrificium, & introitum in Templum, hic intelligimus. Hic itaque probaturi fumus, Hebræos lotionem corporis aut manus tribus hifce cultus partibus præmififfe, & morem ubique gentium obtinentem huic inftitutioni caufam & originem tribuiffe.

Purificatio precibus præmiffa.

RELIGIOSUM illum corpus aut manus lavandi morem, inter Hebræos precibus vacaturos obtinuiffe, ex hiftoria *Juditha* fatis aperte colligendum eft. Cum enim ad preces fe pararet illa, [a] *fe in aqua fonte baptizaffe* dicitur. Et *Clem. Alexandrinus*, cum probaffet ethnicos non nifi lotis manibus preces effudiffe, ftatim [b] fubjungit, ἦν τοῦτο Ἰουδαίων, ὡς καὶ τὸ πολλάκις [1] ἐπὶ κοίτῃ βαπτίζεσθαι, *mos ille adeo Judæorum erat, ut fæpe vel in lecto* jacentes *tingerentur;* nempe ut puris caftifque precibus Deum colerent, cum adverfa valetudine lectis fuis affigerentur. Ritus hic e more tandem in decretum & legem tranfiit, [c] *qua manus quifque, quam primum lecto mane furrexerit, aqua, (fi ipfi adfit) purgare debeat; quo lectionem* Shemaah, *quam vocant, rite peragat, & oraturus purum fe Deo fiftat: neque enim exiftimant* טהור *mundum feu purum audire hominem, antequam* שיביא ידיו במים *manus aqua perfuderit.* Hifce coofentanea fuot illa Poetæ [d] perantiqui, mores Hebræorum referentis,

> Ἀλλὰ γὰρ αἴρουσιν πρὸς οὐρανὸν ὠλένας ἁγνὰς,
> Ὄρθριοι ἐξ εὐνῆς αἰεὶ χρόα ἁγνίζοντες
> Ὕδασι, ———

> *At contra puras tollunt ad fydera palmas,*
> *Mane ubi de lecto veniunt, fe Virgine lympha*
> *Semper mundantes,* ———

Hunc Hebræorum morem ante oculos forfan habuit [e] Apoftolus, cum dixit, *volo ergo orare viros in omni loco, levantes* ὁσίους χεῖρας, *puras manus.* Eo etiam fpectare videntur [f] *Philonis* illa, καὶ τὰς καθαρὰς, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις τρανωτέρως, παρθένους χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας, & *levatis ad cœlum puris & virgineis (ut ita loquar) manibus fic precatus eft*, &c. Sed miffis conjecturis, certum eft, Judæos, precandi caufa fynagogas ingreffuros, manus hodieque [g] lavare; confuetudine proculdubio a majoribus introducta, quæ ad hæc ufque tempora promanavit. Judæi vero, folennem lotionem precationi præmittentes, religionis illius exemplum a Gentibus mutuati videantur.

NAM (1°.) Inftitutionis hujus nullum in lege veftigium deprehendi poteft. Id *Grotio* obfervatum: nam, de lotione precibus *Juditha* præmiffa loquens, inquit, [h] *lotio hac non ex lege erat, fed ex fpeciali quorundam cura ubi fe precibus pararent.* Neque hic Judæorum magiftri nobis multum refragantur: nam lotiones precationi prævias, non tam Dei præcepto, quam facerdotum in Sanctuario miniftrantium exemplo, confirmare folent. Dicunt enim, facerdotes non nifi poft lotiones accuratas, cultus facros præftitiffe, & in cultuum illorum locum preces mane & vefperi fundendas fucceffiffe. At affertionis hujufce veritatem non injuria fufpectam habeo: nam Judæi mane tantum & vefperi precari & abluere, veftes etiam candidas inter precandum gerere debuiffent, fi eorum preces & lotiones præviæ in lotionum & coltuum facerdotalium locum fucceffiffent. Cum itaque lotiones illæ religiofæ nullo præcepto vel Exemplo in Scriptura memorato fubnixæ fuerint, æquum eft opinari, Judæos hac in re Gentilium precandi ritum æmulatos; ne ulla puritatis aut pietatis, vel ethnicæ, fpecies fibiipfis deeffe videretur. Hæc eo magis arridet conjectura, quod Judæi in ceremonias pene omnes, puritatis fpecie & gentium ufu commendatas, effufo femper affectu ferebantur.

(2°.) GENTILES & Judæi lotiones illas εὐκταίας iifdem circumftantiis obfervatis

a Cap. 12. 7. b *Stromat.* lib. 4. p. 628. 30 c Vid. *Pocock. not. Mifcel.* c. 9. p. 388. d Ap. *Cl. Alexan.* in προτρεπ. p. 60. e 1 *Tim.* 2. 8. f Lib. περὶ φιλανθρωπ. p. 698. C g *Leo Moden.* de *Jud. rrib.* P. 1. cap. 11. §. 2. h *Comment.* in *Judith.* 12. 7.

1 Ἐπὶ κοίτῃ) Hoc eft, *poft concubitum.* Hervetus perperam vertit *in lecto.* *Hefychius*, Κοῖται, γυναικῶν ἐπιθυμίαι· Rom. 13. 13. Μὴ κοίταις περιπατήσωμεν· Vid. *Epifcop. Oxon.* in loc.

ple-

plerumque peragebant. Cum enim Gentiles precari statuissent, aqua marina, si præsto esset, manus abluebant. Hoc e Poetæ verbis apud [a] *Clem. Alexandrinum* occurrentibus intelligi datum est : SECT. II.

—— Τηλέμαχος δὲ
Χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς, εὔχετ' Ἀθήνῃ

——*Telemachusque*,
Ablutis manibus pelago spumante, Minerva supplicavit.

Judæos etiam, preces habituros, manus aqua marina lavare solitos, his verbis indicat [b] *Aristeas*, Ἔθος ἐστὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, ἀπονιψάμενοι τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας, ὡς ἂν ηὔξαντο πρὸς τὸν Θεόν *Moris est apud omnes Judæos, manus aqua marina lavare, quoties Deum precibus venerantur.* Gentiles Deos invocaturi, non manus solummodo, sed quandoque corpus integrum, aquis immergebant. *Euripidem* moris hujusce testem advoco : nam de *Alceste* [c] loquens,

——ὕδασι, inquit, ποταμίοις λευκὸν χρόα
Ἐλούσατ'· ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
Ἐσθῆτα, κόσμον τ', εὐπρεπῶς ἠσκήσατο·
Καὶ στᾶσα πρόσθεν ἑστίας, κατηύξατο,
Δέσποιν', ἐγὼ γὰρ ἔρχομαι. &c.

Id est,

——*Aquis fluvialibus candidam cutim*
Lavit, ex ædibus etiam cedrinis ferens
Vestimentum, ornatumque, decore parabatur.
Et stans coram Vesta, *sic precebatur.*
O Domina, ego enim venio, &c.

Judæos etiam, vota facturos, quandoque totum corpus lavacro purgasse, ex historia *Juditha* colligo, quæ, cum precari statuisset, [d] *aqua fonte* seipsam *baptizasse* dicitur. Præterea, Gentiles, Deos precibus adituri, lotionis præviæ ceremoniam diligenter atque operose peregerunt. Hoc e *Persii* verbis eliciamus, *Sat.* 2.

Hac sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis, terque.

Judæus etiam antiquiores curam non minus accuratam in lotionibus orationi præmissis adhibuisse, inde conjicere pronum est, quod Turcæ [e] hodierni (qui sua pleraque a Judæis hauserunt) *ter caput aqua aspergant, antequam eo ingrediantur, ubi orant.* Unde factum autem quod Judæi & Gentiles in ritus hujus, non substantia tantum, sed & circumstantia quavis præcipua, tam amice conspirarent; nisi quod Judæi multo magis in Gentilium, quam Gentiles in Judæorum, instituta semper inclinarent, & mores Gentilium omnes, nisi lege aliqua diserta vetitos, ulnis apertis amplecterentur?

(3°.) QUANTUM per obscura temporum antiquiorum monumenta percipere liceat, ethnici lotiones illas in usu habebant, diu antequam Judæi suos in mores eas induxissent. Nullo enim exemplo, ante seculum quo *Juditha* vixisse creditur, ostendi potest, hanc ante preces lavandi consuetudinem inter Judæos increbuisse. Nec huic assertioni obstant jam citata [f] Psalmistæ verba, e quibus nonnulli ritum illum, saltem tempore *Davidis*, inter Hebræos viguisse colligunt : apertum est enim, Psalmistam eo in loco, nec de precibus [saltem privatis] nec lotione precibus præmissa, sermonem habuisse. Gentiles autem multo ante, nempe *Hesiodi* ætate, manus illotas ad cœlum levare nefas existimarunt. Hoc e Poetæ [g] verbis intelligitur :

Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ·

a *Stromat.* l. 4. p. 628. b *Histor. Lxx.* p. 890. D c In *Alcestid.* v. 157, &c. d Ἐβαπτίζετο ἐπὶ τῆς πηγῆς, &c. LXX in *Jud.* 12. 7. e Vid. *Columm.* de *aqua lustral.* sect. 1. c. 6. p. 109. & *Gabr. Sionit.* De *Orient. Urb. & morib.* c. 15. f *Psal.* 26. 6. g Lib. ε. περὶ Ἐργ. καὶ Ἡμερ. *vers.* 335.

SECT. II.

Id eft,

Nec unquam perennium fluviorum limpidam aquam
Pedibus tranfito, priufquam oraveris afpiciens pulchra fluenta,
Manus lotus amœna aqua limpida.

Sed paulo modeftius hactenus, quam rei veritas exigit, de ritus hujus origine locuti videamur. Si enim gentium pene omnium ufus, antiquitatis indicium habeatur; confentaneum eft, ut lotiones illas *Hefiodo* longe antiquiores fuiffe, & originem fuam a remotiffimo mundi fenio duxiffe, judicemus. Eas autem, Gentes pene omnes in moribus habuiffe, dubitari nequit; cum Gentes illæ clariores, *Ægyptii*, *Græci*, *Romani*, lavacris ante preces uterentur. Sic apud *Ægyptios* morem habuiffe, ita teftatur [a] *Apuleius: difcuffa pigra quiete, alacer exfurgo: meque – purificandi ftudio, marino lavacro trado: feptiefque fubmerfo fluctibus capite,* ——— *lætus & alacer Deum præpotentem -- fic apprecabar.* Antiquiores *Græcos* non nifi lotis manibus preces effudiffe, me perfuafum facit *Homerus*, Hectorem fic loquentem [b] introducens,

Χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Ἅζομαι· οὐδέ πῃ ἔστι κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι.

Manibus autem illotis Jovi libare ardeus vinum
Vereor: neque ullo modo fas eft atras nubes reddenti Saturno
Sanguine & pulvere pollutum vota facere.

Apud *Romanos* morem eundem inceffiffe, dubitare non finit [c] *Marius*, qui Diis vota feciffe dicitur, νιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν, *manibus ablutis, & in cælum fublatis.* *Ovidius* etiam ad illum ritum inter Romanos ufitatum refpexiffe [d] putetur, cum dixit,

Spargit & ipfe fuos lauro rorante capillos,
Et peragit folita fundere voce preces.

Nec temerarium eft, opinari *Virgilium* religionem mori Romano confentaneam *Turno* tribuiffe, cum eum hoc ritu Deos invocaffe [e] dicit:

——— *Ad undam*
Proceffit, fummoque haufit de gurgite lymphas;
Multa Deos orans: oneravitque æthera votis.

(4°.) TERTULLIANUS lotioni corporis ante preces crimen tribuit, eamque ex affectato Gentilifmo in Ecclefiam veniffe [f] dicit. Nam vitia reprehendens quæ fuo jam fæculo in precandi ritus irrepferant, notat aliquos qui lavacro corporis ad omnem orationem utebantur, alios qui pofitis pænulis orationem faciebant, alios etiam qui *affiguata* ac finita *oratione affidebant*. Ad lavacrum hæc pertinent: [g] *hæ funt vera munditia non quas plerique fuperftitiofe curant, ad omnem orationem etiam cum lavacro totius corporis aquam fumentes.* Ad motem fecundum hæc fpectant: [h] *ut mos eft quorundam, expofitis pænulis orationem facere: fic enim adeunt ad idola Nationes.* Poft pauca, fic tertium notat: *item quod adfiguata oratione affidendi mos eft quibufdam*, &c. Et ftatim, *cum perinde faciant Nationes, adoratis figillaribus fuis refidendo; vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Hæc autem omnia *Tertullianus* multis nominibus damnanda cenfuit, inprimis autem quod Superftitionem olerent, &, affectatione moris ethnici, Chriftianos Gentilibus adæquarent. Nam de ritibus iis generatim loquens, [i] *hujufmodi*, inquit, *non religioni fed fuperftitioni deputantur: affectata & coacta* funt, *& curiofi potius quam rationalis officii, certe vel eo coercenda, quod* nos *Gentilibus adæquent.* E quibus apparet, *Tertull anum* lotionem ante preces ufitatam, ritum origine paganum exiftimaffe, & a Gentilibus ad Chriftianos adveniffe. Si itaque Chriftiani nonnulli, e fuperftitione vel moris ubique recepti ftudio, hunc inter alios ritus ethnicis ortos initiis, in Ecclefiam Chriftianam introduxerint; non abhorret a fide, Ju-

a De *Aur. Afin.* l. 11. fub init. b *Iliad.* ζ. verf. 266. c Ap. *Plutarc.* in *Vit. Mar.* d *Faftor.* lib. 5. v. 679. e *Æneid.* 9. v. 22. f Lib. de *Oration.* g Cap. 11. h Cap. 12. i Ibid.

dæos

dæos aliquos (originarios aut advenas) ritum eundem in Ecclesiam Judaicam invexisse, eumque ex usu profano in sacrum convertisse. SECT. II.

A Judæorum precibus, ad cultus sui partem cum precibus arcte cohærentem, sacrificium intelligo, proximo transeundum est. De purificatione sacrificia præcedente.

HIC autem primo probandum est, eos a corporis aut manuum lotionibus ritus eorum sacros inchoare solitos. Eorum sacerdotes sacris operam daturos hoc sanctius observasse, dubitare non sinunt ipsa [a] Legis verba: *facies & labrum aneum cum basi sua ad lavandum, ponesque illud inter Tabernaculum testimonii & Altare: & missa aqua lavabunt in ea Aaron & filii ejus manus suas & pedes, quando ingressuri sunt in Tabernaculum testimonii, & quando accessuri sunt ad Altare.* Si quis hanc lotionem præviam neglectui habuisset, impurus accedere, & indignius quam sacrorum jura poscebant se gerere censebatur. Israelitas etiam vulgares, munia sacra peracturos, se lavacro purgare solitos, e verbis in historia [b] *Juditha* occurrentibus intelligendum est. Καὶ ἡνίκα ἐκαθαρίσθη ὁ λαός, *& mox ut purificatus est populus, obtulerunt holocausta & vota sua.* Huic mori testimonium & *Philo* præbet: nam de victimas offerendi ritu [c] loquens, ἀπονιψάμενος, inquit, ὁ προσάγων τὰς χεῖρας, ἐπιφερέτω τῇ τοῦ ἱερείου κεφαλῇ· *Ille qui offert, postquam manus abluerit, eas imponat victimæ capiti.* Sed hic ritus fidem firmiorem e Psalmistæ verbis arcessat, [d] *lavabo in innocentia manus meas, & sic circumdabo altare tuum Domine:* His enim allusum est ad morem Hebræorum, qui, sacrificaturi, puritatis & innocentiæ propositum solenni manuum lotione profitebantur.

HUNC autem ritum a gentium rudiorum moribus ad Hebræos accessisse, mihi videtur omnino verisimile:

NAM (1°.) Lotiones, ante sacra frequentes, diu ante Mosis ætatem, in usu fuisse videantur. Nam Jacobi famulos, sacris in Bethele perficiendis se accingentes, *lavacro se purgasse, vestes* etiam *mutasse* legimus: *Genes.* 35. 2. Huic itaque textui *Mercerus* hanc facem præfert: [e] *respicit ad purgationes, lustrationes & lotiones, quibus veteres ad sacra accessuri uti solebant; quas patribus etiam ante legem puto fuisse usitatas, postea per legem confirmatas.* Hujusmodi lotiones sacrorum oblationi prævias, *per legem confirmatas fuisse*, non facile a meipso impetro ut censeam: fuisse vero *ante legem usitatas*, eo minus dubitandum arbitror: quod hac in re historia profana Scripturæ testimonium præbeat. Nam [f] *Diodorus Siculus*, primorum Ægypti regum morem referens, *sub auroram*, inquit, *experrecto* Rege *litera undecunque scripta omnium primo accepta erant*, &c. ἔπειτα λουσάμενον, καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς συσσήμοις μετ' ἐσθῆτος λαμπρᾶς κοσμήσαντα τὸ σῶμα, θύειν τοῖς θεοῖς· *Deinde cum se aqua lustrasset, & regni insignibus cum veste nitida se adornasset, Diis sacrificatum ibat.* Cuivis autem in re historica tyroni notum est, primos Ægypti reges diu ante Mosis ætatem floruisse. Nec testimoniis tantum, sed & aliis argumentis ostendi potest, hunc lustrandi ritum, cum res sacra fieret, diu ante Mosen obtinuisse. Nam Syros, Ægyptios, Græcos, Romanos, omnes lotione semper præmissa res sacras egisse constat. Hoc testium antiquissimorum nube probari posset, nisi [g] *Marcus Marsilius*, [h] *Natalis Comes*, [i] *Filesacus*, [k] *Bonfrerius*, [l] *Fortunatus Schacchus*, [m] *Elias Schedius*, [n] *Dilherus*, [o] *Saubertus*, [p] *Seldenus*, [q] *Conradus Dietericus*, [r] *Doughteius*, aliique, pleraque veterum de hoc ritu loquentium testimonia congessissent. Unde vero gentes illæ omnes, ingeniis, linguis, moribus, terrarum spatiis, ab invicem dissitæ & divisæ adeo, in ritus hujus usu conspirarent; nisi quod eum a patribus quibusdam communibus, una cum sacrificiorum religione, derivassent? Nam ritum illum in omnes pene mundi partes, e parvula & obscura Judæorum gente, seculis præsertim antiquioribus, effluxisse, fidem apud me nullam invenire potest. Deinde: ritus ipse de quo sermonem jam habeo, simplicitatem temporum antiquiorum ruditati consentaneam præ se ferre videatur. Nam sordium ablutio, cum ad aras accederent, clare docet, ritus illius auctores puritatis divinæ sensum aliquem, sed crassum & languidum, habuisse: manuum etiam ablutio innuere videtur, se Dei gratiam, justitia quadam externa, & sola quasi manuum puritate, consecuturos existimasse. Nam apud antiquos, lota manus innocentiæ signum habebatur, ὅτι πᾶσα ἐνέργεια διὰ τῶν χειρῶν γίνεται, *quoniam per manus conatus omnes externi soleant expediri*, uti rationem reddit [s] *Aristeas.*

a *Exod.* 30. 18, 19, 20. b *Judith.* cap. 16. v. 18. c Lib. de *victim.* p. 838. C d *Psal.* 26. v. 6. e *Prælect.* in *Gen.* 35. 2. f *Biblioth. Hist.* l. 1. p. 63. D g *Hydragolog.* sect. 1. cap. 6. h *Mytholog.* l. 1. c. 10. i *Select.* l. 2. p. 175. k *Comment.* in *Exod.* 30. v. 18. l *Myrothec.* P. 2. cap. 49. & 75. m De *Diis German. Syntag.* 2. c. 27. n *Differt.* de *cacozel. Gentil.* c. 5. o De *sacrif.* c. 11. p De *Synedr.* l. 1. c. 3. & 10. q *Antiq. Biblic.* p. 341, 342. r *Analect. sacr.* P. 1. *Excurs.* 138. s Ub. supr.

SECT. II.

(2°.) JUDÆI sacra peracturi, ad exempla gentium se lavisse censeantur, quod nullibi præceptum extet, ut hac ceremonia in sacris obeuodis uterentur. Facilis agnosco Deum sacerdotes, altari ministraturos, ad manus & pedes abluendos lege diserta devinxisse: Israelitis etiam præcepisse, ne festis interesseot, aut sacra participarent, si gravi aliqua immunditie laborarent, priusquam aqua purgatrice seipsos expiassent. Ita legem habuisse, non tantum e *Pentateucho*, sed & [a] *Josepho* discitur: ἁγνείας, inquit ille, ἐπὶ ταῖς θυσίαις διέταξεν ὁ νόμος, ἀπὸ κήδους, ἀπὸ λέχους, &c. *Purificationes in sacrificiis Lex decrevit, a funere, lecto, uxoris consuetudine, multisque aliis, non sine longo opere conscribendis.* Est equidem extra controversiam positum, eos qui ab hujusmodi rebus immunditiem hausissent, ut sacra rite obirent, se lavare debuisse: nullibi vero præceptum extat, ut vulgares Hebræi, sacerdotum ritu, manus ante sacra lavarent, licet rei nullius Legaliter impure contactu seipsos contaminassent. Unde factum itaque, quod quilibet e plebe Judæus, mundus licet & nulla lege devinctus, eo ritu sacra facturus uteretur? Brevi dicam quod censeo: per ea tempora quibus lex Mosaica ferebatur, Gentium usu & eonstitutione vereri sancitum crat, ut sacerdotes simul & plebeii, ad aras accessuri, manus abluerent; & omnia, nisi aqua purgata, tam animata, quam inanimata procul a sacris arcerentur. Cum itaque Deus, moribus antiquis indulgens præcepisset, ut sui etiam sacerdotes manibus & pedibus ablutis altari ministrareot, ut etiam vasa cultui suo dicata lotione frequenti purgarentur; proclive est opinari, Judæos antiquiores lotiones hasce manuales, olim in sacrorum celebratione oon minus usitatas retinuisse, & ad seros nepotes transmisisse. Inde robur accipiat hæc opinio, quod Gentiles, lotiones in sacrorum honorem peracturi, præcipuam manuum rationem habuisse videantur. Nam Scriptores ethnici, de sacrorum ritu loquentes, manuum quidem ablutionem noo raro memorant: de ablutione vero pedum ante sacra, nihil, quod sciam, extra sacram Scripturam legitur. Et sacra vasa, quorum *Pollux* & *Homerus* frequentius meminere, manuum lotioni serviebant; & ab eo in sacris usu, χέρνιβες, χερνίβια, & χειρόνιπτρα, dicebantur. Cum itaque Veteres nihil tam sancte curarent, quam ne res sacræ manibus illotis tractarentur; nil opus erat ut Deus de lavandis ante sacra manibus legem disertam ferret, cum præsertim sacerdotes Ejus ad lotiones illas lege lata devinxisset. Israelitæ proculdubio solis sacerdotum exemplis & gentium omnium moribus inducti, ritum illum præstare voluissent. Deus itaque lotiones hasce manuales, Hebræorum plebi, sacta peracturæ, reliquisse potius quam imposuisse videatur.

(3°.) IPSA lotionis sacerdotalis circumstantia originis ethnicæ characteres haud obscuros præsert. Hoc enim de Pontifice, diei expiationis munia peragente, in [b] *Talmude* memoratur, חמש טבילות ועשרה קרושין טובל כהן גרל ומקרש בו *Quinque lotiones, & decem sanctificationes lavabat sacerdos magnus, & sanctificabat in eo die:* hoe est, quinque vicibus totum corpus, decies autem manus & pedes, aquis immergebat. Unde vero curiosa tot lustrationum religio ortum duxit, cum Deus vix ullas ceremonias nisi facili simplicitare peragendas instituerit? Mihi probabile videtur, Hebræos cultus sui munia lotione toties repetita præstari voluisse, ne sacra sua minore cum puritatis cura & specie, quam Gentiles ipsi, eelebrasse viderentur. Genriles enim sæpius, ante ritus præcipue solenniores, abluebant, & quandoque noo nisi post septimum, quandoque bis septimum, baptismum se puros existimabant. Nam [c] *Apuleius*, purificandi studio, *se marino lavacro tradidisse* resert, & non nisi *septies submerso fluctibus capite, Deam* suam *adiisse*. Hie opportunum erit [d] *Alexandri* verba superaddere: *si quis* ethnicus *nece aliqua pollutus fuisset, bis septem vicibus--vestes abluebat aqua*, &c. Cum itaque tam probabile sit, Hebræos antiquos lotionis suæ religiosæ modum & mensuram e gentium moribus accepisse; non absurde creditur, eos ipsum lavandi ritum e gentium moribus haustum existimasse. Nam proculdubio ritum illum more gentium obire, oe-fas habuissent; nisi ritus illius principium e gentium more fluxisse credidissent.

SI jam ab Altari ad Templum animos convertamus, observationi non minus obvium est, saccrdotes simul & Hebræorum vulgus se lotionibus exercuisse, priusquam Templi limina transilirent.

SACERDOTES non tantum ad Altare ministraturos, sed Tabcrnaculum ad incensum offerendum ingressuros, manus & pedes aqua purgasse, satis e lege discere est, ubi de labri ænei forma & usu [e] scribitur: *& missa aqua, lavabunt in ea Aaron & filii ejus manus suas &*

a Contr. *Apion.* l. 2. p. 1380. 30 b Vid *Cod. Jom.* c. 3. §. 3. c Ub. supr. d *Alex, ab Alex.* l. 4. c. 17. p. 1093. e *Exod.* 30. 18, 19, 20.

pedes

pedes, quando ingressuri sunt Tabernaculum testimonii, &c. Huic legi facem accendunt ea [a] *Talmudis* verba, ארם נכנס לעזרה לעבורה אע״פו טהור עד שיטבול *Nemo atrium intrabat ad ministerium peragendum, tametsi mundus, priusquam laverat.* Ea vero lavatio קרוש *sanctificatio* dicebatur. De hoc sanctificandi ritu, nonnulli verba *Psalmistæ*, sacerdotes alloquentis, intelligenda sentiunt; [b] *elevate manus vestras* קרש *& laudate Dominum*: q. d. "vos sacrorum ministri, manus lotas & externa puritate "conspicuas ad Sanctuarium afferatis; ita tamen ut vitæ puritatem præcipue curetis: "manuum lotione symbolice designatam, & officiis in Sanctuario præstandis maxime convenientem. SECT. II.

EANDEM puritatis externæ curam Judæis vulgaribus, Templum adituris incubuisse, *Josephi* simul & *Philonis* testimonio confirmatur. Horum [c] ille de atrio Templi loquens, εἰς τοῦτο, inquit, τοῦ λαοῦ πάντες, οἱ διαφέροντες ἁγνείᾳ καὶ παρατηροῦντες τῶν νομίμων, εἰσῄεσαν *In hoc cuilibet e populo, modo puro & casto, & præscriptorum legis observanti accessus patebat.* Hanc legem Judæorum vulgus tenuisse, innuit & *Philo* dicens, εὔηθες εἰς μὲν τὰ ἱερὰ μὴ ἐξεῖναι βαδίζειν, ὃς ἂν μὴ πρότερον λουσάμενος φαιδρύνηται τὸ σῶμα, εὔχεσθαι δὲ καὶ θύειν ἐπιχειρεῖν ἔτι κεκηλιδωμένῃ καὶ πεφυρμένῃ διανοίᾳ· *Stultum est, existimare sacras ædes ingredi non licere, nisi prius laveris, ut niteat corpus; precari vero & sacrificare, maculato licet & inquinato animo, nihil cunctari.* Mos ille lucis aliquid affundit S. Pauli [d] verbis: *post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam, veni Hierosolymam: unde Judæi quidam me purificatum in Templo invenerunt.*

NEQUE Judæi tantum, sed etiam Gentiles, templum adituri, se lavacro purgabant; indignum arbitrati, ut coram Diis suis conspurcati sisterentur. Hunc morem spectant [e] *Euripidis* illa,

Ἀλλ', ὦ Φοίβου Δελφοὶ θέραπες,
Τὰς Κασταλίας ἀργυροειδεῖς
Βαίνετε δίνας· καθαραῖς δὲ δρόσοις
Ἀφυδρανάμενοι, στείχετε ναούς·

Sed O Delphici Phœbi ministri,
Castalia limpidos
Ite ad gurgites, pura vero aqua
Abluti, ite in Templum.

SENTIUNT autem e Doctis haud pauci, Gentiles hac in re Judæorum exempla secutos fuisse, qui, Templum ingressuri, Deumque propius adituri, lavandi ceremonia defungebantur. Auctor [f] egregius, בית הטבילה *domum lotionis* memorans, ad quam sacerdos Judaicus, Templum ingressurus, purgandi causa ducebatur; *hoc*, inquit, *purgationis genus cæteræ quoque gentes a Judæis arripuerint, quæ ad eorum imitationem suas lustrationes & lavandi ritus habuerint, cum templa sua ingrederentur.* At veritati magis affine videtur, ritus eos longo antea usu tritos fuisse, eosque Deum cultoribus ejus utendos tradidisse, ut reverentiam sanctuario suo debitam more passim recepto tribuerent, & hebetes vulgi mentes puritatis in Dei cultu requisitæ sensu aliquali tangerentur. Hanc sententiam mihi multum commendant haud exigui ponderis argumenta: nam,

(1°.) SACERDOTES plerumque, post extructum Templum multo curiosius, quam post extructum Tabernaculum, ante sacra omnia perluebantur. Nam observat modo dictus [*] Auctor, Deum præcepisse, *Exod.* 30. 20. *ut sacerdotes manus & pedes lavarent, cum ingrederentur ad Tabernaculum conventus: & post extructum Templum idem observatum* fuisse, *nisi quod sacerdotes ingressuri Tabernaculum, manus & pedes, sed ingressuri Templum totum corpus* lavarent. Quum autem illa tam curiose lavandi consuetudo diu post tempora Mosis exordium sumeret, & nullo (quod scimus) instituto niteretur; opinari fas est, Hebræos morem illum a gentibus supra modum ritualibus, accepisse; ne scilicet a gentibus ipsis puritate superari, & minore cum reverentia, Dei, quam illæ Dæmonis, ædibus & sacris adesse viderentur. Ethnicos enim, templa Dæmonis ingressuros se totos frequenter abluisse, liquido constat e veterum testimoniis passim obviis, quorum nonnulla congessit [g] *Hospinianus.* Nos in re tam confessa contenti simus unico *Justini Martyris* testimonio, qui, de gentium institutis agens, hæc [h] habet: τὸ ὑπο-

a In *Jom.* c. 3. §. 3. b *Psal.* 134. 2. c *Antiq.* lib. 8. p. 346. 20. d *Act.* 24. 17, 18.
e In *Ione*: v. 94. f *Sheringh.* in. *Cod. Jom.* c. 3. §. 2. * Ub. sup. §. 3. g Cap. 25. de *Orig. Aqu. Lustral.* p. 329. 330. h *Apolog.* 1. p. 91. 10.

SECT. II. λούεσθαι ἐπεμβαίνοντας τοῖς ἱεροῖς, καὶ τοὺς αὐτοῖς τὰς θρησκεύοντας κελεύσαι, &c. Eorum *templa ingredientes,-- tisque cultum præstantes, jusserunt dæmones ut toto corpore abluantur.* Hunc gentium morem imitati videntur Samaritæ, de quibus [i] *Benjamin Tudelensis* hæc memoriæ tradidit; moris his est, *vestes, quibus quotidie utuntur, exuere, cum in Synagogam eundum sit, & lavare aquis corpus,—estque hic ritus quotidianus.* Si itaque Judæi (ad quos denuo revertit sermo) lotionis suæ modum & mensuram a gentibus templa sua petituris aeeeperint; quam maxime eredibile est, eos ipsam lotioois illius eeremoniam ab antiqun gentium ritu derivasse.

(2°.) Veteres Ægyptii primi fuisse ereduntur, qui homines amplexu fœminæ pollutos, & noodum lustratos, ab ædium sacrarum aditu eohibuerunt. Nam *Clemens Alexandrinus*, ab Ægyptiis inventa referens, illi [a] inquit, *lucernas primi accendere docuerunt*,——καὶ ἐν ἱεροῖς μίγνυσθαι γυναιξὶν ἐκώλυσαν, μηδ' εἰς ἱερὰ εἰσιέναι ἀπὸ γυναικὸς ἀλούτους ἐνομοθέτησαν *Et in templis mulieribus commisceri* primi *vetuerunt*, *neque ad templa ab uxoris congressu illotis adeundum esse, lege sanxerunt.* Si *Clemens* itaque moris tam antiqui testis idoneus habeatur, necesse est, ut lustrationes ante Templi ingressum usitatas, Judæorum lege & nomine multo antiquiores fuisse; & proinde, Judæos ab Ægyptiis aut aliis gentibus, permissu tamen divino, eas accepisse eenseamus.

(3°.) MULTIS & (nisi me fallam) evidentibus argumentis evictum est [b] alibi, gentes exteras [forsan Ægyptios] primam Templis originem tribuisse. Nulli itaque dubium esse potest, quin gentes exteræ modis omnibus eaverent, ut summus erga templa [Deorum suorum habitaeula] honos & reverentia tribueretur. Cum autem nulla ceremonia, tam expedita, loquax, & connatis hominum de Deo & religione conceptibus eonsentanea fingi potuerit, quam ut sacerdotes populusque, numinum sedes adituri, corporis aut manuum lotionibus uterentur; faeile credatur, Ægyptios & alios, ut Deorum & ædium suarum honori prospieerent, ritum illum instituere, & omnes, templum aliquod ingressuros, ad illius observationem astringere, voluisse.

(4°.) LOTIONES ante Templi ingressum usitatæ, lege vetustiores, & ab antiquis gentium moribus ortæ, putentur; quod apud omnes gentes, a remotissima rerum suarum memoria, reeeptæ fuerint. Ægyptios, non nisi lustrato primum eorpore, templa petiisse, ex *Apuleii* [c] verbis intelligendum est: me *prius sueto lavacro traditum--circumrorans abluit* saeerdos, *rursumque ad templum reductum— ante ipsa Deæ vestigia constituit. Porphyrius* etiam, de ceremoniis Ægyptiorum [d] agens, ἀγιστεύειν inquit, τοῖς μὴ καθαρεύουσιν ἄδυτα· *Sacraria puritati operam non dantibus nequaquam adeunda.* Religionem eandem apud Syros viguisse, e [e] *Pausania* discimus: nam de Dea Syria loquens, ἐς ταύτης, inquit, τὸ ἱερὸν ἐσίασιν ἐν ἡμέραις ῥηταῖς, ἄλλα τε ἃ σφίσι νομίζουσι προκαθηράμενοι καὶ ἐς τὴν δίαιταν· *In ejus Deæ templum non nisi statis diebus intrant, cum se ritu præscripto, victus præcipue moderatione, purificaverint.* Hunc ritum apud Græeos in usu fuisse, testatur [f] Sozomenus: nam Valentiniani, Julianum Apostatam in Fortunæ templum sequentis, historiam referens, inquit, ἐπεὶ δὲ ἤμελλεν ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδόν, θαλλούς τινας διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεύς, νόμῳ Ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε τοὺς εἰσιόντας· *Cum autem limen templi superaturus esset, sacerdos virentes quosdam ramos madefactos in manu tenens, more Græco, ingredientes aspergebat.* Romanos eidem eeremooiæ dovotos abunde probat unum [g] *Ovidii* testimonium:

——Ubi libatos irroravere liquores
Vestibus & capiti; flectunt vestigia sanctæ
Ad delubra Deæ.——

Gentes alias hunc ritum eoluisse, non faeile dubitandum est; cum Christiani Veteres, more proeuldubio a geotibus hausto, Ecclesiam non nisi loti manus aut corpus ingrederentur. Eo spectant S. *Chrysostomi* [h] verba, ὅτε χεῖρας μὲν νιπτόμεθα εἰς ἐκκλησίαν εἰσιόντες, *deinde manus lavamus, in Ecclesiam ineuntes.* Cum itaque mos ille tam longe lateque diffunderetur, inde probabiliter inferamus, eum vel ab Ægyptiis [antiquissimis cultus ethnici magistris] aut a communibus mundi patribus, propagatum fuisse. Hoc argumentum eo firmius arbitror, quod in confesso sit, ritus aliquos Judæo eum Gen-

a *Stromat.* lib. 1. p. 361. 15. b Lib. 3. *Differt.* 6. c *Asin. Aur.* lib. 11. p. 387. d De *Abstin* l. 4. s. 6. e Lib. 7. c. 26. p. 592. f *Hist. Eccles.* l. 6. c. 6. p. 226. 15. g *Metam.* lib. 1. v. 371. h *Homil.* 72. in *S. Johan.*

i *Itinerar.* Pag. 40.

tili

tili communes, Lege antiquiores fuisse, & a patribus quibusdam communibus ad varias gentes ab iis propagatas effluxisse. CAP. IV.

His omnibus unum opponi potest *Justini Martyris* testimonium, qui lotiones in templorum ethnicorum aditu frequentes, Dæmonibus divini cultus æmulis tribuendas asserit. Postquam enim Prophetæ verba [*Lavamini, mundi estote*, &c.] recoluisset, statim [a] subjungit, τὸ λουτρὸν τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες διὰ τοῦ προφήτου κεκηρυγμένον, ἐνήργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας, &c. *Lavationem autem illam cum audissent Dæmones per Prophetam promulgatam, effecerunt ut & ingressuri in templa eorum, & accessuri ad illos, atque libationibus adipisque nidoribus offerendis operaturi, seipsos aquæ aspersione lustrarent. Quin ut toto quoque corpore laventur prodeuntes, priusquam ad templa veniant, sua opera & instinctu curarunt.* Objectio solvitur.

Hæc equidem *Justinus Martyr* habet: ei vero S. *Chrysostomum*, omnes Hebræorum καθαρμοὺς a gentium ritu & ruditate derivantem, opponere non dubitemus: cum præsertim cngat Historiæ fides, ut lotiones inter ethnicos, ad ædes sacras accessuros, diu ante Prophetæ tempora usitatas existimemus. Utcunque, mihi nunquam persuadere potero, Dæmonas, e jam dictis Prophetæ verbis, hujusmodi lotiones instituendi ansam arripuisse; cum citius aquam e pumice, quam aquæ lustralis usum ante templi ingressum, e verbis illis, puritatem solummodo moralem spectantibus exprimere potuissent.

CAP. IV.

Hebræorum καθαρμῶν modaliter *spectatos*, *ab antiquo Gentium usu sumptos.*

De purificationibus *finaliter* spectatis, & earum origine (quantum facultates nostræ capiunt) hactenus disseruimus. Proximo de purificationibus *modaliter* consideratis, juxta methodum nobis præscriptam, dicturi sumus. Ut autem hoc pensum eo felicius absolvatur, mooendum est obiter, Hebræos purgationes aqua factas (de quibus jam sermo est) [b] triplici ratione celebrasse; nempe *corporis immersione*, quæ Hebræis טבילה Græcis λοῦσις, aut *manuum pedumque lotione*, quæ קדוש νίψις, aut *aquæ aspersione*, quæ נדה vel הזיה ῥαντισμός, dicebatur.

Duos priores purgandi modos a gentium moribus ortos fuisse, rationibus capite superiori prolatis evicisse videar. Restat itaque, ut de purgationibus, aspersioois ritu peractis loquar; & gentium antiquarum usum iis etiam instituendis occasionem dedisse probem. Hanc autem provinciam lubens aggrediar, spe læta fretus, Lectorem æquiorem argumenta tantum probabilia hic expectaturum, ubi omnia vetustatis tam remotæ tenebris operiuntur. Ne Lectorem pluribus teneam: harum rationum momentis inductus, purgationes aspersione factas antiquiori gentium consuetudini, tanquam origini primæ, tribuendas arbitror.

(1°.) Hebræi veteres, in aspersionibus suis, omnia ad aspersionum ethnicarum ritum & exemplum fecisse videantur. Nam primo, ethnici personam aliquam lustraturi, aquam lustralem circumferre solebant & [c] circumspergere. Ad hunc morem clare alludit *Ovidius*, *Metam.* lib. 1. v. 369.

——Adeunt pariter Cephisidis undas:
Inde ubi libatos irroravere liquores
Vestibus & capiti.

Sed *Virgilius* clarius aliquanto, cum dicit, *Æneid. 6.* v. 229.

Item ter socios pura circumtulit unda.

Circumlatio illa cum ipsa lustrationis essentia tam arcte jungebatur, quod ibi Poeta *purgare* per [d] *circumferre* denotet; & vox illa περὶ, fere in vocibus ad lustrationem pertinentibus [e] repetiatur: ut in περιμάττεσθαι, περικαθαίρειν, περιθύεσθαι, περιαγνίζειν, περιθεῖν, quæ

a *Apolog.* 1. p. 91. 5 b Vid. *Num.* 8. 7. & 19. 19. *Ezec.* 36. 25. c Me *purissime circumrorans abluit*, &c. Apul. ub. infr. d Circumtulit, *purgavit*. *Antiquum verbum est.* Serv. ad Æneid. 6. e Vid. *V. Casaubon. Comment.* in *Theophrast. Charact.* p. 136.

CAP. IV. circuitus & ambitus notionem ferunt. Consimilem aspergendi ritum & Hebræos observasse, me sentire suadent voces illæ περιῤῥαντίζειν & περιῤῥαίνειν, a [a] LXX non semel usurpatæ, legem de *aspersionis aqua* latam explicantibus. Deinde: Gentes aspersionibus statim post immersiones [manuum aut corporis totius] plurimum utebantur. *Apuleius* moris hujus exemplum his verbis [b] exhibet: *tempore..id postulante, stipatum me religiosa coborte deducit* sacerdos *ad proximas balneas; & prius sueto lavacro traditum,-- purissime circumrorans abluit. Theophrastus* ridendum [c] propinat superstitiosum suum, quod ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ περιῤῥανάμενος, *manibus elotis & aqua lustrali aspersus prodiret. Pythagoras* docuisse [d] fertur puritatem λουτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις *lavacris & aspersionibus* acquirendam. Hanc purgandi methodum Gentes, templum ingressuræ, religiosius observabant: tunc enim λουτρὸν aut χέρνιψ plerumque processit, & περιῤῥάνσεις in ipso aditu sequebatur. Hebræos etiam, puritati operantes, lotionem & aspersionem sæpe conjunxisse, sat constat e [e] legibus, Levitis & cadaveris tactu pollutis purificandi rationem præscribentibus. Lavabant autem Judæi, seipsos etiam aqua lustrali, *Numerorum.* 19. præscripta plurimum aspergebant, cum eos Religio ad templum advocaret. Duplex illa Judæorum [cum templum adirent] lavandi & aspergendi consuetudo, Apostoli verbis ad [f] Hebræos lucem afferat: *habentes itaque——sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus*——ἐῤῥαντισμένοι, *aspersi corda*——καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα, *& abluti corpus aqua pura.* Cum itaque Judæi & Gentiles, aspersionis ritum peragentes, tam amice consentirent; inde nobis indicium non obscurum suppeditetur, Judæos ritum illum ad morem & exemplum Gentilium præstitisse, eumque primitus e gentium moribus effluxisse. Quid enim Judæi veteres tot aspersionum ethnicarum ritus in suis exprimerent, nisi quod eas a Gentibus ortas crederent, easque juxta gentium usum celebrari consentaneum existimarent?

(2°.) Gentium antiquiorum religioni morique consonum est, ut lavandi simul & aspergendi ritus in eorum officina cusi censeantur. Si enim ad rituum ethnicorum farraginem paulo diligentius attendamus, facile percipiamus, ethnicorum cultum corporis tantum exercitium fuisse, & περιεργίαν tantum religiosam. Suadet itaque cultus ethnici natura & ingenium, ut Gentes antiquas curiosos hosce, nunc lavandi, nunc aspergendi ritus primo excogitasse & usurpasse censeamus. Deinde: Gentes exteræ ritus & instituta sua religiosa, variis modis, pro vario Deurum quos colebant ingenio, perficere solebant. Cum enim hostiæ [g] Diis inferis mactarentur, humi capita impingebant: at cœlestibus immolantes, colla sursum convertentes jugulabant. Gentiles, Diis superis facturi sacrum, altaribus in sublime structis; cum autem terrestribus, aris ex humiti cespite conflatis, plurimum utebantur. Alia moris hujusce curiosi exempla in medium proferre possem, si Lectorem argumento tam trito morari liceret. Huic autem mori convenit, ut Gentes antiquæ, cum Diis superis hostias allaturæ, corpus integrum abluisse; cum autem inferis, aqua lustrali seipsos tantum aspersisse credantur: quin & varios illos lustrandi modos, ad Deos suos, eorumque ritus, ab invicem discriminandos, instituisse. Conjecturæ huic eo minus diffido, quod eam non parum honestet [h] *Macrobii* testimonium: *constat Diis superis sacra facturum corporis ablutione purgari, cum vero inferis litandum est, satis actum videtur si adspersio sola contingat. De sacris igitur superorum ait Æneas, Æn.* 2. v. 719.

> *——Donec me flumine vivo*
> *Abluero,*

At Dido, sacra Diis inferis instituens, *ait, Æn.* 4. v. 634.

> *Annam, cara mihi, nutrix, huc siste sororem:*
> *Dic corpus properet fluviali spargere lympha.*

Si itaque gentium antiquiorum cultum & consuetudinem, hac in re judicii normam & mensuram habeamus; æquum erit ut aspergendi ritum e gentium cultu moreque desumptum, & Dei ritibus ascriptum judicemus. Cuivis enim nisi lippienti patet, hunc ritum exrernis affinitate conjunctum, & curiosæ gentium theologiæ morique consentaneum. Et sane par erat ut Deus aspergendi ritum sibi sacrum faceret, ne veteri

a *Numer.* 19. 13, 18, 19, 21. b *Aur. Asin.* lib. 11. p. 387. c *Charact.* cap. περὶ δεισιδαιμονίας. d Ap. *Laert. in Vit.* p. 222. e *Numer.* 8. 7. & 19. 19. f Cap. 10. 19, 21, 22, 23. g Vid. *Joseph. Laurent. Polymath.* l. 2. *Differt.* 18. h *Saturn.* lib. 3. cap. 1.

super-

superstitiooi locum relinqueret, & ut Hebræorum religio ritus gentium omnes, quid sani habentes, in se una complecteretur. CAP. V. SECT. I.

(3°.) Lege prospectum est, ut Israelitarum aspersiones ritu insolito & a gentium moribus alieno peragerentur. Nam lege jussum est, ut Vitulam, eamque rufam integre, ritu solenni sed insolito mactarent; & ut vitulæ illius combustæ cineres aqua lustrali, Deo sacra mergerentur. Curatum est insuper, ut aqua hoc ritu confecta, non quovis aspergillo, sed hyssopi fasciculo, manubrio cedrino filis coccineis alligato spargeretur. Quid autem præcepit Deus, ut aspersiones a Seipso præscriptæ ritu tam anomalo perficerentur, nisi quod ethnici tunc temporis aspergendi ritum sæpius obirent; & æquum esset, ut aspersiones Dei nomine peractæ, a lustrationibus in idolorum honorem præstitis, nota & circumstantia peculiari discernerentur? Hæc inde fidem ampliorem acquirant, quod ethnicorum veterum aspersiones sacræ ritu plane dissimili absolverentur; si de iis e Græcorum & Romanorum lustrationibus conjecturam faciamus. Apud Græcos enim & Romanos, aqua lustralis non humili hyssopo, sed *ramo felicis olivæ* (quod habet [a] *Virgilius*) aspergebatur. Et illi aqua in qua titionem ardentem ab ara sumptum immersissent, non aqua vitulæ rufæ cineribus infecta, ad aspergendum utebantur. Si itaque Deus aspersiones cultui suo sacras hac de causa ritu peculiari perfici voluisset, inde luculentum est, aspergendi ritum primo inter Geotes obtinuisse, & ab iis ad Hebræos [purgatum tamen & emendatum] transiisse.

(4°.) Nulla ratio satis solida, nisi a communi gentium usu petita, reddi potest, cur Deus utrumque [lavandi simul & aspergendi] ritum in cultum suum recipere dignaretur. Erat equidem ethnicismi genio apprime consentaneum, & Diaboli ratinnibus haud parum conducebat, ut inter cultores ejus lotiones & aspersiones in usu frequenti versarentur. Nam illa rituum varietas populo pergrata fuit, & effecit ut religionis ethnicæ fabula populi ruditati magis arrideret. Sed & lotionis ritu, Gentiles se Diis superis; aspersionis autem, Diis inferis; sacra facturos indicabant. Quid autem Deus, qui cordis, noo cutis puritatem spectat, non lotiones tantum sed & aspersiones, easque sæpe conjunctim usurpaodas instituerct; nisi ut rudi populo cultum mori passim recepto convenienrem daret, eosque lenitate blandiente, cultuque ad ipsorum modulum accommodato sibi devinciret? Deinde: Deus lotiones simul & aspersiones in culrum suum transferri voluir, forsan ut intelligerent Israelitæ, eum esse Deum Deorum quem ceremoniis illis observabaut, quibus olim in Deorum superorum & inferorum sacris utebantur.

CAP. V.

De purificationibus Extraordinariis.

De purificationibus Ordinariis, [lotione vel aspersione peractis, & in usu quotidiano positis] egi hactenus. Ordo mihi præscriptus jam postulat, ut Hebræorum purificationes extraordinarias expediam, & earum originem e vetustatis tenebris in lucem proferam. Harum autem oomine intelligo purgationes illas quæ temporibus quibusdam solennioribus, & ritibus plerumque variis, a sacerdotibus aut Hebræorum vulgo peragebantur. Duorum autem generum fuerunt isti καθαρμοὶ extraordinarii, privati & publici. Privatos voco, quibus persooæ singulæ ad puritatem, sacris aptam restitutæ sunt: Publicos autem, quibus gens integra, ad numinis iram averruncandam, & mala graviora depellenda utebatur. A privatis oxordium sumimus.

SECT. I.

Privatis, huic aut illi personæ propriis.

Catharmi privati, Sacerdotum erant aut Vulgarium Hebræorum. A Sacerdotum purificationibus principia nobis duceoda, quæ ceremoniis hisce quatuor absolvebantur; Ablutione scilicet, Aspersione, Sacrificio, & Abstinentia. Catharmi privati, Sacerdotum;

a *Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.* Æneid. 6. v. 230.

SECT. I.

PRIMO: Ablutione, quam Deus in Sacerdotii simul & Tabernaculi ingressu Sacerdotibus imperavit. Priorem præcipit, *Exod.* 29. 4. *Et adduces Aaronem & filios ejus ad ostium Tabernaculi, & lavabis* patrem cum filiis *aqua*: Posteriorem, *Exod.* 30. 19, 20. *Et lavabunt Aaron & filii ejus manus suas & pedes suos, quando ingredientur Tabernaculum conventus.* Hac autem ablutione paulo diligentius fungi debebant, si forte rei [a] immundæ tactu, vel alia quavis impuritate legali, a sacris arcerentur. Si quis e gente sacerdotum [b] nocte præcedente τὸ φωνεῖν passus esset, rebus sacris obeundis ineptus habebatur, nisi lotionem sollicitam subiisset.

SECUNDO: Aspersione, nempe [c] purificationis aqua, si Sacerdotes, patris, matris, fratris, aut necessarii alicujus, exequiis interfuissent, aut immunditiem a cadaveris, ossis, aut sepulchri contactu, incauti contraxissent.

TERTIO: Sacrificio, cujus sanguine tangi simul & aspergi debuerunt, priusquam ad sacerdotii munus obeundum satis purgati credebantur. Lex enim, ritus præscribens Sacerdotum initiationi debitos, inter alia, *tolles*, [d] inquit, *arietem alterum*, — *quem cum immolaveris, sumes de sanguine ejus, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaronis & filiorum ejus, & super pollicem manus dexteræ, & super pollicem pedis dexteri eorum*, &c. Quibus continuo [e] subjungit, *cumque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo unctionis, asperges Aaronem & vestes ejus, filios & vestimenta eorum, & sanctificabuntur.*

QUARTO: Abstinentia, eaque (1°.) A Venere, etiam licita. Nam sacerdotes, cum ministerii sui vices redirent, a connubii juribus abstinuisse, discere licet e verbis [f] Abimelechi ad Davidem; cum, urgente fame, panes propositionis sibi & servis ejus dari postularet: *præsto quidem est panis sanctus, si juvenes servarent se puros a mulieribus.* Q. d. "potest equidem panis ille, sanctus licet & a solo sacerdote comedendus, tibi "tuisque ad famem sedandam porrigi: modo, sacerdotum tabernaculo ministrantium "ritu, a nupero cum fœminis commercio se abstinuerint. Gentiles itaque cum mulieribus [g] *in ipsis sacerdotum ædibus & templi porticibus* miscebantur, ut omnia confunderent, & eorum virus evomerent in templum & sacerdotes, qui dum essent in sua ἐφημερίᾳ, ne uxores quidem suas attingere solebant. (2°.) A vino: erat enim usus vini sacerdotibus, vices eorum obeuntibus, sub pœna capitis interdictus: *Levit.* 10. 9. *Vinum & siceram non bibes tu & filii tui, ingressuri tabernaculum testimonii, ne moriamini.* Locus ei geminus & germanus occurrit, Ezec. 44. 21. *Vinum non bibent ulli sacerdotes, ingressuri atrium inter us.* Hoc præceptum sacerdotes religiose observasse testatur [h] Hecatæus, qui, sacerdotum Judaicorum mentionem faciens, asserit eos τὸ παράπαν οἶνον μὴ πίνειν ἐν τῷ ἱερῷ, *semper a vino bibendo in templo occupatos abstinuisse.* Idem de Judæorum sacerdotibus a [i] *Josepho* & [k] *Philone* memoriæ consignatum est. (3°.) Sacerdotes a mortuorum justis solvendis, & re quavis in immundorum numero posita, præcipue cum templo ministrarent, abstinere tenebantur.

RITUS jam dictos, in solennioribus sacerdotum purificationibus usitatos, ab Ægyptiis aut aliis gentibus ad Israelitas (Deo ordinante) devenisse, non vulgaribus inductus argumentis arbitror. Nam

(1°.) UNO ore testantur antiqui, gentes hujusmodi ceremonias, cum sanctimoniæ præsertim accuratiori studerent, semper observasse. Gentes omnes curasse, ut sacerdotes, cultui divino vacaturi, prævia corporis ablutione purgarentur, & ritum illum ab Exteris in usum venisse apud Israelitas, argumentis haud infirmis ostendisse videar. Ethnicos etiam victimarum oblatione sibi ad ritus solenniores aditum præstruxisse, testatur [l] *Arrianus*; asserens, hominem, *ad ceremonias antiquas accedere* debere, μετὰ θυσίας, καὶ μετ' εὐχῶν, καὶ προηγνευκότα, *adhibito sacrificio, precibus adhibitis, & castitate.* Eosetiam victimæ sanguine, nunc idola, nunc populum, quandoque sacerdotes aspersisse, [m] *Suidas*, [n] *Fortunatus Schaccus*, [o] *Wormius*, [p] *Pocockius noster*, alii, satis apertum testatumque reddidere. Ethnicos insuper, eorumque sacerdotes, munia sacra peracturos, a fœminarum consuetudine se puros conservasse, multis veterum testimoniis compertissimum est [q] *Porphyrius* (ut alios jam taceam) sic sacerdotes Ægyptios ad sacra solenniora se parasse refert: *ab omnibus animalibus abstinuere, ab omni etiam olere & legumine*, καὶ δὴ πάντων, ἀφροδισίων καὶ ὁμιλίας γυναικῶν *Sed præsertim a consuetudine mulierum.* Nec minus a vino temperabant Gentilium sacrificuli, sacris officiis incubituri. Nam [r] *Apu-*

a *Levit.* 22. 2, 3, 4, 5, 6. b *Deut.* 23. 10, 11. *Lev.* 22. 4. c *Numer.* 19. 13, 20. d *Exod.* 29. 19, 20. e V. 21. f 1 *Sam.* 21. 4. g Vid. 2. *Mac.* 6. 4. & *Grot.* not. in loc. h Ap. *Euseb. Præp.* l. 9. p. 408. i *Antiq.* l. 3. c. 12. p. 128. 5 k Lib. 2. de *Monarc.* p. 8 5. C l In *Epict.* l. 3. cap. 21. m Ad voc. Θεὸς Ἄρης n *Myrothec.* P. 2. cap. 77. o *Monum. Danic.* l. 1. c. 3. p. 7. p Not. in *Hist. Arab. specim.* p. 101. q De *Abstin.* l. 4. §. 7. r *Aur. Asin.* l. 11. p. 387.

leius

keius, ritus a seipso religionis Isiacæ candidato peragendos referens, *illud*, inquit, *plane præcipit* sacerdos, ut *decem continuis diebus voluptatem cibariam coercerent, neque ullum animal essem, & * [a] *invinius essem.* His affinia sunt quæ Plutarchus habet, de sacerdotibus Ægyptiis agens: *Qui sunt Heliopoli, & ibi Deum colunt*, οἶνον ἐν εἰσφέρουσι τὸ παράπαν εἰς τὸ ἱερὸν *Vini nihil unquam in templum inferunt.* Et deinde: πολλὰς δὲ ἀοίνους ἁγνείας ἔχουσιν, *multas autem invinias exercent castimonias.* SECT. I.

Ex hisce videre est, sacerdotes ethnicos, Ægyptios inprimis, cum Judaicis consensisse, & instituta prorsus eadem ante ritus solenniores observasse. Si quis autem consensus hujusce causam quærat, nil habeo quod regeram, quam quod Deos honorem iisdem ceremoniis sibi & sacris suis exhiberi voluerit, quibus aliæ gentes, Ægyptii cumprimis, in Deorum & sacrorum suorum honorem utebantur. Quantum autem e sacris aut profanis monumentis intelligendum est, hujusmodi ritus a remotissima vetustate sacri habiti sunt, & a [b] plerisque gentibus ante munia sacratiora semper usurpati. Nec facile quis dixerit, cur Ægyptii præcipue, in rituum similium usu cum Judæis convenirent; nisi quod Deus (ut instituta sua populi moribus & studiis accommodaret) iis multos ritus, a Gentibus Ægyptiis inprimis) acceptos dederit. Nemo enim vel probabiliter opinari potest, Ægyptios nomini & legi Judaicæ semper infensos, Judæos imitari, vel eorum exemplo sacra peragere voluisse. Certe, modo Ægyptii ad ritus aut leges Hebræorum vel minimum attendissent, multo sapientiores se præstitissent; nec ob numina & dogmata sua portentosa, in jocum & fabulam ubique gentium abiissent.

(2°.) Sacerdotes Hebræorum nonnullos purificandi ritus, a Gentibus quidem acceptos, oullibi tamen (quod scimus) a Deo præceptos, usurpasse videntur. Nam sacerdotes aliique, e Gentilium grege, ante ritus sacratiores, ab uxoribus abstinebant, hujusmodi castimoniam in præcipua puritatis parte collocantes. Huic assertioni fidem veri faciunt ea plurima Veterum testimonia, quæ [c] *Natal. Comes*, [d] *Saubertus*, [e] *Heraldus*, [f] *Grotius*, [g] *Dilberus*, aliique, in unum collegerunt. Sacerdotes etiam Judaici, sub ministerii sui tempus, a toro legitimo temperabant, quamvis ad castitatis illius exercitium nullo præcepto tenebantur. Abstinentia scilicet illa non erat divinitus imposita, sed per accidens tantum contingebat; eo quod sacerdotea extra Hierosolymas degerent, urbium Leviticarum incolæ: cum itaque ministtandi vices advenissent, ad Hierosolymas se conferre debuerunt; &, ab uxoribus separati, octiduum in Templo commorari. Deinde: sacerdotes Ægyptii, puritati operam dantes, non tantum a fœminis, sed & cibis quibusdam se continebant. Nam [h] *Charemon* Ægyptius, eorum purificandi ritus memorans, πολλοὶ δὲ inquit, καθάπαξ τῶν ἐμψύχων, καὶ ἔν γε ταῖς ἁγνείαις ἅπαντες, ὅτε μηδ' ᾠῶν προσίεντο *animalibus multi omnino abstinebant, in purificationibus omnes; adeo ut ne ovum ederent.* Et statim refert, eos studio puritatis occupatos, παντὸς λαχάνου τε καὶ ὀσπρίου ἀπέχεσθαι *ab omni olere & legumine abstinere. Et Gemara Jerosolymitana*, de sacerdote summo Expiationis solennia peracturn loquens, hæc [i] habet: לא היו מניחין אותו לאכל לא חלב ולא בצים וגו' i. e. *non sinebant eum lac edere, nec ova, nec caseum, nec carnem pinguem,-- nec fabas fressas, nec lentes.* Præterea: Gentes eos solummodo qui *in casto erant*, sacrorum communione dignabantur. Nemo in gentium veterum ceremoniis adeo peregrinus est, ut hoc nesciat. [k] Ahimelechus etiam sacerdos, ea conditione Davidi & gregalibus ejus panes sacros participandi licentiam fecit; modo castitatem per dies aliquot anteactos coluissent: cum tamen evidens sit, Ahimelechum nullam sic respondendi vel faciendi ansam e Dei legibus arripere potuisse.

Cum itaque veteres Hebræi tot purificandi ritus & modos, a Gentibus equidem receptos, nusquam tamen a Deo præscriptos observarint; rationi congruum est, eos existimasse, purificandi ritus omnes a Gentibus initium habuisse; ideoque (si res ferret) non tantum ritibus Lege præscriptis, sed etiam non præscriptis, modo Legi conformibus uti licuisse.

(3°.) Si quis Judaicas purificandi ceremonias, cum ethnicis collatas, propius & attentius intueatur; facile percipiat, eas non plane novas fuisse, sed emendatas, & ab Ægyptiorum, aut aliarum gentium, superstitione repurgatas. Nam sacerdotes Ægyptii,

a *Vocabulum elegantissime fictum est pro abstemio, & eo qui vinum non bibit.* Invenius *enim dicitur, quasi sine vino: ut* Invius *sine via.* Phil. Beroald. in loc. p. 745. b Vid. *Alex. ab Alex.* lib. 4. *Gen. dier.* cap. 17. c *Mythol.* l. 1. c. 10. d De *sacrif.* c. 11. e Not. in *Arnob.* pag. 207. f *Annot.* ad Ex. 19. 15. g *Disert.* de *caetel. Dam.* p. 226. h Ap. *Porphyr.* de *Abstin.* l. 4. §. 7. i Vid. *Sheringh.* in *Iom.* c. 1. §. 4. k 1 *Sam.* 21. 4.

Sect. I. ptii, cultum aliquem folenniorem celebraturi, dies aliquot [nonnulli [a] quadraginta duos, alii plures] in fe purgandis & præparandis infumebant: nufquam autem præceptum legitur, ut Hebræorum facerdotes tanto cum negotio & tam operofo rituum apparatu ad facra vel maxime folennia feipfos præpararent. [b] Sacerdotes Ægyptii, ritus facratiores peracturi, *τρὶς τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῷ*, *ter unoquoque die frigida lavabantur*: at Hebræorum facerdotes unica ablutione, præ Tabernaculi foribus præftita: ad omnia Sacerdotii munia obeunda fatis purgari atque initiati cenfebantur. Sacerdotes quidam Gentilitii, facris Ifidis aut Cereris curandis initiandi, victimæ fanguine, ritu fœdo & vix fine naufea recolendo, in Tauroboliis & Crioboliis afpergebantur. Nam, referente [c] *Prudentio*, facerdos eo ritu facrandus aut expiandus, in fcrobem profundam ad hoc ipfum factam demittebatur: deinde, fcrobs illa plancis aut tabulis ubique foraminatis tota tegebatur: fuper tabulas autem illas, taurus aut aries mactabatur, utillius fanguis, per foramina vel rimas illas in facerdotem intus defoffum defluens, illius capite; naribus, oculis, auribus, veftibus, toto denique corpore, exciperetur. Deus autem huic fœditati nihil affine præcepit, in facerdorum fuorum ritibus luftratoriis obfervandum: nam vice totius corporis, [d] extrema tantum auris, & manus & pedis dextri, fanguine tingebantur, & eorum veftes victimæ fanguine leviter tantum afpergebantur. Gentium denique facerdotes, caftitatis caufa, virilitatis fuæ jacturam quandoque patiebantur, & liquore cicutæ nonnunquam ungebantur; ut venerem fugare magis quam fugere viderentur: facerdotes autem Judaici, fponte tantum & minifterii fui tempore, a congreffu conjugali temperabant.

Hæc omnia clare probant, Judaicas purificandi ceremonias, ethnicis multo fimpliciores fuiffe; & proinde a Gentibus (correctas autem & emendatas) ad Hebræos acceffiffe. Hic forfan objiciet non-nemo, Judaicos purificandi ritus ideo tantum Gentilitiis fimpliciores videri & emendatiores, quod ethnici ritibus Canonicis, a Mofe præfcriptis, Apocryphos fuos addidiffent; adeoque gentium ritus, tractu temporis, a genuina & prifca fimplicitate degeneraffent. At fi huic fufpicioni locum demus, difficile eft rationem vel fpeciofam reddere, cur Deus eos quos dixi purificandi ritus inftituerit; alios autem, tunc temporis in ufu pofitos repudiarit. Nam,

(4°.) E Mosis codice fatis appareat, *abrafionem*, *Jejunium*, & *abftinentiam a mulieribus*, ritus fuiffe (caufa puritatis) inter Gentes olim ufitatos; Deum autem minime præcepiffe, ut ceremoniis illis in facerdorum fuorum purificationibus uterentur. Gentes *abrafionem*, tanquam purificandi ceremoniam ufurpaffe, vel inde colligo, quod Deus ritum illum in [e] Levitarum, Leproforum, & Naziræorum, purificationibus adhiberi juſſerit. Veteres etiam *Jejunium* puritatis caufa celebraffe, fufpicari licet, quod ftata jejunia Ifraelitis imponerentur, & facris eorum folennioribus non raro jungerentur. *Abftinentiam* ab uxoribus in puritatis parte habitam, vel inde difcimus, quod inftitueric Deus, ut Ifraelitæ, corpora loti & confuetudinis nuperæ cum uxoribus expertes effent, ad [f] feipfum propediem acceffuri.

Cuivis autem leges Mofaicas vel leviter intuenti pateat, Deum purificationis facerdotalis ritus præfcribentem, infignes hafce purificandi ceremonias tacite præteriiffe. Immo vero tantum abfuit, ut Deus facerdotes fuos, facra licet cito peracturos, ad hujufmodi ritus obeundos devinciret, quod abrafionis ritum plane prohiberet; Judæi facerdoti magno, a domo fua feptem diebus ante diem Expiationis in domum Parhedrorum fejuncto, [g] uxorem aliam (uxore priore mortua) fubftituerent; & toto fejunctionis fuæ tempore, ad ipfam diei Expiationis vefperam, ei cibi potufque menfuram ufitatam indulgerent. Deus autem in facerdotum fuorum purificatione, nullum ritibus hifce locum aut ufum conceffiffe crediderim; quod exteræ gentes, Ægyptii præfertim, iis tanquam præcipuis puritatis patribus & inftrumentis impenfius uterentur. Refert enim [h] *Herodotus*, Ægypti facerdotes, non caput tantum, fed & corpus integrum, alternis diebus radere folitos, ne quid excrementitiæ fordis, inter facra Deorum, illos contaminaret. Memorat etiam [i] *Macrobius*, Dei Heliopolitani myftas, *rafo capite* & *longi temporis caftimonia puros*. [k] *Apuleius*, de *caftimoniorum abftinentia fatis ardua* loquens, rigidam intelligit ab omni cibaria & Venerea voluptate abftineotiam, quæ ab omnibus Ifidi confecrandis præftari debuit. Alia huc fpectantia Veterum teftimonia proferri poffent, fi Lectoris patientia plura de re tam trita loqui pateretur.

a *Porphyr.* de *abftin.* l. 4. §. 7. b Id. ibid. c *Peri Steph. num.* 3203. d *Exod.* 29. 20, 21. e *Numer.* 8. 7. *Levit.* 14. 8. *Num.* 6. 9. f *Exod.* 19. 14, 15, 17. g *V. Iom.* cap. 1. §. 1, & 4. cum not. *Sheringhami.* h Lib. 2. c. 37. i *Saturn.* lib. 1. cap. 23. k *Milef.* 11. p. 382.

Cum

Cum itaque jam dicta probent, Deum ritus nonnullos inter gentium puritates enumeratos abdicasse, ne superstitioni alicui materiam administraret; inde quivis intelligat, Deum purificandi ritus instituentem, non tam nova omnia instituere, quam antiqua corrigere, & abadhærente gentilismi scoria purgare studuisse. Hinc etiam nonnullos purificandi ritus, ætate Mosis usitatos, Deo placuisse constet, quod aliquos ei displicuisse cognoscamus. SECT. I.

De lustrandi ritibus a sacerdote quovis observandis, egi hactenus. Monet ordo propositus, ut proximo de Hebræorum vulgarium purificationibus Extraordinariis, & earum origine sermonem habeam. Nam & Hebræorum vulgus purificationibus quibusdam Extraordinariis, duplici de causa persungebantur. Et vulgarium Hebræorum.

(1°.) Si festi alicujus, Paschatis imprimis, solennia peracturi essent. Eos sanctimoniam severiorem, si Paschatis solennitas instaret, exercuisse, dubitare non patitur [a] Evangelistæ testimonium: *erat autem prope Pascha Judæorum, & ascenderunt multi ad Hierosolymam ante Pascha,* ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς, *ut purificarent seipsos.* Quem locum obscuriorem hac luce donavit [b] *Theophylactus:* οἱ ἡμαρτηκότες, ἢ ἑκόντες, ἢ ἄκοντες, οὐκ ἐτέλουν τὸ πάσχα, εἰ μὴ πρότερον ἡγνίσθησαν κατὰ τὸ ἔθος, λουόμενοί τε, καὶ νηστεύοντες, καὶ ξυρώμενοι, καὶ θυσίας τινὰς νενομισμένας προσφέροντες· *Qui peccarant, vel sponte vel inviti, non agebant Pascha, nisi prius purificati essent, juxta consuetudinem; loti, & jejunantes, & rasi, & deputata quædam sacrificia offerentes.* Hic *Theophylacti* fidem firmant Magistri veteres: dixit enim [c] *R. Isaac,* חייב אדם לטהר את עצמו ברגל *tenetur unusquisque ad purificandum se ad Festum:* & in [d] *Moed Katon,* sic ritus illius præstandi modus traditur; *hi se tondent intra festum: ille qui venit e regione ethnica vel captivitate; — item ille qui fuerat excommunicatus,* &c. *iidem etiam lavant vestes intra Festum.* Quæ verba sic explicat [e] Auctor, literarum Hebraicarum scientia singularis: *supponitur hos necessitate aliqua detentos fuisse, quo minus tonderi & lavari potuerint ante festum. Nam rite præstanda erant hæ res ante, ne quis aliquo modo pollutus accederet ad festi celebrationem: quod si, necessitate aliqua reprimente præstari non possent ante festum, præstabantur in profesto festi, post diem scilicet festi primum.* Non est mihi animus de ritibus hisce sigillatim disserere, quod orationem longam desiderent. Hoc unum in genere dicendum censeo, de ritibus hisce qui Paschatis veluti præludia fuere, quod illi etiam ab antiquo gentium usu profecti videantur. Nam apertum est, ceremonias illas ante-paschales a præscripto Legis exorbitasse, cum Deus nusquam præceperit, ut omnes vel leviter polluti, a sacris Paschalibus arcerentur, donec ritu jam dicto [vestium ablutione, rasura, jejunio, & victimarum oblatione] seipsos purificassent. Deinde: satis e testimoniis jam allatis elucet, ethnicos (Ægyptios inprimis) eum tempus aliquod solennius instaret, lotione crebra, rasura eritica, jejunio rigido, victimarum oblatione, & religione consimili, se puros reddidisse: morem etiam illum, a prima rerum ethnicarum memoria, inter gentes religionis nomine clariores obtinuisse. Cum itaque gentes profanæ, cultum solenniorem peracturæ, se ritibus illis expiarent; verisimile est, æmulam Hebræorum gentem eos tandem in cultum suum recepisse, ne puritate & religione Gentibus impuris inferiores viderentur. Hæc conjectura eo minus adversa Rationi videri debet, quod Ecclesiæ Christianæ Patres ideo jejunium ante baptismum instituisse creduntur, [f] *ut in religionis suæ mysteriis nihilo inferiores* essent Ægyptiorum *genti, errorum tenebris oppressa, quam præmisso decem dierum jejunio, sacris initiari consuevisse, Apuleius, Polydorus, aliique referunt.*

(2°.) Si quis immunditia quavis extraordinaria laboraret, maculam purificatione extraordinaria delere tenebatur. Si nempe legem aliquam ritualem incaute violasset, cadaveris attactu se polluisset, aut lepra, puerperio, sanguinis fluxu, vel alia ratione consimili, pollutionem insignem contraxisset; illi purificatio non levis aut vulgaris imponebatur. Hæc autem purgatio tribus potissimum officiis præstita est, quæ Lectori verbis [g] *Eulogii* referam: τὸ μὲν Ἑβραίων γένος ἁμαρτάνοντες, πρότερον μὲν ἡγνίζοντο· ἔπειτα βαπτίσμασιν ἀπελούοντο· καὶ λοιπὸν ἤδη τὰς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων θυσίας προσέφερον· *Hebræorum natio, in peccatum lapsi, primum quidem purificabantur: deinde aqua abluebantur: deinde victimas afferebant pro peccatis.* His autem purgandi ritibus instituendis, absurdi gentium mores & dogmata (siquid in re tam obscura video) causam administrarunt. Gentiles enim sacris hisce lustratoriis operari solebant, si perjurio, adulterio, [h] homici-

a S. *Joh.* xi. 55. b *Comment.* in loc. c *Comment.* in *Rosch. Hasch.* c. 1. §. 2. fol. 16. 2. d Cap. 3. §. 1. 2. e *Lightfoot. Hor. Hebr.* in S. *Joh.* c. 11. 55. f *Joseph. Vicecom.* de *Bapt. ritib.* l. 3. c. 8. g Ap. *Phot.* in *Bibliothec.* Cod. 280. col. 1609. h *Penes veteres quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat.* Tertul. de baptism. cap. 5.

SECT. II. CAP. VI.

dio, vel tali aliqua fœdiore macula, vitam suam asperfissent. Deus itaque, ut morem & opinionem tam insulsam tacite redargueret, & illius ansam omnem amputaret; plerosque ritus lustratorios ab antiquo receptos ad nominis sui cultum transtulit, eos autem ad carnis tantum [a] immunditias expurgandas, & legis tantum ritualis violatæ crimen expiandum, in posterum valere voluit.

SECT. II.

De Catharmis publicis.

CUM id mihi pensi proposuerim, de catharmis publicis dicendum est proximo, quibus nempe gens integra Judæorum, in Expiationis festo præcipue purgabatur. Hæc autem purgatio hircis duobus absoluta est, quorum unus, e præscripto Legis, immolatus erat, alter vivus, populi peccatis oneratus, in Desertum emittebatur. Hoc Argumentum uberem mihi præbet lateque patentem dicendi campum: ab eo vero orationis meæ pedes in præsens cohibebo, quod [b] alibi de Hircis hisce piacularibus magis opportune dicturus sum. Utcunque, Hircos eos hic tacite præterire, minime consultum duxi, ne pars Argumenti mei, plane nobilissima, mihi prorsus excidisse videretur.

CAP. VI.

De purificatione Rerum, *sacrarum simul & civilium.*

DISCUTIENDA jam restat purificatio *Rerum*, & ritus illius origo, qua licet, nobis investiganda. Hanc itaque telam, sed brevi labore, pertexemus; ne si curiosius aliquantulum in istiusmodi rebus persequendis institerit oratio, immoderatius excutrere, vel obscuris diutius immorari, videreur. Ut autem præsens inceptum felicius absolvatur, monendum est obiter, legem, de purificandis rebus non tantum usui sacro, sed & civili destinatis prospexisse.

De purificatione rerum sacrarum.

A rerum sacrarum purificatione sermonis initium faciemus. Harum autem purificatio ritu duplici, dedicatione vel consecratione, & (si res exigeret) impuritatis omnis amotione, peragebatur. Auctor Machabaicus utriusque ceremoniæ conjunctim meminit: cum enim eo incumberet sacerdotum populique pietas, ut Templum, ab Antiocho temeratum, puritati suæ pristinæ restituerent, [c] *ascendamus*, inquiunt, *nunc mundare sancta, & dedicare.* Si quid olim religioni consecrassent homines, hoc vel illo ritu prætermisso; Deum & illius sacra non satis digne habuisse censebantur. De ritu itaque utroque strictim dicturus sum.

(1°.) RES in usum sacrum sepositæ consecratione vel dedicatione solenni purgabantur. Res enim Deo & religioni dicatæ, e rerum communium & profanarum censu transire, & sanctæ divinæque repente prodire credebantur. Hæc autem consecratio vel dedicatio, sanguinis aspersione vel olei perfusione plurimum absolvebatur. Aspersionem sanguinis in rerum Deo sacrarum purgatione frequentem fuisse, satis ex [d] Apostoli verbis innotescit; σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον· *Omnia fere sanguine purgantur secundum legem.* Olei perfusionem etiam locum & usum non minus inclitum in hujusmodi purgationibus & consecrationibus habuisse, dubitare non sinit Mosis testimonium, *Levit. 8. 10, 11. Et cepit Moses oleum unctionis, & unxit tabernaculum, & omnia quæ erant in illo, & sanctificavit ea. Et aspersit ex eo super altare, septem vicibus; & unxit altare, & omnia vasa ejus,* &c. An Patres aut gentes Mose vetustiores, aspersionis ritu, res Deo sacrantes, uterentur, non ausim determinare. Vires meas excedit, ritus temporis iniquitate pene deletos & abolitos in lucem pristinam vocare, vel origini suæ restituere. Patres autem gentesque veteres, unctione solenni res Deo consecrasse, Deum etiam ritum illum ex eorum moribus in cultum suum traduxisse, non facile dubitandum est. Nam inde colligo, nec insulse, consecrationes unctione solenni peractas ab antiquitate remota devenisse; quod illius mentio tam frequens apud antiquos, eam olim longe lateque propagatam indicet. Nam [e] *Clem. Alexandrinus*

a *Hebr.* 9. 13. b Vid. *Differt.* 6. c 1 *Mac.* 4. 36. d Ad *Hebr.* 9. 22. e *Stromat.* l. 7. p. 843. 20.

CAP. VI.

πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον — λιπαρὸν προσκυνοῦντας, *quodvis lignum & quemvis lapidem, -- oleo delibutum, adorantes* memorat; [a] Arnobius *lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum;* [b] Apuleius, [1] *lapidem unguine delibutum;* [c] Lucianus *de ara oleo perfusa* loquitur. Si vero lector certa cupiat, & fidei indubitatæ sequatur testimonium, illud ex historia Jacobi petat, qui diu ante Mosis ætatem, statuam oleo perfudit, eamque ritu illo Deo & æternitati [d] consecravit. *Mercerus* hoc Jacobi factum explicans, *hoc,* [e] inquit, *ministerii causa* Jacobum *fecisse puto, qui ritus non ab eo primum institutus, sed jam olim a patribus acceptus fuerat. Libamen fuit -- olei, quod non in sacrificiis tantum, sed & extra sacrificia, ubi quid consecrabatur, & sanctificabatur, & Domino dicabatur, adhiberi solebat.*


(2°.) RERUM Deo sacrarum purgatio, pollutionis & impuritatis omnis abolitione peragebatur. Nam vestes & vasa sacro dicata ministerio, ne quid sordis adhæreret, aqua lavari debuere. [f] Lege curatum est etiam, ut pecudis altari sacræ membra solenniter abluerentur. Cum Antiochus Templi puritatem insane violasset, eamque Judæi in integrum restituere secum statuissent; illud [g] sordibus & spurcitiis gentilicis expiarunt, & omnia pollutionis alicujus umbram præ se ferentia, de medio sustulerunt. Et ut purgationem Templi quam in animis habebant, omnibus numeris absolutam redderent; aram Templo vicinam, suillo sanguine delibutam, & victimis impuris turpiter infectam destruere statuerunt. Sufficiat hæc, in vulgus nota, levi digito tetigisse.

A rebus sacris ad civiles, & earum purificationem, descendat sermo. Rerum autem civilium nomine denotari volo, domos, muros, vineas, lecta, stragula, generis cujuscunque vasa, & (ut compendio dicam) omnia usum civilem præbentia, hujusque vitæ commodo ministrantia. Harum etiam purificatio ritu duplici [dedicatione & purgatione] peragebatur. Ritum priorem hic intactum præterire statui, de eo & illius origine fuse dicturus alio in [2] libro, propediem luce publica donando, si Deus mihi otium fecerit, & hæc alicujus pretii fuisse intellexero. Purgatio vel emundatio rerum, aqua vel igne (prout earum natura ferebat) absolvi debuit. Vasa omnia, [h] ex auro, argento, vel ære facta, pollutione contracta, igne tantum puritati suæ pristinæ restitui potuere: lex autem [i] vestes & stragula, si quid immundi forsan iis adhæreret, aqua purgari postulavit. Rationes autem, cur Deo tot immunditiæ species & purgandi media sancire visum est, hic tacite prætermitto. [k] Alibi multas institutionis hujusce in medium protuli: & jam scripta repetere, Lectori cura supervacua non immerito videatur.

Et civilium.

a *Advers. Gent. lib.* 1. b *Florid.* c Βωμὸς χριόμενος, ὡς ἐν Διαλόγῳ ... In *Dialog.* Θεῶν ἐκκλησ. d *Genes.* 28. 18. e *Prælect.* in *Gen. p.* 405. C f *Levit.* 1. 9. g *Vid.* 1. *Mac.* 4. 44, 45. 46. h *Num.* 31. 22, 23. i *Exod.* 19. 10. *Lev.* 16. 28. k Lib. 1. cap. 11. Sect. 4.

1 *Apuleius* loquitur de *ore hominis unguine - delibuto*: 5. 19. p. 819.
2. Vid. Lib. 4. Cap. 12.



DISSERTATIO QUARTA.

DE

NEOMENIARUM FESTIS.

PRÆFATIO.

Qua, de sensu vocis & natura rei, generalius agitur.

SANCT. *Chrysostomus* τὰς νεομηνίας inter alia Judaica a gentium ruditate profecta numeravit, testimonio * illo luculento supra memorato, quod e Lectoris animo nondum prorsus effluxisse spero. Cum itaque Patrem illum presso pede jam sequar, ad Judæorum Neomenias, verborum suorum ordine sic postulante, proximo convertendus est sermo.

NEOMENIARUM autem Judaicarum nomine intelligi volo ferias Luna & Mense inchoante agitari solitas. Cum enim vocabulum illud, ἀπὸ τοῦ μηνὸς *a mense*, vel ἀπὸ τῆς μήνης *a Luna*, derivari possit; cum etiam apud Hebræos menses cum nova Luna plurimum inciperent; LXX, aliique, festa sub prima Lunæ nascentis & mensis cujusvis ineuntis tempora celebrari solita, *Neomeniarum* vocabulo non inscite denotarunt.

QUID Neomeniarum nomine censendum sit, satis e jam dictis intellectum est: nec quicquam procemii loco dicendum superest, nisi quod Judæi Neomenias communes aut menstruas, & speciales aut annuas, observarent. Neomeniæ communes, festa fuere quæ, lingua Mosaica, ראשי חדשים [a] *initia mensium* appellantur: Neomenias autem speciales voco ferias, primo mensis septimi die, maxima cum solennitate celebratas.

NOS de generis utriusque Neomeniis, utpote cognatione proxima conjunctis, & ab eadem origine fluentibus, sermonem instituemus, & a Neomeniis menstruis aut vulgaribus auspicabimur.

CAP. I.

Neomeniarum vulgarium ferias a Gentibus acceptas fuisse, probatur.

HEBRÆOS mensium initia solenniter observasse & festive transegisse, varia Scripturæ loca non obscure docent; viz. *Num.* 10. 10. & 28. 11. *Jes.* 1. 13. *Amos.* 8. 5. & alia frequenter obvia. Hoc itaque inter concessa posito, probare conabor, Hebræorum Neomenias a nominis ejusdem feriis inter gentes ex instituto veteri celebratis initia petiisse. Id scilicet Hebræorum genti permissum est, ut & illi more passim recepto Neomenias observarent; ut eas mensis cujusque primitias, quas

* Vid. pag. 644.   a *Numer.* 28. 11.

alii

alii (forsan & illi) Diabolo soliti erant, Deo & sacris Ejus in posterum devoverent. Ne vero sententia hæc, de Judæorum Neomeniis ad originem ethnicam referendis, debili tantum conjecturæ vel imaginationis tibicine suffulta censeatur; eam argumentis firmatam dabo, vix ullam, apud æquiores rerum æstimatores, ansam dubitandi relicturis. SECT. I.

S E C T. I.

Primo: Argumento ducto a summa Neomeniarum antiquitate.

INTER argumenta sententiæ meæ fidem conciliantia, primas argumento a summa Neomeniarum antiquitate petito non immerito tribuamus. E testimoniis enim, & aliis indiciis haud paucis, aperte colligendum est, ethnicos novilunia diu ante Mosis ætatem, sancte coluisse. Fateor equidem, tot Veterum monumenta temporis invidia desiderari, quod testem nullum Mosi σύγχρονον producere valeam, verbis apertis asserentem ethnicos novilunia, ante Mosis tempora celebrasse. Sed hac de causa non est a sententia mea discedendum: ex iis enim quæ jam supersunt ethnicorum monumentis aperte constat, eos Neomenias sacras & festas habuisse, diu ante *Homeri* seculum, qui sub *Davidis* tempora floruisse creditur. Refert enim *Herodotus Homerum* in Neomeniis (utpote diebus lætis & hospitalibus) ad ditiorum domos se conferre solitum, ut eorum munificentiam experiretur. Nam in hunc modum se habent [a] Auctoris verba: ταῖς νουμηνίαις προσπορευόμενος πρὸς τὰς οἰκίας τὰς εὐδαιμονεστάτας, ἐλάμβανέ τι. *In Neomeniis potentiorum ædes adiens, accipiebat aliquid.* Neque Gentiles ante *Homerum* solummodo, sed & *Hesiodum* (qui *Homerum* dimidio seculi præcessisse dicitur) Neomenias sanctas & solennes habuerunt. Hoc ipsius [*] Poetæ testimonio confirmatur:

Πρῶτον ἔνη, τετρὰς τε, καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ.

Primum novilunium, quartaque, & septima, sacra dies.

Cum itaque Neomeniarum feriæ, *Hesiodi* temporibus, inter ethnicos obtinuerint; nemo nisi paulo morosior, ambigere queat, quin seculis longe vetustioribus in usu fuerint, cum omnia scaterent idolis, & Sol & Luna Dei veri cultum usurpare cogerentur. Eo minus hac de re dubitandum censeo, quod [b] *Euripides* novilunii ferias ζαθέας σελήνας *divinas Lunas vocet*, easque duodecies a Trojanis [*Hesiodo*, & *Homero* antiquioribus] uno in anno celebratas innuat.

HORUM Auctorum, licet ævo Mosaico recentiorum, testimonia eo pluris habenda judico, quod iis multum lucis & fidei præstent textus Græci verba, *Exod. 40. 2.* Ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου νουμηνίᾳ, στήσεις τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου: nam e verbis illis non difficulter intelligitur, Neomenias dies insignes & solennes habitas fuisse, priusquam Tabernaculum extructum erat; & Deum curasse, ut populus Novilunii die sacris Ejus occupatus esset, ne forsan in Novilunio, Dæmonis aut Lunæ cultui gentium ritu, vacare posset.

SED si nobis hæc deessent testimonia, sola ratione docente sciri posset, Gentes Mose priores Novilunia solenniter & ritu festivo traduxisse.

NAM (1°.) Cum gentes antiquiores Astronomiæ plane rudes essent, nec tempora sua per Solis motum mensurare satis intelligerent; verisimile est, eas ad novilunia plurimum attendisse, tanquam temporis mensuras maxime frequentes, sensibiles, & ad ævi rudioris modulum accommodatas. Est itaque fidei consonum, gentes eas Novilunia (clariores temporis epochas & mensuras) ritu solenni transigere, eaque lætitiæ signis & sacrificiis insignire, voluisse.

(2°.) GENTES omnes antiquitate celebriores, mensis ineuntis & Lunæ nascentis tempora sancte & festive duxisse videantur. In hanc rem plurima extant Antiquorum testimonia, a [c] *Meursio*, [d] *Petito*, & [e] *Dougteio* nostro congesta, quæ, ne quis mihi plagii dicam scribat, ipse prætermittam. Et unum tantum [f] *Isidori* generale subjungam testimonium: *apud Veteres, omnium mensium principia colebantur, sicut & apud Hebræos.*

a In Vit. *Homer. cap.* 33. * Vid. *Hesiod.* Ἡμερ. *v.* 6. b Vid. *Chor.* in *Troadib. v.* 1071. c *Græc. Feriat.* in voc. Νεομην. d In *Leg. Attic. p.* 95. e *Analect. sacr. P.* 2. *Excurs.* 97. f *Orig. l.* 5. *cap.* 33.

SECT. II. Non est autem proclive dictu, unde mos ille Novilunia colendi se tam longe lateque propagaret. Sententia vulgo recepta, Neomeniarum nempe cultum ab Hebræis ad omnes gentes effluxisse, nulla probabilitate niti videtur. Multo similius est vero, tot gentes, cœlo terraque divisas, Neomenias observandi morem a communibus generis humani patribus, perpetua traditione propagatum, accepisse. Nam,

(3°.) VERISIMILE est, ethnicos olim a Judæa remotissimos, nec ulla populo sancto communione conjunctos, Novilunia solenniter observasse. Ita conjectare licet e moris hujusce vestigiis haud obscuris etiamnum remanentibus, in iis terræ locis ubi nondum exolevit ethnicismus. Nam [a] *Alexander Geraldinus*, urbis *Naansabea* gentilismo deditæ morem referens, inter alia hæc habet, *Omni novilunio per eam urbem redeunte, pueri & puellæ cum longo ordine ad loca magno Deo* OCEANO *sacra peragunt, orantes altis vocibus, ut nubes grandi aquarum multitudine compleat:* &c. Fertur etiam, *Caraibarum* incolas, religione tactos Lunam renascentem intueri, & Nenmenias etiamnum multa cum ceremonia celebrare. Cum itaque gentes illæ, aliæque, nullo Judeæ commercio junctæ, Neomeniarum ferias agerent; non sine causa creditur, eas hunc morem a prima rerum suarum origine tenuisse, eumque seros nepotes longa Majorum suorum manu traditum accepisse.

S E C T. II.

Secundo: Argumento petito a Novilunii celebrati tempore, viz. *Lunæ phasi.*

ARGUMENTUM secundum ducitur a tempore illo [nempe Lunæ phasi] quo veteres Hebræi Neomeniarum ferias inchoasse videantur. Cum autem existimem, plurimum in hoc argumento, ad causam meam firmandam, momenti positum; in ea moram facere libet, ejusque sensum & vim paulo fusius explicare. Ut autem provinciam susceptam eo felicius administrem, hunc ordinem mihi servandum propono: Ostendam (1°.) Judæos antiquiores eorum Neomenias ἀπὸ τῆς φάσεως auspicari solitos. (2°.) Morem illum ad causam meam firmandam variis rationibus inservire. (3°.) Argumentationes objectas enervare conabor.

Judæos a φάσει neomenias inchoasse, probatur. OSTENDAM primo, Judæos antiquiores Neomenias suas a Lunæ φάσει putare solitos. Ut autem assertionis hujusce probatio procedat auspicatior, id tantum Lectorem in antecessum moneo; Duplicem scilicet apud Antiquos Novilunia putandi vel inchoandi rationem obtinuisse: unam nempe naturalem & astronomicam, ἀπὸ τῆς συνόδου, cum Luna, post nuperum cum Sole congressum, incipit vel tantillum ab eo digredi, etsi nondum, propter Solis radios eam circumstantes, oculis usurpari possit: alteram popularem & ἀπὸ τῆς φάσεως, cum primum Luna renascens apparere, & e Solis radiis eluctari, incipit.

DICO itaque, Athenienses, & alios, Astronomiæ literate peritos, ἀπὸ τῆς συνόδου, Judæos autem antiquiores a Lunæ φάσει, Novilunii celebritatem auspicari solitos. Huic autem sententiæ fidem, testimoniis, & aliis argumentis, astruamus.

Testimoniis. ITA morem habuisse, testimoniis quibus haud facile fides abroganda est, confirmari potest: [b] *Philonis* inprimis, qui proculdubio morem patrium apprime tenuit: illius autem verba sunt hæc: Νουμηνίᾳ ἄρχεται φωτίζειν αἰσθητῷ φέγγει σελήνην ἥλιος, ἡ δὲ τὸ ἴδιον κάλλος ἀναφαίνει τοῖς ὁρῶσιν *In Neomenia incipit Sol splendore sensibili Lunam illustrare, ipsa vero proprium decus tum patefacit spectantibus.* Eadem opinione sequiorum temporum Judæos fuisse, docent [c] *Scaligeri* illa; *in Pandecte Digestorum Thalmudicorum, Capite* Ros haschana, *omnino scriptum est, antiquitus Neomenias* ἀπὸ τῆς φάσεως *indici solitas.* Et [d] alibi, *certe* inquit, *major pars priscorum Judæorum in ea sententia est, quod* היו מקדשין על פי הראיה *sanctificabant* (Neomeniam) *secundum visionem.* Verbis hisce consentit [e] *Maimonidis* testimonium, 'ודבר זה הלכה למשה מסיני הוא שבזמן שיש וגו *hæc est constitutio Mosis in monte Sinai, quod quamdiu duraret Sanhedrin, Neomenias constituerent secundum Lunæ φάσιν.* Huc faciunt, Apocryphi quidem, sed antiquissimi, [f] Auctoris verba quæ [g] *Clem. Alexandrinus* ab injuria temporis vindicavit: *neque juxta Judæorum ritus Deum colite. Nam ii, soli Deum cognoscere crediti, non norunt se adorare Angelos & Arch-*

a *Itinerar. l.* 9. *pag.* 150. b *Lib.* de *Septen.* & *Fest. p.* 1189. E c De *Emendat. temp. l.* 2. *p.* 102. d *Canon. Isagog. l.* 3. *p.* 222. e *Kiddusch. Hachod. c.* 1. §. 2. f Περιόδων Πέτρου Ἀποστόλου g *Stromat. l.* 6 *pag.* 760. 70.

angelos,

angelos, mensem, & Lunam. Καὶ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον, οὐδὲ νεομηνίαν, &c. *Et nisi apparuerit Luna, Sabbatum non celebrant, quod primum dicitur, nec Neomeniam.* SECT. II.

TESTES jam dictos eo fide digniores habeo, quod iis testimonium præbeant hodierni Judæorum mores. Nam Judæi φάσιν Lunæ (nisi nubibus obtecta lateat) in omnibus neomeniis hodieque solent observare: non quod eas, ex periodi Lunaris præscripto, nesciant indicere vel observare; sed (ni fallor) ut avitæ disciplinæ morisque vestigiis insistant, morum antiquiorum tenacissimi. Hanc rationem veritati propiorem judico, quod verisimile sit, Hebræos antiquiores curriculi Lunaris rationem adhuc ignorasse; & naturæ conforme sit, ut eos quæ sub sensu cadebant primum observasse, tandem etiam quæ longa suggesserat observatio, in certam scientiam digessisse sentiamus. Et aliis indiciis.

NIL opus est ut hisce diutius insistamus, cum hac opinione vix ulla communius inter Judæos & Christianos invaluerit. Si quis autem hoc Argumentum sibi intimius cognitum velit, adeat *Maimonidis* tractatum cui titulus *Kiddusch Hachodesch*, [a] *Abarbanelis* dissertationem de consecratione novilunii a *Buxtorfio* latine redditam, *Petavii* not. ad *Epiphan.* pag. 151. & 183. *Samuel. Petit. Eclog. Chronolog.* lib. 1. c. 12. [b] *Ægidium Bucherum* de *Paschali Judæorum cyclo*, *Seldenum* de *Judæorum anno civili & calendario*, *Bochartum* de *animal. sacr.* P. 1. col. 562, 563, 564. *Buxtorf.* not. in libr. *Cosri*, Part. 3. sect. 38. In auctoribus hisce, multis testimoniis probatum extat, Hebræos antiquitus על פי הראיה (uti loquuntur) *juxta Lunæ visionem* novilunia consecrasse.

OSTENDENDUM proximo, veterem illum neomenias in ipsa phasi celebrandi morem ad sententiam meam firmandam variis rationibus inservire. Hoc autem Lector me effectum dedisse judicabit, si jam dicenda perpendere dignatus fuerit:

(1°.) GENTIUM antiquiorum usu receptum erat, neomenias suas ad Lunæ φάσιν instituere. Græcis enim (ut ab iis incipiam) primum Lunæ corniculantis aspectum, mensium initia & neomeniarum ferias attulisse, auctorum consensu satis extra dubium ponitur. Romanos etiam antiquiores hæc novilunia tantum popularia coluisse, *Macrobius* indubitatum facit, cum dicit, [c] *priscis temporibus, -- pontifici minori* hanc provinciam delegatam fuisse, *ut nova Luna primum observaret adspectum, visamque Regi* sacrorum *nuntiaret.* Arabes ἐκ τῆς φάσεως eorum neomenias figere solitos, verbis illis *Alfragani* nos docet [d] Seldenus; *voluerunt Arabes a vespera diem auspicari, quoniam a phasi Lunari incipiunt numerare dies mensium.* Nec dubio locus est, quin morem illum a majoribus acceperint, quamvis [e] *Abrahamus Ecchellensis* contrarium asserat. Arabum moribus imbuti, [f] Mohammedani etiam neomenias indicunt, cum Lunam primulo cornu insignem videre contingit. *Ex eo* etiam *derivatum*, ait Scaliger, *ut quemadmodum Christiani in apicibus turrium & templorum crucem statuunt, sic Muhammedani ponant speciem Lunæ corniculatæ in apicibus pyramidum suarum.* Gentibus hisce Sinas & Indos addimus: nam, eodem [g] *Scaligero* referente, *Ignatius, Patriarcha Antiochenus*, scripsit illi; gentes eas *annum ad Lunæ cursum describere, & earum neomenias putari* ἀπὸ τῆς φάσεως φεγγαρίου. Tot nominis antiqui gentes, neomenias ἀπὸ τῆς φάσεως inchoantes, Judæorum morem sibi ante oculos posuisse, nemo, cui mens integra & exercitata, sibi facile persuadebit. Multo propius est vero, gentes eas Novilunia, ritu priscis gentilismi temporibus usitato, & ad Seipsos traditione perpetua transmisso, celebrasse. His itaque verisimile factum est, Hebræos antiquiores, neomenias ad φάσιν statuentes, morem gentium Lunæ cultui addictarum observasse, & ab iis Novilunii cultum simul & colendi tempus accepisse.

(2°.) NULLA ratio, nisi ab ævi prisci consuetudine petita, reddi potest, cur a visione seu φάσει (non potius a Lunæ jugo) neomeniarum ortus arcesseret Hebræorum natio. Nullam enim legem acceperant, ut tum primum neomenias observarent, cum Luna, radios solares eluctata, se videndam præbet. Ut itaque moris hujusce fontem detegam: verisimile est, Hebræos hunc morem a rudioribus mundi seculis accepisse; cum scilicet homines, utpote calculi astronomici & motus lunaris ignari, menses ordiri, sacra peragere, & Lunæ cultum præstare, solerent, cum eam splendoris pristini jacturam resarcientem cernerent. Hoc erudito viro e nostris nuper observatum: *sane menses*, ait ille, *calculi rudis Antiquitas non inchoabat a coitu Lunæ*, sed ἀπὸ τῆς φάσεως, h. e. *a tempore quo nova Luna se mortalibus conspiciendam dedit: quod etiam hodie apud*

a Ad fin. lib. *Cosri*: pag. 431. b Cap. 5. & 6. c *Saturnal.* l. 1. cap. 15. d De *An. civil. Jud.* cap. 3. e *Hodierni Arabes* ἀπὸ τῆς φάσεως *neomenias putant, prisci vero* ἀπὸ τῆς συνόδου Hist. Arab. cap. 11. f De *Emend. Temp.* l. 5. p. 521. A g Ib. l. 2. p. 118. C.

SECT. II. *Muhammedanos in usu est, uti olim apud Judaos, dum staret templum, in neomeniis statuendis: quod non semel dictum est a* Maimonide *in Halac. Kid. Haccodesh. seu Trac. de sanctif. mensis.*

(3°.) Judaei veteres, in phasibus observandis & neomeniis indicendis, morem & ritum a gentibus olim receptum tenuisse videantur. Quisnam mos ille fuerit e *Macrobii* modo laudati [a] verbis probabiliter intelligendum est: *Romulus, cum ingenio acri quidem sed agresti, statum proprii ordinaret imperii: initium cujusque mensis ex illo sumebat die quo novam Lunam videri contigisset. Quia vero non continuo evenit ut eodem die semper appareat, sed modo tardius modo celerius ex certis causis videri solet: contigit, ut cum tardius apparuit, praecedenti mensi plures dies, aut cum celerius, pauciores darentur. Sic factum est ut alii triginta & unum, alii undetriginta sortirentur dies,* &c. Et statim, *priscis ergo temporibus, antequam fasti a Cn. Flavio scriba Patribus invitis in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hac provincia delegabatur, ut nova Luna primum observaret adspectum, visamque Regi sacrificulo nuntiaret, itaque sacrificio a Rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex calata, id est, vocata in Capitolium plebe, dies* Nonarum & Iduum indicebat. More non absimili Judaei veteres usi videantur: habebant enim & [b] illi viros famae integerrimae qui in montium & locorum sublimium apices emissi vigilabant, ut citius certiusque Lunae nascentis ortus observarent. Hi, simul ac Lunam conspicabantur, ad seniores referebant, quorum erat *signare principia annorum & mensium*, & populum de neomeniis & solennibus aliis anni temporibus admonere. Multo autem similius est vero, Judaeos a gentibus antiquis, quam gentes eas a Judaeis, hunc morem accepisse; cum gentes antiquae non solem tantum sed & Lunam orientem religione praecipua prosequerentur, & illius cursum, tanquam praecipuam temporis mensuram diligentius observarent.

(4°.) Neomeniarum juxta phasin indictio & observatio, tot incommodis laboravit, ut incredibile sit, Hebraeos (rei saltem Astronomicae peritiores) Neomeniarum principium a phasi ducere voluisse, nisi ut eas more Majorum agerent, & populum a gentium superstitionibus tunc temporis usitatis avocarent. Neomeniis enim non ex calculo sed phasi constitutis & observatis, necesse habebant, integrae fidei nuncios emittere, qui montes altiores ascenderent, & Lunam a se visam Synedrio nunciarent. Eorum etiam opera non raro frustra futura erat, cum coelum nubibus obtectum omnem novae Lunae videndae facultatem saepe denegaret; adeo ut impossibile esset; ex apparitione Neomeniam figere. Praeterea: modo testes illi, coelo sudo usi, Lunam sibi visam Senioribus Hierosolymitanis vere nunciassent; Israelitae proculdubio ab Hierosolyma longe dissiti frequenter animi pendebant, incerti plane quo primum tempore Seniores (quibus ea provincia demandata erat) Novilunia celebranda decrevissent. Quid itaque Judaei veteres, missa tam perplexa & impedita Neomenias indicendi ratione, eas a Lunae conjunctione, potius quam visione, non inchoarent? Mihi certe nihil hic dicendum occurrit, quam quod eos moris antiqui reverentia, & superstitionis praecavendae studium, a Neomeniis nova aliqua ratione statuendis cohiberet. Nam sentire nequeo, totam Hebraeorum gentem, tam rudem semper & a rebus Astronomicis alienam fuisse, ut Neomenias e scripto vel artificiali Cyclo definire nunquam scirent. Certe [c] *Seldenus* noster ab ignorantiae tam crassae & ridiculae suspicione veterem Hebraeorum gentem erudite liberavit.

Argumentis hisce non prorsus inertibus ostendisse videar, Hebraeos a Lunae visione Neomeniarum ferias auspicatos fuisse, moremque illum ab Aegyptiis aut aliis gentibus accepisse. Cum itaque tam probabile factum sit, Hebraeos Neomenias suas observandi tempus a Gentibus accepisse; Rationi congruum est, ut eos ipsas etiam Neomeniarum solennitates a gentium more derivasse crederemus.

Objectiones enervantur. Pars tertia pensi mei jam restat, ut scilicet iis Objectionibus satisfaciam, quae vim hujus argumenti frangere videntur.

Obj. 1. Harum autem prima sic urget: minime probabile est, Hebraeos ex visione neomenias indixisse, cum in Palaestina Lunae recentis aspectus primos observare difficile esset, propter coeli intemperiem & objectas nubes, quae Lunae visionem oculis frequenter inviderunt.

Hanc Objectionem triplici responso diluamus: (1°.) Cum tot veterum testimoniis innotescat, Judaeos Lunae φάσιν (dubiam licet & incertam) ad neomenias indicen-

a *Saturnal. l. 1. cap. 15.* b *Vid. Thalmud.* in *Ros. Hasschana. c. 1. §. 3. &c.* c *Lib. de anno civ. Judaeor. c. 1, 2, 3.*

das

das observasse; inde promptum est opinari, Judæos morem illum ex Ægypto secum in Palæstinam attulisse. Nam in Ægypto, & aliis Orientis partibus cœlo plerumque sereno & nulla nube fœdato gaudent, adeo ut facile possint Lunæ conspectu pene semper frui. Cum itaque popularis & familiaris illa neomenias ἀπὸ τῆς φάσεως incipiendi ratio in Ægypto & aliis aliquibus regionibus obtinuerit; inde vero simillimum fit, Israelitas eam in Ægypto didicisse, nec in Palæstina (licet regione mari vicina & magis nebulosa) dediscere potuisse. Adeo ut ipsa hæc Objectio astruat magis quam destruat opinionem meam. (2°.) Si nubes objectæ & cœlum intempestivum Lunæ prospectum prohiberent, & legati a Synedrio missi ad primam Lunæ φάσιν observandam in fine trigesimi a neomenia præcedente diei non redirent, qui Lunam a se visam esse renunciarent; Synedrium, hac necessitate eogente, Neomeniam proclamabat; quod certum esset, Lunam sic e Solis radiis emersisse, ut conspici posset, ni cœlum nubibus obductum impediret. (3°.) Hoc incommodum haud adeo grave est, cum in Oriente cœlum pletunque sit sudum, & homines ibi a Lunæ nascentis visu cœlo nebuloso raro cohibeantur. Apud Persas itaque (ni fallsus sit [a] *Hakluytus* nostras) antiqua religione receptum est hodie, ut annuum eorum Jejunium a Novilunio ordiantur, & in eo finiant, ita tamen ut nec incipiant nec finiant Jejunium, nisi post novam Lunam visam, quamvis a Luna videnda diutius aliquando cœlo nebuloso detineantur. SECT. III.

SECUNDO: non-nemo forsan excipiet, non tantum objectas cœli nubes, sed anomalum Lunæ cursum, incertam a Sole distantiam, Zodiaci & Horizontis obliquitatem, aliaque, tempus visionis tam incertum & inæquale reddere, quod nemo mortalium potis sit, Neomenias a Lunæ visione constituere vel inchoare. His addo, quod hominibus Lunam ἐκ τῆς συνόδου primum recedentem expectantibus, non raro falli contingat, specie vel similitudine quadam Lunæ die vigesimo septimo appatentis. Huc respiciunt illa [b] Poetæ,

> —— *Qualem [c] primo qui surgere mense*
> *Aut videt aut vidisse putat per nubila Lunam.*

AT & hic nodus *Scaligeri* verbis facile dissolvatur: [d] *quia in nullius potestate est, ut semper exacte ad φάσιν* aut *coitum luminarium Neomenia dirigatur, propter inæqualitatem motus lunaris, nunc paulo post meridiem, alias post occasum, alias post mediam noctem, & sæpe paulo ante meridiem ineuntis; -- Judæi -- duas Neomenias semper celebrant. Quod & antiquitus faciebant. Nam non solum diem visionis, quæ dicitur* חדש *vel* חדוש הלבנה renovatio Lunæ, *sed etiam* ἕνης καὶ νέας *antecedentis diei observabant, eamque vetus lingua Bibliorum* כסא *vocat*, Judæos autem antiquos dies duos [latentis nempe & apparentis Lunæ] Neomeniarum nomine celebrasse, subinferre licet e conviviis, in [e] historia sacta memoratis, quæ primo & secundo die mensis instaurata sunt.

S E C T. III.

Tertio: A defectu legis alicujus Neomeniarum observationem diserte præcipientis.

ANIMUS eo facilius inducitur, ut Hebræorum Neomenias a nominis ejusdem feriis, inter Gentes ex instituto veteri celebratis, initia petiisse censeam, quod Deus mandatum nullum de Neomeniis observandis dederit. In hanc sententiam Lectorem facile concessurum arbitror, si probatum dedero, Deum nec ipsas Neomeniarum ferias, nec agendi tempus, nec celebrandi ritum aut modum præscripsisse.

PRIMO itaque, id mihi negotii sumo, ut probem Deum nullum (quod scimus) de Neomeniis religiosa solennitate observandis mandatum tradidisse. Deus equidem [f] legem specialem scripsit de victimis illis quas, cum Neomeniæ sesto vacarent, offerri voluit: ut autem Judæi Neomenias solennes haberent & religiosas, nulla nobis cognita lege tenebantur. Nec Hospiniani observationem hoc effugit: nam [g] *in sacris literis*, ait ille, *expresse demonstrari non* potest, *a quo & quando hæ feriæ* [Neomeniarum] *instituta* fuerint. Atque inde factum est forte, quod Neomeniæ minime recenseantur *Levitici* vicesimo tertio, ubi dies festi sigillatim enumerantur. Et ea de causa forte scri-

a *Lib. Anglic. cui tit.* Hakluyt's voyages, Vol. 1 pag. 399. b *Virgil. Æneid.* 6. v. 453. c i.e. *Primo mensis die.* d *Canon. Isag. l.* 3. *p.* 231. e 1 *Sam.* 20. 24, 25, 26, 27. f *Numer.* 28 11. g De *Orig. Fest.* ap. *Judæos*, c. 4.

SECT. III. ptura vix unquam Novilunia memorat, quin verbis utitur aliquid diſcriminis inter ea & cætera Legis feſta denotantibus. Id cuivis appareat, ad ſequentia Scripturæ loca diligentius attendenti: *2 Paral. 2. 4. Ecce Ego ædificavi domum nomini Domini —— ad offerendum holocauſta mane & veſpere; Sabbatis, noviluniis, & ſolennitatibus Domini,* &c. Et cap. 31. 3. *Ad holocauſta in Sabbatis, in Noviluniis, & in feſtis.* Ezr. 3. 5. Obtulerunt *holocauſtum juge, in noviluniis & in omnibus ſtatis feſtis Jehovæ.* Jeſ. 1. 13, 14. *Neomeniam & Sabbatum, & Feſtivitates alias non feram: Calendas & feſtivitates veſtras odit anima mea.* Judith. 8. 6. *Et* Judith *jejunabat omnibus diebus* vitæ *ſuæ, præter ſabbata, neomenias, & feſta domus Iſrael.* Loquitur etiam *Nehemiah* de Noviluniis, ſeorſim, & quaſi de feſtis originis & familiæ diverſæ a *ſtatis feriis*, e præſcripto Legis obſervandis, *Nehem. 10. 33.* Et S. Apoſtolus religoſa Judæorum tempora dividit, ἐν ἑορτῇ, νουμηνίᾳ, καὶ σαββάτων, ad *Coloſ. 2. 16.* Hinc etiam (ſi bene conjicio) factum eſt, quod Pſalmiſta, de [a] *inſigni* illa menſis primi neomenia loquens, eam בכסא *feriam ſtativam*, vel (interprete *R. Salomone*) יום מוער [b] *tempus conſtitutum*. vocet: nempe ut a Neomeniis ordinariis diſtinguatur, quæ non tam inſtitutæ fuere quam permiſſæ, & ab uſu ſeculi magis quam Dei præſcripto derivatæ. Neque hoc mirum aut inſolens alicui videri poſſit, cum alibi de induſtria probatum dederim, ritus & mores haud paucos in Judæorum ſacris locum habuiſſe, qui e Gentiliſmo in Judaiſmum, ex imitatione & permiſſione, potius quam inſtitutione dimanarunt. Atque hoc Judæus ille agyrta, quem Sibi conſiliarium ad Alcoranum componendum aſcivit *Mohammedes*, probe tenuiſſe, & in animo habuiſſe videatur. Quamvis enim plurima nova, populi tamen ingenio conſona, in præceptis dedit, erant tamen aliqua (circumciſio nempe, feriæ ſextæ cultus, frequentes lotiones, aliaque) quæ permiſit potius quam inſtituit. Nam teſte Scaligero [c] *nullum expreſſum eſt præceptum in Alcorano de die Veneris celebranda: ſed ita reliquit* Mohammedes, *ut reperit in uſu vulgi.*

Secundo: noſtrum eſt oſtendere, Deum Novilunia ſacrandi tempus nullo præcepto determinaſſe. Hoc autem ut effectum demus, nil opus eſt ut ad primum ruborem laboremus. Quamvis enim leges, [d] *Numerorum 10.* & *28.* memoratas, Neomeniarum obſervationem diſerte præcipere, & menſium initia ſacra facere, largiamur; cuivis, etiam lippienti, clarum eſt, nihil de menſibus ad Lunæ curſum accommodandis, aut neomeniis in Lunæ conjunctione vel phaſi celebrandis, iis in legibus curarum eſſe; nec Judæos quicquam a Deo in mandatis accepiſſe, ut majorem Lunaris quam Solaris luminis rationem haberent, cum neomeniarum officiis fungerentur. Quamvis enim Judæi, ferias haſce menſtruas indicturi, ad Lunæ prima incrementa recipientis tempora ſemper attenderent; Lunæ in hanc rem nulla extat in lege mentio, ſed menſium duntaxat, & ראשי חרשים [e] *principiorum menſium.* Rei hujus obſervatio verbis hiſce [f] *Maimonidis* occaſionem fecit, ראשי חרשים של לבנה אינם מהנחת התורה h. e. modo mentem Auctoris capiam, *initia menſium propter Lunam* [i. e. φάσιν ejus aut σύνοδον] *non erant e præſcripto Legis.* Hinc occaſio data diſſidiis Inter Karaitas & Rabbanitas, illis a φάσει, his a συνόδῳ, Novilunii principinm putandum, animoſe contendentibus. Hinc etiam orta videtur antiquorum Hebræorum conſuetudo quam dixi modo, convivium in Neomenia per biduum agitandi: Com enim lex ſacra non diſerte definiret, an Neomenia a φάσει, an autem a συνόδῳ, ſit computanda; ne forte præter aut contra Legis mentem agerent, ſi eam uno duntaxat die celebrarent; diem quidem unum publice ſanctificaſſe, geminum autem e devotione privata ſolennem egiſſe videantur. Aſſerunt equidem Hebræorum Magiſtri, Deum incipiendi Novilunii tempus haud aden in incerto reliquiſſe: nam illius a viſione inchoatio (ſi Talmudicos audiamus) erat הלכה למשה מסיני *Traditio Moſis e monte Sinai.* Eorum ſententiam probat [g] *Abarbanel*: loquens enim de præcepto Moſi dato, ut Niſan pro capire menſium haberetur, אין ספק inquit שנאמר למשה באותה שעה דרך קדוש החדש על פי הראייה וגו׳ *Non dubium eſt, quin tunc temporis monſtrata fuerit Moſi via ſanctificationis Neomeniæ ad φάσιν*, & *via ſanctificationis ejus ſecundum rationem computi.* Cum autem Scriptura ſacra de hujuſmodi traditione vel præcepto ne verbum habeat, fidei prodigus ſit oportet, qui Rabbinis hnc aſſerentibus fidem tribuir; cum præſertim traditionum & inſomniorum ſuorum originem tam frequenter a Moſe vel Sinai ducant. Ideoque multo conſulrius eſt, opinari Novilunii celebrandi morem diu ante Moſis ætatem inter Gentes obtinuiſſe; & ideo

a Ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς· LXX in loc. b *Pſal. 81. 3.* c De *Emendat, temp. l. 5. p. 120.* d *Num. 10. 10. & 28. 11.* e *Num. 10. 10.* f *Mor. Neb. P. 3. c. 46. col. 174. 2* g In *Paraſch.* בא אל פרעה.

Deum

Deum nihil de festi illius exordio vel agendi tempore monuisse, ut Israelitis integrum effet, Neomenias observandi tempus a geotium usu petere, a quibus ipsas Neomeniarum ferias accepissent. SECT. IV.

PROBANDUM est tertio, Deum Neomenias observandi modum aut ritum, inter Hebræos usitatum, minime præscripsisse. Hanc autem pensi mei partem eadem facili opera licet expedire. Cuivis enim, in hoc Argumento non hospiti prorsus & peregrino, notum est, epulas lautiores, conventus solennes, choreas, vota, aliaque multa (suo in loco recensenda) in Hebræorum Neomeniis usitata, nusquam a Deo præcepta fuisse; sed Hebræos ritus illos, ad Neomeniarum celebritatem & lætitiam adaugendam, induxisse.

CUM itaque, nec Neomenias ipsas, nec inchoandi tempus, nec celebrandi modum aut ritum, in Lege præscripta reperire liceat; nil obstat quo minus ea festa menstrua permissa potius quam præcepta fuisse, & Israelitas ea non tam ex institutione quam usu & consuetudine coluisse censeamus.

S E C T. IV.

Ratione ab ipso Gentilismi ingenio & usu sumpta.

QUARTO: hinc etiam probabile fiat, ethnicos Novilunia primos observasse, adeoque morem illum a Gentibus ad Israelitas emanasse; quod multæ rationes, ab ipsa Gentilismi natura & usu petitæ, reddi possint, cur ethnici Novilunia multa cum solennitate transigerent; nulla vero, cur Israelitæ nisi quod gens essent ethnicorum moribus addictior, & in Neomenia (gentium ritu) Lunam colere voluissent, nisi Deus illius festi ritus tolerasset, eosque (correctos & emendatos) ad nominis sui cultum transtulisset. Ut hoc argumentum eo firmius evadat, utrique assertionis meæ membro fidem facere conabor.

ASSERO itaque primo, rationes cuivis obvias assignari posse, cur ethnici quidem Lunæ nascentis tempora solenniter observarent, eaque festive & religiose celebrarent. Nam,

PRIMO: ideo forsan ethnici Lunæ inchoantis tempora tam sancte & solenniter observarunt, ut ei jam nascenti honorem singularem exhiberent. Cum enim Gentiles Solem & Lunam zelo præcipuo colerent, non fine summa probabilitate creditur, eos ansam & occasionem omnem ea solennius adorandi captare voluisse. Huic autem cultui solenniori Novilunium proculdubio maxime conveniens habebatur, quo Deæ Lunæ splendorem pristinum restitutum, & sibiipsis novi mensis initium, gratulari possent. In hanc sententiam eo pronior est animus etiam, quod ethnici Lunæ, præcipue nascenti & corniculatæ, honorem egregium tribuisse videantur. Nam honoris hujusce varia specimina præbuerunt: Ornamenta quædam, ad Lunæ recentis imaginem facta, tanquam symbola gentilitia, nonnulli gestare soliti sunt: nam שהרנים Zebæ & Zalmunæ, [a] *Judic. 8.* memorata, [b] LXX, Judæi, aliique, de insignibus quibusdam corniculantis Lunæ speciem & figuram gerentibus, quæ ex gentis Midianiticæ more gestabant, interpretantur. Ægyptii etiam Luoæ recenti honorem noo vulgarem exhibebant: quamvis enim Auctores de notis & characteribus quibus Apis Ægyptius insignitus erat, haud unum idemque referant; omnes tamen conveniunt, Eum Lunæ renovatæ notam lateri dextro ingenitam habuisse, eamque [c] *Pignorius* in Hadriani Imp. nummo æreo, Apidis imagine signato, se vidisse asserit. Arabes antiquiores Lunam, præcipue novam tam impense coluere; quod [d] eam Ἀλιλὰτ appellarent, *quod profecto*, dicit [e] Scaliger, *Lunam corniculatam significat.* Et e posteris eorum, nonnulli cultus hujusce zelo tam insano flagrarunt, quod, referente *Geographo* [f] *Nubiensi*, בני הלאל *Filii Hilal*, id est, *Lunæ novæ*, dicerentur. Nam in Noviluniis hodieque Luna vocatur הלאל [g] *hilal*, & in plurali אהליל *ahalil;* voce forsan ab הלל *celebravit* derivata: quod Lunam hymnis, sacrificiis, & aliis officiis religiosis, in Novilunio præcipue, colere solerent & celebrare. Eos ita fecisse, proclivius est opinari, quod Mohammedani, genere plurimum Arabico prognati id [h] moris habeant, ut τὸ φεγγάριον primo visum salutent, tripudiis etiam, gesticulatiouibus, & acclamationibus prosequantur. Ut taceam, quod hodieque Mohammedani,

a *Judic.* 8. 21, 26. b Qui vocem per μηνίσκους lunulas reddunt. c *Mens. Isiac. Expos.* p. 19. d *Herodot.* l. 3. *cap.* 8. e In *Fragm.* p. 27. f *Clim. secund. par.* 5. g *Bochart. Geog. sacr. P.* 1. l. 2. c. 19. h *Scalig. Canon. Isagog.* lib. 3. pag. 245.

SECT. IV. medani, quibus quicquam fingere vel pingere religio eſt, templorum tamen faſtigiis Lunæ corniculantis imaginem apponant, ac ſi animis eorum aliquid antiquæ ſuperſtitinnis adhuc adhæreret. Exemplis hiſce ſubobſcuris, lucis & fidei nonnihil accommodabunt, ea quæ [a] *Marinus* de *Proclo* ſuo memoriæ conſignavit: Σελήνη ἀπὸ συνόδου πρῶτον ἐφαίνετο· *Luna a conjunctione tum primum apparebat: ipſe vero Lunam apparere conſpicatus*, ὑπολυσάμενος αὐτόθι ἃ ἦν αὐτῷ ὑποδήματα τὴν Θεὸν ἠσπάζετο· *Solutis ibi, quæ habebat, calceamentis -- Deam ſalutabat.* Ex ea vero *Procli* pietate non difficulter intelligitur, ethnicos, eo ritu vel alio conſimili, primam & naſcentem Lunam adorare ſolitos. Cum itaque Gentes antiquæ Lunam, præcipue naſcentem, honore tam ſingulari proſequerentur; nobis facile perſuadeamus, eos in Lunæ recentis honorem feſtum diem inſtituere, & in illius honorem menſis initium feſtiva ſolennitate celebrare voluiſſe.

SECUNDO: Ethnici primos Lunæ menſiſque dies ſacros & feſtos ſumpſiſſe putentur, ut gaudium eorum de Dea ſua, antea lumine caſſa & quaſi deperdita, ſibi & ſuis reſtituta teſtarentur. Cum enim feſta ad rei lætæ & felicis memoriam celebrandam olim indicta fuerint; conſentaneum eſt exiſtimare, rudiora mundi ſecula ferias haſce menſtruas inſtituiſſe, quod Lunæ ſplendorem priſtinum recuperantis aſpectus primus gaudium haud exiguum iis attuliſſet. Hoc eo faciliorem obtineat fidem, quod [b] Ægyptii *Luna exoriente latari: deficiente vero mærere*, ſolerent; & Cynocephalos in templis innutrire, quod Lunæ conjunctione obſervatum eſſet, [c] animalia illa nec videre, nec veſci, ſed præ triſtitia in terram abſcondi, quaſi Lunæ raptum ingemiſcerent. Affectu conſimili tacti ſunt olim Romani milites, qui [d] *prout aut ſplendidior obſcuriorve* iret Luna, *lætari aut mærere.*

TERTIO: veteres idololatræ prima menſis & Lunæ corniculantis tempora ſolenniter egiſſe videntur, boni ominis cauſa; ſerio nempe perſuaſi, omnia menſis ineuntis tempora & incœpta felicem eventum ex ea religione habitura. Hac opinione fuiſſe videntur viri & fœminæ, qui ſic [e] *Jeremiam* alloquuntur; *faciemus quodcunque prodierit ex ore noſtro, adolendo Reginæ cæli, —— tum enim ſatiabamur cibo, hilares eramus, & malum non experiebamur.* Eos enim Νουμηνιασταὶ fuiſſe & verbis illis ad Novilunia ritu ethnico celebrata reſpectum habuiſſe, deinceps oſtenſuri ſumus. Superſtitionis hujus affines fuere Græci veteres, *qui in cujuſque novilunii die*, [f] *Hecatæ* vel Lunæ *tanquam Deæ* mala *averterenti, cænam in triviis exhibebant.* Ab hac ſuperſtitione non longe receſſere, qui gravioris momenti negotia in Novilunia rejicere ſolebant; ſtatuentes ſe, ſub Lunæ primos aſpectus, auſpicatum rei cujusvis agendæ principium habituros. Hanc opinionem Germanos antiquos infeciſſe teſtatur [g] Tacitus: *coeunt*, inquit, *niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus, cum nempe inchoatur Luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt.* Eadem ſuperſtitio Turcas occupat: nam, referente [h] Johanne Cotovico, *in Lunæ incremento fæliciſſimum quoddam omen ponunt; eamque pro ſigno* [i] *militari habent, veluti fatali quadam lege ſuo Imperio propitiam. Hinc creſcente Luna omnia ſua negotia (quæ quidem alicujus ſunt momenti) auſpicantur; exiſtimantes maximarum eſſe virium in adjuvandis conatuum ſuorum ſucceſſibus: decreſcentem vero infortunia & triſtia omnia portendere. Unde cum in itinere ſunt, ſubſiſtunt, nec niſi nova Luna apparente progrediuntur.* Sed hæc forſan in Turcis animo æquiore ferri poſſint, cum tot Chriſtiani fuerint, qui [k] *pro domo facienda, conjugiis* contrahendis, & negotiis hujusmodi, *novam Lunam* obſervarunt.

QUARTO: nihil fidei diſſonum affirmarem, ſi Diabnlum neomeniarum obſervationem haud parum promoviſſe dicerem. Nam temporum obſervatio (Neomeniis conjunctiſſima) cum [l] idolis, auſpiciis, incantamentis, & aliis rebus quæ Dæmoni auctori tribuuntur, in Scriptura memorantur. His affinia S. *Chryſoſtomi* [m] verba, de iis dicta qui ad ſua uſque tempora Neomenias obſervarunt: παρατηροῦσιν ἡμέρας οἱ ταῦτα ποιοῦντες, καὶ οἰωνίζονται, &c. *Qui hæc faciunt, dies obſervant, & auſpiciis addicuntur, & putant ſi Novilunium menſis hujus* [primi, forſan]. *cum voluptate & lætitia degant, reliquum ſe annum ſic tranſacturos.* Nonnihil hujus fermenti Galatæ nuper converſi retinuere, [n] qui *dies, menſes, & annos* [i. e. dies quoſque ſelectiores, menſium etiam, & annorum

a In Vit. *Procli*, *pag.* 10. b *Auctor. Iamblic.* l. de *myſt. Ægypt.* c Vid. *Joſeph. Laurent. Polymath. lib.* 2. *Diſſert.* 38. d *Tacit. Annal.* 1. *p.* 18. e *Cap.* 44. 17. f *Pet. Caſtellan.* de *feſt. Græc.* in Εὐκτήρ. g Lib. de *Germanor. morib.* h *Itinerar. Hieroſolymit. & Syriac. l.* 4. *c.* 6. i *Dicebant. - moturos* Turcas, *inchoante Luna: nam hoc ſignum rebus gerendis auſpicatiſſimum habent.* Nic. Higer. de reb. geſt. ſub. Solym. lib. 1. p. 18. k *Novarin. Schediaſm ſacro-prof.* l. 6. c. 14. *l.* 2 *Reg.* 21. 5, 6. *Lev.* 19. 26. m Tom. 1. *Homil.* 22. *p.* 268. n *Galat.* 4. 10.

principia]

principia] tanquam maxime felicia & auspicata, religiosius observarunt. Hunc morem Gentes non tantum in rebus civilibus, sed & sacris, agendis, arcte tenuisse videantur. Olim enim, testante [a] *Gemino*, τὸ ὑπὸ τῶν νόμων καὶ τῶν χρησμῶν παρηγγελμένον, τὸ θύειν κατὰ γ' [ἤγουν τὰ πάτρια] μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτούς *A legibus & oraculis praeceptum fuit, ut sacrificarent secundum tria [nempe patria] menses, dies, & annos.*

CUIVIS jam dicta pensitanti clarum erit, ethnicos non Judaeorum exemplis, sed rationibus ab ipsa Gentilismi natura & fide petitis inductos, Neomenias agere potuisse. Cur autem Israelitae, aliter nati doctique, prima quaevis incipientis Lunae tempora tam solenniter exciperent, praeter hanc rationem ipse nullam (cui soliditatis aliquid inest) excogitare possum: Israelitae nempe, seculi moribus innutriti & addicti, Neomenias [b] *dies sacratissimos*, eosque religiose transigendos, existimarunt: Deus itaque populum illum suo quasi more vivere passus est, & ritu recepto Neomenias observare: ea tamen conditione, ut diebus illis, non Lunae, sed ipsi, sacrum facerent, Eumque unum Lunae & totius exercitus coelestis Dominum agnoscerent & profiterentur. Si hanc rationem demas, ingenue fateor me nullam rationem vel comminisci posse, cur Israelitae Novilunia magis quam plenilunia tam celebriter observarent. *Quid enim* (ut verbis utar [c] *Origenis*) *religioni conducit, nova Luna, id est, cum conjungitur Soli & adhaeret ei, observare festivitatem? Haec si secundum literam considerentur, non tam religiosa quam superstitiosa videbuntur.* Hic itaque, ne Deus ἄλογον aliquid & superstitionis speciem prae se ferens instituisse videretur, allegorias & mysteria, pro arbitrio ficta, proponit Origenes, quae sub Neomeniarum involucro latitare, & quibus adumbrandis ferias illas inservire, dicit. Neque multo consultius horum festorum menstruorum causas assignant illi, qui Neomenias, ad beneficium gubernationis, quod Deus praestat nobis per influxum Lunae, recolendum institutas asserunt. Huic enim usui, festum aliquod sub ipsa Solis in primo vere redeuntis tempora celebrandum, multo fuisset accommodatius. Nihilo solidior est ratio quam [d] *Ribera* reddit: *Neomeniae solennitas fiebat*, inquit ille, *quod ut rerum e terra nascentium primitias sibi Deus offerri voluit, ita etiam voluit temporis primitias; -- atque ideo primos quosque mensium dies elegit*: haec enim tario merum Auctoris ingenium sapit, nec ullo fulta est Scripturae testimonio.

NIL restat itaque nisi ut ratio a nobis assignata pro vera & genuina habeatur: alioqui nemo vel intelligendo assequi potest, cur solennitates illae menstruae institutae fuerint.

SECT. V.

Probatur hypothesis nostra ex usu quem praebet in explicandis Neomeniarum circumstantiis.

QUINTO: hinc etiam sententia nostra fidem acquirat, quod ea concessa varios Neomeniarum ritus ab ipsa radice detegere, & dubia quaevis ferias hasce spectantia solvere valeamus. Si Neomeniarum ratio quam ipse veram assero, pro rata & firma habeatur; omnia in hoc Argumento, facilia, exposita, & expedita futura sunt, de quibus Interpretes multo cum labore nihil dicunt. Ne quis autem haec verba jactantiae arguat, nonnulla proponam dubia, quae, hypothesi nostra concessa, non difficulter expediantur. (Cur tot victimae in noviluniis oblatae.)

HORUM primum hujusmodi est: cur Israelitae tot victimas in neomeniis obtulerunt, quod ipsa Sabbati sacrificia numero superarunt. Victimas in neomeniis offerendas e verbis legis accipiamus: [e] *in initiis mensium vestrorum, offertote holocaustum Jehovae: juvencos subrumos binos, & arietem unum, agnos anniculos septenos integros, & sernas decimas simila*, &c. *Praeterea, hircus e capris unus in peccatum, Jehovae, praeter holocaustum juge, parator cum libamine suo.* Haec omnia *in mensium capitibus* aut noviluniis Deo sacrare tenebantur: cum tamen sacrificium Sabbato requisitum duobus tantum [f] *agnis anniculis* mactatis absolvebatur. Cur autem Judaei tot victimarum oblatione novilunia celebrarint, & plura in Novilunio quam Sabbato sacra fecerint; nemo satis feliciter expedivit hactenus.

[a] *Element. Astronom.* c. περὶ μηνῶν p. 32. A [b] *Plutarchus* νουμηνίαν ἱερωτάτην τῶν ἡμερῶν *vocat*. Lib. de vit. ær. alien. p. 828. A [c] *Homil.* 25. in *Numer.* cap. 18. [d] *De Fest. Dub. Hebr.* l. 3. c. 2. [e] *Numer.* 28. 11, 12, 15. [f] *Numer.* 28. 9.

SECT. V.

Ut itaque hujus dubii nebula diffolvatur, hoc in anteceffum obfervari velim; nempe Græcos antiquiores, lege patria devinctos, in Novilunio facrificaffe. Lex ea apud Libanium legitur, Declam. 8. quæ fingitur Athenis habita; ταῖς Νεμηνίαις νόμῳ μὲν πόλεως ἐθύομεν· *in Neomeniis, lege civitatis ad id munus aftricti, facrificabamus.* Græcis id folenne fuiffe, probant nomina certis rebus & perfonis indita, quæ Neomenias atringebant. Prout enim feftum ipfum, Νεομηνία, ita facra tunc oblata, Επιμήνια, Sacrifici, Επιμήνιοι, & panes in fefto dicati, Νεμήνιοι, dicebantur: quod ipfis Aotiquorum verbis nos docent, [a] *Meurfius:* [b] *Petitus*, aliique. Morem eundem apud Romaoos obtinuiffe, e Macrobii verbis eliciamus; *Romæ Calendis omnibus -- Pontifex -- rem divinam Junoni facit.*

Nec facrificabant tantum Gentiles in Neomeniis, fed multas & magnificas victimas immolabant. Nam [c] *Plutarcho* referente, *Æmilius, ut primum renitefcere Lunam confpexit, ei juvencas undecim immolavit.* Clearchus (quem *Deorum cultorem optimum* renunciavit Oraculum) dicitur [d] σπουδαίως θύειν -- κατὰ μῆνα ἕκαστον ταῖς νεομηνίαις, *ftudiofe facrificium peragere, quod fingulorum menfium initio debebatur.* Et [e] *Marinus* hoc elogio *Proclum* ornat, τὰς νεομηνίας λαμπρῶς ἐπετέλει, καὶ ἱεροπρεπῶς· *Neomeniarum folennia fplendide peregit, & modo fefti dignitati confentaneo.* Refert etiam [f] *Muhammed Ben Ifaac*, Sabæos antiquos, *cum Novilunium apparere cæpit, egredi folitos in templum fuum, facrificia & holocaufta offerentes* Σελήνῃ *Deo.*

Cum itaque verifimile fit, morem illum victimas in Noviluniis offerendi diu ante Mofis ætatem inter Gentes invaluiffe; Deus Sibiipfi victimas in Noviluniis immolari voluit, ne fi Deus accipere recufaffet, Ifraelitæ moribus antiquis addictiores, gentium numinibus immolarent. Cum etiam idololatræ veteres, in Neomeniis, Lunam aliofque Deos cultu magnifico & folenni profequerentur, Deus etiam Neomenias Ejus magnifica victimarum oblatione celebrari voluit, ne Gentes cultum fpleodidiorem Lunæ aliifque Diis fictis, quam Ifraelitæ Deo fummo, tribuere viderentur.

Cur hircus in neomen. oblatus.

Dubium fecundum, hypothefi noftra conceffa facile folvendum, eft hujufmodi: cur tam diferte præceptum eft, ut Ifraelitæ hircum in Noviluniis Deo facrificareot? Hujus enim præcepti rationem a moribus ethnieorum petendam cenfeo, qui in eorum Noviluniis hircum Lunæ immolarunt aut confecrarunt, quod animalis illius cornua Lunæ corniculantis imaginem plurimum exprimant & imitentur. Sic mea fert fententia, quod ethnici eo cum ingenio infanire folerent, ut facrificiis & fymbolis ad figuram Lunæ curvatam propius accedentibus Ei cultum exhiberent. Moris hujufce teftem do [g] *Suidam*, qui gentes aliquas memorat, quæ in Lunæ facris, βοῦν κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφυοῦς σελήνης, *bovem cornua habentem ad imitationem Lunæ primo nafcentis* immmolabant. Cui fcilicet illud *Horatii*, de bove dictum, non male conveniret; *Carm.* L. 4. C. 3.

Fronte curvatos imitatus ignis.

Conjecturæ meæ non parum fubfidii præbent ipfa [h] Legis verba, *præterea hircum e capris unum* nfferetis לחטאת לארני *facrificium pro peccato Domino*, nam ea in lege, vocabulum לארני *Domino* difcriminis & figni caufa additum fentit *Grotius*; nempe ur Hebræos admoneret, facrificium illud Deo, non Lunæ, [*ut* [i] *fieri a vicinis gentibus folebat*] immnlandum effe. Et Auctoris illius opinionem firmat, quod hircus io fefto Azymorum & die primitiarum offerendus, vel fimpliciter חטאת [k] *facrificium pro peccato*, vel שעיר *hircus* [omiffa illa difcriminis nota] appelletur: eo quod nulla fubeffet metus caufa, ne forte quifpiam feftorum illorum hircos Luoæ oblatos exiftimaret.

Cur preces in noviluniis effunderentur.

Tertio: quæri poteft, unde factum fit quod Ifraelitæ [nullo licet præcepto devincti] precibus publicis & folennibus Novilunia celebrarent. Hac de re noo facile dubitandum, quod Ifraelitæ multis facrificiis, quihus preces plurimum annexæ, Deum in Noviluniis folennitate venerari tenebantur. Huic mori religiofo lucem & fidem affert *Horatii* Poetæ [l] carmen quo *Fufcum Ariftium*, Romanum forte faguine, fed religione Judæum, ita fecum inducit colloquentem:

a *Græc. Feriat.* l. 5. p. 211, 212. b In *leg. Attic. Comment.* p. 85. c In *Vit. Æmil.* p. 264. C d Ap. *Porphyr.* de *Abftin.* l. 2. *Sect.* 16. e In *Vit. Procl. pag.* 17. f Ap. *Hottinger. Hift. Orient.* l. 1. c. 8. p. 184. g Ad voc. ἀνάσατοι h *Numer.* 28.15. i *Vid. Grot. not.* in loc. k *Num.* 28. 22. & 30. l *Serm. lib.* 2. *Eclog.* 9.

Certe

SECT. V.

Certe nescio quid secreto velle loqui te
Aiebas mecum. Memini bene; sed meliore
Tempore dicam: hodie tricesima sabbata. Vis tu
Curtis Judæis oppedere? nulla mihi, inquam,
Religio est. At mi: sum paulo infirmior, unus
Multorum: ignosces: alias loquar. ——

Ut quantum hoc celebre Poetæ carmen rem nostram adjuvet; apertius intelligatur, illud [a] *Ægidii Bucherii* verbis explicatum dabo. 'Hic Fuscus Aristius, Proselytus Judaicus & Horatio peramicus, conscientiæ in sua religione tenerioris, seu, ut ipse dicit, *infirmioris* erat; cum Horatius nullam sibi rituum Judaicorum religionem esse jactet. Eum insuper Horatius sibi via sacra, circa *Vestæ* ædem, occurrisse canit, *quarta jam parte diei præterita*: id est; hora a media nocte nona, ante meridiem tertia. 'Hinc intelligimus, Fuscum ad Judæorum suorum Proseucham, quæ, teste Philone, 'trans Tiberim erat, ad antemeridiana Neomeniæ solemnia precesque festinasse; ideo-'que longiores profanasque cum Horatio Gentili & Epicureo fabulas miscere noluisse, 'ne forte contaminaretur, aut serius adveniret. Ut ergo se tanto citius expediret, eo 'die *tricesima sabbata* esse obtendit, (id est, e [b] Scholiastis antiqui sensu, Neomeniæ 'cujuspiam festa) & se teneri precibus festo propriis interesse dicit. Hæc eo faciliora creditu, quod hodierni Judæi precibus quibusdam [c] Neomeniæ convenientibus Deum colant, e more quem una cum sanguine a Patribus suis hausisse videantur.

In noviluniis autem (si bene conjicio) precabantur Judæi pro felici mensis integri decursu, & ut iisdem S. Numinis auspiciis, quibus ad lætum mensis initium, ad exitum non minus felicem, perducerentur. Judæos enim sacrificia plurimum pacifica in Noviluniis immolasse, pateat ex [d] epulis quas (e sacrorum reliquiis) instruebant: sacrificia vero pacifica, *pacis* [h. e. beneficii alicujus] impetrandæ causa potissimum offerebantur. Sed hoc apertius paulo [e] Balsamonis testimonio probari potest: ἔθος παρὰ Ἰουδαίοις ἑορτάζειν ἐν νεομηνίαις, καὶ γονυκλιτεῖν, ὡς ἂν τὸ μηνιαῖον διάστημα εὐτυχῶς διέλθωσι *Mos erat apud Judæos festum in Noviluniis agere, & genu flectere, ut totum mensem feliciter transigerent.*

Si vero Neomeniarum solennitates a gentibus ad Hebræos transiisse concedatur, pronum erit opinari, preces etiam in iis tam solenniter concipiendi morem a gentibus ad Hebræos devenisse. Gentes enim in Neomeniis non tantum sacra faciebant, sed & vota; nempe ut urbi publice, & sibi privatim, fausta omnia mense insequente evenirent. Hoc e verbis [f] Demosthenis innotescit: Πάντες δὲ ταῖς νεομηνίαις εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβαίνοντες, τ' ἀγαθὰ τῇ πόλει διδόναι, καὶ ἕκαστος ἑαυτῷ τοῖς Θεοῖς εὔχεται *In noviluniis omnes in Acropolin ascendentes, Deos precantur, ut civitati & sibimetipsis bona largiantur.* Idem etiam intelligere est ex [g] *Horatii* versibus,

Cælo supinas si tuleris manus,
Nascente Luna, rustica Phidyle.

Quæ carmina lucem accipiunt a *Scholiaste*, cum dicit, [h] *solent rusticæ mulieres in initio primæ Lunæ cælo effundere preces.* Hunc morem spectat etiam *Lucianus*, *Empedoclem* [i] sic jocosius alloquens; *ubi primum rursus in Græciam devolaro, memor ero sacrificare tibi in fumario:* κἀν ταῖς νεομηνίαις πρὸς τὴν σελήνην τρὶς ἐγχανὼν προσεύχεσθαι *atque in noviluniis ter ad Lunam inhians vota facere.* Ex eo more factum est, quod ἱερομηνίας pro *supplicationibus* apud Dionem Nicæum passim veniant. Apud Romanos mos idem viguit, qui [k] *Calendis omnibus a mense Martio ad Decembrem*, Junoni, i. e. Lunæ *die Calendarum supplicarunt.* Cum itaque Græci, Romani, aliique, Diis, Lunæ præsertim, in Novilunio supplicarent; ipsa ratio monet, ut morem illum a vetustate remotiore obtinuisse, eumque Judæos, una cum feriis hisce menstruis, a gentibus accepisse sentiamus. Nam par erat, ut *Sancta natio* non minore religione quam Gentiles ipsi, neomenias agerent; & ut Deum precibus adorarent Israelitæ, ne Lunæ, gentium ritu, supplicarent. Sed utut hæc se habeant, ab ethnicismo traductum videtur, quod referente [l] *Scaligero*, Judæis hodiernis in more positum est; ut nempe visa nova Luna, inter vo-

a *Tractat. de Paschal. Jud. Cyclo. p. 389.* b *Tricesima Sabbata Judæi neomenias dicunt.* Acron. in loc. c *V. Buxtorf. Synag. Jud. c. 22.* d *1 Sam. 20. 5.* e In *Canon. 65. Concil. 6.* in *Trul.* f *Orat. 1. in Aristog.* g *Carm. l. 3. o. 23.* h *Acron. Grammatic.* in loc. i In *Icaromenip. p. 171.* C k *Macrob. Sat.* lib. *supr.* l *Prolegom. lib. de emend. temp. pag. 6.*

SECT. V.

ta quæ faciunt alia, femper dicant, סימן טוב תהא לנו ולכל ישראל *ἀγαθὸν τέρας ἔσω ἡμῖν καὶ παντὶ Ἰσραήλ*.

Cur Hebræi tuba canerent in Noviluniis.

QUARTO: hæc etiam quæftio fubdifficilis e Neomeniis oriri poteft; cur Hebræorum genti folenne effet, Luna nova apparente tubis canere? Eos enim hoc in more habuiffe, dubitare non licet; quod [a] præceptum effet, ut *tubis clangerent in die lætitiæ fuæ, in folennitatibus, & in principiis menfium fuorum.* More huic legi confentaneo, Judæi hodieque, cum primam Lunam in occidente lucere fentiunt, tubarum [b] arietinarum cantu Neomeniæ adventum celebrant. Eorum etiam patres, Romæ licet agentes, more confimili ufos fuiffe, e modo citatis [c] *Horatii* verbis facile percipiatur,

——Hodie tricefima fabbata. Vis tu
Curtis Judæis oppedere?

Hæc enim ad Neomeniarum folennitatem Judaicam attinere, probat Scholiaftis, hæc eo referentis, teftimonium; & folennitati illi, eique foli, quadrantia Poetæ ver ba. Nam Neomeniæ *Sabbata tricefima* non male dicebantur, quod [d] Lunæ 30 feu dies poftrema menfis effluentis (qua fæpe Luna renafci contingit) æque fefta effet ac ipfa Neomenia; propter horam incertam novæ Lunæ, quam Judæi religiofius obfervabant. Quid fit *curtis Judæis oppedere*, [e] Seldenum explicantem audiamus: OPPEDERE *eft plane* προσπέρδειν vel καταπέρδειν (*vocabulum apud* Ariftophanem *obvium*) id eft, *ventris crepitu, five fonorius emiffo five petulantius fimulato, Judæos, buccinis arietinis Neomeniam pro more celebrantes, contumeliofius & ludibrio habere:* nam fono illo probrofo, Gentiles raucam buccinarum earum vocem imitari, & cachinnis exponere, folebant. Sed hac de re nullus jam reliquus effe poffit Lectori fcrupulus.

NIL caufæ eft autem cur dubium modo propofitum nobis aliquid moleftiæ daret. Si enim hypotheli noftræ congrua loqui liceret, dicerem hunc tubarum in Novilunio cantum gentium antiquiorum ufui principia debuiffe. Nam rudis Antiquitas afpectum Lunæ novo lumine donatæ, quafi redivivæ denuo, multo cum jubilo & fefto tubarum fonitu accepiffe facile cenfeatur. Hæc conjectura eo magis veritati congrua videarur, quod filios [f] Heman, *ad attollendum cornu, & corneis tubis alta voce buccinandum*, conftitutos legamus; & moris hujusce veftigia quædam evanida in gentium Orientalium moribus etiamnum percipiamus. Narrat enim [g] *Antonius Geufræus*, Turcas nafcentem menfis exordio Lunam, fclopetorum & lituorum ftrepitu falutare folitos. Et paucis interjectis, Turcæ, [h] inquit, lunam *magno in honore habent, præcipue crefcentem; vifam incontinenti falutantes (& inprimis in bellis) maximo clamore, alta voce, bombardarum difplofionibus, fonitu & clangore tubarum* Aliud exemplum [i] *Huetii* doctiffimi verbis referam: *Neomenias obfervant Caraibæ: & renafcentem Lunam, ut buccinæ clangore Judæi, fic magnis clamoribus celebrant & falutant.* Cum itaque apud exteras gentes ea vigeret confuetudo, ut ad primum Lunæ novæ confpectum tubarum clangore perfonarent omnia; voluit Deus ut Ifraelitæ etiam in Noviluniis tubarum cantu feipfos oblectarent: ut ftudiis & moribus eorum puerilibus feipfum attemperaret, qui forfan a facris & feftis ejus deficere voluiffent, nifi eadem læta & feftiva folennitate qua gentes, ea celebrare licuiffet.

Cur neomeniæ tam hilariter agerentur.

DUBIUM quintum e Noviluniis ortum, eft hujusmodi: cur Judæi, in folennibus hifce menftruis, omnem triftitiam & feveritatem ponere folerent, & menfium initia, choreis, epulis lautioribus, & hilaritati, tota confecrarent, licet ea de re nullum (quod fcimus) a Deo mandatum accepiffent?

JUDÆOS antiquiores id moris habuiffe, loci bene multi docent: eorum enim Neomeniæ cum diebus lætitiæ numerantur, *Numer. 10. 10.* Et, *Hof. 2. 11.* Deus minatur Se abolere velle *omne gaudium gentis, fefta ejus, Neomenias, & omnes folennitates ejus.* Saulum epulo lautiore Novilunii celebritatem accepiffe, e *1 Sam. 20. 5.* fatis intelligitur. Ad epulas hafce refpectus haberi creditur, *Hof. 5. 7.* חדש *νουμηνία* (fic reddit Aquila) *confumet eos & portiunculas eorum*: h. e. "ad eas rei familiaris anguftias "redacti erunt, quod unius Novilunii convivium tenuioris fortunæ refidua confumet "omnia. Hunc morem [lautius in Neomeniis epulandi] Judæi veteres in parte reli-

a *Numer. 10. 9. 10.* b Vid. Cap. prox. c *Serm. l. 1. Eclog. 9.* d Judæi per biduum, tricefimum præcedentis menfis, & primum fequentis, novilunium obfervabant. *Petav. de doct. temp. P. 1. p. 079.* e *De ann. civil. vet. Jud. c. 21.* f *1 Paral. 25. 5.* g De *Turc. relig. & cærem. l. 2. p. 58.* h Pag. 54. i *Demonftrat. Evang* Prop. 4. c. 7.

gionis

gionis habuerunt: nam *Juditha* hoc honoti vertitur, quod [a] *jejunaret omnibus diebus viduitatis suæ*, χωρὶς προσαββάτων καὶ σαββάτων καὶ προνουμηνιῶν -- καὶ ἑορτῶν &c. *Exceptis prosabbatis, & sabbatis & antenoviluniis, -- & festis, & diebus lætitiæ domus Israel.* Quo in loco [καὶ νουμηνιῶν] incuria scribæ alicujus excidisse videntur: nam sensus ea verba requirit, & codice perantiquo, qui *Thecla* dicitur, in bibliotheca ad S. Jacob. regia, voces eas insertas observavit [b] *Seldenus*. Neque vero mensis solummodo plenioribus Novilunii lætitiam adaugere soliti sunt, modo veterum Hebræorum mores ex hodiernis æstimare liceat: refert enim [c] *Buxtorfius*, Judæos hodie se ludis & jocis oblectare, & in hujusmodi remissionibus totos esse, cum Novilunii festum agitur. Judæorum etiam mulieres choreis indulgere & saltare solitas in [1] *Neomeniis*, probabile reddit [d] S. *Augustini* testimonium. SECT. V.

Cur autem Judæi in Novilunii solennitate, se conviviis, ludis, & choreis oblectare, & omnem lætitiæ occasionem aucupati solerent; expediam facile, si dicam, Judæos Neomeniarum ferias a gentibus antiquis accepisse; adeoque Neomenias suas, ad morem gentium, omnibus hisce lætitiæ signis celebrasse. Nam Gentiles in Neomeniis in lætitiam toti solvebantur, & eas epulis, ludis, choreis, spectaculis, & jocis, pene totas destinabant. Gentes in Noviluniis epulis & hilaritati liberius indulsisse colligo, quod apud [e] Prophetam multi a veteri Lunæ cultu se minime dimovendos esse profiterentur; *tunc enim*, inquiunt, *pane saturati eramus*, ונהיה טובים & [f] *hilares eramus*, i. e. vitam genialiter & jucunde ducebamus. Ita se morem in Noviluniis habuisse, [g] *Horatii* illa paulo clarius indicant:

Da Lunæ propere novæ,
Da noctis mediæ,
——pocula.

Nam ideo Lunæ novæ & noctis mediæ cyathum poscit, quod Mensium calendæ festæ semper essent, & in iis, poculis & epulis liberioribus, ad mediam usque noctem, seipsos plurimum invitarent. Inde Neomeniæ ἑορτώδεις ἡμέραι a [2] *Demosthene*, & convivia Neomeniis usitata *epulæ menstruales* a [3] *Plauto*, appellantur. Ludis & spectaculis etiam καθ' ἑκάστην ἱερομηνίαν sese oblectarunt, uti auctor est [h] *Synesius*. Hinc illa rustici hominis apud [i] *Theophrastum*, εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει; Gentiles etiam in Calendis, choreas ducendi morem, & *publicas mulierum saltationes*, arcte retinuisse, prodit *Canon. 62. Concilii Trul.* quo diserte prohibentur & expelluntur. Nil opus est ut rem hanc pluribus evincam testimoniis, cum per se credibile sit, primum Lunæ restauratæ conspectum cultoribus ejus lætitiam singularem attulisse, eosque lætitiam illam, comessationibus, ludis, choreis, & hujusmodi genii lætioris indiciis exprimere voluisse.

Hic forte non-nemo regeret, Judæos, non Gentium moribus, sed Dei legibus, inductos, Novilunia sua conviviis & hilaritati dedicasse. Sic enim in שלחן ערוך [k] legitur, מצות להרבות סעודות בראש חדש *Præceptum est multiplicare convivia in initio mensis.* Hoc autem præceptum Judæi iis in verbis contineri sentiunt, [l] *in diebus lætitiæ vestræ, in diebus festis, & initiis mensium*, &c. Sed hæc specie tantum nobiscum pugnant: cuivis enim ad ea verba diligentius attendenti pateat, Deum eo in loco Novilunii lætitiam non tam præcipere quam supponere, & de ea tanquam re moribus antea recepta verba facere. Neque causa nostra quicquam detrimenti capiet, modo præceptum in verbis iis contineri largiamur. Deus enim ideo tantum id præcepti dedit, ne Novilunia Judaica, vel festa ulla in Illius honorem agitata, gentium Neomeniis aliisve festis minus hilaria vel jucunda viderentur. Id scilicet ante alia curabant sacrorum ethnicorum præsides, ut festa sua animis in lætitiam & luxum solutis agerentur; juxta illud *Ovidii*, lib. 2. de *Ponto*, *Eleg.* 1. v. 8.

Dii quoque ut a cunctis hilari pietate colantur;
Tristitiam poni per sua festa jubent.

Sexto: hoc etiam dubium nonnullorum animos exercere possit, cur Lege curatum sit, ut Israelitæ cujusvis generis animalia munda, sed juniora tantum in Neome- Cur animalia teneriora in neomeniis oblata.

a Cap. 8. 6. b Lib. de ann. civil. Jud. c. 20. c Synag. Jud. cap. 22. d Tractat. 3. in S. Joham. e Jer. 44. 17. f Sic vertunt Pagninus & Tremel. g Carm. l. 3. c. 19. h In Calvit. pag. 77. B i In Charact. περὶ ἀγροικ. k Tract. de cap. Jepm. l Num. 10. 10.

1 Quanto melius (inquit. S. August.) femine eorum lanam facerent, quam illo die in Menianis saltarent: ita se habet Edit. Benedict. juxta MSS. Meniana sunt podia seu domorum solaria. Vid. Tom. 3. Part. 2. col. 311. B

2 Orat. contr. Timocratem.

3 Casterv. Act. 3. Scen. 1.

SECT. VI.

niis immolarent? Sic enim se lex habet in festis illis observanda:[a] *& in initiis mensium vestrorum offeretis holocaustum Domino,* פרים *juvencos duos, & arietem unum, & agnos anniculos duos, & hircum caprarum unum pro peccato,* &c. Huic autem dubio facile satisfiat, si Gentiles Novilunia primos observasse, & Hebræos ab iis festa illa petiisse, pro concesso habeatur. Huic enim hypothesi conveniens erit: ut has e gentibus vicinis, juvencos, illas agnos, nonnullas animalia illa pleraque, in Lunæ juvenescentis honorem immolasse sentiamus; & Deum ideo hæc omnia sibi ipsi offerri præcepisse, ne quis in posterum cultui tam sacrilego locus in Novilunii solennitate superesser. Ideo vero (ni fallat conjectura) Gentibus illis in more erat, illa tenerioris ætatis animalia Lunæ nascenti consecrare; quod hujusmodi juniora animalia aliquam cum Luna rejuvenescente cognationem habere, vel quod eorum prima cornua Lunæ corniculantis imaginem aliquatenus exprimere viderentur. Et ideo forte Deus in Noviluniis hujusmodi animalia Sibi dari voluit, quæ ætatem suam teneriorem nondum essent prætergressa; ut huic superstitioni occurreret, & omnem illius occasionem e medio tolleret.

Satis quæ jam dixi probant, hypothesin meam ritus & circumstantiæ cujusvis in Neomeniis usitatæ causas expeditas suggerere beneque cohærentes, eamque, tanquam clavim affabre factam, clausa & obscura omnia, quæ Novilunia spectant facile reserare. Ideoque nil causæ video, cur ei assensum timide & cunctanter præbeat quispiam. Nam & Philosophi, inter ἄπορα Naturæ laborantes, hypothesin illam cæteris anteponere solent, quæ φαινόμενα expeditius explicat, & rerum causas reddit cum semetipsis & effectis Naturæ maxime convenientes.

SECT. VI.

A rituum similitudine quos Judæi simul & Gentes in Noviluniis observabant.

SEXTO: ad sententiam meam firmandam non parum confert, quod Neomeniarum festa ritibus & modis consentientibus & pene conspirantibus apud Hebræos & ethnicos agerentur.

Nam (ut res disperse dictas in compendium redigam) utrique in Neomeniis victimas obtulerunt; utrique voluptatibus & epulis in Neomeniis indulserunt: utrique Neomenias ad φάσιν indixerunt: utrique novæ Lunæ conspectum plausibus & lætis tubarum vocibus acceperunt: in noviluniis [b] utrique festum egerunt, & genu flexerunt, ut totum mensem feliciter transigerent. Utrique neomenias officiis sacris obeundis dedicarunt: nam apud Hebræos in noviluniis emere & vendere nefas habebatur, *Amos.* 8. 5. prophetas legis interpretes audiebant, *2 Reg.* 4. 23. ad templum sacrorum causa se conferebant, *Ezec.* 46. 1. & 3. neomenias dies sacratissimos, & eadem [c] pene religione qua & ipsa Sabbata colendos, existimabant: nec ethnici minore cum religione neomenias suas observabant: eos enim tunc ritu solenni Deos coluisse, non male colligitur e [d] *Plutarchi* verbis; Ἕλληνες ἐν τῇ νουμηνίᾳ τοὺς Θεοὺς σεβόμενοι, τὴν δευτέραν ἥρωσι καὶ δαίμοσιν ἀποδεδώκασι· *Græci in neomenia Deos summos colentes, diem mensis secundum Heroibus & dæmonibus dedicant.* Eos in novilunio templa petere solitos, docent, [e] *Libanii* illa, *scis quam lætus esses, quando te noviluniis deducebamus ad templa:* eos etiam sanctitatem singularem neomeniis tribuisse, non obscure testatur *Plutarchus* libro de *vitando ære alieno*, ubi homines usuram exercentes eo præcipue nomine odiosos asserit, quod νουμηνίαν ἱερωτάτην ἡμερῶν, *neomeniam dierum sacratissimam* (ita vocat) ἀποφράδα ποιοῦσι καὶ στύγιον *atram faciant & abominandam;* eo nempe die, summo cum rigore usuram exigentes.

E tanto morum consensu & affinitate subinferre licet, Gentiles Hebræorum aut Hebræos Gentium discipulos & æmulos se præbuisse: nam longe abest a fide, Gentiles & Judæos in studia moresque tam affines casu conspirare potuisse. Gentiles autem Judæos imitari voluisse, nihil (me judice) probabilitaris habet; cum gentem Judaicam contemptui plurimum haberent, aut ab iis odio fatali dissiderent. Deinde: nusquam Gentiles, festa Tabernaculorum, Azymorum, Paschatis, aut Pentecostes, in mores eorum religiosos admisisse legimus: hoc autem fecissent proculdubio, modo Judæorum

a *Numer.* 28. 11, 15. b Ἑώρτο παρ' Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν ἑορτάζειν ἐν νουμηνίαις *Balsam.* Ub. supr. c *Jes.* 1. 13. *Amos.* 8. 5. *Jes.* 66. 23. d *Quæst. Roman.* p. 270. A e *Declamat.* 40. p. 849. B

ritus

ritus & sacra tanti habuissent, eosque suis in cultibus exprimere tam sedulo studuissent. Reliquuum est igitur, ut hunc rituum, in Neomeniarum celebratione, consensum & affinitatem huic tantum origini & rationi tribuamus: quod nempe Gentiles Neomeniarum ferias primi celebrarent, & Hebræi solennitates illas a Gentilibus acciperent, easque ritu passim recepto colere consentaneum existimarent. Permisit etiam Deus, ut Israelitæ neomenias, & ritus plerosque veteres iis ab antiquo conjunctos observarent; ea tamen lege & conditione, ut superstitionem in religionem permutarent, & omnia ad cultum Dei (non Lunæ) dirigerentur. SECT. VI.

S E C T. VII.

Firmatur assertio Judæorum & Christianorum testimoniis.

QUANQUAM sententiam meam argumentis jam adductis haud perfunctorie probasse videar; ne forte lector adhuc dubius hæreat, tria Judæorum, quatuor etiam Christianorum, subjungam testimonia, sententiæ meæ & argumentis allatis ponderis & lucis haud parum allatura. Probatur testimoniis,

A testibus Judaicis ordiri libet, quos proculdubio mera veritatis evidentia nostros fecit. Judæorum:

INTER eos, *Maimonides* inprimis partibus nostris impense favet, *Mor. Neb.* lib. 3. c. 46. ubi, hac quæstione proposita, *cur hircus in mensium initiis offerendus, dicatur* Chattah ladonai, *sacrificium pro peccato* DOMINO, *quod de hircis festorum principalium non dicitur, neque etiam de hircis festorum reliquorum?* hæc habet, sententiæ nostræ maxime consentanea: *ne quis cogitaret de hirco neomenia, quasi Luna esset sacrificium, sicut Ægyptii facere solebant, sacrificantes Luna in singulis neomeniis; idcirco diserte dicitur de ejusmodi sacrificio*, sacrificium pro peccato DOMINO, *non vero Luna. De hircis autem festorum principalium nequaquam hoc timendum fuit: quia dies illi non erant Luna consecrati, nec signo aliquo naturali distinguebantur, sed ex instituto legis observati: Neomenia vero non erant ex impositione legis, & consueverant Gentes in illis Luna sacrificium offerre, sicut sacrificabant Soli in ipsius ortu. Hac de causa ergo novo loquendi genere usa est lex de isto hirco, & dixit de eo* HOLOCAUSTUM DOMINO; *ad auferendum cogitationes istas ex cordibus hominum inveterata & exitiali ista lue laborantium.* Hæc aperte probant, *Maimonidem* existimasse, ethnicos novilunia priores observasse, Deum solennitates illas non diserte præcepisse, & Israelitas, occasione a gentium moribus arrepta, novilunia celebrasse, & hircum in iis obtulisse. Maimonidis:

MAIMONIDIS vestigiis insistit *R. Bechai*: nam ille, de hirco novilunii [a] loquens, *dicitur*, inquit על דרך השכל לחטאת לה׳ ולא ללבנה ובא שעיר זה לעקור אמונת עובדי הלבנה כי היה מנהג האומות בימים קדמונים להקריב קרבנות ללבנה בכל ראשי חדשים וגו׳ *per modum intelligentiæ* [i. e. mysticum] *hircus ille sacrificium expiatorium Domino, & non Luna. Offerebatur enim hic hircus ad extirpandam fidem colentium Lunam. Mos enim invaluit inter gentes diebus antiquis, ut offerrent sacrificia Luna in singulis noviluniis: idcirco necesse erat, ut Scriptura expresse diceret* DOMINO, i. e. *Domino, & non Luna: ne existimaret aliquis nos sacrificare Luna, & facere secundum opera Gentilium. Non enim reperimus, in hircis festorum reliquorum, quod mentio fiat in iis omnino* חטאת לה׳ sacrificii Domino. *sed* חטאת sacrificia *simpliciter. Quod autem in hoc hirco mentio fiat* Domini *cum offertur, hoc erat ut paulatim immimueretur cultus Luna, & ut amoveretur hac opinio de corde omnis dubitantis.* R. Bechai.

SENTENTIÆ nostræ momenti nonnihil afferunt etiam *Eliæ* illius *Karaitæ* verba, quæ apud [b] *Seldenum* legimus: "לא מצאנו בכתוב שיסגיל זאת המצוה בארץ ישראל וגו׳ *Nullibi reperimus in Scriptura preceptum hoc* [De sanctificandis neomeniis] *peculiare fuisse terra Israelitica: sed vero manavit a seculis vetustissimis, adeoque a tempore Noachi & Arahæ patris nostri (quibus pax) mos ille sanctificandi Lunam quocunque locorum.* Ubi *Karaita* ille se causæ nostræ fautorem præstat, cum morem illum, *ubique locorum* Neomenias observandi, ab Abrahami, forsan & Noachi, temporibus, emanasse dicit: at Neomenias ubique sanctificari posse dicens, a Scripturis, earum ritus ad Templum [c] restringentibus, abiisse videatur.

a *Comment.* in *Paras.* פנחס fol. 184. col. 4. b Lib. de *Ann. civil. Jud.* c. 10. c 2 *Paral.* 2. 4.

CAP. II. Christianorum.

Proximo: teftes aliquot Chriftianos ad affertionis meæ fidem firmandam advocabo.

Horum primus, *Thomas Aquinas* de Novilunii folennitate loquens, [a] fic mecum fuffragatur. *Ideo celebrabatur hoc feftum in novitate Lunæ, non autem in ejus plenitudine: ad evitandum idololatrarum cultum, qui in tali tempore Lunæ facrificabant.*

Mecum etiam facit [b] *Johannes a Chokier*, Auctor haud obfcurus, in hunc fenfum loquens; *quæritur, cur conceffum fuerit a Deo Judæis, ut nova Luna diem facrum colerent? Refpondetur, ita genti peccatrici indultam fuiffe aliquam cum Gentilibus affinitatem, qui Solem, Lunam, & Idola venerabantur, ad quæ mirum in modum proni erant Judæi.*

Locum tertium inter teftes meos occupet *Martinus Schookius* fic [c] mecum fuffragium ferens: *fecundum naturæ quafi inftinctum, omnes ferme Gentes, fub menfis initium folenniora facra agitare folent, ipfis* [d] *Menfium nominibus, quæ ut plurimum facra quædam refpiciunt, hoc indicantibus. Inde ipfe Deus menfis cujusque initium genti fuæ facrum effe voluit, eumque folennioribus facrificiis initiari.*

Testium meorum agmen claudat *Henricus Urfinus*, qui fic opinioni meæ teftimonium perhibet: [e] *Gentilibus mos & lex erat, ut quotidie Solis ortus adorarent: fic oriens quoque Luna adorata eft, quoties a conjunctione primum apparebat. Nec alia de caufa Neomenia in populo Dei inftituta, fanctumque fanctorum verfus occidentem erectum eft; nifi ut Ifraelitæ a fiderum iftorum inolito cultu idololatrico, ad Dei veri religionem abftraherentur.*

Audivimus Judæos & Chriftianos quos teftes appellavi, non obfcure confitentes, Neomenias ethnicas antiquitate Judaicas multum fuperare; & Neomeniarum Judaicarum originem ab ethnicis effe deducendam. Quamvis & afferant quidem, Deum non ea de caufa Neomeniarum celebritatem permififfe, tantum ut populo confuetudinis prifcæ ftudiofo quafi morem gereret: fed ut Ifraelitæ menfium initia, olim in Lunæ honorem culta, Deo confecrarent, adeóque per cultus antiqui fpeciem ad Dei veri cultum fenfim fuaviterque perducerentur. Neque ego is fum, qui fententiæ tam probabili piæque refragari velim.

CAP. II.

De Neomeniis annuis agitur, & oftenditur, eas etiam a Gentibus originem habuiffe.

De Neomeniis Hebræorum menftruis dixi hactenus, & earum originem mere ethnicam fuiffe, iis argumentis, indiciis, & teftimoniis probatum dedi, quæ cuivis, rem totam non ex præjudicio fed ratione æftimanti, fatisfaciant.

Quatuor argumentis:

Ordinis ratio jam exigit, ut ad Neomenias quas dixi Speciales, in anni cujusvis ineuntis exordio celebratas, fermonem convertam; & eas etiam a gentium antiquarum moribus originem duxiffe probem. Nonnullis forte negotium fupervacaneum mihi dediffe videar: cum enim Gentium ufum Neomeniis menftruis principium dediffe conftet, Lector confultus, nullis licet argumentis aliis inductus, Neomenias etiam annuas ex eodem fonte fluxiffe facile crediturus eft. Ne tamen ulli provinciæ meæ parti defuiffe videar, pauca fubnectam argumenta quæ fidem faciant, Gentium antiquarum mores in caufa fuiffe, quod primus anni dies, apud Hebræos feftus & facer haberetur.

Horum primum fic exprimo: Hebræi Gentium ritu in anni revertentis initiis, in luxum & lætitiam toti folvebantur, eaque, tubarum cantibus, epulis, choreis, & ludicris aliis quæ publica fert lætitia, celebrare folebant. Tam frequens & folennis erat tubarum cantus, quod anni novi Neomenia *fefti tubarum* nomine difcerneretur. Neque tamen quilibet tubarum clangor aut cantus, Legis præfcripto, & illius Neomeniæ celebritati fatisfecit: Lex enim tubarum genus quidem in ambiguo reliquit, fed earum clangorem lætum, feftivum, & triumphalem, diferte poftulavit. Nam primo die menfis Tisri, qui anni caput erat, Ifraelitæ זכרון תרועה [f] *memoriale jubilationis*, triumphi, feftæ vociferationis, habere tenebantur. Sic vocem reddo, auctoritate [g] Pfalmiftæ fre-

a 1. 2. *Quæft.* 102. *Art.* 14. b *Fac. tempor. Cent.* 2. c. 46. c *Difquifit.* circ. *Decalog.* §. 43.
d *V. Gol.* not. in *Alfragan. pag.* 17, 18, 20. e *Quæft. Biblic.* Lib. 3. c. 8. f *Levit.* 23. 24.
g *Pfal.* 27. 6.

tus,

tus, qui sacrificia, cum vociferatione seu jubilatione & gaudio allata, זבחי תרועה, *sacrificia vociferationis* appellavit; & [a] Targumistæ, qui vocem hanc per יבבא reddidit, vocabulum, *triumphum*, *jubilationem*, *& strepitum festivum*, indicans. Neque tubarum, cantu solummodo & festivo jubilo, sed & mensa lautiore, novi anni principium excipiebant. Hae de re nullus ambigere potest, cum mensis primi Neomenia inter dies festos quibus cibo liberiori semper indulgebant, in [b] *Levitico* recenseatur; cum etiam Judæi [c] hodierni, more proculdubio a Majoribus arcessito, in anni principio genialiter epulentur, & in summam lætitiam effundantur. Israelitæ vero incipientis anni Neomeniam tam festive & hilariter agere tenebantur, vel ut instituta divina populi modulo & indoli convenirent, qui mores illos in animis ferebant quibus a prima pueritia assueti fuerunt; vel ut Deus iisdem lætis festisque solennitatibus eos ad cultum suum alliceret, quibus olim Diabolus ad idola colenda sollicitavit. Veteres enim idololatras primos anni dies, tubis, fistulis, jocis, epulis, tripudiis, & munusculis ultro citroque missis, lætos & festivos reddidisse, Veterum testimoniis passim obviis extra dubium ponitur. Ex iis nonnulla videat Lector, si libitum sit, in [d] *Casauboni* & [e] *Montacutii* scriptis, a me itaque consulto prætermissa. Nec adhuc consuetudo illa perantiqua prorsus exolevit: referunt enim [f] *Maffæus*, [g] *Trigautius*, aliique, Sinas hodie, anni recurrentis initium (quod a Martii novilunio ducunt) tripudiis, canticis, lucernarum accensionibus, & variis ludorum epularumque formis, solenne facere.

Mos etiam apud [h] Persas obtinet, ut diem anni ineuntis auspicio celebrando dicatum (qui נורוז *Neuruz*, νεημερία, *novus dies*, dicitur) epulis & omni pompa festiva prosequantur. Neque multum hinc abeunt quæ [i] *Paulus Venetus* de Tartarorum gente tradit, his verbis; *in die Kalendarum Februarii, qui initium est anni Tartarici, magnus Cham & omnes Tartari ubicunque sunt, maximum & solenne celebrant festum:--- & ut toto anno fortuna illis sit propitia, in anni initio albis induuntur; nam credunt vestem albam bonum habere fatum.* Cum itaque tam simile sit vero, Gentes exteras primum anni novi diem & Novilunium tam celebriter & festive coluisse; Lege curatum est, ut anni novi principium tubis & epulis exciperetur, & Neomeniarum feriæ, in Dei honorem institutæ, Gentium Neomeniis inferiores minime viderentur. Nisi hæc ratio scopum feriat, me nescire fateor, cur tam læto tubarum clangore, tam festivo strepitu, & adeo ingenti gaudii publici apparatu, in anni novi limine, personarent omnia. Probe novi, *Philonem*, *Rabbinos*, alios, vulgo dicere, quod Hebræi tubis ad Novilunia, incerta alias & ignota, vulgo [k] *significanda* uterentur. At ratio illa vix veri speciem præ se fert, cum tota Judæorum natio tubas Hierosolymis canentes audiendo non esset, & Lex lætum potius quam sonorum tubarum cantum postularet. Præterea, Novilunia multo citius & certius scripto vel methodo, quam tubarum clangore, in vulgus publicari poterant.

Secundo: Tubæ quibus in annui Novilunii solennitate clangebatur, arietinæ, id est, ex arietum cornibus confectæ videntur. Judæorum enim Magistri eo ardore feruntur in hanc sententiam, quod nisi tubæ in primo anni Novilunio usurpatæ ex arietis cornu conflatæ sint, eas plane [l] profanas & illicitas esse decernant. Hic autem *Cl. Bochartus* se nobis adversum sistit: nam, [m] inquit ille, *de tuba vel buccina ex cornu arietino, apud veteres Græcos & Romanos nulla mentio. Neque vero id commodum esset, cum sit omnino solidum, neque cavum quidquam habeat in quo flatus recipiatur.* Et post pauca: *Arietis cornua pro tubis usurpata, neque in sacro textu legi, neque apud ullum interpretem.* Miror autem viro tam excellenti doctrina claro, istiusmodi verba excidere potuisse: [n] *Josephus* enim, Gideonis & militum suorum historiam recolens, ἐκόμιζον, inquit, πάντες-- ἐν τῇ δεξιᾷ κριοῦ κέρας ἐχρῶντο δὲ τούτῳ ἀντὶ σάλπιγγος *Ferebant omnes -- in dextra manu cornu arietis, quo vice tubæ utebantur.* Et sacerdotes, cum urbem [o] Jericho circundarent, tubis שופרות יובלים dictis, utebantur; quas versio nostra Anglicana *trumpets of rams horns*, i. e. buccinas arietinas, interpretatur; suffragante *Chaldæo*, qui verba per שופריא דקרן דכריא *tubas e cornu arietino* factas explicat. Quamvis enim דכריא possit significare vel *masculos* vel *arietes*, *certum est longe melius hic arietes verti; quid enim hic intelligas per cornu masculorum?* In opinionis hujusce præjudicium non multum cedit, quod *Bochartus* objicit, quod scilicet *arietum cornua in imo quidem cava, in mucrone vero*

a *Levit.* 25. 9. & *Ps.* 47. 5. b Cap. 23. 24. c *Buxtorf. Synag. Jud.* c. 24. d *Not. in Capitolin.* p. 541. e *Orig. Eccles.* T. I. P. 1. sect. 134. 135. f *Hist. Indic.* l. 6. p. 159. g *De reg. Chin.* c. 7. h *Seld. Ux. Heb.* l. 2. cap. 22. i *De regionib. Orient.* l. 2. c. 15. k Ἱερομηνίαν, τὴν σάλπιγγα ὑποσημαίνειν In *Decalog.* l *V. Ainsworth. not.* in *Lev.* 23. 24. m *De animal. sac.* l. 2. c. 43. col. 426. 20. n *Antiq.* lib. 5. cap. 6. p. 205. 30. o *Josh.* 6. 4.

CAP. II. *folida fint*; nam ubi definit Natura, Ars incipere poteft, & ita partes extremas perforare, ut cornua illa flatui recipiendo apta reddantur & idonea. Nihil itaque caufæ video, cur in re iftiufmodi a fententia apud Hebræos tam religiofe recepta difcederemus.

Nugis hifce (fic enim a nonnullis habebuntur) paulifper immorari, operæ pretium exiftimavi, quod viam ad folidiora muniant, & ad illuftrandos Neomeniarum ritus & origines non parum conferant. Mihi enim nulla ratio occurrit, cur Hebræi tubis tantum arietinis in neomeniis uterentur; nifi quod majores eorum remotiffimi tubis arietinis ufi fuiffent, iifque fanctitatem quandam conciliaffent. Nam (ut rem totam a principio repetam) verifimile eft, gentes Mofe vetuftiores tubis arietinis ad primum Lunæ confpectum ceciniffe; vel quod artium mechanicarum rudis Antiquitas concinniores aliquas ignoraret, vel quod hujufmodi tubæ corniculantis Lunæ figuram aliquatenus exprimerent, adeoque maxime idoneæ quibus *Syderum regina bicorni* (uti Lunam appellat Poeta) honorem tribuerent, ab antiquis haberentur. Ethnicos enim buccinas in cultus fui ritibus frequenter ufurpaffe, teftatur [a] *Plutarchus*: eos etiam buccinas, haud quafvis, fed Deorum quos colebant indoli convenientes, habuiffe, fidem inducant ea [b] *Servii* verba; *cum Dii inferi inducantur, quare fignum buccina datur? Solvitur, quod buccina ex —— capra fiat, & quod fit proprie Ditis patris hoftia.* Ubi legendum, inquit *Bochartus*, *ex cornu capra*, cum nihil occurrat, quod lacunam illam tam commode fupplere poteft. Cum itaque Gentium antiquiorum ruditati & religioni confentaneum fit, ut eas arietum cornua in Noviluniis ufurpaffe cenfeamus; Ratio fuadet opinari, primos Hebræorum patres Neomeniarum ferias a gentibus antiquioribus accepiffe, adeoque, Gentium earum ritu, cornuum arietinorum cantu Novilunia celebraffe. Me huic rationi mentem en libentius addixiffe fateor, quod frigeant & langueant plane Rabbinorum rationes, qui ideo arietum cornua in Tubarum fefto & menfium initiis inflata fentiunt, ut Ifaaci per arietem intervenientem liberati, vel muri Jerichuntis ad eorum clangorem ruentis, memoriam renovarent.

Tertio: nulla ratio paulo folidior affignari poteft, cur Deus primam anni Neomeniam tot facrificiis, epulis, canticis, aliifque lætitiæ fummæ fignis, celebrem effe voluerit, nifi ut profanis ethnicorum moribus, fub anni redeuntis initium ufitatis, anfam præfcinderet, eofque in religionem & folennitatem facratiffimam permutaret. Rationes equidem apertæ funt & cuivis obviæ, cur Gentes primum anni diem religiofius & hilarius agerent: nam,

(1°.) Inter Gentiles, ufu perantiquo receptum erat αἰσιᾶσθαι τὰς [c] ἡμέρας, dies aliquos aufpicatos reddere, eofque religione quadam fpeciali obfervare. Illi itaque, primo anni diei duplicem fanctitatis portionem tribuiffe, & in eum dierum fuorum folennium ritus & obfervationes omnes cumulaffe, facile cenfeantur. Qui tot in anno dies, tanquam aufpicatos aut inaufpicatos, obfervarunt; credibile eft eos, folo fuperftitionis fuæ genio & ufu ductos, primum anni diem & Neomeniam, multa cum folennitate colere voluiffe. Nihil vero fimile habet, eos a Judæis eorumque legibus hanc religionem accepiffe.

(2°.) Primus anni dies hilariter actus fauftum omen anni totius feliciter & feftive tranfigendi apud ethnicos habebatur. Hoc docet *Balfamon* (alios jam taceo) fic canonem *Brumalia* & *Calendas* prohibentem [d] explicans; *mos erat apud Romanos -- primis Januarii menfis diebus feftum celebrare: eo quod Luna tunc temporis renovaretur*, καὶ [διὰ τὸ] νομίζειν μετὰ εὐθυμίας τὸν ὅλον διελθεῖν αὐτοὺς ἐνιαυτὸν, ἐὰν ἐν τῇ καταρχῇ τοῦτο πανηγυρίσωσι, *&* quod *exiftimarent fe late ac jucunde totum annum tranfacturos, fi in ejus principio feftum agerent.*

(3°) Gentes antiquiores credidiffe videntur, Deos facra precefque, prima anni Neomenia factas, animis æquioribus accepturos. Conjecturæ huic fundamentum præbent [e] *Luciani* illa, ἦν μὲν ἡ τοῦ ἔτους ἀρχὴ, μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη, ἐν ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον, εὔχονταί τε αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ ἔτους εὐχάς τινας, καὶ θύουσι, —— καὶ πεπιστεύκασι τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν τοῖς εὐχομένοις· i. e. *Erat quidem anni principium, imo vero tertia dies a Novilunio magno, quando Romani juxta veterum confuetudinem, & preces quafdam pro toto anno faciunt, & facrificia peragunt, —— & perfuafi funt, quod eo potiffimum die votis ac precibus Dii vacent, atque animum advertant.*

(4°.) Verisimile eft, Gentes antiquiores primum anni diem menfemque Deo

a In *Ifid.* p. 364. F b In *Æneid.* 7. v. 519. c *Galat.* 4. 10. d *Concil.* 6. in *Trul. Can.* 62.
e In *Pfeudologift.* p. 890. B

alicui

alicui celebriori dedicasse, &, in ejus honorem & memoriam, diem illum sacrum coluisse. Certe apud Romanos Calendæ Januariæ, eo quod Jano sacræ, diebus aliis longe præferebantur. Quia *Kalendis Januariis novus est annus, -- ut Jani illius recolant memoriam* Romani *Bifrontis*, illa *superstitione utuntur, quæ longe debet esse a servis Dei;* uti loquitur [a] *S. Ambrosius*, [1] de iis agens, qui, Gentium ritu, dies, menses, & annos, observabant. CAP III.

Cum itaque istiusmodi mores & dogmata inter Græcos & Romanos obtinuerint, nil vetat credere, ea inter temporum multo antiquiorum idololatras invaluisse, eosque, rationibus hisce superstitioni suæ consentaneis inductos, primum anni Novilunium [illegible] observasse. In Deum autem & Hebræorum gentem peccaret maxime, qui vel Deum Neomeniæ primæ celebritatem præcepisse, vel Hebræos eam tam solennem habuisse, ob ullas ejam dictis rationibus, affirmaret. Ego itaque ne conjectura quidem percipere valeo, cur Deus hujusmodi præceptum dederit, nisi ut primum ineuntis anni diem, olim sacris idololatricis & Lunæ cultui dicatum, ritibusque profanis & sacrilegis nefastum, quasi expiaret, & antiqua diei illius sacra & solennia (qua licuit) in cultum suum transportaret. Ut sensum meum paulo clarius explicem, hic opportune se offert [b] *Baronii* observatio; *qui in hunc mundum -- venit, ut dissolvat opera Diaboli, ipsas Kal. Januarias præ cæteris anni diebus Gentilium* superstitione fœdatas, *fuso* in Circumcisione *sanguine consecravit*. Sic & Moses primos anni dies, olim [c] Jano vel Dæmoni alicui cognato deditos, & Gentium ritibus impiis & impuris contaminatos, Jehovæ consecravit, & annum solennibus quidem sacris, sed in Dei honorem de cætero peragendis, auspicari jussit.

Quarto: si quid fidei præstandum sit *Muhammedi Ben Isaac*, Scriptori Arabico qui Zabiorum veterum ritus studiosius indagavit; solebant illi in exordio anni ferias agere, precibus etiam solennibus & sacrificiis Deos suos, *Beltham* cumprimis [i. e. Venerem aut Lunam] colere. Auctoris verba, de Arabicis [d] expressa, sic se habent; *initium anni faciunt a mense Nisan, cujus primum, secundum, & tertium diem feriantur, supplicantes Deæ suæ* Belthæ. *Suæ etiam adeunt delubra, sacrificia sacrificantes & animalia viva comburentes.* Cum itaque veteres idololatræ annum feriis, precibus, & sacrificiis, auspicari solerent, forsan ut anno sequente Deam suam sibi & inceptis suis propitiam & benignam redderent; pronum est opinari, Deum ritibus iisdem in anni principio coli voluisse, ut Israelitas ejus a Gentium institutis avocaret; & ut illi ritibus hisce testatum facerent, se Deum boni omnis fontem agnoscere, illius solummodo favorem ambire, & *Beltha* vel Lunæ cultum penitus abdicare. Nam eadem videtur *Beltha, quam* [2] *Philo Byblius* [illegible], h. e. בעלת שמים *Dominam cœli*, vocat.

CAP. III.

Refelluntur adversæ partis advocati.

Ne senteotiam tot argumentis & testimoniis ratam Objectionum nonnullarum causa rejiciat quispiam, vel (quod proxime abest) fide vacillante amplexetur; necesse habeo, adversantium Objectiones ad stateram vocare, & earum momenta diligenter explorare.

Earum autem prima sic se habet: probabile videtur, Deum neomeniarum ferias indixisse, ut inde populus in memoriam lucis ab ipso creatæ sæpissime rediret, & in iis Evangelii mysteria quædam adumbraret. Huic opinioni assensum securum præbent Typorum interpretes plerique omnes, quorum loco sic unum [e] *Zepperum* loquentem audiamus: *fuerunt instituta* Neomeniæ *in memoriam lucis creatæ a Deo vero cœli, solis, lunæ, & stellarum auctore, motus item & revolutionis corporum cœlestium, operationisque & influentiarum illorum in hæc elementaria corpora, & vicissitudinis temporum gubernatore: utque huic conditori & gubernatori pro lucis creatæ beneficio gratias in Neomeniis agerent, & ipsi se subjicerent. Fuit* etiam *Neomeniarum solemnitas typus reparationis vel renovat. animarum in-*

a In *Epist. ad Gal.* 4. 10. b *Annal. ad An. Christ.* 1. T. 1. Col. 65. C c —— *Jano etiam celebri de mense litatur — Auspiciis, epulisque sacris,* —— Prudent. d *Interpret. Hottinger. Hist. Orient.* p. 177. e *Leg. Mosaic. explan.* l. 4. c. 9. p. 333.

1 Commentarios in Epistolas *S. Pauli*, non *Ambrosii* esse sed *Hilarii Diaconi*, satis colligi videtur ex stylo, qui ab *Ambrosiano* plurimum abhorret, & dogmatis, quæ a vero *Ambrosio*, diversa sunt. Vid. plura apud *Admonit. Monach. Benedict.* in *Commentarios*.

2 Vid. *Euseb. Præp. Evang.* L. 1. p. 38. D

CAP. III. *ternæ per irradiationem atque illuminationem S. S. cœlestem, qua ex tenebris in lucem extrahuntur electi.* Eandem & alii cantilenam cantant, &, quo gratior accedat credulorum auribus, ipsum Apostolum in chorum ducunt, illius [a] verba huic opinioni plane consona existimantes: *ne quis vos damnet ob cibum, vel potum, aut respectu festi, vel novilunii, vel sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, at corpus est Christi.*

RESPONDEO: Deum sub rituum nonnullorum involucro rerum sacrarum notiones occultasse, non facile diffitendum arbitror. Deum autem ritus legis omnes, aut eo præcipue consilio statuisse, ut hebeti popello rerum cœlestium umbras & typos exhiberet, nullo adhuc argumento satis solido probatum vidi. Et sane mihi sæpe mirari contigit, tot auctores, causa tam levi motos, institutis plerisque Mosaicis sensus mysticos tam fidenter (ne dicam audacter) affigere potuisse. Neomenias quod attinet, eas, *in lucis externa memoriam*, aut internæ signum, a Deo sancitas fuisse, fidem apud me nullam obtinere potest. Si enim ea sola ratione Neomenias observari voluisset, plenilunia potius, aut Solis primo vere redeuntis tempora, religiosa aliqua solennitate celebria reddidisset. Neque causa nostra vacillaret, si Neomenias hujus aut alterius rei cœlestis σκιαγραφίαν teneris Hebræorum oculis exhibuisse concederemus: nam certum est, Sabbata, & festa alia, de quibus Apostolus loco citato loquitur, rerum cœlestium umbras aut imagines fuisse; institutionem tamen & originem suam mori seculi, vel gentis Israeliticæ modulo & ingenio, debuisse. Sed alio in loco hæc Apostoli verba fuse declarantur, quo lectorem amandari velim.

Obj. 2. SECUNDO: dicet forte non-nemo, minime probabile videri, Gentilium neomenias Judaicis originem aut occasionem præbuisse, quod eorum neomeniæ nomine solo cum Judaicis convenirent. Constat enim e Gentilibus paucos admodum, Judæorum ritu, a novæ Lunæ initio menses suos auspicatos fuisse, nec adeo multos primum novæ Lunæ diem cæteris celebriorem aut sanctiorem habuisse. Ægyptios quod attinet, eos in mensium aut temporum calculo, nullam novilunii rationem habuisse, uno pene ore affirmant veteres; eos etiam in pleniluniis sacra pleraque solenniora peregisse, nos credere jubet auctor ille vetus libri *de cultu Ægyptiorum*, cujus testimonium statim producemus.

AT imbecilliora sunt ista, quam ut iis a sententia nostra dimoveamur: nam,

(1°.) GENTES antiquiores, a primo Lunæ post coitum conspectæ tempore, menses suos auspicari solitas, non est quod dubitemus. De Græcis antiquis loquens [b] *Geminus*, fidei probatæ scriptor, testatur eos ἀπὸ τῶν τῆς σελήνης φωτισμῶν, *ab apparentiis Lunaribus* mensium suorum dies numerasse. Idem etiam ex *Herodoto*, *Plutarcho*, *Solino*, *Censorino*, aliis, tam luculenter ostendit [c] *Petavius;* quod imprudentis esset, in hac dicendi segete, post operarium tam peritum sedulumque laborare. Apud Romanos etiam, nondum literatura politos, *menses Luna ducebat*, [d] *primaque primus mensis dies habebatur;* quamvis postea menses, ex anni Juliani correctione, ad cursum Solis exigerentur. Hoc e modo citatis *Macrobii* verbis eliciamus: *Romulus, cum ingenio acri quidem sed agresti,--initium cujusque mensis ex illo sumebat die, quo Lunam novam contigisset videri.* Neque verisimile est, Ægyptios a more illo populari & antiquo recessisse, nisi post sera nepotum tempora, cum rei Astronomicæ peritiam, ultra majorum suorum ruditatem, attigissent. Sane apud Hebræos antiquiores, initium mensis & Lunæ ab eodem momento ducebatur. Mori huic testimonium haud obscurum est, nomen mensi a nova Luna inditum: nam mensis חודש dicitur, qua voce *novitas* aut *renovatio* denotatur, ideoque ad [e] novilunium significandum adhibetur: & quod *Genes. 8. 5.* dicitur באחד לחדש *in die primo mensis*, id Syrus per בחד בירחא *in primo Lunæ* exprimit. Cum itaque Hebræi veteres a Lunæ novæ apparitione mensis exordium duxerint, idem & gentes a literatura magis alienas fecisse non facile dubitandum est.

(2°.) NON minus extra dubium est, superstitiosa mundi secula primum Lunæ restauratæ aspectum festiva & religiosa solennitate excepisse. Veteres Arabas, Græcos, Romanos, alios, id moris habuisse, satis e superius adductis elucescit. Hisce Sinas adjicimus, quibus *omnes neomenias festivas esse, in eisque exercitum recenseri & lustrari*, e fide Monachorum Augustinianorum inter eos commorantium refert [f] *Scaliger*. His omnibus fidem eo tutius adhibeamus, quod Turcæ hodierni (more proculdubio ab Arabibus arcessito) ad primam Lunæ φάσιν, *Allah ecbar*, *Deus magnus*, *vociferentur*. Ut ab-

a *Coloss. 2. 16, 17.* b De *Element. Astron.* c. 6. p. 32. C c De *Doctr. temp.* P. 1. lib. 1. cap. 4, 5, 6. & *Differt. ad Auctar. oper. de doctrin. temp.* l. 4. c. 7. d *Adr. Turneb. Advers.* l. 24. c. 45. e *Numer. 29. 6. Amos. 8. 5.* f Lib. de *Emend. temp.* p. 118.

solvam

ſolvam brevi: fidei maxime conſentaneum eſt, antiquos Lunæ cultores primam luminaris illius apparitiooem hilari & religioſa ſolennitate recipere, & Neomeniarum tempora [utpote præ cæteris inſignia & notatu facilia] ſeparare voluiſſe, ut in iis ad cultus ſui munia obeunda convenirent. CAP. III.

Tertio: ad ſententiæ noſtræ fidem minuendam dici poteſt, ethnicos non minus Hebræorum Neomenias, quam Sabbatum & Circumciſionem, odio & ludibrio habuiſſe. Refert enim *Joſippus*, Antiochum, devictis Judæis, שבת וחודש וברית מילה *Sabbatum, Neomeniam, & Fædus circumciſionis*, pari interdicto ſuſtuliſſe. Rationi vero diſſonum eſt, ethnicos Hebræorum Neomenias eodem loco quo ipſum Sabbatum & Circumciſionem habere voluiſſe, ſi originis ethnicæ fuiſſent, & eodem pene ritu & tempore, quo Neomeniæ Gentilium celebratæ. Obj. 3.

Huic Objectioni non difficulter occurritur: quamvis enim Judæorum Neomeniæ, *materialiter* ſpectatæ, cum Gentilium feriis in menſis exordio cultis convenirent; *formaliter* tamen plurimum diſcreparunt. Nam Judæi in Neomeniis ſuis holocauſta Jehovæ obtulerunt, Templum Jehovæ adierunt, Jehovam cantico & jubilatione celebrarunt, Hœdum (olim Lunæ ſacrum) Deo immolarunt, & forſan in Neomeniis [a] *σάλπιγγας* tantum ἱεράς, i. e. Jehovæ ſacratas, uſurparunt; &, ut ſummatim loquar, in Neomeniis ita ſe parabant, ut cuivis conſtaret, ſe Lunam negligere potius quam venerari. Id itaque gentes urebat maxime, quod Judæi Deam ſuam in ipſis Neomeniis contemptui habuerint, & ita ſe geſſerint, ut non minus Neomenia quam Sabbato & Circumciſione, ab ipſis diſtincti manerent & ſeparati.

Quarto: hoc etiam nobis opponi poteſt, quod e Veterum ſcriptis conſtet Gentium Neomenias, anni præſertim initio celebratas, adeo impuras fuiſſe & nefandis ritibus contaminatas, quod parum abſit ab impietate, credere, Deum Gentium Neomenias tolerare, & in dierum ſibi ſacrorum ordinem admittere voluiſſe. Certe Gentilium ludicra, impia, & profana, per Calendarum (i. e. Neomeniarum) ſolennitates agitata, Patribus antiquis tam inviſa fuere, quod ſæpe & vehementer in Calendas, Januarii præſertim, invehantur; & Patribus *Concilii* in *Trullo* longe conſultius viſum ſit, eas abrogare prorſus, quam nefandas impietates iis intime conjunctas tolerare. Ideoque ſatius eſt opinari, Gentium Neomenias a Judaicis antiquitus emanaſſe, & temporis lapſu a puritate primæva degeneraſſe. Obj. 4.

Huic argumento triplici reſponſo, ni fallor, abunde ſatisfiat.

(1°.) Deus Gentium Neomenias in idolorum honorem obſervatas, & ritibus ethnicis impuras, invenit quidem, eas autem repurgavit, & ad uſum religioſum accommodavit. Nam feſtorum eorum *πανηγύρεις*, pleraque convivia, ſacrificia, conventus, jubilationes, feſtivos ſtrepitus, alia, permiſit Deus; ea tamen conditione, ut Iſraelitæ intra modeſtiæ, virtutis, & pietatis, limites ſe continerent, nec ritibus illis tanquam idololatriæ & libidinis indiciis aut irritamentis, ad morem Gentilium, uterentur.

(2°.) Israelitæ Neomeniarum feriis, ſupra cætera ſuperſtitionis ethnicæ ſolennia, fervide & pertinaciter adhæſiſſe videantur. Ad conjecturam illam firmandam non parum valent Dei per [b] Prophetam verba: *annon vides quid iſti faciunt in civitatibus Juda, etiam in plateis Hieroſolymæ? filii colligunt ligna, eorumque patres accendunt ignem, & fæminæ ſubigunt maſſam, ad faciendum* כונים *placentas Reginæ cæli.* E variis hujus loci circumſtantiis inferre licet, idololatras illos Iſraeliticos ritus aliquos in Lunæ recentis honorem, ritu Gentili peregiſſe. Nam idololatræ illi כונים obtulerunt, i. e. placentas arte & cura non vulgari [c] paratas; quas itaque *S. Chryſoſtomus* πέμματα, *Olympiodorus* πέμματα *cupedias* fuiſſe ſentit. Ethnici etiam in Neomeniarum ſacris *cupedias*, placentas aut panes e melle triticique purioris ſimila confectas, (ſi [d] *Herodoto* & [e] *Luciano* credamus) obtulerunt. Cum etiam in civitatis plateis focos accenderent Iſraelitæ, hoc etiam e moris ethnici in Noviluniis uſitati ſtudio feciſſe videntur: Ethnicos enim cum Neomenias agerent, in plateis ante domos ſuas, πυρκαϊάς, feſtos aut luſtrales ignes, accendere ſolitos, e [f] *Canone* ſupra laudato cognoſcatur: Iſraelitas autem ligna eo

a V. *LXX. in Joſh.* 6. 8. b *Jerem.* 7. 17, 18. c Voce forſan a כון derivata, quæ *parare & perfecte curare* denotat. d Τὰ δ' ἐπιμήνια, μελιτόεσσά ἐστι l. 8. c. 41. e Ἄρτοι μέλιτι ὅσαι σηφῶσι, ὁ φαῦλοι καὶ ἄλλοι, τιμῶντες, ὑπερήμεροι τῆς ἑορτῆς *Lexiphan.* pag. 527. B f *Can.* 65. *Concil. in Trul.*

CAP. III. fine collegiſſe, mihi facile perſuadeo, quod ligna paucula ad placentas tantum coquendas colligere, laboris haud multi foret, nec operoſum illud filiorum ſimul & patrum miniſterium poſtulavit. Inde vero Judæos moris hujuſce ſtudio pertinaci ductos fuiſſe diſcimus, quod palam profeſſi ſint, ſe ritu jam dicto [a] *Cæli Reginam*, Lunam nempe, vel invito Propheta, colere ſtatuiſſe. Pateat etiam ingentem illum ardorem quo homines in hæc feſta menſtrua ferebantur, temporis decurſu minime refrixiſſe, quod cum plurimis pædagogiæ Moſaicæ rudimentis valedixiſſent, patulas aures præberent [b] Pſeudo-Apoſtolis illis qui τὰς ἑορτὰς καὶ νεομηνίας, ex more Majorum obſervandas prædicarent, eaſque ad *Concilii* uſque *Trullani* tempora retinerent. Neque hoc mirum cenſeri poſſit, cum ſolennitatis hujuſce menſtruæ veſtigia in Arabum & Turcarum ritibus (quod antea monui) vel in diem præſentem deprehendi poſſint. Cum itaque Neomenias obſervandi conſuetudo in Hebræorum & gentium aliarum animis tam altas radices egiſſet, non eſt difficile creditu, Deum eas emendare potius quam e veſtigio prohibere voluiſſe; cum præſertim Hebræi gens eſſent immoderati & effrænis ingenii, a moribus inolitis haud facile depellendi.

(3°.) Veri tantum ſpeciem habet, antiquiores Eccleſiæ patres Neomeniarum feſtivitates inhibuiſſe. Nam patres illi (ut tempori ſervirent, & Chriſtianos recens a Gentiliſmo converſos demulcerent) Gentilium Neomenias, ad uſum tamen ſacratiorem translatas, diu retinuerunt. Primævis enim Chriſtianis, in cujuſque menſis initio, ſacra ſolenniora fuiſſe, nos docet *Balſamon*, ad concilii jam memorati Canonem, ubi hæc occurrunt, ἡ μὲν τῆς νεομηνίας ἑορτὴ προμεμηκυσμένων χρόνων ἐξέλιπε, καὶ ἀντὶ ταύτης, Θεοῦ χάριτι, λιτανεῖαι εὐχαὶ πρὸς Θεὸν, καὶ ἁγιασμοὶ ἐν ἐκκλησίαις παρὰ τοῦ πιστοῦ λαοῦ γίνονται καθ' ἑκάστην ἀρχιμηνίαν· i. e. *Novilunii quidem feſtum ante annos omnem memoriam ſuperantes ceſſavit, & ejus loco, per Dei gratiam, ad Deum placandum preces & ſanctificationes in Eccleſia a fideli populo fiunt, in uniuscujusque menſis principio.* Tum quoque Chriſtianos eleemoſynas largiores erogare ſolitos, e [c] *Tertulliani* verbis intelligitur. *Modicam ſtipem unusquisque menſtrua die, vel cum velit, & ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit: nam nemo compellitur*, &c. Atque hac in re (quod in tranſitu moneo) Gentilium morem in charitatis exemplum & argumentum traxiſſe putentur. Eos enim in Noviluniis ſtipem egenis porrexiſſe, nos ignorare non ſinit *Herodotus* ([d] ſupra citatus) in *Homeri* vita. Sic ſe geſſerunt Eccleſiæ Patres, in rei Chriſtianæ initiis, ut ethnicis nuper converſis nonnihil velificarentur: quanquam poſtea ſolennitates hasce menſtruas e medio tulerunt, multorum annorum experientia docti, impuros Ethniciſmi ritus & mores a feſtis illis arte nulla ſeparari potuiſſe.

Obj. 5. Quinto: contra ſententiam meam nonnulli forſan & hoc argumento pugnaturi ſunt: Novilunia cum Sabbatis & feſtis ſolennioribus tam frequenter conjuncta reperiamus, eaque Judæi tam [e] religioſa ſolennitate coluerunt; ut multo ſimilius ſit vero, Neomenias ad Patriarchas potius quam ethnicos tanquam feſtivitatum earum auctores, eſſe referendas. Procul a fide videtur, feſtum tam ſancte, tam ſolenniter agi ſolitum, originem ejus gentium Neomeniæ (quam *S. Chryſoſtomus* ἑορτὴν διαβολικὴν appellat) debere potuiſſe.

Ut vim hujus argumenti frangam, hæc duo dicenda cenſeo:

(1°.) Probabilitate non caret, Patriarchas, [Abrahamum, Jacobum, alios] novilunia precibus, ſacrificiis, conventibus ſacris, & hujuſmodi pietatis officiis dedicare ſolitos. Cum enim Deus legem de Sabbato colendo nondum tradidiſſet, & homines ætate illa rudiori tempora tantum juxta Lunæ curſum metiri didiciſſent; non eſt ineptum opinari, veros Dei cultores in Noviluniis (utpote temporibus inſignibus) ad verbum Dei audiendum conventus habuiſſe, munia ſacra publice peregiſſe, morem etiam illum ad poſteros eorum propagaſſe. Hanc conjecturam promovet locus ille, 2 Reg. 4. 23. *Cur tu vadis ad eum*, prophetam, *hodie? non enim novilunium eſt aut Sabbatum*: ex his enim proclive eſt inferre, Judæos antiquiores, in noviluniis, ad viros propheticos, verbi divini audiendi gratia, ſe conferre ſolitos. Unde vero mos hic enatus fuerit, non eſt in promptu dicere (cum in lege nil tale præceptum extet) niſi Judæos uſum illum a Patribus antiquis, perpetua traditione propagatum, accepiſſe cenſeamus.

a *Jerem.* 44. 16, 17. b *V. Coloſſ.* 2. 16. & *Theophylac. in Ep. ad Gal.* 4. 10. c In *Apologet.* cap 39.
d Cap. 1. §. 1. e 2 *Reg.* 4. 23. *Ezec.* 46. 3.

Sed

Sed hunc morem in dubio relinquam, cum nihil de eo perspectum aut exploratum habeam. CAP. III.

(2°.) Fidens asseto, Neomeniarum solennitates, non a Patriarchis, sed a gentibus [forsan Ægyptiis] ad Israelitas, proxime saltem & immediate devenisse. Nam Israelitæ procul dubio, in lateribus conficiendis occupati, & a majoribus suis tot seculorum intervallo separati, rituum Patriarchalium memoriam amisere, vel eos præ moribus Ægypti contemptui habuere. Non est quod miremur, Neomeniarum ferias ethnica licet origine prognatas, & profanis ethnicismi ritibus pollutas, tam sacras tandem & religiose festivas evasisse, quod cum ipsis Sabbatis & festis sanctissimis quandoque numerentur; cum Deo visum esset, iis adhærentes ethnicismi fæces abstergere, & ritus in Neomeniis observandos instituere.

Sexto: hoc etiam in adversum dici potest, quod si Deus in Novilunio tot festa celebrari jussit, ut Israelitas a Lunæ cultu, & ritibus impuris in quavis ethnicorum Neomenia frequentibus, eos avocaret; consentaneum est opinari, Deum solennitates aliquas Plenilunio proprias instituere voluisse. Quærit autem [a] Sanctius, *cur in plenilunio nulla sit apud Hebræos solennitas, cum dies ille, quoad rerum mutationes, notari soleat, addatque cælo non parum venustatis;* cum etiam Gentes in plenilunio sacra Lunæ facerent, & ferias agerent? Obj. 6.

Ut huic argumento satisfiat, hæc tria reponenda censui: primo, id moris habebant exteræ gentes [Ægyptii, Græci, Romani, Celtiberi, aliique] quod festa & sacra quædam agerent, cum Luna faciem integre luminosam ostenderet. Morem illum apud Ægyptios obtinuisse, non est quod dubitemus, nam [b] *Herodotus* eos suem Lunæ in hunc modum immolasse perhibet: *immolata sue, extremam ejus caudam, & lienem, & omentum,* &c. *igni mandant,* τὰ δὲ ἄλλα κρέα σιτέονται ἐν τῇ πανσελήνῳ, ἐν τῇ ἂν τὰ ἱρὰ θύσωσι· ἐν ἄλλῃ δὲ ἡμέρῃ οὐκ ἂν ἔτι γευσαίατο· *reliqua carne plenilunii die vescuntur quo sacra faciunt: alio die non amplius gustarent.* Eos etiam pompam Isiacam in plenilunio peregisse, ex [c] *Apuleio* discimus, qui illius historiam narraturus sic auspicatur. *Circa primam ferme noctis vigiliam experrectus pavore subito, video præmicantis Lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus,* &c. *Herodoto & Apuleio* consonus est [d] *R. Abraham Seba*, qui, in veteri libro *de cultu Ægyptiorum*, se legisse refert, quod *menses suos appellarent juxta nomina idolorum suorum,* והחדש להכם ועבודתו היה בהיות הלבנה בשלמות אורה ותקפה *& eorum mensis & ejus cultus esset, cum Luna esset in perfectione luminis & roboris sui.* Nec Ægyptii tantum, sed & Græci plerique, [e] plenilunii æque ac Novilunii dies solenniter observabant, & in iis Numinibus propitiandis operam dabant. Romanorum etiam Idus Jovis feriis & sacris agendis dicatas fuisse, & eo tempore Lunam *speciem plenam* demonstrasse, testatur [f] *Macrobius*. Refert & [g] *Strabo*, Celtiberos ἀνωνύμῳ τινὶ Θεῷ ταῖς πανσελήνοις [θύειν] *Deum quendam innominatum in pleniluniis* sacrificio *venerari solitos*.

(2°.) Fallit observatio *Sanctii*, cum certum sit, Hebræos festa sua celebriora, in mense medio, id est, plenilunio, celebrasse. Nam Pascha [h] decima quarta die primi mensis agebatur, cum Luna plena lampade splendere solet. Hinc illa [i] *Philonis* de primo mense loquentis verba: τῷ δὲ μηνὶ τούτῳ, περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν, μέλλοντος τοῦ σεληνιακοῦ κύκλου γίνεσθαι πλησιφαοῦς, &c. *In hoc autem mense, die decima quarta, sub tempus ipsum quo orbem suum lumine complere solet Luna, celebratur migrationis publica festivitas, quam Chaldaice pascha vocant.* Et alibi, Paschatis mentionem faciens, τῆς δ' ἑορτῆς, [k] inquit, δεχόμενος ἀρχὴν ἡ πεντεκαιδεκάτη, καθ' ἣν σελήνη πλησιφαὴς γίνεται. *Hujus autem festi dies decima quinta mensis media est, qua Luna plenum orbem colligit.* Die etiam decima quinta, Tabernaculorum festum, e præscripto [l] Legis, agendum erat. Sed & Festum Pentecostes tam prope aberat a Plenilunio, quod (referente [1] *Seldeno*) Judæi qui Scripturarii audiunt, illud in decimum quartum mensis rejiciant, forte quod non nisi sub Plenilunium absolveretur. Verisimile est autem, Deum ideo festa celebriora temporibus illis adstringi voluisse, ut Israelitas tunc ita detineret occupatos, ut ritibus in Lunæ honorem peragi solitis vacare non possent. Ad hanc conjecturam firmandam

a *Comment. in Isai.* pag. 20. B b In *Euterp.* cap. 47. c *Asin. aur.* lib. 11. p. 355. d *Comment. in Paras.* בא אל ברעה e V. *Pindar. in Olymp. Od.* 3. & *Eurip. in Troad. Act.* 4. f *Saturn.* lib. 1. c. 15. g *Geogr.* lib. 3. p. 249. A h *Levit.* 23. 5. i Lib. 3. de *Vit. Mos.* p. 686. D k Lib. de *septen. & fest.* p. 1191. B l *Levit.* 23. 34.

1 Vid. De *Anno Civil.* cap. 7.

CAP. III. non leve momentum habet, quod homini illi qui immunditia quavis a Paschate, mense dieque consuetis, arcebatur, [a] concessum esset, mense quidem sequente, sed die tantum decimo quarto (cum nempe Luna pleno orbe splenderet) Pascha celebrare.

(3°.) Ratio obvia est, cur Hebræi festa non nisi duo vel tria Pleniluniis observarent, Novilunia vero nunquam sine solennitate religiosa præterirent. Nam e superius allatis intellectum est, Geotes aliquas, in aliquibus anni pleniluniis, ritus solennes obiisse; geotes autem plerasque omnes Novilunia ritu solenni transegisse, & in iis præcipue Lunam coluisse. Pietatis itaque rationibus apprime consonum erat, ut sacra solennitas in Neomeniis omnibus indiceretur; ut populus a Gentium ritibus averteretur, & cultus Deo præstitus aditum omnem superstitioni veteri prohiberet.

Cum e superius allatis innotescat, Adversarios opinioni nostræ nil soli dum opponere, nec hujus festi menstrui rationem ullam satis commodam assignare posse; quidni rationem a *S. Chrysostomo* redditam, tot argumentis munitam amplexemur; cum præsertim hujus solius festi ratio nulla reddatur in Scriptura, quasi Mosis ævo cuivis innotesceret?

a *Num.* 9. 10, 11.



DISSER-

DISSERTATIO QUINTA.

DE

ORIGINE

ARCÆ ET CHERUBINORUM.

PRÆFATIO.

CUM promisso tenear, *S. Chrysostomi*, rerum Judaicarum origines explicantis, ductum sequi, & sermonis [a] illius celeberrimi, quem sæpe laudavi, partes omnes a falsi suspicione vindicare; instituti mei ratio & promissi fides exigunt, ut ad Arcam me proximo conferam, & illius originem e vetustatis renebris in lucem proferam.

AB hoc equidem Argumenro libens abstinerem, nisi eo me provinciæ susceptæ ratio simul & promissi religio ducerent. Patris etiam illius auctoritas mihi fiduciæ non parum conciliaret. Fuit enim Arca sacratissimum præsenriæ divinæ symbolum, ejusque sanctiratem ranram esse voluir Deus, ur solis sacerdotibus, unctione solenni sacratis, illam [b] tangere, vel rerectam videre, permissum esset; ideoque non pauci proculdubio mihi summæ impieratis dicam impingere voluissent, si ipse solus rem ram sacram a Gentium iniriis & moribus deduxissem. Sed animum præsenti negotio parem sumo, & Lectorem æquiorem mihi facile pollicenr, cum ipse *Chrysostomus* (quem jam ducem intueor) ioter alia Judaica *ἐξ ἐθνικῆς παχύτητος* oriunda, Arcam ipsam numerare non dubitaverit. Eandem sententiam ruerur *Maimonides* in [c] *More*, ubi sic menrem exprimit: וידוע שהאנשים ההם היו בונים היכלות לככבים וגו' *Constat etiam homines illos* [veteres idololatras] *templa extruxisse stellis, in iisque collocasse imaginem, ad quam colendam unanimiter consenserant: imaginem nempe stellæ vel alicui astro consecratam. Hinc jussi sumus & nos, templum ædificare Deo Opt. Max. atque in eo collocare Arcam*, &c. Testimonium tam luculenrum in ipso Dissertationis hujusce limine consultus posui, ne cui mirum aut monstri simile videatur, quod Arcam ipsam e Gentium moribus, & erhnicis quasi natalibus ortam, hic & alibi frequenter asseruerim.

PRIUSQUAM autem opinionis hujusce probarioni manum admoveam, necesse est ut quæstionum duarum solutione aditum ad sequentia patefaciam.

(1°.) QUID opinionis hujusce patroni (*S. Chrysostomus* & *Maimonides*) *Arcæ* nomine inrellexisse censeanrur? Nam Arca sumi poresst, vel *stricte*, pro fabrica illa parvula, cistæ formam imitante, qua Tabulæ Fœderis recondebantur; vel *late*, pro Cherubinis etiam, qui Arcæ appendices erant, eique indivulse semper adhærebanr. Me quod artinet, minime dubitandum censeo, quin Arcam sensu latiore sumptam intellexerint; non tanrum quod Arca & Cherubini nexu fideli jungerentur, sed quod *Maimonides* Deum ea de causa templum cum Arca Judæis indulsisse dixerit, quoniam idololarræ veteres templa cum simulacris, numini fictirio sacraris, priores habuerint: ideoque sermonis sui *συνάφεια* & analogia postulant, ut, Arcæ nomine, Eum & Cherubi-

a Vid. Pag. 644. b *Num. 4. 15.* c *Lib. 3. cap. 45.*

CAP. I. norum imagines, fimulachris idololatricis ex adverſo reſpondentes, intellexiſſe ſentiamus.

(2°.) Quo ſenſu *S. Chryſoſtomi* verba capiantur, cum dicit, *Arcam a Gentium ruditate principium habuiſſe?* Hæc enim S. Patris verba ſenſus varios & incertos reddunt: & profecto multum ſibi gentem togatam devinxiſſet, ſi mentem ejus accuratius expreſſiſſet, & in re tanti momenti nullum incertæ conjecturæ locum reliquiſſet. Hoc equidem voluiſſe *S. Chryſoſtomum* non facile dubitandum eſt: quod prout Hebræorum Sacrificia, Luſtrationes, & Neomeniæ, a ſimilibus inſtitutis inter Gentes uſitatis initium ſumpſerint; ſic & Hebræorum Arca a ciſtis quibusdam in Gentium veterum cultu frequentibus principium habuit. Cum autem e Gentilium antiquorum hiſtoria pateat, eos varii generis ciſtas ſacras [alias ferales, myſticas alias, templis affixas aliquas, portatiles alias] in initiis habuiſſe, ſanctéque coluiſſe; a quibus Arcam originem habuiſſe ſenſerit, e verbis ejus haud adeo facile colligendum eſt. Mihi vero conſultum videtur, *S. Chryſoſtomi* verba ſenſu latiori ſumere, ita ut Arca Domini ciſtarum omnium, quibus antiqua Gentium religio pretium fecit, locum occupaſſe, & ab iis omnibus initium habuiſſe, cenſeatur.

A *S. Chryſoſtomi* verbis, hoc ſenſu captis, id mihi negotii jam datum credo, ut nempe de Arca primo, deinde de Cherubinis, ſermonem haberem; & oſtenderem, Deum utraque cum reſpectu ad ſeculi Moſaici mores inſtituiſſe, & in ſacrorum ſuorum numerum aſcripſiſſe. Cum autem Arca, unde ſermonis exordium duco, *formaliter* & *finaliter* ſpectari poſſit; probare conabor, Arcam, utroque reſpectu, a ciſtis quibusdam in cultu gentili frequentibus anſam & originem accepiſſe.

CAP. I.

Arcam formaliter ſpectatam, a Gentium ciſtis ſacris derivatam fuiſſe.

ID mihi probandum incumbit Primo, arcam nempe *formaliter* ſpectatam [quatenus ſacra fabrica erat ad ciſtæ formam compoſita] a ſacris gentium ciſtis, quarum apud antiquos obvia frequenſque memoria eſt, originem derivaſſe. Non me fugit, inferioris ævi ſcriptores pene omnes opinari, Judæorum Arcam Gentilibus æmulis arcas conſimiles fabricandi cauſam & exemplum præbuiſſe; eoſque ſententiam ſuam dictatorie nulliſque munitam argumentis proponere ſolitos, quaſi refutationis ſecuri eſſent, & hac de re ne dubitandum exiſtimarent. [a] *Rittershuſius*, arcas in gentium myſteriis uſitatas memorans, *ego*, inquit, *de re tota cogitans, ſic exiſtimo; Diabolum, ut fuit operum & inſtitutorum Dei ſimia & μιμητὴς, ita voluiſſe etiam has arcas ſuas opponere arcæ fœderis in populo Dei divinitus fabricatæ. Et quidem in plurium Deaſtrorum ſacris arca ſeu ciſta Dæmoniaca uſitata fuit: ut Bacchi, ut Cereris, ut Iſidis, &c.* Atque hac in re, non minus ſecure ſententiam tulit [b] auctor, operibus ſuis abunde commendatus: nam *Ciſtæ*, ait ille, *cum in aliis Græcorum Ægyptiorumque feſtis, tum maxime in Eleuſiniis, & illis incluſa quiſquilia, quas recenſet Clemens Alexandrinus, ſimulacra fuerunt arcæ fœderis.* Opinionem eandem ſic probat auctor nuperus: *præcipuum ſacrarii apud Hebræos inſtrumentum fuit arca fœderis, quæ in ipſo adyto collocata tabulas legis manu Dei ſcriptas ſervabat, operculo tecta. Hæc diabolus æmulatus eſt. Ciſtas inter ſacra habuerunt cultores Bacchi:* Val. Flac. 2. Argon.

Tympanaque, & plenas tacita formidine ciſtas.

HÆc equidem dicunt viri docti, fed non probant, nec forſan ulla ſatis firma ratione ſtabilire poſſunt. Cogit itaque veritatis amor, ut ſententiæ plane contrariæ me patronum præbeam, quæ momenti non levis argumentis confirmari poteſt.

a In *Oppian. Κυνηγ.* l. 4. verſ. 242. b *Huet. Demonſt.* Prop. 4. c. 11.

SECT.

SECT. I.

SECT. I.

Probatur primo, a ciſtarum uſu perantiquo in Gentium ceremoniis.

QUO minus dixiſſe tantum videar, Arcam fœderis ab Arcis quibus ethnici, cultus ſui ritus obeuntes, utebantur, initia petiiſſe: ſententiæ meæ fidem argumentis (quatenus rei tam vetuſtæ conditio patitur) luculentis aſtruere conabor.

HORUM autem primum hujuſmodi eſt: Ciſtarum ſacrarum uſus, diu ante Moſis ætatem, inter ethnicos invaluiſſe videatur. In hanc ſententiam duabus rationibus inductus inclinat animus: nam,

(1°.) TESTANTUR veterum ſcripta, nominis antiqui gentes Arcas quaſdam in myſteriis ſuis habuiſſe, eaſque religione ſingulari tractaſſe & coluiſſe. Ægyptios hujuſmodi ciſtam fabricaſſe, eamque locum haud ignobilem in eorum pompis habuiſſe, ex *Apuleio* diſcitur. Nam ille proceſſionem idololatricam ad ritum Ægypti celebratam referens, *ferebatur*, [a] inquit, *ab alio ciſta, ſecretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis.* *Plutarchus* etiam (ut alios in præſens taceam) in uno illo de Iſide libello, ciſtarum apud Ægyptios in uſu mentionem frequentem ingerit. Ad unum illum locum digitum intendiſſe ſufficiat, quo, ritus Oſiridis notans, ita loquitur: *Decima nona menſis die noctu ad mare deſcenditur*, καὶ τὴν ἱερὰν κίστην οἱ στολισταὶ καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκφέρουσι χρυσοῦν ἐντὸς ἔχουσαν κιβώτιον, &c. *Et ſacram ciſtam Stoliſtæ* (quaſi veſtitores dixeris) *una cum ſacerdotibus efferunt, in qua eſt intus aurea arcula*, &c. Trojanos etiam antiquiſſimos arcam quandam notæ ſacratioris habuiſſe, teſtatur [b] *Pauſanias:* poſtquam enim arcæ cujuſdam ſacræ, quæ Ilio capto, Eurypilo prædæ loco obtigit, mentionem feciſſet; ſtatim addit, Διονύσου δὲ ἄγαλμα ἦν ἐν τῇ λάρνακι, ἔργον μὲν (ὥς φασιν) Ἡφαίστου, δῶρον δὲ ὑπὸ Διὸς ἐδόθη Δαρδάνῳ· i. e. *Libri vero Patris ſignum in arca inventum eſt, quod a Vulcano fabricatum putabant, dono vero a Jove Dardano datum.* E quibus verbis patere arbitror, arcæ & ſimulacri in ſacris uſum multis ſeculis Trojanorum temporibus antiquiorem: eo quod libero Patri (quem nonnulli eundem cum Noacho ſentiunt) dicata eſſent, & a Vulcano vel Jove ſabricata crederentur. Nec Ægyptii & Trojani ſolummodo, ſed & Hetruſci, gens antiquitate celebris, [c] arcam religioni ſacram habebant, & κίστην θρησκεύειν, *ciſtam* in Bacchi myſteriis *colere* tenebantur. Refert etiam [d] *Euſebius*, Phœnices in Cabirorum ceremoniis (quibus Jaſon, Orpheus, Hercules, & alii Gentium heroes, initiati ſunt) ciſtam myſticam habuiſſe. Ipſa auctoris verba, utpote τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης referentia, ut lectoris modeſtiæ parcam, tacitus prætereo. Cum itaque gentes antiquiores in hujuſmodi ciſtarum uſu religioſo conſpirarint, quidni eandem Arcis hiſce ſacris, quam & templis, luſtrationibus, & ſacris aliis olim ubique gentium obtinentibus, antiquitatem tribuamus, & earum uſum, cum ipſa idololatria, inter ethnicos propagatam cenſeamus? Cum enim manifeſtum ſit, gentes illas Hebraicam antiquitate ſuperaſſe, & arcas ab ultima rerum ſuarum memoria in ſacris uſurpaſſe; non concordat cum ratione, gentes illas ab exoſa, forſan & ignota tunc temporis, Hebræorum gente, ciſtarum ſuarum exemplar accipere potuiſſe.

(2°.) NON minus e veterum fide conſtat, Arcas in Græcorum, Romanorum, & gentium pene omnium, ceremoniis, locum haud obſcurum tenuiſſe. Græcos eas inter cultus ſui inſtrumenta poſuiſſe, e *Theocriti* verbis intelligamus,

> [e] Ἱερὰ δ' ἐκ κίστας πεποναμένα χερσὶν ἑλοῖσαι·
> *Et ſacra e ciſta inſtructa manibus capientes.*

Harum apud Græcos ciſtarum & [f] *Suidas* meminit, dicens, εἶναι δὲ τὰς κίστας ἱερὰς ἄνω τοῦ Διονύσου καὶ τοῖν Θεοῖν· *Ciſta vero Baccho & Deabus* [Cereri & Proſerpinæ] *ſacræ eſſe putantur.* Romanos etiam ſymboli conſimilis uſum in myſteria recepiſſe, [g] ex *Ovidii* verbis conjectu facile eſt:

> *Condita ſi non ſunt Veneris myſteria ciſtis,*
> *Nec cava veſanis ictibus æra ſonant:*
> *Attamen inter nos medio verſantur in uſu:*
> *Sic tamen inter nos, ut latuiſſe velint.*

a *De aur. aſin.* lib. II. p. 373. b *Lib. 7. c. 19. p. 572.* c *Clem. Alex. Protrep.* p. 16. 20.
d *Præp. Evang. l. 2. c. 3.* e In *Bacc. Idyl. 26.* f In voc. Κιστοφόρος g De *Art. Am. l. 2. v. 609.*

SECT. II. Gentes etiam alias Arcam in initiis usurpasse, constet e testimoniis occasione oblata statim producendis. Cum itaque jam dicta fidem faciant, Ægyptios, Trojanos, Phœnices, Hetruscos, Græcns, Romanns, & gentes alias, Arcas in sacrorum suorum censu habuisse; suadet ratio ut hujusmodi religionis instrumenta legem Mosaicam antiquitate supetasse censeamus. Nemo enim paulo saniot dixerit, gentes illas omnes Arcatum suarum exemplar ab obscuta diu & contempta Judæorum gente petiisse: vel eas omnes, cætera discordes, in unius instrumenti religiosi usu convenire voluisse, nisi a patribus quibusdam communibus, Mose antiquiotibus, & arcas sacras in usu habentibus, titum & religionem illam accepissent.

SECT. II.

Secundo, ab ipsa idololatria veteris natura & consuetudine.

INDE etiam sententiæ nostræ accedat fides, quod Arcatum inter ethnicos obtinentium rationes reddi possint speciosæ quidem, & cum ipsa idololatriæ veteris natura & usu conjunctissimæ. Modo veteris ethnicismi genium & mntem paulo attentius intueamur, facile percipiamus, Diabolum & mystas ejus cistas illas instituisse, non ut cultus Judaici exemplar in religionibus suis exprimerent, (quid enim lucri fecissent inde?) sed quod hujusmodi cistæ superstitionis suæ genio & consuetudini apprime convenirent. Nam duæ rationes, ab intima cultus ethnici natura petitæ, reddi possunt, cur idololatræ pene omnes arcas in sacris suis usurpasse censeantur.

(1°.) UT mysteria sua a cnmmuni luce & profano vulgi conspectu longe removerent. Ethnicos ea mente in Orgiis eorum omnibus arcas signatas adhibuisse, satis e *Catulli* verbis in carmine de *Pelei* nuptiis intelligatur:

> *Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis:*
> *Orgia quæ frustra cupiunt audire profani.*

Catullo concinit *Tibulli* illud, lib. 1. *Eleg.* 7.

> *Et levis occultis conscia cista sacris.*

Inde factum, quod *Psyche* apud [a] *Apuleium*, inter alia Deorum symbola, Cererem per *tacita cistarum sacra* deprecetur; & hujusmodi symbolum *cista secretorum capax* alibi appelletur. Hinc etiam venit, quod cistæ illæ gentilitiæ, κίσται μυστικαί, & in iis contenta, τὰ ἅγια καὶ τὰ ἄῤῥητα (quamvis contemptim) a [b] *Clem. Alexandrino* nuncupentur. Auctor itaque *Etymologici* veteris dextro Apolline conjecturam fecisse videtur, cum festum illud Atheniensium, quo cistæ ferebantur, Ἀῤῥηφορίαν dici ait, quasi Ἀῤῥητοφορίαν. διὰ τὸ ἄῤῥητα καὶ μυστήρια φέρειν· *Suidas* etiam festum illud Ἀῤῥηφορία dictum autumat, ἐπειδὴ τὰ ἄῤῥητα ἐν κίσταις ἔφερον τῇ Θεῷ αἱ παρθένοι, *quia* tunc *Deæ secreta ferebant in cistis virgines.* Ideo vero veteres idololatræ sacra sua in cista recondita, & ab oculis vulgi semota, conservarunt, ut gratiam & reverentiam illam quam a dignitate propria non poterant, ab obscuritate saltem sibi conciliarent. Quamvis enim prudentibus celata omnia semper suspecta, populus tamen (qua sunt rudi simplicirate) occulta omnia stupida quadam reverentia prosequi solet, aperta vero omnia fastidire. Atque hanc cistarum mysticarum rationem eo mihi gratiorem fateor, quod *Synesii* calculo comprobetur. Quum enim de sphæris & figuris quibusdam magicis, apud Ægyptiorum Hierophantas plurimi æstimaris, paucis disseruisset; tandem [c] addit, ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια τὰ κιβώτια κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας, ἃς ὁ δῆμος ἐὰν ἴδῃ χαλεπανεῖ· τὸ δὲ ῥᾷστον καταγελάσεται, &c. *Habent* Κωμαστήρια, *quæ Arcæ sunt, quasdam, uti ajunt, occulentes sphæras, quas si conspiceret vulgus moleste ferret: quod enim intellectu aut paratu facile est, despicit vulgus: portentis enim & superstitione opus habet: quidni vero, plebs cum sit?*

Tacitæ objectioni occurritur. NON sum nescius, aliquos cistas illas ob causam longe aliam in Gentilium ritibus usitatas opinari; quod nempe silentii velut hieroglyphica essent, & sacra quædam summa cum religione & εὐλαβείᾳ cautissima in animo esse continenda, nec in populum

a De *aur. asin.* lib. 6. p. 174. b *Admonit. ad Gent.* p. 19. c In *Calvit. Encom.* p. 73. A

vul-

vulganda, denotarent. Ita cistarum eatum mentem interpretatur [a] *Mycillus : cista*, *ait ille*, *in sacris Cereris inter symbola habebantur, significantes clausa & arcana omnia haberi debere : (sive in iis inclusa Dea sacra fuerint, sive secus) perinde ut in ceremoniis Bacchi vannus.* Eidem sententiæ favent *Ovidii* carmina, *Metam.* lib. 2. v. 553. SECT. II.

Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
Clauserat Actæo texta de vimine cista :
Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis
Servandam dederat, sic inconfessa quid esset ;
Et legem dederat, sua ne secreta viderent.

Sed non multum refert, huic an illi causæ cistarum ethnicarum origo tribuatur; cum id certum sit, Diabolum & sacerdotes ejus omni studio curasse semper, ut mysteria & ritus sui (ne eorum pudor & nuditas appareret) silentii velo tegerentur. Hujus rei indicium est, quod *Herodotus*, *Diodorus*, *Pausanias*, *Apuleius*, *Heliodorus*, alii, si quando sacrorum mentio incidat, omnia pene silentio regant; vel ita loquantur, ut satis pareat, se arcana tenuisse, nullis nisi τοῖς μυουμένοις & ad silentii fidem obstrictis revelanda. Atque hinc tituli illi, *opertanea sacra*, ἀπόῤῥητα σύμβολα, ἱερὰ ἄῤῥητα, τελεταὶ μυστικαί, [b] κρύφια μυστήρια, *tacita sacra*, & hujusmodi alia, gentium ritibus non raro tribuuntur. Cistæ itaque, quas dixi, clausæ, idololatriæ veteris ingenio morique fuerunt accommodatæ, eo quod arcana quædam celarent ipsæ, alia vero celari debere, significarent.

(2°.) Ideo etiam Idololatræ veteres, Ægyptii cumprimis, arcas tanti fecisse putentur, quod numina sua defuncta (Animalia sacra simul & Heroas) in arcis condere solerent, iisque, numinum inclusorum gratia, cultum religiosum exhibere. Ægyptios id moris in animalium suorum sacrorum funeribus observasse, ex [c] *Eusebio* discimus, qui, de animalibus eorum consecratis loquens, hæc inter alia memoriæ consignavit ; ὅταν δὲ ἀποθάνῃ τι τῶν εἰρημένων ζώων, σινδόνι καλύψαντες, καὶ μετ' οἰμωγῆς τὰ στήθη κατατεπληξάμενοι, εἰς ἱερὰς θήκας θάπτουσι· i. e. *Ubi animalium istorum aliquod extinctum est, ipsum linteo opertum, sacris in loculis, cum ingenti luctu planctuque sepeliunt.* Ægyptii etiam Heroum suorum arcas funebres cultu divino donasse videantur. Huic enim conjecturæ fundamentum præbent ejusdem [d] *Eusebii* verba ; Νυμφόδωρος ὁ Ἀμφιπολίτης, ἐν τρίτῳ νομίμων Ἀσίας, τὸν Ἆπιν τὸν ταῦρον τελευτήσαντα καὶ ταριχευθέντα εἰς σορὸν ἀποτεθῆναι ἐν τῷ ναῷ τοῦ τιμωμένου δαίμονος, κἀντεῦθεν Σοροάπιν κληθῆναι, καὶ Σάραπιν ὕστερον· i. e. *Nymphodorus Amphipolitanus, libro de moribus Asiæ tertio, Apim taurum quendam fuisse ait, quem post mortem, sale maceratum, & in ejus dæmonis templo, cujus præcipuus apud eos cultus erat,* σορῷ, id est, *cista vel loculo conditum, Soroapin inde primum, dein Sarapin, nominarunt.* Hæc e [e] *Clemente Alexandrino* in sua transtulit *Eusebius*. Hunc autem Heroas ad loculos suos colendi morem diu ante Mosis tempora inter Ægyptios invaluisse, credibile videatur ; non tantum quod *Apis* ille Mose antiquior habeatur, sed quod Josephus, morti proximus, arcam ejus feralem Ægypto exportari jusserit, ne scilicet occasionem aliquam cultus illius quem vivis oderat, mortuus administraret. Hanc rationem ratam facit [f] *S. Chrysostomi* testimonium : nam, de *Josepho* loquens, *multis*, inquit, *magnisque Ægyptios affecerat beneficiis :* ἵν' ἂν μὴ Θεὸς νομισθῇ μετὰ τελευτὴν διὰ τῆς εὐεργεσίας μέγεθος, τῶν βαρβάρων ῥᾳδίως ἐξ ἀνθρώπων ποιούντων Θεούς, πάσης ἀσεβείας ἀναιρῶν ὑπόθεσιν ἐκέλευσεν ἀπενεχθῆναι οἴκαδε τὰ ὀστᾶ· i. e. *Ne igitur propter beneficiorum magnitudinem Deus post obitum censeretur, (cum illi barbari facile ex hominibus Deos facerent) omnem ut occasionem impietatis auferret, domum transferri ossa præcepit.* Mos hic ab Ægyptiis ad Græcos transiisse videtur : nam [g] *Plato*, de viris loquens qui optime vixerunt & fortiter occubuerunt, hæc habet ; τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον, ὡς δαίμονας γεγονότας τεθνεῶτας, οὕτω θεραπεύσομέν τε καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας. *Reliquo vero tempore, mortuos tanquam Genios quosdam factos colemus, eorumque loculos adorabimus.*

Si quis hactenus dicta bene pensitaverit, sibi facile persuadebit, antiquos idololatras, non vana & nulli usui futura Judæorum æmulatione, sed ipsa cultus sui natura ductos, arcas in eorum religionibus tam familiares habuisse, & consensum inter ethnicos & Hebræos in symboli hujus sacri usu, non ad dæmonis κακοζηλίαν, sed Dei συγκατάβασιν, esse referendum. Sic enim gentium prope omnium ferebat usus, ut cistas quasdam mysticas in Orgiis circumferrent, easque dæmones præsentiæ suæ signis & symbolis non ra-

a In *Ovid. de Art. Am.* l. 2. v. 609. b *Sap.* 14. 23. c *Præpar. Evang.* l. 2. c. 1. p. 50. D d *Præp. Evang.* l. 10. c. 12. C e *Stromat.* l. 1. p. 383. f *Homil. de S. Drosid. Martyr.* T. 2. *Ed. Ben.* p. 695. D g *Citant. Cyril. Alex.* l. 6. *cont. Jul.* p. 204. B

SECT. III. ro cohoneſtarent; & hæc forte ſuperſtitio e longo cum Ægyptiis uſu, in Hebræorum animis radices altiores egerat: Deus itaque (conſuetudini quaſi morem gerens) Arcam in præſentiæ ſuæ ſymbolum evexit, eam in ſui honorem circumferri juſſit, eamque fœderis ſacri pignora continere voluit: & (ut ſummatim loquar) populo ſuperſtitionis peſte perituro, antidotum ex ipſo quaſi veneno confectam propinavit.

SECT. III.

Probatur argumento petito ab Arcæ Nomine & Charactere.

TERTIO: peculiares Arcæ circumſtantiæ, [NOMEN & CHARACTER] argumento non levi ſunt, Deum illam e gentium ſacris in ſua traduxiſſe.

NAM (1°.) NOMEN ipſum [ארון] quo in ſacris literis innoteſcit, duplicem ſignificatum habet, ſententiæ noſtræ maxime conſonum & accommodatum. Notum enim omnibus, quibus literæ Hebraicæ notæ ſunt, vocem ארון ſignificare *ciſtam communem* ad res ullas alicujus pretii conſervandas factam [nam Jehoiada pecunias in ארון poſuiſſe [a] dicitur] & *ciſtam feralem*: nam ciſtæ illi, qua Joſephi corpus, in terram promiſſam olim exportandum, recondebatur, nomen ארון tributum legimus, *Gen.* 50. 26. *Et mortuus eſt Joſephus,* -- *& poſuerunt eum* בארון ἐν τῷ σορῷ (uti LXX transferunt) *in ciſta ſepulchrali.* In affini etiam lingua, Arabica, אראן (ſoni cognati vocabulum) *loculum* aut *feretrum* notare nos docet *Lexic. polyglotton.* Duplicem illum ſignificatum (κιβωτοῦ καὶ σοροῦ, *arcæ* & *feretri*) huic voci tribuit etiam *Buxtorfius*, aliique.

QUID autem Spiritus S. hoc uno vocabulo ad Arcam notandam uteretur, niſi quod, ob duplicem ſuum ſignificatum, præ aliis vocibus capſam aut ciſtam ſignificantibus, ad Arcæ originem indicandam eſſet accommodatum? Nam veteres idololatræ, Ægyptii, aliique, *arcam myſticam*, Deorum arcana, & *arcam feralem*, Deorum reliquias aut ſimulacra, ferentem, in ſacris habuere: & certum eſt, Deum Arcam myſtica ſacra & ſimulacra divina ferentem Iſraelitis conceſſiſſe. Quid itaque vetat credere, Deum hoc ſenſus ambigui nomen Arcæ ſuæ tribuiſſe, ut inde cognoſcerent Iſraelitæ eam ciſtas & θήκας, aliaque ſacra quæ in Ægypto vidèrant, in ſe una complecti; nec quicquam cultui ſuo deeſſe quod in ceremoniis Ægypti deperire ſolebant & venerari? nam alias mente aſſequi nnn valeo, cur Arca nomen ſenſus tam ancipitis ſortiretur. His omnibus ponderis forſan aliquid additura eſt vox illa κιβωτὸς, qua LXX vocem ארון cum Arcam fœderis notat, ſemper transferunt. Si enim veteri [b] Grammatico in arte ſua (vocum interpretatione) credendum ſit, ſignificat vox illa *arcam vulgarem* qua res pretioſæ, & *arcam funebrem* qua corpora mortuorum, reponuntur. Quid autem LXX ſenſus tam dubii vocem eligerent e divite Linguæ Græcæ penu, niſi quod voci ארון (ciſtam communem & funebrem ſignificanti) tam apte reſponderet, & Arcam Dei in ciſtarum omnium apud ethnicos ſancte habitarum vicem veniſſe denotaret?

(2°.) CHARACTER ſeu titulus ille quo Arca notari & diſcerni ſolet, opinari ſuadeat, eam a ciſtis quas dixi gentilitiis originem habuiſſe. Eam enim quandoque *Arcam Jehovæ*, quandoque *Arcam Dei*, nunc *Arcam fœderis*, alibi *Arcam teſtimonii*, aliquando [c] *Arcam fœderis Dei totius terræ*, dictam reperiamus. Et hujusmodi character uſu tam frequens erat, quod Philiſthæi nunquam de Arca loquantur, niſi [d] addito dignitatis & diſtinctionis Epitheto, *Arcam Jehovæ*, vel *Arcam Dei Iſraelis*, eam appellantes. Unde autem hoc factum eſt, niſi quod & Diis aliis ſuæ eſſent Arcæ, adeoque neceſſe eſſet ut Arca Judaica peculiari aliquo titulo & Charactere, ab Arca quavis alia Deo alicui extraneo dicata diſcerneretur? Atque hanc conjecturam rationi eo magis convenire judico, quod Ægyptii veteres nominis tam clari Ciſtam in ſacris habuerint, ut *Serapis* Ægyptiace (id eſt, [e] CISTA DOMINI vel *Apis*) per quandam eminentiam diceretur. Ideoque ex uſu erat, ut Arca Hebræorum, *Arca Jehovæ*, *Arca teſtimonii*, aut *Arca Dei Iſraelis*, vocaretur; ne quid cum *Arca* APIS (fictitii Ægyptiorum Domini) vel arca ulla idololatrica, commune habere crederetur.

a 2 *Reg.* 12. 10. b *Jul. Pol.* l. 10. c. 15. & 31. c *Joſ.* 3. 11, 13. d *V.* 1 *Sam.* 5. 7, 8, 10, 11. & *cap.* 6. 2, 3, 8. e *V.* Cap. 8. *hujus Differt.* ſect. 2

SECT.

SECT. IV.

SECT. IV.

Firmatur sententia argumento ducto ab Arca pulchritudine.

QVARTO: ipsa Arcæ pulchritudo & splendor maximus argumento esse potest, eam e gentium usu natales accepisse. Erat enim e ligno facta quod pulchritudine nulli cedebat: tota[a] intus atque extra auro solido cooperta: limbo vel corona ex auro facta in circuitu suo ornabatur: operimentum etiam aureum כפר dictum, novam illi gratiam & venustatem conciliabat. Dicam paucis: Si Arcam curiosius contemplemur, facile percipiamus, naturam simul & artem in illius ornatu conspirasse, nec quicquam nitoris quod animum puerilem in stuporem rapere potuit, ei defuisse.

Unde factum vero quod in arca Dei auro collucerent omnia? quod cultus ejus tam comptus nitidusque repente prodiret, & a simplicitate (ne dicam, ruditate) primæva tam longe recederet? Anne cultum limatum & elegantem Deo gratiorem, aut illius oculos eodem quo & vulgi solent, splendore & apparatu aureo perstrictos, existimemus? Opinionem tam vanam & summo numini injuriam, satyra dignam duxit vel ethnicus [1]poeta, cum dixit,

> *Dicite Pontifices, in sancto quid facit aurum?*
> *Nempe hoc, quod Veneri donata a Virgine pupa.*

Eam opinionem & *Calvinus* rejicit: nam de Arcæ nitore & splendido cultus Judaici apparatu disserens, [b]*quid*, inquit, *ad Dei cultum sumptuosus tam Arca quam Tabernaculi, & vasorum omnium splendor contulerit? Certum enim est, Deum nunquam voluisse coli nisi pro sua natura. Unde sequitur verum ejus cultum semper fuisse spiritualem, ideoque minime situm in externis pompis.*

Quod itaque Deus sub Vet. Fœdere non tantum pie, sed & splendide, coli, & Arcam Ejus cedro & auro plurimo decorari voluerit; non suæ naturæ, sed Gentium mori, tribuendum est. Curabant scilicet ethnici, ut Eorum templa, sacerdotes, idola, cistæ sacræ, & alia pleraque Deorum cultui dicata, auro & gemmis, ebore & cedro, splendescerent; ut eo splendoris aucupio eorum honori & cultui lenocinari possent. Huc spectant apud [c]*Minuc. Felicem* illa, *quis dubitat horum* Deorum *imagines consecratas vulgus orare & publice colere; dum opinio & mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fulgore præstringitur, argenti nitore & candore eboris hebetatur?* Huc faciunt etiam *S.* [d]*Hieronymi*, de Nebucadnezzaris imagine loquentis, verba, *quod aurea sit & infiniti ponderis, illud in causa est, ut stuporem videntibus creet, & res inanimata adoretur ut Deus.* Arcas quod attinet quas ethnici Deorum mysteriis consecrarunt, eas e cedro conficere solebant, & auro vel ebore decus & reverentiam iis conciliare. Nam *Pausanias*, splendidum atque ambitiosum Junonis templum depingens, hæc inter alia memoriæ [e] prodidit; Λάρναξ δὲ κέδρου μὲν πεποίηται· ζῷδια δὲ ἐλέφαντος ἐπ' αὐτῆς, τὰ δὲ χρυσοῦ, τὰ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς ἐστιν εἰργασμένα τῆς κέδρου· i. e. *Arca etiam e cedro confecta eo in templo posita est, cum aureis & eboreis emblematis, partim vero ex eadem cedro cælatis.* Ægyptios etiam χρυσῆν κιβώτιον *auream arculam* in sacris habuisse, *Plutarchum*, ante paginam unam & alteram, testantem accepimus. Et apud Babylonios, in Apollinis templo *auream miræ vetustatis arculam quandoque compertam*, e veterum scriptis nos docet [f] *Cælius Rhodiginus.* Cum itaque Gentium simulacra, cistæ, & sacra alia, omni cultu & ornatu insignia redderentur; creditu pronum est, Deum Israelitis aureos Cherubinos, Arcam etiam cedro & auro plurimo illustrem concessisse; ne prava æmulatio pungeret eorum animos, cum viderent ethnicorum imagines, cistas, & sacra alia, ubique splendescere; & pueriles eorum animi cultu simplici, & infra superstitionis ethnicæ pompam subsidente offenderentur. Hæc aliquatenus illustrant & confirmant viri cum præcipuis seculi proxime elapsi interpretibus memorandi[g] verba, *simpliciter*, inquit, *videtur voluisse Deus abesse sacris omnem splendorem artis & precii; idque esse quod placet*

a Κιβωτὸς — χρυσῷ τά τ' ἐντὸς καὶ τὰ ἔξωθεν περιελήλατο πᾶσα, ὡς ἀποκεκρύφθαι τὴν ξύλωσιν. *Joseph. Antiq. Jud.* l. 3. c. 6. p. 110. 10. b *Comment. in Exod.* 25. p. 209. c Cap. 23. d *Comment. in Dan.* 3. T. 5. e Lib. 5. c. 17. p. 419. f *Antiqua.* l. 8. cap. 12. g *Corn. Pellic. in Ex.* 20. 25.

1 *Persius. Sat.* 2. v. 69.

SECT. V. *illi.* —— *Quod autem postea Mosi ostendit tabernaculi, arca, & ararum preciosum--& artificiosum--ædificium, & illustre sanctuarium; idipsum vel ex hoc loco videtur ostendisse, permissionem potius fuisse quam mandatum, & ad dura cervicis populum & superstitiosum nimis continendum in officio: alioqui, ut patet, nimium propensum ad ritus Gentilium, Deosque eorum. Ea tantum ratione condescendendo fragilitati ipsorum (quum ara pulchra carere--nollent, & sculptile habere non permitterentur.) -- ordinavit ista externa sacra ad pejora cavenda, usque ad tempus correctionis, -- de voluntate eorum & ex ipsorum donariis, ad quæ erant promptissimi: primo quidem tabernaculum mobile, deinde aram aream laboriose circumferibilem, & arcam auream cum Cherubim*, &c.

Sat scio nonnullos Arcæ splendore perstrictos ad allegoriam (usitatum illud ignorantiæ asylum, cum urget textus Mosaici difficultas) confugere solitos; Arcam ideo auro puro obductam asserentes, ut puritatem cultus aut verbi divini (quod auro purificato assimilatur) populo significarent. At vero in quos fumos atque auras evanescet Lex divina, si quasvis allegorias & phantasiæ lusus, tanquam Legis mysteria & sensus sacratiores amplecti liceat? & quale ludibrium Atheis paulo nasutioribus debebunt sanctissima Numinis instituta, si asseramus ea juxta poeticam legentis phantasiam, in omnes rerum formas subinde variantem, exponenda esse; vel ea sola ratione a Deo prodiisse, ut Eum pura mente colendum, per modum mysterii alicujus reconditioris, significarent? Proculdubio sapientissimæ Dei bonitati, populi rudioris ingenio, rationibus etiam legis Mosaicæ apud Patres traditis, magis consentaneum est, opinari Deum Arcam suam e cedro fieri, & laminis aureis illustrari voluisse, quod Ægyptii aliique Arcas e cedro factas & auro vel ebore conspicuas in mysteriis suis usurparent: noluit autem Deus ut Israelitæ quicquam splendoris aut elegantiæ quod in [a] Ægyptiorum vel Gentilium aliarum cistis aut sacris aliis oculos eorum fascinare posset, in Arca vel cultu suo desiderarent.

Cum itaque cultus ethnici pompa & magnificentia Arcæ splendori occasionem fecerit, monet Ratio, ut mores Gentium, cistas in ceremoniis suis usurpantium, ipsi Arcæ causam & originem dedisse censeamus. Cum enim Deus rudioris populi studiis in re una obsecutus sit, haud iniquum est existimare, Eum in re alia, æque indifferente, pari ratione suadente, Se æque facilem & moris recepti studiosum probare voluisse.

SECT. V.

Argumento, ducto a discrepantibus Arca & Cistarum Ethnicarum circumstantiis.

Quinto: ut assertioni meæ fidem paulo cumulatius afferam, observare juvat, non parum discriminis, quoad insignes aliquot circumstantias, inter Hebræorum Arcam & Gentilium cistas mysticas intercessisse: hoc enim argumento non levi est, Deum Arcæ usum, eodem modo quo & alios ritus e Gentilismo petitos, Hebræis concessisse: emendatum scilicet, & ab ethnicismi vitiis & ineptiis repurgatum. Nam,

(1°.) Deus, testante [b] Scriptura & [c] *Josepho*, nihil in Arca sua præter fœderis divini tabulas reponi voluit, quarum una Dei veri cultum, altera morum puritatem, docuit. Ex adverso nihil in Arcis ethnicis nisi fœderis cum Dæmone initi sacramenta, nihil nisi quod magicam aut impuram superstitionis ethnicæ naturam sapuit, recondebatur. Memorat enim [d] *Clem. Alexandrinus* cistam ethnicam, quam nonnulli colendam commendarunt, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Διονύσου αἰδοῖον ἀπέκειτο, *in qua Dionysi* tantum *pudendum repositum erat*. [e] Aliam etiam in Cereris, ni fallor, initiis usurpatam, plures nugas & tricas quam puerorum loculi solent, intus continentem. In ea enim *recondita sesamides, pyramides, lana elaborata*, πόπανα πολυόμφαλα, *liba multis distincta umbilicis, micæ aliquot salis, draco, mala punica, corda, ferula*, atque alia quæ nec vacat nec juvat in præsens enumerare. Ejusdem furfuris sunt quæ apud *Plutarchum* occurrunt in [f] *Alexandro*, ubi Olympias Bacchi orgia repræsentans, ὄφεις μεγάλους ἐκ τοῦ κιττοῦ καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων [παραναδυομένους] *angues ingentes ex hedera & cistis* [aut canistris] *mysticis prorepentes*, ad augendam venerationem ostentabat. Dicam paucis: in Dei Arca ἄλλο οὐδὲν

a *Gaudebant* Israelitæ *sibi permitti ceremonias, & ornatum in cultu Dei sui, ut viderant etiam in Ægypto.* Pellic. *in Exod.* 35. 24. b 1 *Reg.* 8. 9. c Εἶχε δ' οὐδὲν ἕτερον, ἢ δύο λιθίνας πλάκας. *Antiq.* l. 8. c. 4. p. 3?7. d In *Protrept.* p. 16. 15. e Ib. p. 19. 10. f Pag. 665. E

conti-

continebatur, at res impudicæ aut ridiculæ Gentium cistas occuparunt adeo, quod iis tritum vulgi sermone proverbium, ἀδὴν ἱερὸν, haud immerito objiciamus. SECT. VI.

(2°.) Arca Dei viris solummodo, iisque e genere sacerdotali oriundis bajulanda tradebatur, nec quisquam alius tactu levissimo Arcam violare potuit, nisi tantæ temeritatis crimen capite luiturus. Arcæ vero in Gentilismi ritibus usitatæ, per sacerdotes quidem nonnunquam, per fœminas autem non raro, ferebantur. Nam[1] *Meursius*, pompam & processionem idololatricam ex Veterum fide referens; inter alia, inquit, *post hunc* (currum sacra Cereris ferentem) *fœminæ incedebant, cistas mysticas bajulantes.*

(3°.) Israelitæ ceremoniis sanctis, apertis, & religioni congruis, honorem Arcæ Dei deferebant. Gentiles autem Arcas suas ceremoniis quibusdam magicis, & stuporem potius quam religionem incutientibus, coluerunt. Hoc[2] *Clem. Alexandrini* verbis intelligitur: Κἄστι τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων· ἐνήστευσα· ἔπιον τὸν κυκεῶνα· ἔλαβον ἐκ κίστης· ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην· i. e. *Signum vero mysteriorum Eleusiniorum est: Jejunavi, potum confectum bibi, e cista accepi; postquam feci, deposui in calathum, & ex calatho in cistam:* Quæ omnia ludos facit *Clemens*, ea καλά γε τὰ θεάματα καὶ θεᾷ πρέποντα *pulchra spectacula & Deæ convenientia*, per jocum & ludum vocans.

(4°.) Arcæ Dei extrema imaginibus aureis, *Cherubim* dictis, supra illius operculum alas explicantibus ornabantur: in mysticis autem Gentilium cistis, simulacrum Numinis alicujus grandiusculum, aut imagunculæ aliæ, plurimum inclusæ latuere: nullas autem (quod scimus) imagines affixas, & oculis quandoque patentes, ad morem Arcæ Judaicæ habuere.

(5°.) His accedat, quod Deus una tantum Arca, prout & uno templo & altari holocausti colebatur: sic autem ferebat gentium usus, ut Arcas varias in cultus sui ceremoniis usurparent. Hoc nemini paulo humaniori ignotum arbitror.

Quum itaque Judæorum & Gentilium Arcæ sacræ, cætera simillimæ, tot insignibus circumstantiis ab invicem discreparent; inde ratione valde probabili colligamus, Arcam e Gentilium moribus initia petiisse. Si enim Gentiles, tanquam Judæorum simii, Arcas in sacrorum suorum censum recepissent; verisimile est eos Arcas suas, non tantum ad Arcæ Judaicæ figuram facere, sed & ejus circumstantias omnes imitatione exprimere voluisse. Simiis enim in more est, non paucula aliqua, sed omnia quæ in exemplari ante oculos eorum posito intuentur, studiose & sine delectu imitari. Ad Deum itaque Auctorem, discriminis hujus origo referenda videtur; cui visum est, Arcam (exclusis tamen ritibus omnibus ethnicismum olentibus) Israelitis indulgere, qui ad Gentium mores & instituta omnia præcipiti & effræni ardore ferebantur. Ut rem in pauca conferam: permissum est Israelitis, ut Arca, tanquam præsentiæ divinæ symbolo, cultus divini medio, & rerum sacrarum repositorio uterentur: præceptum est interim, ut soli sacerdotes (non fœminæ, vel quivis ex illota plebe) eam bajularent, ut nihil præter legis divinæ tabulas in ea reponeretur, & ut figuræ Cherubicæ (Angelicæ præsentiæ symbola) utrique Arcæ[a] extremitati affigerentur: adeo ut ab antiquo plane mutata esset, & originis ethnicæ ne speciem retineret.

SECT. VI.

Probatur e ceremoniis, ex Ethnicismo petitis, in Arca honorem usitatis.

SEXTO: cistas ethnicorum mysticas Arcam instituendi causam præbuisse, probabile videatur, quod Israelitæ ceremoniis ethnicis in illius honorem uterentur. Harum autem duas in historia sacra memoratas indigitasse sufficiat:

(1°.) Arcam Dei plaustro novo, bobus trahendo, gestandam imposuere: Ita factum legimus, *2 Sam. 6. 2, 3. Surrexitque David & abiit, & universus populus qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent Arcam Dei,* —— *Et imposuerunt Arcam Dei super plaustrum novum, tuleruntque Eam de domo Abinadab.* Eo autem facto nonnulli Davidem, præcipiti zelo & affectu raptum, in Arcæ sanctitatem & Dei legem commi-

a *Exod. 25. 19.*

1 Vid. *Eleusinia*: cap. 25. 2 *Cohort.* p. 18.

 fisse

SECT. VI. fiſſe ſentiunt; cum ſolis [a] Levitis Arcam in humeris geſtandi provincia concederetur. Sed an David recte vel ſecus fecerit, non eſt præſentis inſtituti quærere. Id unum in præſens contendo, Davidem in hoc officio peragendo mores ejus juxta Gentilium ritus, in Deorum ſymbolis deferendis uſitatos inſtituiſſe. Illi enim Numinum ſuorum ſimulacra, templa portatilia, & ejuſmodi ſacra, plauſtro impoſita, ovantium ritu circumferebant. Meminit enim *Sanchuniathon*, Phœnicii numinis, *Agrotes* dicti, cui ſimulachrum eximio cultu dedicatum eſt, addito in Phœnice templo, quod ab [b] aliquot jugatorum boum paribus geſtabatur. Mos iſte apud quoſdam Aſiæ incolas, qui ethnicíſmum nondum abdicarunt, etiamnum viget: refert enim [c] *Purchaſius* noſter, ethnicos illic idolum prægrande, in ſuperiore feretri parte ſub tentorio collocatum, in modum pompæ ſolennis quotannis proferre. Id moris apud ethnicos Davidis tempore frequens fuiſſe, e [d] Philiſthæorum hiſtoria probabiliter eliciamus: cum enim ob Arcam detentam peſtis late graſſaretur, conſenſu publico decretum eſt, ut Arca plauſtro novo alio devehenda imponeretur. At fidem omnem excedit, Philiſthæos, cum præſertim res capitis ageretur, Arcam plauſtro imponere voluiſſe, niſi quod ita Gentium conſuetudo ferret, ut ſimulacra, ciſtæ, & hujuſmodi religionis inſignia, feretro (cum ſe daret occaſio) devehenda committerentur. Huc faciunt interpretis ſupra laudati verba, in *1 Par. 15. 2. Quia antea tranſlatio Arcæ infeliciter Davidi ceſſerat, cum* EXEMPLO GENTILIUM *illam tractare, & non ſecundum Legis præſcriptum tentaſſet; —ideo David nunc Levitas advocat, & ſecundum Moſis præſcriptum, non plauſtro & bobus, ſed vectibus & ſacerdotum humeris, illam geſtari præcipit.*

(3°.) Arca Dei multa cum pompa & celebritate in populum quandoque ferebatur. Cum enim David Arcam domum deducere ſecum ſtatuiſſet, eam plauſtro novo impoſuit, & inſtrumentis muſicis, choreis, epulis, frequentibus ſacrificiis, & ſolenni triginta millium virorum frequentia, illius adventum [e] celebravit. Nec minore cum pompa & ſolennitate Arcam ſub Salomonis auſpiciis in templum deportatam fuiſſe teſtatur Joſephus, quem brevitatis cauſa ſic per Interpretem loquentem audiamus: [f] *præcedebant eam cum victimis tam Rex quam univerſus populus ac Levitæ, libaminibus & multo hoſtiarum ſanguine viam perfundentes, & infinitam vim odoramentorum adolentes, ut circumquaque totus aer ſuavitate repletus etiam longe remotis ſentiretur.*— Et poſt pauca addit, *neque hymnos canentibus, neque choreas ducentibus, laſſitudo eſt oborta, dum ad templum pervenirent.* Nec dubitandum eſt, quin & ethnici Arcas eorum myſticas multa cum ceremonia & ovantium ritu circumferrent; ut animos ſuos Deorum zelo flagrantes oſtenderent, & plebem rituum ſuorum admiratione percellerent. Hoc Ægyptiis antiquis in more fuiſſe e [g] *Clem. Alexandrino* diſcimus: ille enim Ægyptiorum pompas & ritus referens, hæc inter alia memoriæ conſignavit: ἐν τοῖς καλουμένοις παρ' αὐτοῖς κωμασίαις, τῶν Θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα· δύο μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱέρακα καὶ ἶβιν μίαν περιφέρουσι i.e. *In iis autem quæ ab ipſis,* Ægyptiis, *vocantur* κωμασίαι, *aureas Deorum imagines, duos nempe canes, unum accipitrem, & ibin unam circumferunt.* Quo vero pompam illam facile & decore celebrarent, erant Κωμαστήρια vel vaſa ad τὰς κωμασίας ſpectantia. Arcæ nempe ſacræ, quibus imagines jam dictæ incluſæ geſtabantur. Unam e pompis illis Ægyptiacis fuſe deſcriptam debemus *Apuleio*, in ritibus Ægypti verſatiſſimo, lib. 11. de *Aur. Aſin.* ubi inter alia præſenti argumento conjunctiſſima, hæc habet: —— *Ferebatur ab alio ciſta ſecretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis: gerebat alius felici ſuo gremio ſummi ſui Numinis venerandam effigiem,* —— Alia horſum ſpectantia peti poſſunt a [h] *Petro Caſtellano*, qui de hoc argumento fuſe differit.

E teſtimoniis in medium allatis intelligere licet, Iſraelitas ceremonias illas quibus Arcæ ſuæ honorem deferebant, a receptis undique gentium ritibus mutuas accepiſſe: eas enim apud ethnicos uſitatas, & nullibi in lege præceptas, legimus. Non eſt itaque fidei vel rationi diſſonum, Iſraelitas exiſtimaſſe, Arcam ſuam a gentium moribus originem derivaſſe; & ea de cauſa ritu eodem tractaſſe & coluiſſe, quo & gentes antiquiores Deorum ſuorum ciſtas & ſymbola tractarunt & coluerunt.

a *Num.* 7. 9. *1 Par* 15. 1, 2. & 2. 35. 3. b Οὗ καὶ ξόανον εἶναι μάλα σεβάσμιον, καὶ ναὸν ζυγοφορούμενον ἐν Φοινίκῃ, &c. Apud *Euſeb. Pr. Evang.* l. 1. c. 10. p. 35. D c *Pilgrim.* l. 5. c. 11. §. 5. d *1 Sam.* 6. 7, 8. e 2 *Sam.* 6. 3. 4, 5. f *Antiq. Jud.* l. 8. c. 4. p. 347. 10. g *Stromat.* l. 5. p. 671. 10. h *Syntag. de feſt.* p. 89, 90, &c.

SECT.

SECT. VII.

SECT. VII.

Probatur sententia argumento ab Arca corona ducto.

SEPTIMO: Arcam a cistis ethnicis originem petiisse, aliam nobis opinandi causam suggerit ornamentum illud origine ethnicum [aurea nempe corona vel circulus] quo Arca decorari debuit. Arcam hujusmodi corona vel limbo redimitam fuisse, e Mose discimus: *Exod. 25. 11. Et facies super eam*, Arcam, זר זהב סביב *coronamentum aureum in circuitu.* Hoc autem coronamentum vel circulum Arcam ambientem ab exemplari ethnico tralatitium crediderim, tribus potissimum inductus argumentis:

(1°.) CLARUM est (siquid in tanta vetustate clarum) coronam aut circulum, non legem tantum, sed & pleraque Gentilismi insignia, antiquitate superare. Nam [a] *Tertullianus*, de coronarum antiquitate ex professo agens, earum in sacris usum inde usque ab ipsis idololatriæ nascentis incunabulis derivandum asserit; & e Gentilium scriptis, antiquissimos eorum Divos, Saturnum, Jovem, Priapum, Osirin, Isin, primo coronis insignitos probat: unde & fidens addit, *quale igitur habendum est apud homines veri Dei, quod a candidatis Diaboli introductum est, & ipsi a primordio dicatum, quodque jam tunc idololatriæ initiabatur ab idolis, & idolis adhuc vivis?* Tertulliano fidem securi habeamus, quod auctore [b] Kirchero, *vix occurrit hieroglyphicum simulacrum, ubi non occurrat sphæricum aut circulare quidpiam;* & e Mensæ Isiacæ simulacris manifestum fit, Ægyptios antiquos circulum aut coronam Numinum suorum capitibus semper imposuisse.

(2°.) LEGE curatum est, ut circulus aut corolla illa aurea rebus tantum & personis sanctitate præcellentibus, & Deo singulari ratione sacris, adderetur. Nam ex [c] Legis præscripto, Arca, Altare thymiamatis, mensa aurea, & caput Pontificis solummodo, corona exornari debuit. Hujus autem præscripti causa ex insignis illius usu & mysterio, apud ethnicos, Ægyptios inprimis, petenda videatur. Illi vero coronam vel circulum perfectionis & sanctitatis symbolum habentes, eum Deo vel personis & rebus ratione aliqua singulari Deo conjunctis proprium asseruerunt. Hoc e *Plinio* discimus: nam ille de Coronis loquens, *antiquitus quidem* [d] ait ille, *nulla nisi Deo dabatur. Ob id Homerus cœlo tantum eas & prælio universo tribuit: viritim vero ne in certamine quidem ulli. Feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo coronam ex edera. Postea Deorum honori sacrificantes sumpsere, victimis simul coronatis. Novissime & in sacris certaminibus usurpata.* E quibus claret satis, coronam olim tam sancte habitam, quod principio eam soli Deo dedicarent, postea vero res & personas Deo propinquiores coronæ honore dignarentur. Hoc [e] *Pignorio* observatum: *consuevit*, inquit, *dædala Antiquitas, res hominum opinione religiosas & augustas, quibusdam veluti notis insignire, per quas iis aliqua dignitas accederet. Inter has maxime nobilis fuit orbis quidam capiti aliquando circumscriptus, venerationis index & majestatis quæ humanam excederet.* Cum itaque Arca locum & nomen Dei haberet, cum etiam summus sacerdos inter homines, Altare suffitus & mensa aurea inter Tabernaculi vasa, sanctitate præcellerent; verisimile est Deum, corona, utpote receptæ divinitatis & sanctitatis indice, ea decorari voluisse. Et sane, nisi horum coronas huic rationi tribuendas existimemus, haud facile dixerit quispiam, cur Deus ea sola coronis insigniri jusserit. Sat novi, nonnullos opinari, Deum coronam aut limbum aureum, supra marginem paululum assurgentem, mensam auream ambire voluisse, ut ita panibus, aliter in terram lapsuris, prospiceretur: sed nil opus esse censeo, ut rationem tam tenuem & imbecillitate sua ruituram refellere conarer.

(3°.) GENTES antiquiores, non tantum Deorum suorum simulacra, sacrificia, sacerdotes, altaria, sed & cistas in mysteriis usurpatas, circulis aut coronis instruxisse videantur. Huic conjecturæ locum faciunt *Euripidis* illa,

[f] Ὁρᾷς τόδ' ἄγγος χειρὸς ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς;
Ὁρῶ παλαιὸν ἀντίπηγ' ἐν στέμμασιν

a Lib. de Coron. Milit. p. 105. A b Oed. Ægypt. T. 2. P. 2. pag. 87. c Exod. 25. 11. 30. 3. 37. 26. 30. 6. d Hist. Nat. l. 16. c. 4. e Mens. Isiac. Expos. p. 23. f Ion. Act. 5. v. 1337.

SECT. VIII.

Vides hanc cistam sub brachio manus meæ?
Video arcam antiquam sertis *coronatam*, & floribus.

Testimonium non minus luculentum nobis præbet [a] *Oppianus*, qui de Baechi ceremoniis loquens de Area, individuo orgiorum comite, hæc habet:

Χηλὸν δ' ἀῤῥήτην ἱερὸς χορὸς ἀράμενοι,
Στεψάμενοι, νώτοισιν ἐπεστήριξαν ὄνοιο·

[b] *Arcam porro arcanam sacer chorus sublatam,*
Coronantes, tergis imposuerunt asini.

Sed si tacuisset *Euripides*, *Oppianus*, aliique, non est quod hac de re scrupulum moveret quisplam: si enim *Car. Paschalio*, auctori de re coronaria bene merito fidem habeamus, usque eo invaluit coronæ usus in Gentilium ceremoniis, [c] quod *vix ullum Numinis simulachrum celebritatem aliquam adepti fuisse incoronatum; vix ullum divinum cultum, sive publicus sive privatus est, curate descriptum invenias absque mentione coronæ.* Hic forsan dicet nonnemo, Gentiles hac in re simiorum partes egisse, & coronas, e rituum Judaicorum studio, in mysteria sua recepisse. At huic opinioni sufficiat in præsens [d] *Tertullianum* opponere, diserte asserentem, *Coronarum institutionem ab eis prolatam, & in eorum deinceps honorem dispensatam, quos seculum Deos credidit.*

Cum itaque maximam veri speciem habeat, Arcæ coronam auream a Gentium moribus originem traxisse, eamque ideo præceptam fuisse, ne Arca Dei coronatis ethnicorum cistis splendore vel sanctitate cedere videretur; absurdum & fidei dissonum videri nequit, quod Arcæ ipsius institutionem ad eandem originem [seculi morem & ruditatem] referendam esse censeamus.

SECT. VIII.

Argumenta pro adversa parte adducta refelluntur.

Cum rem densis antiquitatis primævæ tenebris circumseptam præ manibus habeamus, nemo prudens expectabit ut sententiam nostram firmemus argumentis ea luce & evidentia pollentibus, ut præjudicii cujusvis nebulam pellant, & lectorem ad assensum pene cogere videantur. Facile prævideo, nonnullos hæc omnia animo dubio & suspenso accepturos, saltem quoad Objectioni uni & alteri satisfecerim.

Harum prima hujusmodi est, diabolus Arcam Dei semper ob oculos suos, tanquam exemplar, habuisse videtur. Diabolus enim diris modis animadvertit in eos, qui Arcæ sibi sacræ dignitatem tactu & aspectu temerario lædere non dubitarunt. Nam *Pausanias*, Arcam simulacri Baechi repositorium commemorans, *cum*, [e] inquit, *Eurypilus arcam illam aperuisset, & in ea* reconditum Bacchi *simulacrum intuitus esset,* αὐτίκα ἦν ἔκφρων μετὰ τὴν θέαν, *statim a spectaculo mentis impos factus est.* Hoc autem exemplum sumtum videtur e *1 Sam. 6. 19.* ubi Deus Bethsemitas ideo percussisse dicitur, quod in Arcam ejus inspexissent. Ita judicavit [f] *Bochartus*, & res est per se credibilis. Cum itaque Diabolus, hac in re, Dei Simia fuerit; consentaneum est credere, eum, Dei Arcam æmulatum, cistas sibi sacras fabricari præcepisse.

Hæc Objectio non multum urget sententiam meam: nam calamitas illa Bethsemitarum capræ Trojæ ætatem haud multum anteecessit: ideoque neutiquam credibile est, eorum pœnam ob Aream minus decenter habitam, *Eurypili* supplicio (quod ante tempora Trojana accidit) ansam aut exemplar præbere potuisse. Deinde: testantur historiæ, dæmones pœnis aliis, nec minus severis, Arcarum suarum contemptum non rato vindicasse. Nam [g] *apud Babyloniam in Apollinis templo* aurea *mira vetustatis* arcula reperta est, *ex qua conscissa vis pestilentis aëris* in vicinam regionem *sese profudisse* dicitur. Alia exempla, ne ab instituto præsenti multum aberret sermo, prætermitto.

Secundo: nonnulli forsan nobis adversi dicent, quod singularis Arcæ sanctitas & ornatus opinari suadeant, eam rei alicujus sacratissimæ typum fuisse, & ab exemplari aliquo cœlesti, magis quam cista gentium mystica, originem accepisse.

a Κυνηγετ. l. 4. v. 253, 254. b *Sic reddo nam* χηλὸς, *ut Suidas* κιβωτός. c De Coron. l. 4. cap. 1.
d De Coron. Milit. p. 105. A. e Lib. 7. p. 572. f *Animal. sacr.* L. 2. c. 36. g *Cal. Rhodig.* l. 8. c. 12

Sed a telo tam hebeti non eſt quod multum metuamus: quis enim ingenio tam feli- SECT.
ci eſt, ut rem ullam cœleſtem Arcæ typo adumbratam aſſignare valeat, & ſententiam VIII.
ſuam probabili aliquo argumento aut Scripturæ teſtimonio ſtabilire? Multi quidem μυστικώτερον aliquid Arcæ ſubeſſe aſſerunt, & in bilem toti verruntur, niſi dictatis eorum, tenui ſolummodo ſimilitudine ſuffultis, fidem ſupinam tribuamus. Sed (ut aperte loquar) odi profanum illud interpretum genus & arceo, qui cum Dei ſacris ludunt, & legis inſtituta, tanquam imagines cereas, in omnium rerum ſormas & ideas pro arbitrio fingunt. Arcam quod attinet, lectori conſulto judicandum relinquo, annon veri ſimilior ſit eorum opinio, qui Arcam ob ſeculi morem inſtitutam ſentiunt, & ſententiam ſuam argumentis bene multis inſtructam proferunt; quam eorum, qui Arcam ad myſteria quædam Evangelica adumbranda datam aſſerunt, eorum autem ſententiam ne vel umbra rationis confirmare poſſunt?

Tertio: objicient forſan nonnulli, quod incredibile ſit Hebræorum arcam Gentilium ciſtis, uſu longo nec ſtatim abolendo receptis, inſtitutionem ſuam debuiſſe; cum præcepto tam diſerto cautum ſit, ut Moſes, in Arcæ formatione, animum [non ad ſeculi uſum ſed] ad *montis exemplar* adverteret: hoc autem præceptum ſupervacaneum videri poſſit, modo *Moſes* exemplar in terris [ciſtam aliquam in ethniciſmi ritibus uſitatam] habuiſſet, ad cujus formam & uſum Arca Dei componebatur.

Respondeo: præceptum illud, ſæpius inculcatum, cauſam meam firmare magis quam evertere videatur. Ideo enim Deus tabernaculum, menſam, ſacerdotum ornamenta, altare, arcam, & alia ſanctuarii vaſa, ad exemplar in monte oſtenſum conformari juſſit; forte quod ſimilia cultus inſtrumenta in ceremoniis Ægyptiorum obtinuerint. Cum enim Deo Opt. Max. conſilium jam eſſet, uſitata gentium inſtituta ſacra, nec prorſus abolere, nec plane retinere; rerum ſacrarum exemplar & cultus externi formulam præſcripſit, unde nec Moſi nec artificibus ad dextram aut ſiniſtram declinare licuit. Quid autem Deus, ad exemplaris hujuſce fidem ſacra omnia tam curate componi voluit; niſi quod populus, modo nulli cultus exemplari vel normæ aſtrictus, non tantum omnia cultus ethnici inſtrumenta, ſed vitia & deformitates omnes, e cæco veterum ſtudio, fuiſſet accepturus?

Quarto: nonnulli forſan & hoc telo nos adorientur: Arca Judæorum & ciſtæ myſticæ Gentilium tam tenui affinitate & ſimilitudine conjungebantur; quod ſumme probabile ſit, nec Arcam Judæorum a Gentilium ciſtis, nec eorum ciſtas, ab Arca Judæorum, formam & originem petiiſſe; ſed Iſraelitas Arcam, & ethnicos Ciſtas, ob rationes utrique genti proprias, & cum ipſa cultus ſui natura intime conjunctas habuiſſe.

Sed & hujus teli ictum languidum facile ſuſtineamus: quamvis enim Judæorum Arcam & Gentilium ciſtas myſticas plurimum diſcrepaſſe, & ſacris diſſimilibus inſerviiſſe, non diffitendum ſit; ſi tamen utraſque paulo attentius intueamur, eas tot inſignibus circumſtantiis convenire reperiamus, quod ciſtas ethnicas ad arcæ Judaicæ exemplar conformatas, aut arcam Judaicam ob ciſtas ethnicas inſtitutam fuiſſe, nobis facile perſuadeamus. Nam,

(1°.) In materia generali ſummum inter ſe conſenſum & affinitatem coluerunt. Arcam enim ex auro, & ligno quod nitore & elegantia cum Cedro contenderet, effectam fuiſſe, e [a] Moſe conſtat. Ethnici etiam arcas in Numinum ſuorum ritibus uſitatas, e cedro conficere, & auro vel ebore (quantum ſeculi ruditas ferebat) condecorare ſolebant; ſi auctores modo citatos, hujus rei teſtes fide dignos habeamus.

(2°) Arcæ ethnicæ cum Judæorum Arca ſanctitate convenire credebantur. Arca Dei reliqua templi vaſa ſanctitate tam longe ſuperavit, quod [b] in ſacris literis ipſo קדש *ſanctitatis* titulo inſigniatur. Ethnici etiam *ciſtas* ſuas, quaſi pari ſanctitate donatas, religioſius obſervare, & *Sanctarum* epithero cohoneſtare ſolebant: nam inde ἱεραὶ κίσται & τὰ ἅγια, apud *Suidam* & *Clementem*, juxta gentium fidem uſumque loquentes, appellantur; & in ordinem hieroglyphicorum Ægyptiorum aſſumptæ, ad [c] myſteria ſua ſacratiora repræſentanda frequenter uſurpantur.

(3°.) In effectis etiam, Judæorum & Gentilium arcæ ſacræ plurimum conſpirarunt. Nam Judæorum Arca damna nec pauca nec levia iis attulit, qui ſanctitatem ejus [d] aſpectu curioſo, tactu temerario, aut loco aliquo minus religioſo, lædere non dubitarunt: teſtantur etiam *Pauſanias*, *Cæl. Rhodiginus*, aliique, Gentilium numina, in eos qui arcas eorum cultui ſacratas minus digne ſancteque tractarunt, iræ ſuæ exempla non levia edidiſſe.

a *Exod. 25. 10, 11.* b *Num. 4. 20. 1 Reg. 8. 8. 2 Par. 5. 9.* c *Kirch. Obeliſc. Pamph. l. 5. pag. 431.* d *1 Sam. 6. 19.*

CAP. II.

(4°.) In loco etiam utrisque apud Hebræos & ethnicos assignato amice convenerunt. Nam Arca Dei in tabernaculo primum, deinde in templo, & parte utriusque sacratissima ponebatur: ethnici etiam Arcas suas in templis & adytis plurimum posuerunt. Nam *Pausanias* cistam in templo Junonis, & *Cælius Rhodiginus* Arcam vetustissimam in Apollinis, collocatam memorat: & *Apis* Ægyptii cistam ἐν τῷ ναῷ τοῦ τιμωμένου δαίμονος, *in Dæmonis templo cujus præcipuus apud eos cultus erat*, locum invenisse, Auctor est *Nymphodorus* ille quem supra memoravi.

(5°.) Judæorum & Gentilium Arcæ a personis sacris & generis claritate conspicuis plurimum ferebantur: Arcam Judæorum a viris sacris & sanguine *Levitico* prognatis gestari debuisse, cuivis innotescit, qui Scripturam Sacram summis (quod aiunt) digitis attrectavit. Suos & Gentes Κιστοφόρους [homines quosdam ad id muneris sepositos, ut cistas sacras circumferrent] habuisse, e *Suida* discimus. Hosee vero non semper ex infimæ sortis hominibus elegerunt, sed ad sacrorum pompam augendam alicui e magnatum ordine cistam sacram gestandi provincia non raro data est: adeo ut *Lampridius* & *Spartianus* referant, *Commodum* Imperatorem, Isidis sacris initiatum, huic tam ridiculo oneri humeros suos subdere non dedignatum.

(6°.) Judæorum & Gentilium Arcæ religiosæ in usu & fine præcipuo apprime convenerunt. Utræque enim ad sacra κειμήλια & Numinis symbola in iis recondenda parabantur. Hoc abunde probant quæ *Cap.* seq. e scriptis sacris & profanis allaturi sumus. Interea loci, e tot insignibus circumstantiis, Arcæ cum Gentilium cistis communibus, haud inconsulte colligo, cistas ethnicas Arcæ Judaicæ, vel Arcam Judaicam cistis ethnicis, ansam & originem præbuisse.

CAP. II.

Arcam finaliter spectatam a cistis Ethnicis originem petiisse.

SI Arcam sejunctam & separatam a Cherubinis intueamur, illius finem & usum [a] *Grotii* verbis haud infeliciter exprimamus; *Arca fœderis nulli alii rei serviebat quam ad asservanda ea, quæ erant in Arca; — sicut & multarum gentium sacra cista condebantur.* Arcam hunc usum præbuisse, e Dei præcepto manifestum est, *Exod. 25. 16. Et pones in Arcam, Testimonium quod tibi dabo:* atque hinc nomen illud ארון העדות *Arca testimonii*, sortita est; quod scilicet *testimonium*, h. e. legem Dei duabus tabulis inscriptam, contineret.

Veterem autem Gentilismi ritum in causa fuisse, quod Deus Arcam huic usui inservientem instituerit, hisce rationibus inductus me persuasum habeo:

(1°.) Apud Gentes antiquas pene omnes, sacrorum lege receptum erat, ut Deorum symbola & instrumenta sacratiora cista conderentur. Ita morem in sacris Eleusiniis habuisse, nos docet [b] *Clemens Alex.* sic referans arcanas Gentium cistas, οἷαι δὲ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί; δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξειπεῖν· οὐ σησαμαῖ ταῦτα, καὶ πυραμίδες, &c. *Quales autem sunt cistæ eorum mysticæ? oportet enim sancta eorum revelare, & arcana enunciare. Annon ea sunt sesamides, & pyramides, & lana,* &c. *Hæc sunt eorum sancta.* Consuetudo huic finitima in sacris Ægypti servabatur: nam [c] *Synesius*, de Ægyptiorum hierophantis loquens, testatur, eos nescio quas sphæras mysticas & figuras symbolicas in sacris quibusdam cistis ponere & circumferre solitos. Morem cognatum in sacris etiam Thebanis locum habuisse, *Seneca* verba testatum faciunt:

Nos Cadmeis Orgia ferre
Tecum solita condita cistis.

Non est autem rationi consonum, has & alias gentes sacra sua in cistis arcanis posuisse, ut Judæorum exempla sequerentur; cum vix assequi detur, quomodo mos ille Judaicus in tot gentes, magnis locorum spatiis disjunctas, propagari potuerit. Deinde: modo gentes illæ sacra in cistis condendi & circumferendi religionem a Judæis accepissent, æquum est opinari, eas Cherubinos etiam, utpote Arcæ conjunctissimos, accipere & imitari voluisse:

a In *Epist.* ad *Hebr. c.* 9. *v.* 4. b In *Protrept. p.* 19. 1. c In *Calvit. Encom. p.* 73. A

(2°.)

(2°) Si oculos nostros per temporum antiquiorum historias circumferamus, facile percipiamus, idololatras ritus & mysteria sua a vulgi conspectu & notitia studiosius occultasse. Nempe ut eorum mysteria, nil sacrum aut admirandum in ipso recessu continentia, summam admirationem, affectata quadam obscuritate, apud facilem plebem sibi conciliarent. Ratio itaque suadet opinari, cistas illas quibus idololatræ nugas, mysteriorum titulo decuratas, olim occultarunt, originem perantiquam habuisse; nec ab Hebræorum Arca vel historia, sed idololatriæ dolis & præstigiis initia petiisse.

(3°.) Haud facile est rationem satis solidam excogitare, cur Deus Legis tabulas in cista recondi, easque circumferri voluerit; nisi ut ritum ethnicum in religionem veheret, & Israelitis cultus ubique recepti speciem aliquam expetentibus, quasi morem gereret.

(4°.) Conjecturæ nostræ subsidium præbent ipsæ Legis tabulæ, quæ solæ in [a] Arca Dei recondebantur. Quid enim nihil præter Legis tabulas [perpetua illa sanctitatis monimenta, & rationis summæ documenta] Arcæ Dei inderentur; nisi ut cistarum ethnicarum ineptias tacite sugillaret, & sanctitatem (cujus illæ speciem & nomen solummodo ferebant) revera promoveret. Nam e frequentibus Antiquorum testimoniis abunde liquet, cistas ethnicas, inepta multa, nonnulla in turpissimis habita, imo [b] serpentes, Dæmonis impuri symbola, continuisse: adeo ut κίσται ἅγιαι, falsissime, & ad populum solummodo ludendum, dicerentur. Deus autem nihil in Arca sua reponi voluit, nisi quod rationi conveniret, & populum summæ sanctitatis admoneret: adeo ut Deus, Arcam concedens Israelitis, eorum stultitia & superstitione seculi feliciter abuti videretur.

Argumenta jam, si non omni exceptione majora, speciosa saltem, adduxisse videar, ad probandum, Arcam, *finaliter* spectatam, seculi consuetudini & populi rudioris modulo institutionem ejus debuisse.

CAP. III.

De Cherubinis nominaliter sumptis agitur.

Arca Mosaica prima gloria fuit & velut anima Tabernaculi, Cherubini vero Arcæ; cum res ipsæ fuerint, quarum præcipue gratia Arcam tot honoribus & elogiis donatam legimus. Nam Arca *Scabelli* tantum divini titulo in Scriptura decorata est, [c] Cherubini vero Dei sedes & thronus audiunt. Deus enim *Cherubinos habitare*, & ejus gloria [d] *Cherubinis insidere* dicitur. De iis itaque utpote præcipuis & indivisis Arcæ partibus proximo sermonem instituemus.

Quo vero viam facilem & nullis dubiis impeditam ad sequentia faciamus, nonnulla de quintuplici *Cherubinorum* acceptatione necessario præmittenda duximus. Nam (1°.) Sumi possunt Nominaliter, vel cum respectu ad ipsum nomen, quo hæc sacra simulacra in Scripturis innotescunt. (2°.) Formaliter, vel respectu habito ad formam quam gerebant principalem. (3°.) Symbolice & mystice, qua sensus & dogmata quædam sacratiora viris nasutioribus occulte significabant. (4°.) Localiter, cum respectu scilicet ad locum quem imagines illæ in adytis occupabant. (5°.) Finaliter, vel cum respectu ad fines illos, quibus præcipue serviebant. Ne vero studium meum in ulla præsentis argumenti parte requiratur, probaturus sum, Cherubinos, quocunque modo spectatos, institutionem & originem suam antiquioribus Ægypti vel seculi moribus debuisse.

A Cherubinis autem Nominaliter spectatis operis initium sumam.

a Reg. 8. 9. 2 Par. 5. 10. b V. Clem. Alex. Cohort. p. 11. 15. c Psal. 99. 1. & 8. d 2. Sam. 6. 2. Exec. 9. 8.

SECT. 1.

S E C T. I.

De Cherubinorum nomine & significatu.

PHILOLOGI & interpretes non pauci nominis hujus [Cherubim] originem & imponendi rationem inter Scripturæ ἄπορα referendam, nec operam in illius explicatione ludendam censuerunt. Alii vero in illius ratione investiganda multum operæ & literaturæ (absit verbo invidia) frustra hactenus impenderunt. Ideoque lectori non ingratum futurum existimavi, si in hoc agro, non adeo trito & subacto, paulisper laborarem. Quo vero sermonem apertum & distinctum habeam, primo de vero vocis hujusce vexatæ sensu; deinde, de illius ratione, [h. e. cur imaginibus Arcæ affixis imponeretur] examen instituendum est.

Vox Cherubim significat

UT genuinum vocis sensum & originem assequamur, ad facram Scripturam & linguas Hebrææ cognatas diligenter attendendum est. Ex iis autem vocabulum illud multiplici significatu gaudere, facile percipiamus.

Boves,

NAM primo, Bovem aut Vitulum notat, idque ex prima (ni fallor) vocis intentione. Hoc ita habere, luculenter constabit e duobus locis *Ezechielis* ἐν παραλλήλῳ positis,

Cap. 1. 10.	Cap. 10. 14.
Et similitudo facierum eorum, facies hominis, & facies leonis, --- & facies bovis, -- & facies aquilæ.	*Facies unius,* פני הכרוב *facies* Cherub, *& facies secundæ facies hominis, & tertiæ facies leonis, & quartæ facies aquilæ.*

In quibus verbis obvium est observare, Prophetam pro פני שור *vultu bovis* cap. 1. פני הכרוב *vultum Cherubi* cap. 10. posuisse. Hujus autem mutationis [cum propheta ejusdem animalis formam, utroque in loco se referre * asserit] nulla occurrit ratio, nisi quod vox *Cherub* bovis significatum antiquitus obtinuerit. Huic conjecturæ sua præbet momenta affinis Syrorum & Chaldæorum dialectus: nam [a] Syris & Chaldæis כרב *Cherab*, *arare* denotat, quod proprium apud gentes antiquiores boum munus. Inde causa data Prophetæ verbis, *Amos.* 6. 12. *An current in petra equi? aut quis arabit bobus?* Et *Sirachidis*, *Eccles.* 38. 25. *Quo pacto fiat sapiens qui tenet aratrum, boves agens & versans in eorum operibus?* Quibus consonum Poetæ dictum:

Navita de ventis, de tauris narrat arator.

Inde factum quod veteres, *terræ, agriculturæ, & alimenti symbolum* [b] bovem facerent. Neque novum atque insolens videri possit, quod apud antiquos Hebræos bovem ab *arando* nomen habuisse dixerim: bos enim (si quid valeat [c] *Bocharti* conjectura) בקר dicitur, quia Arabice בקר est *terram vomere proscindere*. His apprime convenit, quod boves olim *Triones* dicerentur; vel a terra quasi Terriones, aut quasi Striones (ut voluit [d] Scaliger) *a stria, quam proscindendo sulcos, faciunt*. Non diffitendum interim (ut in callem redeam) Lexica pleraque hanc vocis *Cherub* notationem alto silentio prætereire. At ratio illa levior videtur, quam ut illius causa hanc vocis notationem rejiciat quispiam; cum non tantum argumentis jam in medium allatis, sed clarissimorum in Rep. literaria Triumvirorum [[e] *Josephi Medi*, [f] *Lud. de Dieu*, & [g] *Bocharti*] suffragiis, jam dictus vocis illius sensus & origo se tueri possit. Cum autem *Cherub* (uti dixi) bovem, creaturam corporis viribus præstantem, primario significaret; inde profectum videtur, ut ea voce magnates & viros potentia & fortitodine singulari conspicuos olim denotarent. Nam,

Fortes,

SECUNDO: vox *Cherub*, ad fortem, potentem, & validum, significandum in Scripturis usurpatur. Hunc sensum voci assignandum docent Dei ad regem Tyri [h] verba, את כרוב ממשח i. e. Interprete Tremellio, *tu Cherub* eras, *ex quo unxi te*, &c. Ubi proculdubio vox illa potentiam & magnitudinem illam indicat, qua rex ille vicinos, imo & semetipsum, superavit, ex quo Deus illum ad sedem regiam evexisset. Eam

* Cap. 10. 14. a Vid. *Syr. Int.* ad *Luc.* 9. 62. & 1 Cor. 9. 10. b Γῆς τε αὐτῆς καὶ γεωργίας καὶ τροφῆς σύμβολον ὁ βοῦς. V. *Caussin.* in *Hierogl.* p. 127. c De *animal. facr.* col. 60. d In *Conjectan.* ad *Varron.* p. 144. e *Respon.* ad *Animadv.* L. de Dieu. p. 569. f Ap. *Jos. Med.* p. 567. g De *animal. facr.* l. 2. col. 412. h *Ezec.* 28. 14.

etiam

tiam notationem astruit cognata Syrorum dialectus, in qua כרובא *potentem* & *magnum*, & כרובותא *vim* aut *fortitudinem*, sonare Lexicorum consensu comprobatum est. Hisce firmitatis aliquid addit * *Philo*, qui tradit [haud dubie ex Hebræorum disciplina] per *Cherubim*, τὰς τοῦ Ὄντος δυνάμεις, τήν τε ποιητικὴν καὶ βασιλικήν, *potentias ejus qui est, creatricem & regalem*, designari; & ἱλαστήριον fuisse σύμβολον τῆς ἵλεω τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, *symbolum propitiæ Dei potentiæ*. Est itaque cur credatur, vocem *Cherub* apud Hebræos antiquiores *potentiæ* notationem habuisse, quamvis significationis hujus antiquæ vix ulla, nisi in cognato *Syrorum* idiomate, supersint vestigia; ni forte civitas apud [a] *Ezram* memorata, nomen *Cherub* invenerit, quod valida esset, h. e. probe munita nec facili conatu expugnanda. Hæc animum inducant opinari, vocem *Cherub* fortitudinis significatum apud Hebræos antiquiores habuisse. Inde vero res hæc mihi penitus confirmatur, quod Deus in sacris literis nunquam *super Cherubim sedere* vel *equitare* dicatur, nisi cum illius potentia & fortitudo celebranda vel invocanda veniat. Cum enim viribus ad bellum indigerent Israelitæ, ad Shilo misisse dicuntur, [b] *ut peterent inde arcam fœderis Jehovæ exercituum, insidentis Cherubim.* Et cum *Hezekiah* se hostibus suis imparem persentisceret, auxiliarem Dei potentiam imploravit, dicens, [c] *Jehova Deus Israelis, insidens Cherubinis, illucesce: coram Ephraim, Benjamin & Manasse* [qui Arcam proxime & quasi a tergo sequebantur] *excita potentiam tuam, & veni ad salutem*, &c. Quasi dixisset, "Tu qui sedes inter fortes, eosque ad nutum tuum compositos habes, exere fortitudinem tuam, & populo tuo jam laboranti suppetias feras. Huic loco affinitate propinqua jungitur *Psal.* 99. 1. *Jehova regnat, commoveantur populi: insidet Cherubinis, nutet terra:* h. e. "Terra sede sua moveatur licet, & susque deque ferantur omnia; animi "nunquam deficient, quoad Deus insideat Cherubim, sede sua minime deturbandus. Huc etiam spectat *Psal.* 18. 11. ubi *Psalmistes* Dei potentiam celebrans, *insidens*, inquit, *Cherubinis volat, volitatque super alas venti.* Quem locum *Chaldæus* in hæc verba reddidit, & *visus est* בגבורתיה *in robore suo super Cherubim levissimos, & adduxit potentiam suam super alas turbinis.* Quid autem sancti viri, Dei sessionem inter Cherubinos, tanquam firmissimum potentiæ argumentum toties adhiberent; nisi quod *Cherubim* fortes & validos olim denotaret, ideoque certum potentiæ divinæ rebus suis affuturæ omen & argumentum inde capiendum existimarent? Hisce nonnihil præsidii præbent [d] *Procopii* verba: *Scriptura solet vocare* Cherubim, *quicquid potens est. Id vel inde patet:* Qui sedet super Cherubim, *id est, qui potens est regnare:* — Ascendit supet Cherubim & ἐπετάσθη i. e. *cum multa & magna advenit potentia.*

Tertio: vox hæc personam prudentem & multa cognitione præditam cum significavit: ut plane conveniret cum affini כביר [facta literarum metathesi] quod *scientem, gnarum, solertem*, notat. Hunc vocis sensum Lexicographi moderni non agnoscunt, ei vero ex Antiquis haud pauci patrocinantur. Inter eos [e] *Philo Judæus* inprimis de simulachris Arcæ conjunctis agens, ἃ, inquit, πατρίῳ μὲν γλώττῃ προσαγορεύεται Χερουβίμ, ὡς δ᾽ ἂν Ἕλληνες εἴποιεν, ἐπίγνωσις καὶ ἐπιστήμη πολλή· Hæc *sermone vernaculo nominantur* Cherubim, *hoc est, cognitio & scientia multa.* Consentit [f] *Clem. Alexandrinus*, sic vocem explicans, ἐθέλει δὲ τὸ ὄνομα τῶν Χερουβὶμ δηλοῦν ἐπίγνωσιν πολλήν· *Vult autem nomen Cherubim significare multam cognitionem.* Cum iis facit [g] S. *Hieronymus*, dicens, *Cherubim lingua nostra interpretantur multitudo scientiæ.* Hic multum [h] æstuare, & varias conjecturas comminisci, solent viri docti, ut *S. Hieronymi* interpretatio veritati consona censeatur. Nam in hanc rem *Marinus Mersennus* Cherub deducit a נכר *cognoscere* & רב *multitudo.* Vir doctus qui *S. Hieronymi* opera notis illustravit, rem alia ratione expediendam censuit: nam כרב inquit, *significat* tanquam multitudo, כרב tanquam magister: *& ex utraque significatione in uno verbo conjuncta, nata est illa interpretatio.* Sed magis ingenuum se præbuit eruditus [i] *Rivetus*, cum dixit, *quomodo fieri possit, ut a multitudine scientiæ derivetur vox* כרוב *fateor me videre non posse, nec id docet Hieronymus.*

Ut lectorem hic forsan hærentem expediamus, dicendum videtur, Hebræos antiquiores vocem כרוב ad notandam scientiæ multitudinem usurpasse. Ita me persuasum faciunt, non tantum Veterum quos jam citavi testimonia, sed significatus hujusce vestigia in affini Syrorum dialecto etiamnum deprehensa. In hujus rei fidem audiamus

SECT. I.

Sapientes.

* Lib. de *Profug.* p. 465. a *Ezr.* 2. 59. b 1 *Sam.* 4. 4. c 2 *Reg.* 19. 15. *Psal.* 80. 1. d In *Genes.* c. 3. p. 79. e Lib. 3. de *Vit. Mos.* p. 668. B f *Stromat.* l. 5. p. 667. 15. g *Comment.* in 6. *Is.* v. 2. h *Unde* Cherub *significet multitudinem scientiæ, difficile dictu est.* Ribera de templo. l. 2. c. 6. i In *Genes.* p. 167.

SECT. I. quæ *Isabar Ali* habet in Lexico, כרובא מן כרובותא *Cherubo a voce Cherubotho*, i.e. *fortitudo. Interpretatio alias ejus est* סגיות כרעתא *multitudo scientiæ.* Eadem significatio firmatur verbis [b] *Johannis* Metropolitæ *Darensis*, quem *Abraham Ecchellensis* seculo quarto vixisse perhibet, &c. מנו שומהא תוב כברובא סגיאותא בירעתא *Quid etiam nomen Cherubim? Multitudo cognitionis, sive effusio sapientiæ, sive abundantia, & opulentia sapientiæ.* Hæc vocis origo stomacho meo non ingrata venit, quanquam [c] *Morinus* eam concoquere non novit: nam *in etymo*, inquit, *Cherubim, Dionysii errorem amplificare videtur Darensis:* nam & *S. Dionysius*, lib. de [*] Cœlesti Hierarchia, *Cherubim* notare *cognitionis copiam vel sapientiæ diffusionem* affirmavit.

Angelos. QUARTO: Cherubim ad Angelos significandos in Scripturis adhibetur. Nam vocem eo sensu venire, *Genes.* 3.24. & variis [d] *Ezechielis* visionibus, unanimi Interpretum suffragio confirmatum est. Hinc factum quod Judæi simul & Christiani, in scriptis & precum suarum formulis, semper usi sint vocabulo *Cherubim* ad Angelos significandos. Ideo vero Spiritus S. Angelos eo nomine donasse videtur, quod nominis illius omen implerent maxime, & fortitudine scientiaque creaturas alias tanto intervallo antecederent, ut digni essent qui הכרובים *fortes* aut *scientes*, isti emphatice & per eminentiam, dicerentur.

HANC nominis Angelici rationem eo veritati propiorem censeo, quod Angeli in Vet. & Novo T. potentiæ titulis frequenter insigniantur. Nam appellantur *Exercitus cælorum*, 1 Reg. 22.19. *Currus Dei*, Ps. 68.18. *Angeli robore præcellentes*, Psal. 103. 20. Et signanter אבירים *fortes*, Psal. 78.25. Dedit illis לחם אבירים id est, ad mentem τῶν LXX, ἄρτον τῶν ἀγγέλων. Et *Psal.* 89.7. כבני אלים *inter filios fortium*, Targum per באוכלוסי מלאכיא *inter chorus Angelorum* interpretatur: Ob summam potentiam אלהים etiam a [*] Psalmista vocantur, quem [*] Apostolus de Angelis interpretatur. Hymno insuper [e] Apocrypho αἱ δυνάμεις Κυρίου, *Domini potestates* vel *potentiæ* nominantur. In novo Test. Ἄγγελοι καὶ δυνάμεις, 1. *Pet.* 3.22. στρατιᾶς οὐρανίου, *Luc.* 2.13. ἀρχαί, *Eph.* 1.21. *Colos.* 1.16. ob potentiam illam qua creaturas alias longe superant.

ANGELI etiam non minus scientiæ nomine sub Vet. Testamento inclaruere: prout enim [f] fortitudo Angeli ad maximam fortitudinem, sic & [g] sapientia Angeli ad maximam sapientiam exprimendam, tanquam formula proverbialis, usurpatur. Nec sine bella veri specie, [h] nonnulli verba serpentis [*eritis* כאלהים] de Angelis interpretantur: ut hic sit verborum sensus, [i] *intellectus vester, qui---ab Angelis sapientia superatur, tanta scientia illuminabitur, ut similes Angelis indubie sciatis* quid bonum, quid malum, *quid de quaque re verum, quid falsum, quid affirmandum, quid negandum sit.*

Imagines Arcæ. QUINTO: vox *Cherubim* ad sacras imagines Arcæ operculo impositas indicandas frequenter usurpatur. Hoc cuivis innotescit, qui vel prima attigit Theologiæ vel Scripturæ limina. Tribus autem de causis imagines illæ nomine *Cherubim* dictæ videantur:

(1°.) ANGELORUM emblemata erant, & eorum natura similitudine quadam referebant: ideoque par erat, ut ipsorum Angelorum nomen gererent, & Angelico nomine *Cherubim* discernerentur. Nam, observante [k] *Grotio, simulacro nomen dare ejus quem simulacrum refert, receptum est apud omnes gentes.*

(2°.) VOX *Cherub* apud antiquiores Hebræos *figuræ* vel *simulacri* significatum habuisse videatur. Ita mihi persuadeo, quod כרב *simulare* [l] denotet, & כרובא *Cherubo* Syris sit עברא ראומנא *Effector, formator imaginum.* Docent autem linguarum Orientalium consulti, linguas Hebrææ cognatas, [Syriacam, Chaldaicam, Arabicam] plurima vocabula Hebræa, & varias vocum Hebræarum significationes, suis in Archivis recondere & naufragas linguæ illius antiquissimæ merces, alias perituras, sartas tectas conservare. Nugari forte viderer, si significatus hujus antiqui memoriam linguam etiam Græcam retinere dicerem. At sane vox Κύρβεις non longe recedit a קרב est autem [m] Κύρβεις, στήλη,— ἢ ξύλινος ἄξων, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ νόμοι ἐγγράφοντο· *Columna,—vel axis lignea, qua leges antiquitus incisa fuerunt*, aut *exarata.*

a Ap. *Hottinger.* in *Smegm. Orient.* p. 291. b Id. Ibid. pag. 290. c Adnot. in *Syror. Ord.* p. 422. d Cap. 10. & Cap. 11. & 41. * *Psal.* 8.5. * *Hebr.* 2.7. e Cap. 3. *Dan.* v. 39. f *Zac.* 12.8. g 2 *Sam.* 14.20. & 19.27. h *V. Bezam.* ad 1. *Rom.* v. 21. &c. i *Horn. Hist. Philos.* l. 1. c. 2. k *Annot.* in 2. ad *Thessal.* c. 2. v. 4. l *Hottinger. Smeg. Orient.* p. 291. Et *Lexic. Polygl.* in כרב m *V. Hesych.* ad voc. κυρβ.

x Cap. 7.

(3°.) Verisimile est, olim sic usum obtinuisse, ut vox hæc non figuras simplices, sed e certis animantium formis mixtas, indicaret: adeo ut *Cherubim* apud Hebræos, prout *Sphynges* apud ethnicos, figuras poeticas & quasi hieroglyphicas denotarent. Hac de re persuasum est mihi, quod LXX, quanquam centies occurrat vox *Cherubim*, eam nunquam transferant, sed per Χερουβὶμ perpetuo reddant. Quid autem ita faciunt, nisi quod vox Cherubim illam formarum compositionem notaret, qui exprimendæ impar erat Græcorum lingua? Deinde: satis e scripturis elucet, & omnium consensu firmatur, Cherubim figuras mixtas fuisse; & Tabernaculi Templique artifices, communi tantum vocis usu doctos, earum figuras plane cognitas habuisse: nam apertum est, Deum quid per Cherubim voluit, nullibi distincte & perspicue explicuisse. Præterea: legimus 1. Reg. 7. 29. *figuras leonum, boum, & Cherubim, basis cujusque climacteras* adornasse: unde proclive est colligere, leonum boumque nomine figuras simplices, Cherubinorum vero, figuras mixtas intelligendas esse. Sed hæc paulo accuratius & opportunius Capite sequente discutienda venient. SECT. II.

SECT. II.

De nominis rationibus, iis præcipue quæ petuntur ab Ægypti seculique more.

NOMINIS hujusce sensum sat multis docuisse videar: dicendum est proximo, cur nomen illud imaginibus Arcæ Affixis imponeretur. Quantum itaque hac de re conjecturis assequi datur, simulacra illa ob rationes sequentes nomen *Cherubim* sibi inditum habuerunt.

(1°.) Quod nomen illud, imaginum earum figuris apprime conveniret. Nam e jam dictis, & statim dicendis, constet, imagines illas e variis animalium formis compositas fuisse; ideoque par erat ut *Cherubim* dicerentur, eum veteres Hebræi nomen illud pro figuris mixtis & hieroglyphicis erebro sermone usurpasse videantur. Quamvis autem Cherubim mixtas animalium diversorum figuras gererent, vulgo creditum est, sacras illas imagines ad speciem bovinam propius accessisse. Cum itaque vox illa *boves* etiam denotaret, rationi convenit, Deum nomen Cherubim imaginibus illis indidisse, quod cum earum figura vel parte præcipua maxime consentiret. Nam, ut recte [a] *Ciceroni* dictum est, *ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur.* Hæc verba *Galenus* pene Græca fecit, cum dixit, ἀπὸ τῶν πλεονεκτούντων ἐν τῇ κράσει, γίνονται αἱ προσηγορίαι

(2°.) Quod imagines illæ ministerii & præsentiæ Angelicæ symbola erant & figuræ. Doctorum omnium opinione receptum est, Cherubim, arcam alarum flexibus ambientes, beatos illos spiritus denotasse, qui Evangelii mysteria admiratione defixi contemplantur, qui Cœli majestatem promptissimæ celeritatis obsequiis ambiunt, & illius imperata veloci & quasi alato ministerio peragunt. Quum itaque imagines illæ Angelos repræsentarent, & eorum quasi vicem gererent; par erat ut nomine Cherubim, quo Angeli [b] diu antea innotuissent, insignirentur.

(3°.) Nomen Cherubim [*fortes* aut *potentes* notans] imaginibus hisce datum videtur, quod Arca fortitudinis & potentiæ divinæ symbolum esset & sacramentum. Neque hoc gratis dictum sentiat lector, aut oscitanter prætereundum: si enim Scripturas Arcam spectantes attentius aspiciamus, pateat Deum Aream, non tam justitiæ, misericordiæ, aut scientiæ, quam potentiæ suæ, pignus & monumentum statuisse. Eam enim David *Arcam fortitudinis* Domini nominavit, 132. Psal. 8. Idem nomen & Salomon Arcæ tribuit 2. Par. 6. 41. *Robur* etiam & *gloria* Judæorum dicta est, Psal. 78. 61. *Tradidit in captivitatem robur eorum, & gloriam eorum in manus hostium:* nam locum illum de Arca a Philisthæis capta intelligendum esse, interpretum pene omnium suffragio comprobarum est. Eodem spectare videntur [c] Psalmistæ verba, *desideravit Te anima mea, —— ut viderem* עזך וכבודך *robur & gloriam tuam, sicut vidi in Sanctuario*, ubi scilicet Arca reponebatur. Hæc & loca similia Judæis antiquioribus ansam dedisse videntur, Arcam *fortitudinis* aut *potentia* nomine appellandi, prout e verbis *Sirachidis* haud obscure colligendum est. *In Ecclesia Altissimi os suum aperiet* Sapientia, καὶ ἔναντι δυνάμεως αὐτοῦ καυχήσεται, *& coram potentia illius gloriabitur: hoc est*, inquit [d] Grotius, *in Templo ubi est Arca, qua* עז *Hebrais.* Hinc & Sanctuarium, Arcæ locus & sedes, *Sanctuarium*

a Lib. 5. de *Finib.* §. 30. b *Gen.* 3. 24. c *Psal.* 63. v. 3. d In *Ecclum.* c. 24. 2.

SECT. II. *roboris*, Dan. 11. 31. & *excellentia fortitudinis*, appellatur, *Ezec.* 24. 21. Et Psalmi omnes, ad celebrandum Arcæ in Sionem adventum compositi, Deo fortitudinem tribuunt vires humanas longissime superantem, & in propitia Dei potentia celebranda vel imploranda toti occupaotur. Nam *Psalmus* 24. quem plerique cum Arca in Sanctum Sanctorum esset inferenda Scriptum sentiunt, Templi portas per prosopopœiam sic alloquitur, ver. 7, 8. *Elevate, o portæ, capita vestra, elevate vos portæ perpetuæ, & introeat Rex gloriæ! quis est Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Interpretes etiam *Psalmum* 68. qui multus est in potentia Dei celebranda & illius auxilio implorando, eadem occasione scriptum arbitrantur. Similia nobis occurrunt in [a] hymno, magistro symphoniæ tradito, cum David arcam in Tabernaculo statuisset. Quæ sane loca omnia causam opinandi præbent, Arcam non tam præsentiæ quam potentiæ divinæ pignus & monimentum a Deo constitutam, hoc etiam pios omnes e veterum Hebræorum gente probe tenuisse. Neque hoc ævi recentioris Hebræos latuisse, e verbis auctoris *Targ. Hierosolymitani* probabiliter concludamus. Sic enim textum [b] illum celebrem explicandum censuit. *Cum Arca proficisceretur*, erigebat *Moses in oratione manus* suas, *ac dicebat*, קום מימרא דיי בתקף חילך *Surge o verbum Domini, cum fortitudine roboris tui*, &c. Cum itaque Arca cum Cherubinis fortitudinis divinæ propitiæ tessera esset & sacramentum, opinari par est, non tantum Cherubim *fortes* & *potentes* indigitasse, sed Deum nomen illud Arcæ simulacris imposuisse, ut fidem eo certiorem populo faceret, *Fortem Israelis* rebus eorum præsidere, nec quicquam ab hostibus timendum, quamdiu fortitudinis tantæ præsidio se dignos redderent.

(4°.) Ægyptiis, aliisque gentibus antiquioribus, in more erat, Deos & Dæmonas suos nominibus a potentia & fortitudine desumptis insignire.

Nam, ut ab Ægyptiis ordiamur, eorum Apis fortis aut potens per eminentiam dicebatur. Hanc assertionem fide dignam reddunt [c] verba Jeremiæ: מרוע נסחף אביריך vel (uti LXX legerunt) אבירך *Quare abductus est fortis tuus?* nam ea sic efferunt LXX, Διατί ἔφυγεν ἀπὸ σοῦ ὁ Ἆπις, ὁ μόσχος ὁ ἐκλεκτός σου, *cur a te fugit Apis, ille vitulus electus tuus?* Ubi clarum est, Græcos אבירך *fortem tuum*, per Apim vitulum interpretari. Græcorum interpretationem ratam habet & versio Arabica, quæ sensum loci sic reddidit, *cur fugiens fugit vitulus tuus electus?* Hæc Prophetæ interpretatio verisimilior existimetur, quod *Apis* ille Diis aliis potentia & virtute præcellere crederetur. Nam *Ælianus* hoc numen memorans, Θεὸς, [d] inquit, Αἰγυπτίοις ἐναργέστατος ὁ Ἆπις εἶναι πεπίστευται *Apis apud Ægyptios efficacissimus Deus creditur.* Neque Apis tantum, sed & Ægypti Serapis, fortitudinis præcipue fama claruit. Refert enim [e] *Porphyrius*, *Serapin* in hunc modum de seipso cecinisse.

> Φαιδρὴ μὲν κατὰ δῶμα Θεοῦ καταλάμπεται αὐγή·
> Ἦλθε γάρ, ἠντεβόλησε μέγας Θεὸς εἶδεν ἐμεῖο
> Κάρτος ἀμαιμάκετον· ———

Id est,

> *Lux læta Dei templum irradiat,*
> *Venit quippe, — magnus Deus, & aspexit*
> *Invictum robur meum,* ———

Hoc forsan, aut aliud ei cognatum, oraculum in causa fuit, quod *Serapin* nonnulli Jovem, [f] *ut rerum omnium potentem*, dicerent. Ægyptiorum Bacchum etiam fortitudinis laude celebrem fuisse, is facile admittet qui [g] *Plutarchum* audiet: ἱστοροῦσι δὲ καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐκ Ὄσιρις, ἀλλ' Ἀρσαφὴς ἐν τῷ ἄλφα γράμματι λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος· *Fertur etiam ab Ægyptiis Bacchus filius Isidis esse, qui non Osiris, sed Arsaphes [voce ab alpha litera incipiente] nomen gerat, quo fortis significatur.* In ejusdem laudis societatem & Osirin Ægyptium vocat [h] *Apuleius*, quem ornavit titulo *Magni Dei, Summi Parentis, invicti Osiris.*

Ægyptios antiquos hujusmodi titulis & elogiis Numina sua ornare solitos, eo facilius est creditu, quod & aliæ gentes Deos suos titulis potentiam & fortitudinem notantibus honestarent. Nam inter Phœnicum Deos, Cabirim, i. e. exponente [i] *Varrone*, Θεοὶ δυνατοί, præcipui censebantur: & nominis rationem firmant Tertulliani

a 1 *Par.* 16. 27, 28. b *Numer.* 10. 35, 36. c Cap. 46. 15. d De *Animal.* l. 11. c. 10. e Ap. *Euseb. Pr. Evang.* l. 5. c. 13. p. 201. f *Tacit Hist.* lib. 4. c. 84. p. 112. g Lib. de *Is.* & *Osirid.* p. 365. E h De *Aur. Asin.* lib. 11. i Lib. 4. de *ling. Lat.* p. 17.

verba,

verba, Lib. de Spectaculis; *ante eas* [columnas] *tres aræ trinis Diis patent*, Magnis, SECT.
Potentibus, Valentibus: *eosdem Samothracas existimant*. Syri numen colue- II.
re, [a] cui Ἀζίζω, a עזיז *fortis* & *robustus*, nomen fecerunt. Arabes antiqui Lunam aut Venerem stellam, [b] nomine קבר *Kabar*, quod lingua Hebræa & Phœnicia *potentem* sonat, in veneratione non vulgari habuerunt. Refert etiam [c] *Al Firauzabadius* eos aliud idolum coluisse [*Mohammedis* jussu perditum] cui *Al Uzza* nomen. Hoc autem nomen, *illi a potentia inditum* (inquit [d] auctor ille) *forma est fœminina ab* אלעז *quod* robore supra alios excellentem *denotat, quasi summe potentem aut potentissimum dicas.*

Hunc gentium morem [Deos ob potentiam celebrandi, & inde nomina iis imponendi] perantiquum fuisse, e scriptis canonicis simul & apocryphis elucescit. Nam in scriptis canonicis eos tunc צורים [e] *rupes*, nunc [f] אלים *fortes*, nunc [g] מעזים *robora* dictos inveniamus. In scriptis apocryphis legimus, ethnicos [h] ἀρετὰς τῶν ματαίων *fortitudines idolorum*: Israelitas etiam *sacrificasse* [i] τῇ Βάαλ τῇ δυνάμει. Ita nonnulla exemplaria legunt, & lectioni favent [k] Prophetæ verba de vitulo Samariæ dicta: *lugent super eum populus ejus & sacerdotes ejus, qui exultaverunt super eum*, על כבודו *propter gloriam ejus, quia migravit ab eo:* ibi enim per vituli *gloriam*, illius credita potentia & fortitudo, quæ cultoribus ejus exultandi materiam dedit, intelligenda videtur. Neque novum est, ut [l] *gloria* pro *fortitudine* in scripturis usurpetur; quod exemplis bene multis ostendi posset, si ab instituto sermone deflectere liceret.

Cum itaque Ægyptii, gentesque aliæ Deos suos titulis summam potentiam notantibus insignire, eosque fortitudinis nomine celebrare solerent; par erat ut imagines Deo pro sede & solio positæ, Cherubim, *fortes* aut *potentes*, dicerentur; ut perpetua manerent potentiæ divinæ monimenta, & Israelitæ in eo qui inter *Cherubim* habitavit, fiduciam suam reponerent; non in gentium numinibus, fallaci tantum *fortium* titulo decoratis. Deinde: cum seculo illo rudiori potentia & fortitudo præcipue Deos commendarent, multum ad religionem intererat, ut Deus Israelis inter imagines a potentia denominatas habitaret, ut [m] *fortitudo sua* tantum *Sanctuario* inesse crederetur, & ei uni כבוד ועז *gloria & fortitudo* tribuerentur.

(5°.) Sacra simulacra quibus nomen a potentia datum, ætati & œconomiæ illi maxime consentanea fuisse videantur.

Tunc enim Deus ipse [n] Regis politici nomen & locum tenuit, & muneri suo congruum erat ut solio e Cherubim [i.e. summæ potentiæ symbolis & monimentis] facto insideret. Nam ea de causa forte thronus [o] leonibus sustentatus Salomoni placuit, ut animalium fortitudine præstantium simulacra, fortitudini & imperii sui præcellentis indices extarent & munimenta.

Deinde: sub Oeconomia Mosaica ita comparata erant omnia, ut homines potentiæ magis quam bonitatis divinæ sensu afficerentur, & Dei timor magis quam amor eorum pectoribus incuteretur. Hoc *S. Augustino* observatum, cum dixit, *quantum differunt Lex & Evangelium? quantum timor & amor.*

Præterea: in rudiore illa mundi ætate, homines intimiore potentiæ, quam sapientiæ, vel sanctitatis divinæ, sensu tangebantur. Ideoque in Vet. T. tituli potentiam singularem & plane tremendam significantes Deo sæpe tribuuntur: appellatur enim אביר יעקב δυνατὸς Ἰακώβ, *Genes.* 49. 24. אל כביר δυνατὸς ἰσχύϊ, *Job.* 36. 5. ἰσχὺς Ἰακώβ, *Jes.* 49. 26. [p] *Elohim* & *Shaddai*, quæ nomina, si [q] *Buxtorfio* & [r] *Bocharto* fidimus, a vocibus *fortitudinem* notantibus ortum petunt. Septies vocatur *petra Israelis* Deut. 32. 18. titulo (uti docet Chaldæus) אלהא תקיפא *Deum fortem* denotante. Sæpius אל dicitur, quod Aquila, ἐτυμολογίαν ejus exprimens, ἰσχυρὸν *fortem* interpretatur. Non raro etiam יהוה צבאות *Deus exercituum* audit. Virgo *Maria* Deum signanter [s] τὸν δυνατὸν, & Scriptor [t] Apocryphus τὸν δυνάστην, vocat. Adeo ut Judæi & Gentiles antiquiores hac in re amice convenirent, cum utrique Deum quem colebant nominibus potentiam indicantibus insignirent.

a *Bochart. Geogr. sac.* col. 662. b *Kircher. Oed. Ægypt.* T. I. p. 348. c Ap. *Pocock Hist. Arab.* p. 91. d Ibid. e *Deut.* 32. 37. f *Exod.* 15. 11. g *Dan.* 11. 38. h *Esther.* 14. 10. i *Tob.* 1. 5. k *Hos.* 10. 5. l LXX. עז *robur*, per δόξαν & τιμὴν sæpe transferunt, *viz.* *Ps.* 68. 35. *Is.* 12. 2. *Ps.* 28. 2. 95. 7. 96. 7. *Is.* 45. 24. & alibi passim. m *Psalm.* 96. 6. 7. n *Psal.* 89. 18. o 1 *Reg.* 10. 19, 20. p *Psal.* 132. 2. q *Dissert. de Nominib. Dei* §. 39. 45. r De *Animal. Sacr.* col. 514. s *Luc.* 1. 49. t 2 *Mac.* 12. 28.

CAP. IV. SECT. I.

CAP. IV.

Multis docetur Cherubinos formaliter sumptos ab Ægypto derivatos.

SENSU vocis *Cherubim* jam expedito, rerum ordo poſtulat, ut formæ vel figuræ Cherubinorum, quantum in me ſitum eſt, lucem tribuam. Hanc provinciam eo libentius accipio, quod paucorum pedibus teratur, & Cherubinorum forma res digna ſit quæ penitiori indagine veſtigetur. Quo vero de tam obſcuro argumento diſtincte loquar & illuminate, in hunc ordinem jam dicenda digerentur. (1°.) Sententias vulgo receptas ad examen vocabo. (2°.) Veram Cherubinorum formam e ſacris oraculis oſtendere conabor. (3°.) Adverſantium argumentis ſatisfaciam. (4°.) Probare conabor Cherubinorum formas ab Ægypto derivatas.

SECT. I.

Sententiæ vulgo receptæ, ad examen vocatæ, vanitatis arguuntur.

UT viam ad negotium quod jam meditor, expeditam ſtruam; conſultum judico ſententias doctorum celebriores in medium proferre, & earum vanitatem redarguere.

HARUM prima Hebræorum eſt, qui Cherubim ſtatuas fuiſſe ad ſimilitudinem puerorum formatas arbitrantur. Et ne hæc opinio colore omni deſtituta videatur, nonnulli vocis hujus originem ex lingua Aramæa vel Chaldæa petendam aſſerunt, in qua רביא vel רוביא eſt *Puer;* ut כ origine quidem ſervile ſit, ſed uſu tranſeat in radicalem. Alii, paulo acutius delirantes, Cherubim, *pueros* dici volunt, quaſi רובים *creſcentes*, a רבה *creſcere, magnum fieri;* nam & Latinis dicuntur *adoleſcentes*, ab *Oleſco*, quod *creſcendi* ſignificatum habet. Huic ſententiæ calculos [a] appoſuerunt *Talmudici*, *R. L. Ben. Gerſon*, *R. Salomon*, *Maimonides*, *Abarbanel*, aliique ex Hebræorum gente longe plurimi. Nos autem hac in re a Magiſtris illis haud gravatim diſſentimus: cum ſententiam ſuam nulla ſatis firma ratione munire poſſint, & ipſi Scripturæ locos, aliam Cherubinis formam tribuentes, parum curaſſe videantur. Deinde: quod vocem כרוב compoſitam eſſe volunt ex כ ſimilitudinis, & Chaldaico רבי *puer*, id *puerile & frivolum* pronunciavit [b] Judex, a cujus ſententia in Hebraicis nemo temere receſſit aut appellavit.

SECUNDO: alii ſe perſuaſos habent, quod Cherubini in boum aut vitulorum ſimilitudinem toti fingebantur. Pro hac opinione *Johannem Moncaium* manibus pedibusque contendentem videamus, Lib. ſuo I. de *Aur. Vit.* cap. 4, 5, 6. *Bonfrerius* etiam, poſtquam varias de Cherubinorum figura ſententias enumeraſſet, ſi *quis*, [c] inquit, *malis* Cherubinis *faciem vitulinam adſcribere*, id *inter omnes jam dictas opiniones* mihi *maxime probandum videtur.* Eidem ſententiæ ſe fautorem præbet [1] *Gaffarellus*, & multi magno & præſtanti ingenio viri. In hanc autem ſententiam tres potiſſimum rationes animos ſuos induxiſſe videntur:

(1°.) EARUM prima & præcipua eſt hujusmodi: vox *Cherub* (unde *Cherubim* derivandum) idiomate Chaldaico & Syriaco *bovem* notat, & ad *bovem* denotandum a Propheta Ezechiele uſurpatur: nam eidem animali cui *facies bovis* tribuitur, *Ezec.* I. 10. *faciem Cherub* aſcriptam legimus, *Ezec.* 10. 14. At longe abeſt a veri ſpecie, Deum Arcæ ſimulacris, niſi ad imaginem boum aut vitulorum factis, Cherubim, i. e. *boum*, nomen imponere voluiſſe.

(2°.) CERTUM eſt, ſimulacrum ab Iſraelitis tam ſancte habitum, Vituli formam habuiſſe: at a *Moncaio*, *Gaffarello*, [d] *Hammondo*, multiſque aliis eruditis auctoribus, indubitatum habetur, Aaronem Vitulum illum ad formam *Cherubi*, ab illo & ſenioribus viſi effinxiſſe. Nam, inquiunt, fidem omnem excedit, Aaronem & Iſraelitas a Deo & ratione tam longe aberrare potuiſſe, ut tam craſſæ figuræ ſimulacrum formarent, il-

a *V. Buxtorf. Hiſt. Arc. fœder.* p. 106. b *Lud.* de *Dieu.* in *Ep.* ad *Guil. Boſvel.* c *Comment.* in *Exod.* 25. p. 493. d *Differt.* de *Idol.* §. 35.

1 *Carioſ. inaudit.* cap. I. §. 8.

ludque

ladque tot elogiis & ceremoniis religiosis honorarent, nisi *Cherubus* Vitulinus antea ad radicem montis [a] *Horebi* visus, iis Vituli sui faciendi causam & exemplar præbuisset. SECT. I.

(3°.) JEROBOAMI simulacra, e Cheruborum Judaicorum imitatione, vitulorum formis effingebantur. Cum enim Jeroboamus, altaria, festa, sacrificia, pascha, aliosque ritus patrios, retinuerit; credibile non est, ipsum in adorationis objecto, a cultu moreque patrio dissentire voluisse. Deinde: proclive est observare, tribum *Judæ*, cum cæteros *Israelis* errores amplexa fuerit, a solo vitulorum errore temperasse: religionis autem hujusce nulla ratio reddi potest, nisi quod Tribus illa, archetypa [Cherubos nempe Mosaicos] habens, aliorum exempla sectari, & sibi Pseudo-Cherubos effingere, supervacaneum existimaret. Præterea: cum id ageret *Jeroboamus*, ut populum Israeliticum sibi devinciret; rationibus ejus consentaneum erat ut tenui religionis avitæ specie ad populum decipiendum uteretur, & Cheruborum saltem formam retineret, ut hoc veluti melle venenum suum dissimularet, & eorum palatis attemperaret.

HISCA præcipue rationibus inducti, non pauci constanter affirmant, Cherubinos formam solummodo Vitulorum habuisse. At hæ rationes parum apud me valent: cum enim e Scriptura constet, Angelos, siquando de cœlo missos, semper humanam gestasse formam; quis sibi pro vero id persuadeat eorum emblemata vel imagines speciem solummodo belluinam prætulisse? Quid enim causæ reddi potest, cur Angeli extra Sanctuarium formam semper humanam gererent; intra vero, speciem solummodo Vitulinam ferre viderentur? Rationes in contrarium allatæ sunt equidem in speciem probabiles, at vanitatem suam prodent si oculis propius admotis eas aspiciamus.

NAM (1°.) Notatio vocis Cherubim huic sententiæ non multum subsidii præbet. Nam vox illa (quod antea monui) non *boves* tantum notat, sed Angelos (a singulari potentia & sapientia sic dictos) quos imagines illæ, tanquam emblemata, referebant. Cum tamen imagines illæ sacræ multiformes essent, & forma forte Vitulina maxime emineret; fieri potuit, ut nomen *Cherubim* a forma vitulina, utpote potiori, sumerent. Argumentum itaque non adeo firmum a vocis notatione deduci potest.

(2°.) RATIO proxime allata ad Cherubinorum formam solummodo Vitulinam asserendam, non minus omni soliditate destituitur. Consilium Israelitarum in Vitulo suo formando, res est de qua inter doctos contenditur, dubia utrinque argumentorum fide; nec consilii mei est hac de re disquisitionem prolixam, & a negotio præsenti alienam, instituere. Maxime probabile censeo, Aaronem & criminis sui consortes Deum forma bovis exhibuisse, ut Ægyptios imitarentur qui boves & oves in honore maximo habuerunt, & Deum eorum præcipuum forma Vitulina coluerunt. Hæc longe pulchriorem veri speciem habent, quam quæ dicunt *Moncæius* aliique, Aaronem scilicet hunc vitulum finxisse ad exemplar *Cherubi*, cui Deum insidentem vidit, cum [b] Senioribus se præbuit conspiciendum. Nam *Mosem*, *Aaronem*, & septuaginta Seniores, Deum *Israelis* vidisse legimus, habentem sub pedibus tanquam opus lapidis Sapphirini, aut tanquam cœlum, cum serenum est. Deum autem *Cherubo* fuisse vectum, eoque Vituli speciem habente, nusquam legitur. Quin Deus diserte [c] negat ullam animalis speciem tunc temporis Israelitis apparuisse. Nil opus est aliis argumentis ad refellendam sententiam nullo Rationis aut Scripturæ fundamento nixam.

(3°.) JEROBOAMI vitulos quod attinet, asserunt equidem nonnulli, eos Cherubis *Salomonis* analogos fuisse, & Jeroboamum (ut cultus antiqui specie plebem duceret) eos ad exemplar sacratum imaginum in templo positarum effinxisse. Huic opinioni confirmandæ totis viribus incumbit Moncæius, aliique non mediocriter eruditi. At, eorum pace rogata, fidens assero, tantum abfuisse ut Jeroboami vituli & Salomonis Cherubi analogiam inter se vel affinitatem colerent; quod disjunctissima essent & maximo ab invicem distarent intervallo. Hac de re nos dubitare non sinunt eruditi [d] *Visorii* verba: *si Hieroboam, vitulis suis conflatilibus, religionem patriam imitari voluit, cur quæso, sicut Pseudo-Cherubos assumebat, non ita arcam, non propitiatorium, Dei sedem, ubi potissimum Dei majestas fundendis oraculis effulgebat, non tabernaculum, aut certe templum aliquod, Hierosolymitani instar, erigebat? Cur si vituli illi erant ad imitationem Cheruborum expressi, non eos sacro & multo plausibiliori Cheruborum nomine, eoque in religione & scripturis usitatissimo, non appellabat? id enim nomen videbatur populo decipiendo aptius.* Cur ex

[a] Exod. 24. 9, 10. [b] Exod. 24. 10. [c] Deut. 4. 15. [d] Lib. cui tit. *Pseudo-Cherubi destructio*, p. 15.

SECT. II. *Aaronis familia sacerdotes non asciscebat? aut cur eos a suo regno ablegabat? & nomen dignitatemque sacerdotii, infimo cuique tribuebat? Cur statim populus ad eam religionem non accessit? nam tres annos obluctatum, e [a] Scriptura discimus. Cur denique si vituli Cherubi sacri erant, tot locis in Scriptura dii alieni vocantur? — cur etiam iis sacra fecit, cum in lege veteri nemo unquam audivit ulla Cherubis sacrificia offerri consuevisse?* Hæc omnia abunde probant, Cherubinos Salomonis vitulorum Jeroboami archetypa non posse appellari, cum nulla inter eos intercedat analogia vel similitudo. Cum itaque vituli illi nullam cum Cherubis cognationem habuerint, recte mihi judicare videntur, qui *Jeroboamum*, ista vitulorum religione, aut Ægypti ritus æmulatum fuisse, aut consilio politico Deos novos novamque religionem in regnum suum induxisse sentiunt. Neque si vitulos illos ritu Ægyptio consecrarit, necesse erat ut cæteros Ægypti ritus sequeretur. Nam religionem quandam [b] miscellaneam & Samaritanæ similem populi cui præerat ingeniis discrepantibus maxime accommodatam existimasse videtur. Ideoque, ut e Judaicis, sic ex Ægyptiacis ritibus, quicquid populo gratius futurum norat, excerpsisse, & ad rem suam accommodasse putetur. Ut paucis expediam: diversarum partium hominibus ita se dabat Jeroboamus, ut eum plerique pro suo numerarent; & idem pene fecit ille quod postea Mohammedes, qui religionem e Judaica, Christiana, & ethnica conflavit, mixti populi moribus & ingeniis attemperatam.

Ad hanc sententiam redarguendam alia nonnulla dici possent, nisi modo citatus *Vitorius* hoc negotium suscepisset, & non vulgari cum laude administrasset.

SECT. II.

Vera Cherubinorum forma e Scripturis ostenditur.

Cherubini quid. PRÆCIPUIS doctorum sententiis de forma Cherubinorum in apertum prolatis, incumbit proximo, ut sensum meum expromam, eumque sacrorum oraculorum fide confirmem. Quantum itaque Cherubinorum formam dubia Scripturæ luce percipere licet, *simulacra aurea, multiformia, ad formam tamen vitulinam propius accedentia,* fuisse videantur. Ne quis autem hic urgeat scrupulus, descriptionis hujusce partes singulas explicatas & confirmatas dabo.

Primo itaque, Cherubinos *simulacra* aurea vel auro obducta, fuisse dixi. Hoc fidem facilem obtineat, cum res hæc apud omnes in confessum veniat. [1] *Clemens Alexandrinus* χρύσεα ἀγάλματα, disertis verbis, appellavit. Apud *Josephum*, rebus hisce versatissimum, dicuntur τύποι δύο *effigies duæ*, & ζῶα πετεινὰ *animantia volucria*, i. e. eorum figuræ & simulacra. Sed & [c] *Philo* diserte dicit, *operculum Arcæ, quod vocatur Propitiatorium, basim fuisse duarum imaginum, quæ* Cherubim *nominantur.* Huc adde, quod Veteres Hebræi dixerint, כרובים idem valere quod צורות *formæ* vel *figuræ;* & quod vox illa in Scripturis cum ה demonstrativo præfixo plerunque legatur, ad imagines Arcæ impositas emphatice & per eminentiam quandam denotandas, & ab aliis imaginibus vulgaribus discriminandas.

Dubium solvitur. Hic forte non-nemo quæret, qui factum sit, ut illa Cheruborum simulacra, Deo jubente, in Sanctuario ponerentur; cum præceptum secundum simulacri alicujus faciendi potestatem Judæis denegaret? Hoc autem nemini mirum videbitur, si ad mandati secundi verba propius aut pressius attendatur. Nam,

(1°.) Præcepto illo cautum est, ne rei alicujus imaginem ad cultum facerent. At neminem fugit, Deum *Cherubos* Arcæ imposuisse, non ut se ipsum repræsentarent, aut ut honoribus divinis ipsi colerentur; sed ut naturam Angelicam utcunque exprimerent, & ut, super Propitiatorium venerabundi existentes, suo veluti exemplo, ad invisibilis Dei cultum alios provocarent.

(2°.) Præceptum secundum ab homine tantum simulacri faciendi potestatem tollere censeatur. Nam in hæc verba traditur, *non facies* Tibi *sculptile, aut ullam similitudinem,* &c. Quasi dixisset Legislator, "Mihi, legum mearum Domino, potestatem integram servo, quodvis simulacrum in cultu meo statuendi; tibi vero, in "idololatriam proclivi, non licebit imaginem aliquam, pro tuo ingenio aut arbitrio "facere.

a 2 *Paral.* 11. b 2 *Reg.* 17 33, 34. c Lib. 3. de *vit. Mos.* p. 668. E

1 *Stromat.* L. 5. p. 667. 10.

(3°.) In

(3°.) In præcepto secundo nihil interdictum est, prætet imaginem rei quæ aut in superiori aut in inferiori mundi parte reperitur. Erant autem Cherubini, ([a] *Josepho* teste) ζῶα πετεινά, μορφὴν ἰδεῖ τῶν ὑπ' ἀνθρώπων ἑωραμένων παραπλήσια, *animantia volucria, nulli eorum quæ ab hominibus visa sunt similia:* non itaque videntur in præcepti illius ambitu contineri. Sic nodum hunc solvit Rabbi [b] *Isaac Mosaides*, אין מעשה כרובים בכלל שהרי אין צורתם נמצאת בשום אחר וגו׳ *Non comprehensa est formatio Cherubinorum in generali interdicto, quoniam scilicet eorum figura non reperitur in re aliqua sive superioris sive inferioris mundi partis.* Atque hic sentio me pene ex improviso ductum ad secundam Descriptionis supradictæ partem. **Sect. II.**

Nam Secundo: dixi Cherubim fuisse *simulacra multiformia*, h. e. diversorum animantium formas præferentia. Ut sensum meum paulo luculentius exprimam: Cherubini vultum virilem, quaternas aquilarum alas, dorsa leonum vestita jubis, & vitulorum crura pedesque, habuisse videantur. Iis vultum humanum tribuo, non caput variis bestiarum aspectibus deturpatum; staturam etiam erectam, & humanam (qua licuit) imitantem: adeo ut formæ illæ non monstrosæ essent aut visu horrendæ; sed decore & pulchre admodum disponerentur. Cherubinos e variis dictorum animantium formis constitisse, e Visione Ezechielis, & aliis una collatis Scripturæ locis non temere colligatur. Nam [c] Cherubini in visione prophetica Ezechieli apparentes (& חיות ζῶα dicti) quatuor פנים [d] φάσεις aut formas (Hominis, Leonis, Bovis, & Aquilæ) gessisse dicuntur. Nemo vero consultus facile dubitaverit, quin Cherubini illi prophetici forma & specie (æque ac nomine) Cherubinorum in templo donati fuerint; cum præsertim *Ezechiel* (qui sacerdos erat, adeoque templi figuras probe norat) postquam ad eorum formas propius advertisset, hoc aperte testetur, dicens, [e] *tunc cognovi eos Cherubinos esse.* Ex aliis locis collatis colligo, Cherubinos animalium, quæ dixi, formas habuisse. Nam Psalmista, ni fallor, Dei Cherubim חיות ζῶα appellavit, *Psal.* 68. 11, חיתך ישבו בה quæ [i] *Sanctus Hieronymus* ita transtulit, *animalia tua habitaverunt in ea*, nimirum, in *hæreditate tua*, LXX etiam, (&, quæ inde expressa est, *Vulgata*) habent [f] τὰ ζῶα σου *animalia tua.* Loci sensus huc redire videtur: "Tu sedens inter Cherubinos, variis animalium formis expressos, *hæreditatem tuam*, i. e. populum Israeliticum, per eremum deduxisti. Atque huc forsan allusum est, *Apoc.* 4. 6, 7. ubi Angeli [stylo Veteri, *Cherubim*] horum animalium, sed discretorum, formis repræsentati, *Johanni* in visione exhibentur. Textus verba sunt hæc: *& in circuitu throni* τέσσαρα ζῶα *quatuor animalia:* & *animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi homo, & quartum animal simile aquilæ volanti*, multa alia ad formam quam dixi Cherubinorum asserendam addi possent, nisi [g] *Villalpandi* vigiliæ in hoc argumento multum operæ nobis abstulissent. **Cherubim simulacra multiformia.**

Misso itaque tam trito argumento, nostræ nunc erit operæ rationes indagare, cur Cherubini e jam dictis animalium formis componerentur. Illæ vero, ni fallat conjectura, sunt hujusmodi.

(1°.) Animalia illa principatum quendam tenebant inter varios animantium ordines, eorum itaque formæ solii divini dignitati maxime conveniebant. Huc spectat effatum [h] illud Talmudicorum, ארבעה גיותנין בעולם וגו׳ *Quatuor sunt superbi* (vel excellunt) *in mundo: Leo inter feras, bos inter jumenta, aquila inter volucres, homo vero super omnia: at Deus eminet super universa.*

(2°.) Ex horum animantium formis constabant Cherubim, forte quod hæ formæ cum imaginum earum nominibus & antitypis (Angelis nimirum) optime convenirent. Nam vox [i] Cherubim *potentes* & *sapientes* denotat, & Angeli creaturas alias potentia & sapientia longe antecedunt: Bos etiam & Leo inter animalia summo corporis robore enitent, Homo & Aquila ingenii & visus acumine præstant: ideoque eorum tantum animalium φάσεις dignæ videntur, quæ Angelorum, potentia & sapientia præcellentium, typi essent & emblemata, & augusto illo *Cherubim* nomine insignirentur.

a *Antiq. Jud.* l. 3. cap. 6. p. 110. 20. b Ap. *Selden.* De *jur. nat. & gent.* l. 2. c. 6. p. 187. c *Ezec.* 10. 20. d Cap. 1. 5. e Cap. 10. 20. f Hinc forsan *Josephus Cherubim* vocat. ζῶα πετεινά Ub. supr. g In *Exec. T.* 2. *P.* 2. lib. 4. c. 36, 37. & seq. h Ap. *Schindler. Lexic. Pent.* col. 266. i Vid. pag. 844.

1 *Marianus Victorius* (in *Censura* Tom. 7. *Oper. Hieron.*) acriter quidem contendit *Commentarium* in *Psalmos* genuinum opus esse *Hieronymi*: quam infeliciter autem agit, aliorum sententiæ qui in S. Patris scriptis versati sunt, satis docent; unde constat, non unum fuisse auctorem nec falsum unum Hieronymum, sed plures scriptores, ætate diversos & stylo inæquales. Vid. *Admonit. Edit. Benedict.* Tom. 2. Append. col. 117, 521.

SECT. II. (3°.) HORUM animalium formæ reliquis in hunc ufum prælatæ videntur, quod perfonæ quam Deus ferebat regiæ, & peculiaribus temporis illius circumftantiis, optime convenirent. Tunc temporis enim Ifraelitæ in Deferto militabant, &, in quatuor vexilla tributi, caftra metabantur. Referunt autem [a] Hebræi, ex antiqua Majorum traditione, vexillum *Juda* cum fociis tribubus leonis; *Ephraimi*, bovis; *Reubenis*, hominis; *Danis*, aquilæ fignum prætuliffe. Deus itaque Cherubinis horum animalium formas gerentibus infidere voluit, ut indicaret Seipfum, qui iifdem vehebatur, vexillis & cohortibus illis præfidere, eumque unum Dominum & Regem effe quatuor cohortum aut caftrorum Ifraelis. Rationem hanc Cl. nofter [b] *Medus* veritati maxime confentaneam judicavit: eam & ipfe non temere rejiciendam cenfeo, cum *Salomon* leones duodecim, tanquam domus Judæ infignia, ad thronum fuum fuftentandum adhibuerit.

(4°.) ALIA ratio reddi poteft, quam ipfius Auctoris, [c] *Grotii* nimirum verbis dabo: *erant in quoquo Cherubo formæ quatuor, hominis & leonis, aquilæ & bovis: hæ formæ non aliud fignificant, quam quod Deus, Mofi vifus infidere Cherubinis, voce explicat* Exod. 34. 6. *effe nimirum fe celerem ad benefacta, tardum ad vindictam. Nam homo bonitatis fymbolum, leo vindictæ, aquila celeritatis, pedes bovini tarditatis. Unde non abit quod Philo dicit in multis locis, per Cherubinos intelligi Dei* ἀγαθότητα καὶ ἐξουσίαν, *five* δύναμιν ποιητικὴν καὶ βασιλικὴν, *five* εὐεργέτιν καὶ κολαστήριον, *beneficam & caftigatricem Dei poteftatem.* Sed hifce plus æquo forfan immoramur.

Cherubim forma præcipua vitulina. TERTIO: ad poftremam jam Defcriptionis fupradictæ partem defcendit fermo, qua Cherubinos formam præcipue vitulinam repræfentaffe dixi. Ita *Grotium* judicaffe, fatis apertum eft e Comment. in *Exod.* 25. 18. ubi Cherubim, *Angelos* μοσχομόρφους interpretatur; & ftatim, *hæc*, inquit, *præcipua forma; fed videtur eis vultus fuiffe hominis, ala aquilina, leonis juba, quæ funt quatuor* [illegible] פנים φάσεις [d] *Ezechieli*. Eo & Cl. *Bochartum* inclinaffe, difcimus e libro fuo de *Animal. Sac.* col. 412. ubi de Cherubis agens, *puto*, inquit, *Cherubos varias animalium formas ita exhibuiffe, ut ad bovis fpeciem propius accefferint.* Atque hac in re cum viris hifce doctrinæ fama florentibus haud ægre facimus: Nam,

(1°.) IMAGINES ad vitulorum formam factas, Ifraelitæ vehementius exoptaffe, eafque maxime facras habuiffe, videntur. Quam effræni & præcipiti cupiditate in hujufmodi fimulacra ferebantur, fat conftet, quod ipfam *gloriam fuam in fimilitudinem vituli fænum comedentis commutarint*, & quod *Jeroboamus* (ut populum fibi devinciret) imagines fuas in vitulorum formas effinxerit, eafque populus tanta cum religionis opinione retinuerit. Ideo autem Ifraelitæ fimulacra præcipue μοσχόμορφα in votis & affectibus ferebant, quod Ægyptii (a quibus nuper difcefferant) boves & vitulos præcipua religione colerent, & quod [e] bos *Jofephi* infigne effet, qui maximis beneficiis totam gentem ad memoriam ejus colendam devinxiffet. Cum itaque Deus pleraque alia populi moribus & ingeniis accommodare fecerit & inftituerit, facile credatur, Eum curaffe ut Cherubi fui formam præcipue vitulinam gererent, ut hac in re Se populi ftudiis accommodarent.

(2°.) Vox ipfa *Cherubim* boves denotat: nam quod *Ezec.* 1. 10. שור *bos* eft, Cap. 10. 14. כרוב *cherub* dicitur. Non eft autem credibile, S. S. a forma vitulina toti fimulacro nomen imponere voluiffe, nifi præcipua fuiffet; adeo ut cæteræ formæ, illius appendices tantum haberentur. Hæc Grotio probante dico, qui verba illa prophetæ, *quatuor facies habebat unus, facies una Cherubi*, &c. in hunc fenfum [f] explicat: *de duobus Cherubinis quifque ex formis conftabat quatuor: earum una bovis erat five vituli. Ex hac parte totum illud nomen fuum accepit: nec immerito, nam cætera hujus velut additamenta erant.*

(3°.) HANC fententiam non parum confirmant gentium antiquiorum mores & fimulacra facratiora: nam fimulacra quædam, boum aut vitulorum formam præferentia, ipfum illum locum & ufum apud Gentes antiquiores, quem Cherubini apud Ifraelitas, habuiffe cenfeantur. Nam notum eft omnibus quibus fcripturæ notæ funt, Cherubinos duplici ufui inferviiffe; nempe, ut Deo pro fede & throno effent, & ut populus ille rudis & fenfu ductus Dei præfentis fymbolum haberent, eumque Cherubinis infidentem quafi circumferrent. Et apud ethnicos antiquiores, fimulacra in belluarum fæpius taurorum, fimilitudinem facta, & in adytis collocata, Deorum fedes erant, unde

a *V. Med.* p. 916. b Ub. fupr. c In *Exod.* 25. 18. & *Heb.* 9. 5. d Cap. 1. 6. e *V. Grot.* in *Gen.* 49. 6. f *Comment.* in *Ezec.* 10. 14.

eorum

eorum responsa reddebantur. Hae de re dubitari non potest, si *Lucianus* testis fide dignus habeatur: nam de templo Deæ Syriæ sacro ejusque adyto loquens, [a] hæc refert, ἐν δὲ τῷδε, κέαται τὰ ἕδεα, ὧν Ἥρη, καὶ τὸν αὐτοὶ Δία ἐόντα, ἑτέρῳ οὐνόματι κλήζουσι· ἄμφω δὲ χρύσεοί εἰσι, καὶ ἄμφω ἕζονται· ἀλλὰ τὴν μὲν Ἥρην λέοντες φορέουσι, ὁ δὲ ταύροισιν ἐφέζεται. *In hoc autem adyto simulacra Deorum posita sunt, Junonis videlicet, & quem ipsi Jovem existentem aut alio nescio quo nomine appellant. Ambo autem aurei sunt, amboque sedentes finguntur: sed Junonem quidem leones portant, Jupiter autem tauris insidet.* A Plutarcho etiam memoriæ proditum est, Cimbros, cum Italiam signis infestis aggrederentur, [b] χαλκοῦν ταῦρον *bovem æneum*, tanquam præsens numen, circumtulisse, & per eum, siquando res posceret, jurasse: eumque tandem, profligatis Barbarorum copiis, in *Catuli* imperatoris domum, ὥσπερ ἀκροθίνιον τῆς νίκης, *tanquam victoriæ primitias*, detulisse. Hunc taurum originis Ægptiacæ Deum fuisse, me persuasum facit historia [c] aurei vituli, quem Israelitæ (morem proculdubio Ægyptium secuti) veluti Dei præsentis symbolum colebant, & tanquam itineris sui ducem circumferre statuebant. Cum itaque gentium simulacra, Cheruborum locum & usum habentia, formam præcipue vitulinam gesserint; est cur opinemur, Hebræorum etiam Cherubinos ad formam eandem propius accessisse. Nam rationi consonum est, ut imagines sacræ eidem pene fini & usui inservientes, formis haud multum discrepasse censeantur. SECT. III.

(4°.) VAFER & obscurus ille loquendi modus quo Josephus de Cherubinis dicturus, utitur, causam opinandi præbet, eos ad speciem præcipue vitulinam conformatos. Cum enim historiæ suæ series exigeret, ut nonnihil de Cherubinis diceret, fuisse [d] ait ζῶα πετεινά, μορφὴν οὐδενὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπων ἑωραμένων παραπλήσια, *animalia alata, nulli eorum quæ ab hominibus visa sunt similia.* Et [e] alibi, τὰς δὲ χερουβεῖς, inquit, οὐδεὶς ὁποῖαί τινες ἦσαν εἰπεῖν, οὐδ' εἰκάσαι δύναται, *Cherubos quod attinet, quali figura essent, nemo dicere vel concipere potest.* Quid *Josephus* ζώων nomine (quod de hominibus quidem *potest*, sed de belluis *solet*, intelligi) Cherubinos appellavit, nisi ut veram eorum figuram, quam ethnicos in convicii materiem conversuros norat, sensus incerti vocabulo dissimularet? Quid etiam Cherubinos figura vix verbis exprimenda fuisse dixerit, nisi quod a figura Cherubinorum verbis apertis discribenda, scandali vitandi causa, prudens abstinuerit? *Josephum* eo consilio a vera Cherubinorum forma enarranda temperasse, eo facilius opinatus sum, quod *Apioni*, capitis asinini cultum Judæis objicienti, hoc solum respondere pium tutumque duxerit; [f] *eum--Pompeius M. Licinius Crassus, & ad novissimum Titus Cæsar, bello vincentes templum obtinuerint, nihil hujusmodi illic invenere: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis apud alios est effabile.* Verisimile est autem, Cherubinos, forma præcipue vitulina factos, huic mendacio (facili apud ethnicos errore) occasionem præbuisse; Josephum vero, quamvis mendacio ubique pene gentium recepto coactum, a simplici veritate enarranda abstinuisse; ne Judæi cultum suum ab asino ad vitulum, apud homines mysteriis Judaicis nondum initiatos, transtulisse crederentur. Nam e collatis Josephi verbis non difficulter intelligitur, eum (si ita collibitum fuisset) Cherubinorum formam clarius exprimere potuisse. Quid itaque formam Cherubicam, tanquam mysterium, apud seipsum premeret; nisi quod eam proxime a vitulina abesse sciret, eamque Gentiles, non minus quam *caput asininum*, risui & ludibrio habituros?

SECT. III.

Rationes contrariæ expenduntur.

CHERUBINORUM formis in aprico positis, ordo jam postulat ut Objectionibus quibus ea quæ diximus implicantur, breviter respondeamus.

EARUM prima & præcipua hujusmodi est: quæ de Cheruborum formis dixi omnia male firmo nituntur fundamento, cum *Ezechielis* Cherubos prophericos easdem cum Mosaicis formas habuisse, probari non possit; nec facile credi, cum Summo tantum Sacerdoti (cui uni in Sanctum Sanctorum dabatur aditus) Arcæ Cherubinos videndi licentia concederetur. Obj. 1.

AT hæc Objectio sententiæ nostræ non multum obest: si enim Prophetæ verba

a Lib. de *Dea Syr.* p. 1070. C b In *vit. Marii* pag. 419. A c *Exod.* 32. 1. d *Antiq.* 3. c. 6. p. 110. 20 e Ibid. l. 8. c. 2. p. 343. 25 f Lib. 2. contr. *Apion.* p. 1362.

SECT. III. paulo attentius inspiciamus, facile percipiamus, Cherubinos Sibi visos easdem quas Arcæ Cherubini, formas habuisse. Cum enim animalia sibi in visione occurrentia propius considerasset, *tunc*, [a] inquit, *cognovi Cherubim ea esse:* i. e. explicante Grotio, *intellexi has formas easdem esse quæ supra Arcam erant posita.* Non me latet, Arcæ Cherubinos videre uni Summo Sacerdoti licuisse: at Ezechielem veram Cherubinorum formam a Summo Pontifice referente nonnunquam accepisse, nil vetat credere. Deinde: cum in multis templi exterioris partibus & vasibus sacris expressi fuerint Cherubini, eorum formæ sacerdotibus etiam ordinariis ([b] qualis erat *Ezechiel*) imo & toti populo, facile innotescere potuerunt.

Obj. 2. (2°.) INSTANT adversarii, ipsum *Ezechielem* nobis adversum reddituri. Ille enim, de Cherubim loquens, non simulacra e quatuor animalium formis commixta, sed quatuor animalia ab invicem discreta, sibi visa refert. Nam *ignis se in gyrum agentis* mentionem faciens, *in medio ejus*, inquit, *erat similitudo quatuor animalium:* sed & φάσεις illæ propheticæ [c] sæpius nomine plurali [חיות *animalia*] appellantur.

SED ab hac difficultate nos facile expediamus, si propbetam cum seipso conferamus. Quod enim Propheta חיות *animalia* vocat, Cap. primo, חות *animal* [d] appellat Cap. 10. 15. quod scil. animal aut *Cherub* quodvis e quatuor animalium formis componeretur.

Obj. 3. (3°.) ITERUM forte nonnulli *Ezechielem* nobis contrarium facient: nam de Cherubis agens, Cap. 1. 6, 10. *Quatuor*, inquit, פנים *facies uni*, *facies hominis* & *facies leonis*, *facies bovis & facies aquilæ.* Quibus verbis Propheta vultum quadriformem, [humanum, leoninum, vitulinum, & aquilinum] cuique Cherubo tribuisse videatur.

SED & hæc difficultas evanescet, si פנים non *facies*, sed *formas similitudines*, aut φάσεις, cum *Chaldæo*, *Villalpando*, *Grotio*, aliisque primi ordinis Auctoribus, interpretemur. Et certe necesse est ut vocem caute & laxe hoc in loco explicemus: *nam*, (quod bene monet [e] *Villalpandus*) *universa fere, quæ de Cherubinis suboriri posset difficultas, ex vocis* פנים *notione pendere videtur; quæ cum multiplex sit apud Hebræos, si ad unam Latinæ vocis*, facies *vel* vultus *contrahatur*, *inexplicabiles pariet quæstiones*, *innumeris sacræ Scripturæ locis propriam auferet lucem atque intelligentiam.* Nam *vox illa a verbo aspiciendi deducitur, ut propterea id omne significet, quod aspectui patet; vel proprie, ut in facie domus vel terræ; vel metaphorice, ut in facie Reipublicæ.* Nisi vero voci פנים hoc in loco notionem paulo laxiorem assignemus, eamque non de *vultu*, sed forma & exteriore specie vel aspectu corporis intelligamus; necesse erit, ut parvulus aquilæ, grandiori bovis, leonis, & hominis, vultui jungatur, adeoque cuivis Cherubo caput ultra Poetarum figmenta monstrosum & horridum tribuatur.

Obj. 4. (4°.) NOS urgent adversarii argumento ducto e 1 *Reg.* 7. 29. ubi sacer Historicus, cum de basibus æneis loqueretur, *& inter coronulas*, inquit, *& plectas*, *erant leones & boves & Cherubim:* unde clarum est, Cherubim a bobus & leonibus distincta fuisse, & e quatuor animalium [bovis, leonis, hominis & aquilæ] formis minime constitisse.

HUNC nodum *Villalpandus* opera levi solvendum censuit, [f] dicens, eo in loco *literam* ו notione Hebræi communi, *interpretative usurpari; ut sensus sit, Leones & boves* sculpti erant, *&*, *hoc est Cherubim.* Mihi se magis probat hæc conjectura: cum locus *inter coronulas & plectas* tam angustus esset, quod integram Cherubinorum formam, e quatuor animalibus compositam, satis clare & pro rei dignitate expressam non contineret; sacris artificibus consultum videbatur, leones & boves, *Cherubim*, etiam [h. e. [g] homines, aut hominum capita alis aquilinis instructa] seorsim & separatim sculpere. Ideo autem homines alis aquilinis instructi hoc uno in loco *Cherubim* appellantur, ut constaret, sacros artifices boves & leones (utpote cum figuris tam sacri nominis sociatos) non cultus, sed ornatus aut mysterii causa, basibus illis addidisse. Deinde: duæ illæ formæ [hominis & aquilæ] *conjunctæ*, multo magis quam leonis & bovis *separata*, nomen *Cherubim* meruisse videantur. Ita Christiani judicaront, apud quos usu Veteri obtinuit, ut hominum capita aquilarum alis exornata *Cherubini* dicerentur.

Obj. 5. (5°.) NONNULLI forsan iterum nobis opponent *Ezechielem*, binas tantum [non quaternas] facies cuivis Cherubino tribuentem. Nam Propbeta sic oobis Cherubinos

a *Ezec.* 10. 20. b *V.* Cap. 1. 3. c Cap. 1. v. 5, 13, 19. & seq. d Vid. & Cap. 10. 19, 20. e *Explanat.* in *Ezec.* *T.* 2. pag. 226. D f Ub. supr. p. 323. B g Cherubim *hic* aquilas *interpretatur Josephus, sed addenda & hominis figura.* Grot. in loc.

qui

qui in templi sui parietibus cælabantur, descriptos dedit: [a] *Et fabrefacta sunt Cherubim & palmæ: & palma erat inter Cherub & Cherub, duasque facies habebat Cherub: faciem hominis juxta palmam ex hac parte, & faciem leonis juxta palmam ex alia parte, expressam per omnem domum in circuitu.* SECT. IV.

[b] CL. MEDUS (ut hic Prophetam sibi constare faciat) Cherubinos quatuor facies, quamvis non quatuor capita, habuisse asserit; *ex iis* autem *duas in plano parietis absorptas fuisse; adeo ut duæ tantum*, HOMINIS & LEONIS *hinc inde versus palmas utrinque ascriptas, eminuisse* censeantur. Alia erat, & forsan menti Prophetæ magis consentanea, sententia [c] *Villalpandi*, quam ipsis auctoris verbis referam: *nemi*nem *movere debet, quod* Ezec. 41. *Cherubinorum binæ facies referantur, alibi quaterna: ibi enim referuntur illa, quarum altera* (nempe hominis) *posita palmam respicit, altera* (leonis nimirum) *a palma altera prospicitur, cum ex binis reliquis animantium formis altera utramque palmam ex æquo prospiciat, altera neutram.* Hunc sensum sic post paginam unam & alteram paulo fusius [d] explicat: *humani utriusque Cherubini vultus mediam palmam respiciunt: leonina eorundem dorsa angulares prospectant palmas; alis* autem, *quas vocari diximus aquilinas facies, uterque Cherubinus utramque palmam contingit, quæ illi proxima est: plantis vero pedum, quas bovis faciem appellavit propheta, pavimentum potius inferius, quam laterales palmas prospectant; ut propterea binas tantummodo facies, hominis, inquam, leonis, commemoraverit.* Sed hæc quomodocunque se habent, hoc unum fixum manet & immotum, Cherubinos multiformes fuisse, & emblemata potius, quam certi alicujus animalis simulacra.

(6°.) HISCE forsan omnibus alii fidem derogabunt, quod absonum iis & absurdum videatur, Deum formas belluinas & ab Angelorum nobilitate alienas ad mentes illas beatas repræsentandas adhibere voluisse; cum imaginibus hominum specie effotmatis, qui Angelis propinquitate magis conjunguntur, multo decentius uti potuisset. Obj. 6.

SED in hoc etiam argumento nervos & vires desidero: nam Deus figuræ tam insolentis imagines in adyto locari voluit, ut certo sciret populus, eas non ad cultum sed disciplinam positas; &, cum rei nullius in cœlis aut terris effigiem gererent, non idola esse sed symbola, quæ proprietates Angelicas & alia mysteria sub varietate figuræ suæ denotarent. Nihil autem absurdi est, aut ab Angelorum dignitate alieni, ut sub formis variis, iisque belluinis, variæ quæ in Angelis elucent proprietates exprimerentur: tantum enim abest, ut hujusmodi formæ, dissimiles licet & abjectæ, Angelos dedecore afficiant, quod nos potius ad eorum naturam investigandam excitent, cum formis illis sensibilibus inhærere, & simplices spiritus ad naturas tam viles & deformes abjicere, absurdum arbitremur.

SECT. IV.

Cherubinorum formas a symbolis & simulacris Ægyptiis originem accepisse.

PROBATIONIBUS haud obscuris evicisse videar, Cherubinos e variis animantium formis conflatos fuisse, sed propius ad vitulinam accessisse. Ut ordinem mihi propositum teneam, probandum est proximo, Ægypti præcipue symbola & simulacra jam dictis Cherubinorum formis instituendis occasionem præbuisse.

HOC autem argumentis haud contemnendis probari posse videatur.

HORUM primum arcessi potest e proxima illa cognatione & similitudine qua Cherubini symbolis & simulacris Ægypti conjungebantur. Nihil enim Deorum symbolis & simulacris sacratius habuit Ægyptiorum religio: nec quicquam simulacris Cherubicis sanctius aut augustius novit Hebræorum cultus. Ægyptiorum imagines ex auro plurimum constitisse, probat vitulus aureus ad morem proculdubio Ægypti fabrefactus: & Cherubinorum simulacra [e] ex auro solido facta fuisse, ex Mose discimus. Omnia cultus officia, apud Ægyptios aliosque, oculis in Deorum simulacra conversis semper peragebantur: & Hebræorum ora, cum preces funderent, aut sanguinem victimarum spargerent, versus Cherubinos perpetuo dirigebantur. Dii Ægyptiorum non tam templa, quam simulacra sibi dicata in sedem & solium habuere: unde responsa consulentibus, & præsentiæ suæ indicia supplicantibus, subinde præbuere. Deus etiam inter Cherubi-

a Ezec. 41. 18, 19. b Comment. Apocalyptic. ub. supr. c Ub. supr. pag. 324. E d Pag. 326. E
e Exod. 25. 17.

SECT. IV. norum simulacra sedem & solium posuit, atque inde Mosem, voluntatem ejus in arduis explorantem, frequenter allocutus est. Ægyptiorum simulacra formam plurimom mixtam gerebant, nec certam animalis alicujus speciem referebant: erant etiam Cherubini figuræ anomalæ simulacra, & ex *ambiguis hominum & belluarum formis* componebantur. Ægyptiorum denique simulacra multiformia, hieroglyphica plurimum erant, disciplinæ suæ mysteriis exprimendis (dicam, an celandis) inservientia: erant & Hebræorum Cherubini veluti symbola, Dei & Angelorum proprietates maxime insignes adumbrantia. Cum itaque gentis utriusque sacra simulacra tam propinqua eognarione & similitudine cohærerent, nobis facile persuadeamus, Hebræorum Cherubim ab antiquioribus *Ægypti* symbolis & simulacris ansam & pene exemplar accepisse. Nam alienum est ab omni probabilitate, Ægyptios Hebræorum mores & instituta imitari voluisse, quos norant Ægypti ritus æmulari solitos: nemo enim simium suum dignatur æmulari. Nec facile credi potest, Ægyptios, gentem sapientiæ laude celeberrimam, quicquam e Judæorum sacris mutuari voluisse, unde sibimetipsis nihil vel emolumenti vel gloriæ redire potuisset. Hæc itaque eognatio & convenientia quam Cherubini cum Ægypti symbolis & simulacris habuerunt, tribuenda videtur Dei συγκαταβάσει, qui non paucos Ægypti ritus toleravit, & in sacra sua commutavit, ut populi ingeniis in mores Ægypti propensis obsequeretur. Nam prout Deus populum Israeliticum, venenato serpentum morsu periturum, instrumento serpentum eorum imaginem gerente sanitati restituerit; ita & populum illum cultus Ægyptiaci peste periturum, religione tenuem aliquam cultus illius imaginem gerente, ad salutem perduxisse videatur.

(2°.) VARIAS animantium formas in uno simulacro commiscendi consuetudo videatur Ægypto propria, & a remotissima rerum suarum memoria inter Ægyptios inprimis usitata. Hunc morem Ægypto, tanquam maxime familiarem & nativum, tribuit [a] *Porphyrius*, in hunc modum de sacerdotibus Ægypti loquens. ὅπου γε παρ' αὐτοῖς [Θεὸς] τις μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδὴς, τὸ δὲ πρόσωπον ὀρνέου, ἢ λέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς ζώου κατεσκεύασται· καὶ πάλιν &c. *Apud eos Deus aliquis ad collum usque forma humana effingebatur, facies autem illi avis alicujus, vel leonis, vel alterius animalis, aptabatur: & rursus alius caput humanum habuit, cæteras autem partes aliorum animalium, in aliis nempe inferiores, in aliis autem superiores.* Horum verborum veritatem astruunt varia sacri nominis in Ægypto simolacra, quorum unumquodque referebat, θηρίον ἐκ πολλῶν θηρίων συγκείμενον ποικίλον καὶ πολύμορφον, (uti loquitur [b] Nazianzenus) *ex belluis multis conflatam variam quandam & multiplicem belluam*, aut hominis vultum & cervicem in belluarum formas desinentem. Memorat enim [c] *Eusebius* simulacrum Soli consecratum. ἀνδρείκελον καθήμενον, κυανοῦν τε τὴν χροιὰν, κεφαλὴν δὲ κριοῦ κεκτημένον, καὶ βασίλειον, κέρατα τράγου ἔχον *sedens, ac cæruleo colore imbutum, & in ipso corporis trunco virilem speciem præ se ferens, arietis etiam caput habens, in eoque proprium & primarium insigne, hirci cornua.* Et statim postea, *Apollinis* mentionem faciens, ἔστι δὲ τούτου σύμβολον, inquit, ἱερακοπρόσωπος ἄνθρωπος, *est autem hujus symbolum, homo accipitris vultum præferens.* Clarissima *Sphyngis* imago, quam templorum Ægyptiorum fores insculptam ostendebant, [d] τὸ μὲν σῶμα τοῦ λέοντος, τὸ πρόσωπον δὲ ἀνθρώπου, *totum quidem corpus leonis, hominis autem vultum habuit.* *Apuleius* pompæ Ægyptiacæ ceremonias referens, inter alia, [e] *gerebat*, inquit, *alius gremio suo Summi sui Numinis venerandam effigiem, non pecoris, non avis, non feræ, ac ne hominis quidem ipsius consimilem, sed solerti repertu, ipsa etiam novitate reverendam.* [f] Huic mori Ægyptio congroum est, quod *Isis sub forma leonis, & cum facie muliebri occurrit nonnunquam in nummis Ægyptiorum.* Multa hujosmodi simulacra in medium proferrem, nisi quod Lectoris otio parcam, & *Pignorium*, *Kircherum*, & volgares hieroglyphicorum interpretes, de hoc argumento magna cum cura & diligentia scripsisse sciam. Haud immerito itaque [g] *Gregorius Nazianzenus* sic compellat, & per jocum irridet, *Julianum*, Deos & ritus Ægyptios honore prosequentem; *unum solum in tuis rebus est, quod venerationem mereatur, nimirum honores illi qui apud Ægyptios Nilo per androgynos habentur, & Isides, -- & Apides,* τὰ λοιπὰ ἔτι πλείους, ἢ γρύφας, θηρία σύνθετα καὶ ἀλλόκοτα, *cæteraque omnes bestiæ ex diversis generibus conflata, quas confingis & pingis.* Jam dicta causam opinandi non levem præbent, prodigiosam hanc formarum mixturam in simulacris, apud Ægyptios tam tritam & familiarem, genti propriam fu-

a De abstin. l. 4. §. 9. b Orat. 1. p. 19. B c Præparat. Ev. l. 3. c. 12. d V. Clem. Alex. Strom. 5. p. 671. 5 e Metam. l. 11. p. 374. f Frid. Spanhem. de Præst. & us. numismat. antiq. p. 241. g Orat. 2. in Julian. p. 128. B

isse,

isse, & e symbolica eorum sapientia, vel crassissima theologia, profluxisse. Summam SECT. IV. itaque veri speciem præ se fert, hujusmodi simulacra πολύμορφα Ægypto propria, diu ante Legem datam usitata fuisse; & Mosem (Ægypti symbolis assuetum) σύνθετα καὶ ἀλλόκοτα Cheruborum simulacra ad morem imaginum & symbolorum Ægyptiorum efformasse.

(3°.) MIXTA illa, & vitulinam proxime repræsentans, Cheruborum forma (si attente consideretur) sententiæ nostræ non parum subsidii præbet. Nam ab omni probabilitate alienum est, Deum formæ tam ambiguæ, & omni (quod rerum natura præbet) exemplari destitutæ, simulacra instituere voluisse; nisi quod Ægypti seculive consuetudo eorum insolentiam & peregrinitatem plurimum removeret. Nam Israelitæ proculdubio, qui omnia ab usu recepto deflectentia gravate ferebant, hujusmodi simulacra contemptui vel odio habuissent, si ea non tantum a rerum natura, sed & usu seculi, prorsus aliena credidissent. Nisi longa cum Ægyptiis consuetudo simulacra vel maxime prodigiosa iis familiaria reddidisset; ne probabile est quidem, eos tam insolentes figuræ Cherubinos tanta cum religione excipere voluisse.

(4°.) HINC etiam ansa datur opinandi, Cherubinos formam saltem vitulinam ab Ægypto præcipue petiisse, quod nomen eorum a simulacris & idolis Ægyptiis hausisse videantur. Priusquam me, talia dicentem, virgula censoria castiget quispiam; æquis auribus conjecturæ meæ rationem accipiat. CHERUBIM, quod non semel dixi, *boves* & *fortes* notat: idem & APIS, antiquissimi numinis Ægyptii nomen, denotare creditur. Quamvis enim docti, circa nominis illius originem, in partes abeant [nonnullis nomen illud origini Ægyptiacæ, aliis Hebraicæ, tribuentibus] id tamen apud plerosque certum & sine hæsitatione receptum est, vocem eam *Bovem* seu *Vitulum* primo & præcipue denotare. Ea sententia *Hammondo* nostro placuit, cujus verba Latine reddita sic sonant: "Ægyptiorum [a] Apis nominari potuit ab אביר *Bove*, litera ב (quod in "linguis diversis usu venit) in π commutata, & ר in ς: nam in μάρτυς *martyr*, & ὠκὺς "*celer*, & multis aliis, literæ illæ sunt permutabiles. Cum itaque numen Ægyptiorum "*Bos* vel *Taurus* esset, quidni nomen ejus ab אביר levi facilique mutatione, derivatum fuerit? Cum etiam שור *taurum* denotet, quidni vox illa, τῷ אביר præfixa, "שור אביר efficiat, & utraque vocabula proclivi commutatione in *Serapis* convertantur, qui alter erat Ægyptiorum Deus, & (si originem spectemus) haud alius "a Bove vel Tauro? Ab *Hammondi* non multum abludunt [b] *Bocharti* verba: *Anubis fingebatur cum canino capite, qui Hebraice* נובח Nobeah, latrantem *sonat. Et Rex Apis in bove cultus est, propter allusionem ad* אביר *Hebræi enim bovem ita nominant.* *Kircherus* interim vocem Apis natalibus Ægyptiis oriundam censuit: *est autem*, [c] inquit ille, *in lingua Ægyptiaca*, Apis *nihil aliud nisi bos*. In eandem sententiam loquitur *Alex. ab Alexandro*, lib. 6. c. 2. *Vesalius* de *Vet. Ægypt. ritib.* cap. 13. aliique. Neque APIS *Vitulum* solummodo, sed & *fortem* notasse, saltem summe potentis famam & fidem apud Ægyptios obtinuisse, censeatur. Hoc cuivis verisimile videbitur, quæ a nobis capite superiori dicta sunt haud iniqua lance pensitanti. Cum itaque vox *Cherubim* cum Numinis illius Ægyptii nomine significatu conveniret, non nisi probabili ratione judicamus, Cherubinos nomen, & proinde formam, a simulacris & symbolis Ægyptiis accepisse.

(5°.) INDE etiam credibile fiat, Cherubinos a multiformibus Ægyptii simulacris, sed vitulinis imprimis, formas accepisse, & in eorum vicem successisse; quod nulla ratio satis solida reddi queat, cur Deus Cherubos suos ex animalium diversorum, Vitulorum præcipue, formis conflari jusserit; nisi quod Israelitæ, hujusmodi simulacris in Ægypto assueti, ea non tantum facile tolerarent, sed impense desiderarent; & Deo hac in parte eorum infantiæ nonnihil indulgere, Ægyptique hieroglyphica in usum sacratiorem evehere visum esset.

ULTIMO: ipsa sententiæ nostræ, per se spectatæ, probabilitas opinari suadeat, Cherubinos formam suam mixtam, sed præcipue vitulinam, moribus & symbolis Ægypti debuisse. Nam,

(1°.) ISRAELITÆ simulacra in vitulorum speciem formata impensius optasse, & eorum cultui tenacius adhæsisse, videantur. Cum enim Deum sibi fieri postularent, Aaron, populo ut placeret quod parasset simulacrum, illud in figuram vitulinam efformari curat: quasi, populo nondum consulto, probe nosset, quonam eorum studia &

a *Annot.* in *Psal.* 22. v. 12. b *De animal. sac.* P. 2. col. 62. 70 c *Oedip. Ægypt.* T. 1. p. 197.

SECT. IV. affectus inclinarent. Et quanquam Deus peccatum illud mille malis & infortuniis postea vindicaffet, cultus tamen vitulini amorem tam alte retinuerunt, quod *Hieroboamus* (ut novi populi ftudia fibi devinciret) nil prius aut efficacius habuerit, quam ut imagines forma Vitulina factas publice colendas exhiberet. Sed & eo tandem infaniæ proceffit Vitulorum cultus, quod teftetur Propheta Ifraelitas *Vitulum fuum* in præcipua gloriæ fuæ parte pofuiffe, *Hof.* 10. 5: Vituli facerdotes *in eo exultare* dicuntur, *propter gloriam ejus*. Cum itaque populus ille formæ præcipue Vitulinæ fimulacra tam cœco & præcipiti zelo profequerentur; probabile videatur, Deum fimulacra, in vitulorum præcipue formas efficta, iis concedere voluiffe; cum tot leges eorum moribus accommodatas inftituerit, & facra quædam apud Ægyptios ufitata in cultum fuum derivarit.

(2°.) ALIUNDE conftat, Ægypti mores ritibus & inftitutis quibufdam, Cherubinos affinitate propius attingentibus, occafionem præbuiffe. Nam imagines in omnium templorum Ægyptiorum adytis collocatæ in caufa fuiffe videntur, quod Deus etiam facras illas imagines in Tabernaculi Templique fui receffibus poni jufferit. *Tabernaculum* [a] *Molochi* & Deorum fuorum imagines in humeros tollere folebant Ægyptii, & Ifraelitæ moribus eorum addictiffimi: Deus etiam Tabernaculum fuum, Arcam itidem cum Cherubim, in Levitarum & facerdotum humeros tolli voluit & circumferri. Ægyptii vifibilia Deorum præfentium fymbola & fimulacra habebant, quæ videre folebant & præfentia colere. Horum loco Deus etiam Arcam & Cherubim, tanquam vifibilia præfentiæ fuæ fymbola, conceffit Ifraelitis. Ægyptii denique, cum iter facerent, Dei alicujus imaginem fecum ferebant, cui rem divinam facerent: nam *Apuleius*, cum pietatem fuam judicibus Ægyptiis oftentaret, *morem*, [b] inquit, *mihi habeo, quoquo eam, fimulacrum alicujus Dei inter libellos conditum geftare: eique diebus feftis thure & mero, aliquando victimis fupplicare*. Cùm etiam Ifraelitæ iter in terram promiffam adornarent, &, more Ægyptio, Dei fecum profecturi fignum vifibile [c] poftularent; Deus Arcam iis & Cherubinos conceffit, cum iis quafi circumferri, & coram iis facra omnia præftari voluit. Aliis itaque Dei inftitutis congruum eft, opinari Cherubinos a cognatis aliquibus in Ægypto fimulacris formas fuas accepiffe.

(3°.) QUANTUM ex aurei Vituli hiftoria, & populi affectibus in ritus Ægypti propenfiffimis, affequi datum eft; divinæ præfentiæ fymbola ad formam vitulinam accedentia votis calidioribus expetebant. Eft itaque Dei fapientiæ & benignitati confonum, ut Cherubinos ad eam præcipue fpeciem [utpote in Ægypto maxime facram, & populo gratam] conformatos effe cenfeamus; nempe ut ipfa illa forma quæ olim Apidis, jam Dei, cultui miniftraret, & Deus ipfa Ifraelitarum vanitate ad eorum falutem uteretur.

(4°.) DIVERSORUM animalium formas in uno fimulacro mifcendi confuetudo, diu priufquam Cherubini fierent, apud Ægyptios obtinuiffe videatur. Hanc fententiam, Capite fequenti, multis argumentis a temeritatis nota muniemus.

INTEREA temporis argumenta contra fententiam noftram pugnantia refellere conabimur.

Obj. I. HORUM primum hujufmodi eft: vitulus aureus a Cherubinis, non autem Cherubini a vitulo aureo, vel alio aliquo Ægypti fimulacro, formam & originem petiiffe cenfeatur. Ita nempe judicarunt auctores bene multi magnique; dicunt enim, Aaronem & populi Principes futuram Cherubinorum formam, vel e relatione *Mofis*, vel e vifione Dei Cherubo infidentis, ad radicem montis [d] *Horebi* iis conceffa, penitus intellexiffe; adeoque, non ex *Apidis* aut religionis alicujus novæ ftudio, fed præpoftero & importuno Cherubinorum (quales fuper Arcam collocaturus effet Mofes) defiderio, fimulacrum illud vitulinum fabricaffe.

HÆC equidem dicunt viri docti, & (quod molefte fero) multa cum fiducia dicunt. Cum autem eorum fententia cum hiftoria facra minime conveniat, & conjecturis tantum violentis innitatur, eam nec temere nec dubitanter ejicimus & repudiamus. Certe fieri non potuit, ut Aaron & populi principes futuram Cheruborum formam a Mofe acciperent, cum ipfe Mofes de Cherubis aut aliis Tabernaculi operibus, ante montis afcenfum, nihil accepiffet: populus autem *Mofis* defcenfum præftolari noluit, fed eo in monte adhuc commorante, vitulum formavit & adoravit: neque vifio illa quicquam fubfidii commento huic afferre poteft, cum nulla fimilitudinis aut imaginis ali-

a *Amof.* 5. 26. b *Apul. Apolog.* 1. p. 506. c *Exod.* 32. 1. d *Exod.* 24 9. 10.

cujus

cujus in tota visionis illius historia occurrat mentio. Pluribus in hoc argumento vix opus esse censeo, cum præsertim *Visorius* librum integrum ad opinionis hujusce vanitatem detegendam scripserit. SECT. IV.

(2°.) NONNULLI forte nobis adversi dicent, neutiquam credibile esse, ταυρόμορφα ulla Ægypti simulacra formis Cherubinorum vitulinis ansam præbuisse; cum constet, Ægyptios, vitulos quidem, atque alia animalia coluisse, eos autem cultum divinum animalis alicujus imagini tribuisse, nusquam legitur. Obj. 2.

HOC equidem a nonnullis dictum invenio, sed Historiæ fide clare refragante: nam [a] *Pomp. Mela*, de Ægyptiis loquens, *colunt*, inquit, *effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia*. Et [b] *Strabo*, de templorum Ægyptiorum apparatu agens, Ξόανον δὲ οὐδὲν, inquit, ἢ οὐκ ἀνθρωπόμορφον, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων ζώων τινὸς [ἔχουσι] *simulacrum vero nullum, aut non ad hominis formam, sed bestia alicujus effictum* habent. Hunc morem apud Ægyptios Israelitis coætaneos invaluisse, credibilius habeatur, quod constet præceptum secundum, profanis *Ægypti* moribus oppositum, non tantum cujusvis animalis cultum, sed & imaginem prohibere. Hoc facile credet, qui *Deut*. 4. 17. & *Grotii* notas in locum, consulet.

(3°.) HOC etiam in adversum dici possit, quod Cherubini, non cum respectu ad simulacrum aliquod Ægyptium, sed *Josephum* & bovem (insigne Josephi) forma præcipue vitulina donati fuerint. Nam Veteres Israelitæ *Bovis* nomen [c] *Josepho* tribuisse, & illius memoriam in bove, tanquam symbolo sibi dicato, coluisse videantur. In eam sententiam ivit [d] *Grotius*, asserens, *Cherubim* fuisse *Angelos* μοσχομόρφους,——*idque in Josephi memoriam*.——Atque *hinc*, inquit, *natum quod de Vitulo habemus*, Exod. 32. *& in Jeroboami historia, cui origo a Josepho*. Obj. 3.

QUID solidi contineat hæc sententia, non est instituti præsentis curiosius explorare. Id unum dixisse sufficiat, cum bos olim Josephi symbolum aut insigne fuerit, cultum vitulinum originem a Josepho, ceu causa remota, derivasse, non prorsus incredibile videatur. Ipse vero simulachri vitulini cultus & desiderium, ab Ægypto haustum, causa proxima fuisse putetur, quod Cherubini vitulorum præcipue formis exprimerentur. Neque hoc indictum præterire licet, quod nempe Cherubini plurium formarum, quanquam præcipue vitulinæ, participes fuerint; adeoque majorem cum multiformibus Ægypti symbolis & hieroglyphicis, quam simulacris Ægypti vitulorum formam referentibus, affinitatem habuisse videantur.

(4°.) NONNULLI forte se nobis opponent, quod inter Hebræorum Cherubinos & Ægyptiorum simulacra parum aut nihil cognitionis intercesserit. Quamvis enim familiaria fuerint Ægyptiis multiplici specie simulacra, iis imagines fuisse ex hominis, bovis, leonis, & aquilæ, formis conflatas, nusquam legitur: adeo ut Cherubinos ex imaginibus ullis Ægyptiis, Gratiis invitis, fecisse videar. Obj. 4.

AT neque hæc Objectio nos multum urget, cum Cherubinos ab Ægypti simulacris plurimum discrepasse, causa nostra non illæsa modo, sed & multum firmata, concedi possit. Eorum enim simulacris, non raro rei obscœnæ, & castis oculis ingratæ, forma repræsentabatur; at Cherubini ad modestiam toti componebantur: & quatuor alis præditi, binis ad pedes [i. e. femora & pudenda] tegendos utebantur. In sacris Ægypti simulacris, [e] draconis, aspidis, aut serpentis formam maxime frequentem reperiamus: in Dei Cherubinis, nihil animali tam sordido cognatum, sed formæ tantum nobiles & præstantes, deprehendi possunt. Inter Ægypti simulacra, canis & hominis, hominis & leonis, mulieris & draconis, & alias hisce consimiles mixturas inveniamus: at hominis, leonis, aquilæ, & bovis, mixtura Cherubinis propria erat, nec in omnibus Ægyptiorum hieroglyphicis reperienda. Cum itaque imagines Ægypti, & Israelis Cherubini, inter se tam diversi fuerint; inde colligere est, Ægyptios Dei Cherubinos nunquam imitari studuisse: sed Deum, ad morem quidem Ægyptium, varias animalium formas in Cherubinis suis miscuisse; sed cum delectu, & modo ab Ægypti quidem superstitione alieno, sed cultus sui dignitati consentaneo.

(5°.) MIHI forsan objicient alii sententiæ hujusce novitatem, eamque suspectam habebunt, quod mihi uni placuisse videatur. Obj. 5.

AT ab hoc (præjudicio potius, quam) argumento me tutum præstat *Procopii* mecum facientis testimonium. Nam asserit & ille, Cherubinos specie præcipue vitulina

a Lib. 1. cap. 9. b *Geogr*. l. 17. p. 1159. A c *V. LXX*. in Gen. 49. 6. d In *Annot*. ad Exod. 25. 18. e *Ex Ægypti nummis & monumentis abunde colligas, familiarem imprimis illi genti petitam a serpente vel dracone mixturam*. Fred. Spanhem. de Præstant. & usu Numism. pag. 251.

CAP. V. factos, & eorum formas ab Ægypti simulacris derivatas, ut Deus instituta sua ad populi Ægypto nuper egressi morem & modulum accommodaret; quamvis sensum suum verbis incautis & censuræ obnoxiis exprimit. Postquam enim [a] quæsiisset, *si* Deus *adeo detestetur imagines, quare Cherubin fingi voluit? Respondent, non jussit fieri Cherubin ut adorentur: sed Arca adoranda erat sub imaginibus vitulorum, quibus apud Ægyptios divinus deferebatur honor; ut sic cognoscerent* Israelitæ *se Deum pariter & Numina Ægyptiaca colere:* h. e. Deum habitantem inter simulacra, Numinum in Ægypto cultorum formam plurimum referentia. *Procopium* verba sua sensu jam dicto capi voluisse, nemo paulo candidior dubitabit. Sed vereor jam, ne de Cherubinis, *formaliter* spectatis, ad satietatem disseruerim.

CAP. V.

Cherubinos, symbolice & mystice spectatos, eidem origini tribuendos.

ERANT Cherubini multiformi specie simulacra, & vetitatum quarundam reconditiorum symbola & monimenta. Mihi assentientes hic habeo Judæos & Christianos omnes, qui locum aliquem inter doctos meruere. Eo itaque me jam vocat instituti ratio, ut evineam Cherubinos mystice & symbolice spectatos, h. e. quatenus imagines multiformes ad mysteria quædam sagacioribus indicanda comparatas, a multiformibus Ægypti symbolis & hieroglyphicis originem mutuatos.

Cherubini quædam significabant, spectantia. Hoc autem negotium quo felicius exequar, nonnulla de mysteriis sacratioribus sub figurarum illarum involucro latentibus necessario sunt prælibanda. Hic autem semper hærendum esset, aut vagis tantum conjecturis indulgendum, nisi ex harum imaginum situ, forma, nomine & usu, lucis nonnihil nobis affulgeret. Quantum autem ex iis conjectare licet, Cherubini quædam, DEUM, ANGELOS, TABERNACULUM, quædam etiam POPULUM, spectantia, sed obscurius, indicabant.

Deum: (1°.) DEUM quod attinet, indicasse videntur, Eum potentia præstare, cum inter CHERUBIM (i. e. Angelos, quibus nomen illud a potentia factum) solium haberet, eosque vel nutu regeret. Antiquiores Israelitas hoc perspectum habuisse constet, quod, propitiam Dei potentiam implorantes aut innuentes, Eum titulo *sedentis inter Cherubim* non raro cohonestent. Sic enim [b] Psalmista Deum alloquitur, cum res adversæ premerent, *qui sedes* super *Cherubim, manifestare: coram Ephraim, Benjamin, & Manasseh, suscita potentiam tuam,* &c. Et Psal. 99. 1. *Dominus regnavit, irascantur populi: sedet* super *Cherubim, moveatur terra:* h. e. susque deque ferantur omnia, nos in tuto erimus, quia Deus noster ea valet potentia cui nemo resistere potest. Sic & [c] *Hezekiah*, hostibus ejus impar, affatur Deum, *Domine exercituum, Deus Israel, qui sedes* super *Cherubim, tu es Deus solus omnium regnorum;* & illius tituli veritatem, unus e Cherubim [potentibus illis] emissus, & totum pene Assyriorum exercitum interficiens, abunde confirmavit. Hisce locis congrua sunt verba Psalmistæ de Deo, *Psal.* 18. 11. *Et ascendit super Cherub & volavit*, h. e. Ille ad opem mihi ferendam venit, qui Cherubim sub pedibus habet, id est, potentissimus est, & Angelis tanquam ministris, ad omnia quæ velit, utitur. Neque Israelitæ solummodo, sed & Angeli, probe norant, *Cherubim* [eorum symbola] in sanctuario posita fuisse, ut summæ potentiæ gloriam Deo tribuendam indicarent: nam Animalia illa [d] Apocalyptica, Cherubinorum formas exprimentia, *requiem non habebant, die ac nocte dicentia; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est:* & iisdem verbis Deum celebrabant [e] Seraphini apud Prophetam, Cherubinis forma & officio conjunctissimi.

Angelos: (2°.) CHERUBINI nonnulla naturam & ministerium ANGELORUM spectantia denotasse censeantur. Sic enim Cl. [f] *Bochartus*, aliique, πολύμορφα illa simulacra exponenda censuerunt: Cherubinorum *formas quod attinet, per* Leonem *significatur in Angelis robur, generositas, majestas Dei hostibus terribilis. Per* bovem *constantia, potentia, firmitas, assiduitas in obeundo munere sibi a Deo demandato. Per* hominem *humanitas, lenitas,* φιλανθρωπία. *Per* aquilam *natura cœlestis vigor, agilitas, nisus ad sublimia.* Sed si tanti Apellis tabulas culpare liceret, dicerem potius, *Cherubim* summam, fecundum

a *Comment. in Exod.* 20. p. 273. b *Psal.* 80. 1. 2. c *Jes.* 37. 16. d *Apoc.* 4. 8.
e *Jes.* 6. 1, 2, 3. f De *Animal. sac.* P. 1. col. 770. 20

Deum

Deum, scientiam & potentiam Angelorum indicasse. Multis enim probavi supra, vocem illam *scientia* & *potentia* singularis notationem apud Hebræos antiquiores habuisse, Et ut huic notationi fidem cumulate faciam, duo alia subjungam [*Theodoriti* & *Theodori*] testimonia. Horum prior, explicans verba [a] Prophetæ de Cherubinis, [*dorsa ipsorum plena erant oculis*] τουτέστι, inquit, γνώσεως ἦσαν ἀνάπλεοι· τοῦτο δὲ καὶ ἡ τῶν Χερουβὶμ ἑρμηνεία δηλοῖ· εἰς γὰρ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταφερόμενον, πλῆθος γνώσεως ἑρμηνεύει τὸ ὄνομα· *Hoc est, pleni erant cognitione. Hoc autem* τῶν *Cherubim interpretatio declarat: nempe nomen illud, in Græcam linguam translatum, cognitionis copiam sonat.* Potentiæ significatum huic voci astruunt etiam [b] *Theodori* verba: Χερουβὶμ καλεῖ ἡ γραφὴ πᾶν τὸ δυνατόν· ἤτοι λέγει, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἀντὶ τοῦ, ὁ δυνατῶς βασιλεύων &c. Cherubim *vocat Scriptura illud omne quod potentia præditum est: sic dicit*, qui sedet super Cherubim, *hoc est, qui potenter regnat. Et*, ascendit super Cherubim & volavit, *hoc est, advenit multa cum virtute. Illud itidem:* [c] & statuit Cherubim, *dixit, ut indicaret* δυνατήν τινὰ καὶ φοβερὰν ὄψιν, *potentem quandam & terribilem formam, quasi quorundam animalium, collocatam esse in Paradisi ingressu, quibus Adam inde arceretur.* Utrique huic notationi, formæ illæ, e quibus constabant Cherubini, erant apprime consentaneæ: nam *bos* & *leo* animantium fortissima, *homo* & *aquila* perspicacissima, semper habebantur; adeoque formæ suæ dignæ erant, quæ nomen *Cherubim* gererent, & populum scientiæ & potentiæ plane singularis in Angelis admonerent. Sed hoc Argumentum, ubi commodum erit, paulo plenius exequemur.

(3°.) NONNULLA TEMPLUM, adytum præcipue, mystice docebant Cherubini. Erat enim Templum summi Regis habitaculum: hoc autem indicabant Cherubini, quibus Angeli, præcipui Regis illius cœlestis ministri, quasi semper præsentes & ad manum repræsentabantur. Erat etiam Adytum, veluti præsentiæ regiæ camera, cœli interioris typus & imago: Hoc etiam cuivis, haud prorsus obtuso & e stipite facto, facile innotesceret; nam, ut imago prototypum referret, in Adyto, prout in cœlo, Dei solio adstabant Cherubini. Hoc in dubitationem hactenus adduxit nemo; nec juvat in re tam confessa tempus terere. Templum.

(4°.) ALIQUID etiam quod POPULUM proxime spectavit, indicasse videntur: nempe Deum, qui sedebat medius inter Cherubim, eum esse qui Spiritibus maxime [d] potentibus præest, & toties *Dominus Exercituum* dicitur. Ut inde populus intelligeret, eum solum [non gentium Deos, אלים *Fortium* licet titulis insignitos] cultu religioso prosequendum, & fiduciam omnem in eo uno reponendam. Populum.

His ca de Cherubinorum intentione sensuque mystico prælibatis, in id jam sedulo incumbendum, ut probem Cherubinos, quatenus figuræ mysticæ fuerunt & symbolicæ, a multiformibus Ægypti symbolis & hieroglyphicis originem habuisse. Ad hanc itaque sententiam suffulciendam, hæc argumenta, quæ mihi satis firma videntur, in medium profero:

PRIMO: Ægyptii simulacris multiformibus & hieroglyphicis, ad mysteria sua a profanorum hominum curiositate munienda, diu ante *Mosis* tempora usi videantur. Nam *Kircherus* (in hujusmodi literatura non segniter versatus) eorum originem *Thauto*, [postea [1] *Mercurii Trismegisti* nomine celebrato] tribuit: eum autem [e] *tempore Abraha, Misraimo- rerum in Ægypto potiente, floruisse, in toto* suo *opere sat superque demonstratum* fuisse asserit. Quæ sane *Kircheri* verba eo veritati propiora putentur, quod literas hieroglyphicas, diu ante natum Mosem, in usu & pretio fuisse, satis e verbis [f] *Philonis* intelligatur. Ille enim inter artes & mysteria plurima, quæ Mosem a Magistris Ægyptiis hausisse dicit, numerat τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, *philosophiam per symbola. hieroglyphica, & animalium notas*, traditam. Veritatis ejusdem testis accedat [g] *Justinus Martyr*, Lib. [2] *quæst.* & *resp.* ubi dicit, *Mosem* τίμια παρ' αὐτοῖς μαθήματα, τὰ ἱερογλυφικὰ καλούμενα, *literas hieroglyphicas, maximo in honore apud eos* [Ægyptios] *habitas*, apprime calluisse. Hujusmodi hieroglyphicas & notas e variis animalium formis conflatas, tam antiquas fuisse, vero similius existimetur; quod [h] *Sanchuniathon* (antiquissimus rerum Phœniciarum scriptor) sacros Deorum characteres & insignia a *Taauto* excogitatos referens, hæc habeat; ἐπενόησε δὲ καὶ τῷ Κρόνῳ παράσημα βασιλείας, ὄμματα τέσσαρα ἐκ

a *Interpr.* in *Ezec.* 1. p. 313. A b Ap. *Theodor.* *Qu.* 40. in *Gen.* c *Genes.* 3. 24. d *Psal.* 82. 5, 2. e *Oedip. Ægypt.* T. 3. p. 9. f Lib. 1. de *Vit. Mos.* p. 606. B g *Qu. & Resp.* ad *Orthod.* 25. h Ap. *Euseb. Præp. Evang.* l. 1. cap. 10. p. 39. A

1 De *Merc. Tr.* vid. Not. paulo post ad *Cap.* 7. *Sect.* 1
2 *Quæstionum* & *Responsionum* illarum auctorem non esse *Justinum* mentio *Origenis*. *Quæst.* 82. & 86. & *Manichæorum*. *Qu.* 127. satis docet. Vid. *Spencer.* p. 768.

τῶν

CAP. V. τῶν ἱπταμένων καὶ τῶν ἱδρυμένων μερῶν· δύο δὲ ἠρεμῇ μένοντα, &c. *Quin etiam insigne regni Saturno ejusmodi excogitavit: oculos in vultu binos, ac totidem in occipite, quorum duo placide connivere ac nictare videbantur: alas item singulis in humeris geminas, e quibus explicata dua, dua vero contracta ac demissa forent.* Postquam autem Sanchuniathon hoc symbolum literis consignasset, illius sensus abditos expromere conatur. Cum itaque hieroglyphica & simulacra mysterio plena, diu ante Mosis ætatem, in usu & honore apud Ægyptios haberentur; nil opinari prohibet, Cherubinos, qua rerum sacratiorum symbola, ab antiquioribus Ægypti symbolis & simulacris mysticis initia petiisse.

Secundo: si Tabernaculi cultusque Mosaici apparatum oculis intentis contemplemur, sic omnia, quasi destinato, comparata atque instituta percipiamus, ut cultus Dei veluti *Manna*, palatis omnibus responderet. Olim enim omnia pene, quibus Natura, consuetudo, vel Religio, pretium conciliassent, in Dei Tabernaculo cultuque locum invenerunt; nec omissum est quicquam, quod Dei sacris honorem adderet, vel quod hominis, elegantis aut vulgaris, affectus institutis ejus devinciret. Cuivis apertum est, nihil splendotis aut elegantiæ Tabernaculi fabricæ, vasibus, aut ministris defuisse; quod hominibus rudioribus admirationem incuteret, eosque ad religionem componeret & reverentiam. Nemini itaque dubium esse debet, quin nonnulla sic a Deo ordinata fuerint, ut sagaciores in admirationem raperent, & eorum acumen exercerent. Cum autem seculis antiquioribus, symbola, ænigmata, parabolæ, figuræ, cumprimis autem hieroglyphica, in præcipua scientiæ parte ponerentur; æquum est credere, Deum, seculi studiis obsequentem, Cherubinos, tanquam rerum secretiorum emblemata & hieroglyphica, in Tabernaculo posuisse; ut sacra sua iis qui literaturæ secretioris gustum aliquem habebant, gratiora redderentur, nec sacris Ægyptiacis vel sapientiæ specie cedere viderentur.

Tertio: ideo etiam Ægyptiorum simulacra mystica & multiformia Cherubinis, arcana quædam tacite significantibus, originem dedisse censeantur, quod Ægyptiorum literæ arcanæ, & symbolica philosophandi ratio, legis typis & institutis sensum arcanum ferentibus occasionem fecisse videantur. Ut hujus argumenti vis & sensus luculentius innotescat, sciendum est, antiquiores Ægypti Magistros, per symbola & per hieroglyphica [proprie sic dicta] h. e. per notas verbales & reales, artes eorum secretiores tradidisse. Utraque verbis paucis complexus est [a] *Philo Judæus*: nam, inter artes alias, *Mosen* a doctoribus Ægyptiis accepisse asserit, τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται, καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς, ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσι· i. e. occultam *philosophiam, eam nempe qua per symbola traditur, quam & literis quas vocant sacris describunt; & eam qua per receptionem animalium, qua & divinis honoribus venerantur.* Utriusque hujus occultæ philosophiæ & [b] *Porphyrius* meminit, dicens *Pythagoram* triplex literarum genus, *epistolicum, symbolicum, & hieroglyphicum*, in Ægypto didicisse. Symbolis illis Ægyptiacis, Zoroastris axiomata, Effata Orphaica, & Pythagoræ symbola, sensus arcanos continentia, conjunctissima fuisse videntur, & ab Ægypto plerumque derivata. Hæc autem Ægypti symbola & notæ rerum obscuriores occasionem dedisse videntur typicis Judæorum ritibus & multis Mosis legibus, præter sensus literalis corticem mysterii alicujus nucleum continentibus. Hoc in animum suum induxisse videtur [c] *Clem. Alexandrinus* postquam enim de Philosophorum ethnicorum symbolis, & obscuris arcana sua tradendi modis, fuse disseruisset; addit, Τοιαῦτα γοῦν ὁ Μωϋσῆς παραινεῖ· τὰ κοινὰ δὴ ταῦτα, οὐ φάγεσθαι χοῖρον, οὔτε ὀξύπτερον, οὔτε αἰετὸν, οὔτε κόρακα, &c. *Talia ergo & Moses pracipit, ut hac communia: non vesci porco, neque aquila, neque accipitre, neque corvo: nam porcus*, animal *voluptati deditum & immundum, libidinem & intemperantiam significat*, &c. Quibus verbis (si mentem auctoris assequor) asserit, Deum sensa quædam sacratiora sub legum suatum involucro tradidisse; eo quod mystica & symbolica res sacras tradendi ratio in gentium pene omnium mores ivisset; & Deus nihil sapientiæ specie commendatum, moribus etiam ubique receptis consonum, legibus aut Israelitis suis deesse voluisset. Cum itaque symbolicæ vel hieroglyphicæ Ægyptiorum literaturæ, in ritibus & legibus Mosaicis tot vestigia percipiamus; haud absurdum est opinari, Cherubinos literaturæ veteris hieroglyphicæ imitamina vel umbras quasdam exhibuisse.

Quarto: Hebræorum Cherubini & Ægyptiorum Hieroglyphica in præcipuæ notæ circumstantiis plurimum conveniebant: nempe

a Lib. 1. de *Vit. Mos.* p. 606. B   b De *Vit. Pythag.* p. 185.   c *Stromat.* l. 5. p. 676. 25.

(1°.) Forma externa: nam Cherubini formam tam insolitam [pene dixi, monstrnsam] præ se ferebant, quod ultra fidei modum videti posset, nisi Scriptura retulisset. Ægyptiorum etiam Hieroglyphica formam plurimum insolentem & Poetarum miracula superantem habuerunt. Rei hujusce fidem confirmant, Obelisci, Tabula Bembina, & plurima Veteris Ægypti monumenta, monstrosas eorum formas ad visum exhibentia: adeo ut rerum Ægyptiarum insolens & plane rudis sit oportet, qui hoc in dubium vocare velit. CAP. V.

(2°.) Occultatione & obscuritate: nam Cherubini mysteria quædam sub variis ipsorum formis, veluti sub involucris, tam occulte ferebant; quod verisimile sit, paucos, nisi revelatione vel traditione doctos, ad enrum notitiam pervenire potuisse: & Ægyptii eo ingenio & multiplici formarum varietate imagines suas hierglyphicas plerumque fabricarunt, quod mysteria sua nullis nisi domus suæ filiis, & ipsorum quasi vitula arantibus, innotescerent. Hæc paulo firmiora reddit *Clem. Alexandrini* testimonium[a]: postquam enim de typis & symbolis quibus Hebræi simul & Ægyptii sacrariora quædam ænigmatice significarunt, fuse[a] disseruisset; in hæc verba definit, ὅμοια γοῦν τοῖς Ἑβραϊκοῖς, κατά γε τὴν ἐπίκρυψιν, καὶ τὰ τῶν Αἰγυπτίων αἰνίγματα· *Occultationem igitur quod attinet, sunt Hebræis similia ænigmatica Ægyptiorum symbola.*

(3°.) Significatione & intentione mystica: si enim[b] *Kirchero*, Hieroglyphicorum interpreti non vulgari, credendum sit; Ægyptii Hieroglyphica sua, non ad temporum historias, regum laudes, aut philosophiæ arcana; sed res sacras, naturæ divinæ proprietates, Geniorum & Angelorum ordinem, expiationum rationem, spectantes, posteritati consecrandas adhibuerunt. Cherubinos etiam ad Dei providentiam & potentiam, Angelorum sapientiam, in sacris præsentiam, obsequium Deo paratissimum, & alia similia significanda, divinitus institutos fuisse, res est apud plerosque extra controversiam posita.

(4°.) Utraque e commistis variorum animalium formis componebantur: nam Cherubini vultu quidem hominem, humeris leonem, alis aquilam referebant, partibus inferioribus in formam vitulinam vergentibus: Ægyptii etiam sacris animalibus aut eorum formis commistis, tanquam rerum sacratiorum symbolis & hieroglyphicis utebantur. [c] *Origenes* enim cum Ægypti ἑρμηνεῦσι δεισιδαίμοσι καὶ μυστηριώτισι in sermonem inciderent, nonnullorum meminit τὰ τῶν Αἰγυπτίων σεμνολογούντων, καὶ τὰ περὶ τῶν ἀλόγων ζώων, φασκόντων εἶναί τινα αὐτὰ Θεοῦ σύμβολα. Et statim postea, *Celsum* inducit, *Ægyptios, multa non contemnenda, sub ænigmatum involucris, & multiformibus animalium suorum imaginibus, docentes*, summis laudibus exornantem. Nec a vero prorsus alienum est, antiquos Poetas & Mythologos, varias animalium formas commiscendi, & sub iis velut involucris quibusdam, arcana philosophica & politica tradendi, morem ab Ægypto petiisse.

E jam dictis efficitur, Cherubinis cognationem propinquam fuisse cum Ægypti symbolis & hieroglyphicis. Hæc autem cognatio documento non obscuro est, Ægyptios ab Hebræis, aut Hebræos [Dei permissu] ab Ægyptiis, imagines hujusmodi symbolicas & mysterio plenas accepisse. Mihi autem persuadere nequeo, Ægyptios harum imaginum formam & usum ab Hebræis mutuari voluisse: eum in eos pessime semper animati fuerint, cum ipsi Israelitæ mores Ægyptios (quod e variis superstitionis Ægyptiacæ prohibitionibus intelligo) suis præferendos judicarint, cum etiam Ægyptiis vix ulla commercia cum Judæis (nisi forsan sub *Salomonis* tempora) intervenerint, & cum difficile sit tempus aliquod assignare, quo Ægyptii (si maxime vellent) Hebræorum mores perdiscere potuissent. Non me latet, quid hic [d] *Kircherus* interponat: postquam enim symbola moresque Ægyptiacos proxime ad Hebraicos accedere, variis exemplis docuisset; *existimandum est*, inquit, *hæc Ægyptios ab* Hebræis *mutuatos fuisse, dum simul quandoque viverent.* Sed, *Kircheri* pace non adeo consulto dicitur, Ægyptios symbolorum usum ab Hebræis in Ægypto commorantibus accepisse; cum nullo testimonio vel alio argumento probari possit, mysticam illam sacra tradendi rationem Hebræis ante datam Legem innotuisse: nec probabile sit Israelitas, in Ægypto lateres tantum conficere & numerare doctos, literaturæ symbolicæ, vel ulli animorum suorum culturæ vacare potuisse.

a *Stromat.* l. 5. p. 670. 20. b *Obelisc. Pamph.* L. 2. de *Instit.* & *Fabr. Hierogl.* c. 1. c Lib. 3. cont. *Cels.* p. 121. d *Obelisc. Pamph.* l. 2. c. 7. p. 139.

CAP. VI.

C A P. VI.

Cherubinos localiter spectatos ad originem Ægyptiam referendos esse.

ORDINIS mihi propositi filo ductus, ad Cherubinos *localiter* spectatos accedo; ostensurus, eos, quateous locum in Tabernaculo vel Templo semper occuparunt, seculi moribus, Ægyptiis inprimis, originem & institutiooem suam debuisse.

SI cui hæc sententia, vel nova, vel in Cherubinorum sanctitatem injuriosa, videatur; sciat eo me primum duxisse [a] *Isidori Pelusiotæ* verba: Τὰ δὲ Χερουβὶμ θρόνος ὄντα καὶ ἅρμα τοῦ Θεοῦ, —— τῆς δὲ βασιλείας αὐτοῦ σύμβολα ἔκειτο ταῦτα, ἐπειδὴ γὰρ οὐδεὶς λόγος ναοῦ ἐστιν, ὃν μὴ στέφει ἄγαλμα. CHERUBIM *vero erant thronus & currus Dei*, —— *Regni autem Ipsius hæc erant posita symbola, quia nulla habetur ratio ejus templi, quod nullum coronat simulacrum.*

JAM vero non amplius propter *Isidori* sermones hæc credo, cum rationes haud leves in promptu habeam, quæ hujus sententiæ veritatem procul a dubio statuant: Nam,

(1°.) TEMPLA & simulacra, a prima superstitionis origine, nexu fideli conjuncta reperiamus. Nam refert [b] *Maimonides*, antiquos Zabaistas *sacella ædificasse, & imagines Soli & Lunæ dicatas in illis collocasse. Maimonidi* fidem astruit multis in locis scriptura sacra: nempe *Amos.* 5.26. ubi Israelitæ, haud ita pridem ex Ægypto liberati, *tulisse* dicuntur *tabernaculum* [i. e. templum portatile] *Molochi & Chijuni, imaginum* suarum: nec dubio locus est, quin hac in re se ad Zabiorum ritus longo usu ioolitos conformarint. Locus ei cognatus occurrit, *Levit.* 26.30. ubi, inquit Deus, *destruam fana vestra, & simulacra confringam:* sic verba transfero, quod *Vatablus* vocem במתיכם *ædes in excelsis ad cultum idolorum constructas* interpretatur. Huc spectat 1 *Sam.* 5.2. ubi Dagonis simulacrum in æde Dagonis collocatum legimus: Et *Jerem.* 43. 13. ubi minatur Deus, se commiouere velle *simulacra domus*, vel templi, *solis*; Et *Nah.* 1.14. *e domo*, i. e. templo, *Deorum tuorum exscindam sculptile & conflatile*. Ad alia loca digitum [c] intendisse sufficiat. Hæc in profanis etiam temporum antiquiorum moonumentis haud raro conjuncta veniunt. [d] *Herodotus*, de Ægyptiis agens, βωμούς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς Θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτους, *illos* ioquit, *aras, & simulacra, & templa, Diis primos statuisse*, fertur. Alia e scriptis ethnicis testimonia in parato habeo, loco magis opportuoo proferenda.

(2°.) SECULIS antiquioribus, Templum, Simulacrum, & Altare, ad sacra peragenda pariter necessaria, & mutuas quasi operas dare censebantur. Hoc extra dubium ponunt ethnicorum mores, qui ea omnia pari religione retinebant, & Christianis antiquis id criminis haud vulgatis loco objicere solebant, quod templa, altaria, & simulacra, pari, i. e. nullo, loco numerarent. Ὁ Κέλσος, inquit [e] *Origenes*, φησὶν, ἡμᾶς βωμοὺς καὶ ἀγάλματα καὶ νεὼς ἱδρύσθαι φεύγειν *Celsus ait, nos altarium, imaginum, & templorum, fundationes fugere.* Cæcilius apud [f] *Minuc. Fel.* Christianos accusans, quærit, *cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra?* [f] *Arnobius* gentes alloquens, *in hac*, inquit, *consuestis parte crimen nobis maximum impietatis affigere, quod neque ædes sacras* exstruamus, *non Deorum alicujus simulacrum constituamus,--non altaria fabricemus, non aras.* Idem & e verbis [g] *Lactantii* colligendum. *Quid sibi Templa? quid Aræ volunt? quid denique ipsa simulacra?* Neque hic se continuit circa simulacra versatus ethnicorum zelus & religio: nam simulacrum partem templi præcipuam, eique intime adeo conjunctam, censuerunt, quod templum quodvis numine vacuum & omni sanctitate cassum, numinis imagioe sublata, crederetur. Hisce congruum est, quod refert [h] *Pausanias* de *Minervæ* templo, cui *Sylla* Deæ simulacrum sacrilegus eripuisset; τὸ δὲ ἱερὸν ἠμελήθη τὸ ἀπὸ τοῦδε, ἅτε [a] ἠρημωμένον τῆς Θεοῦ *Ipsum autem templum*, erepto signo, *deseri deinceps & negligi cæptum, numine veluti orbatum.* Et eo tandem processit honos templi simulacro datus, quod non tantum pars præcipua, sed ipsa ejus essentia, ab ethnicis ævi citerioris haberetur. Hic me [i] *Varronis* auctoritate tucor, asserentis *Delubrum* locum il-

a Lib. 4. Epist. 73. b *Mor. Neb.* P. 3. c. 29. & de *Idol.* c. 1. §. 3. c *Judic.* 17. 4, 5. 2 *Reg.* 10. 26. *Baruc.* 6. 17, 18. d In *Euterp.* c. 4. e *Cont. Cels.* lib. 8. p. 389. f Lib. 6. adv. *Gent.* p. 189. g *Instit.* adv. *Gent.* l. 2. c. 2. h In *Bæotic.* c. 33. p. 777. i Ap. *Macrob.* l. 3. c. 4.

f Cap. 10. a *Sylburgius* legit ἠρημωμένον scil. τὸ ἱερόν.

lum

lum denotare, *in quo Deum ponerent nominatum.* Gentes antiquiores opinionem eandem pene de simulacris numini alicui dicatis aluisse, res per se credibilis est, & *Isidori* [a] verbis modo citatis confirmata. Cum itaque simulacra diu ante Mosis ætatem in templis ponerentur, & seculi fide receptum esset, templa ἄθεα Numine & religione vacua, & plane nulla, esse; non absurde creditur, Deum Cherubinos, in templo positos seculi genio & populi infantiæ concessisse. CAP. VI.

(3°.) CERTUM est, Deum, ob seculi morem & popoli Gentium moribus assueti ruditatem, Templum [& illius exemplar, Tabernaculum] iis concessisse. Hoc ego pro certo & rato jam sumo, quod Dissertatione sequenti argumentis luculentis & omnem dubitandi ansam præscindentibus probatum dabo. Cum itaque Deus seculi consuetudini & Israelitarum ruditati templum dederit, fidei consonum est, Eum, populi votis & moribus annuentem, simulacrum in templo suo statuisse. Nam seculi osus & opinio simulacrum aliquod templo tam conjunctum fecerant, quod [b] *Hecatæus*, *Strabo*, *Tacitus*, *Dion Nicæus*; aliique e Gentilium grege, hoc de Judæis tanquam rem rari exempli referant, quod nullum in templo suo simulacrum tolerarent. Horum autem Auctorum verba [quod obiter moneo] de certæ & usitatæ figuræ simulacris intelligi debent: aliter enim abunde constat, Cherubinorum simulacra in templo posita fuisse; nisi quis Cherubinos, ob figuram eorum mixtam & anomalam, in Hieroglyphicorum potius quam simulacrorum numero ponendos existimet.

(4°.) JUDÆORUM Cherubini, & Gentilium simulacra sacratiora, in tot circumstantiis insigoibus conveniebant, quod Cherubini Gentilium simulacra imitari videantur. Nam * apud ethnicos templi cujusvis simulacrum, Numinis habitaculum & ipsum quasi templum templi credebatur: & apud Judæos, Cherubini Summo Numini solii & habitaculi vicem præstabant; unde & Deus ישב הכרבים [c] *insidens* vel *habitans Cherubinos* appellatur. * Apud ethnicos in more erat, vultu in simulacra converso preces fundere, juxta illud [d] *Ovidii*,

Summissoque genu, vultus in imagine Divæ
Figit.——

Judæi etiam, cum templo adstarent, id moris institotique tenuere; vultus *Cherubim* versus inter precandum dirigentes. Hoc e Psalmistæ verbis elicere promptum est, [e] *audi vocem deprecationum mearum,..cum elevavero manus meas ad Oraculum sanctum tuum*, ubi Deus inter Cherubinos habitavit. * Apud ethnicos, [Ægyptios, aliosque] mos erat ut sacerdotes simulacra in humeros tollerenr, eaque multa cum pompa & ovantiom ritu circumferrent. Pompæ & processionis illius ceremoniam sic nobis descriptam dedit [*] *Claudianus*,

——*Sic Numina* MEMPHIS
In vulgus proferre solet: penetralibus exit
Effigies; brevis illa quidem: sed plurimus infra
Liniger imposito suspirat vecte sacerdos
Testatus sudore Deum. Nilotica sistris
Ripa sonat, Phariosque modos Ægyptia ducit
Tibia.——

Apud Israelitas etiam, [f] Sacerdotes & Levitæ Arcam cum Cherubim in humeros tollebant, & solenni cantorum & instrumentorum musicorum pompa in vulgus quandoque proferebant. * Apod Ægyptios aliosque simulacra erant non tantum ad cultum sed & ornatum posita, quorum etiam pleraque templi parietibus affigebantur. Hic testem advoco [g] *Strabonem*, qoi, Inclyti apud Ægyptios templi mentionem faciens, ait illius parietes frequentes idolorum sculpturas in ornamentum habuisse. Templo illi cognata videtur camera [h] Prophetæ visa, quæ parietes idolis undique picturatos habuisse dicitur. Horsum spectant ea *Servii* [i] verba, *semper ei sacratus numini locus est, cujus simulacrum in medio collocatur: alia enim ad ornatum tantum pertinent.* E quibus liquido

a Ναὸ λόγος ἄθεος, ὃ μὴ εἶδος ἄγαλμα. Ep. jam laud. b Eorum verba vid. ap. *Bochart.* de *Animal.* P. I. col. 224. c *Psal.* 80. 1. d *Fast.* l. 4. v. 317. e *Psal.* 28. 2. f 1 *Sam.* 6. 4, 15. 1 *Reg.* 8. 4, 5. 1 *Par.* 15. 1, 15, 16. g Ἀναγλυφὰς δ' ἔχειν ὁ τοῖχος [τοῦ ἱεροῦ] μεγάλων εἰδώλων. *Geogr.* l. 17. p. 1159. B h *Ezec.* 8. 10, 11. i In *Georgic.* 3. sub init.
* De IV. *Consul. Honor.* Carmen 8. v. 569.

CAP. VII. perſpici poteſt, ethnicos olim ſimulacra alia ad cultum, *alia ad ornatum tantum pertinentia*, ſuis in templis collocaſſe. E ſimulacris etiam Cherubicis in templo poſitis alia *eſſentialia* erant cultui *directive* ſaltem inſervientia: alia *ornamentalia* tantum, quæ templi [a] parietibus & foribus affigebantur. * Apud ethnicos denique, ſimulacra ſacratiora in templi penetrali plerumque ponebantur. Hic [b] *Lucianum* teſtor, de templo, *Deæ Syriæ* ſacro hæc inter alia referentem; *ipſa ædes intus ſimplex non eſt, ſed penetrale quoddam alterum intra ſe factum habet,-- in quod ſolis ſacerdotibus ingredi licet. -- In hoc autem adyto*, inquit, *ſimulacra Deorum poſita ſunt, Junonis videlicet, & quem* Δία ἕδρα *Jovem exiſtentem vocant*. Græcos etiam τὰ ἀγάλματα ἐν τῷ ἀποῤῥήτῳ, *in arcano adyti loco ſimulacra* poſuiſſe, e [c] *Pauſania* diſcimus. Romanos, Græcorum æmulos, hujuſmodi loca ſacratiora, ſummis tantum ſacerdotibus adeunda, in templis habuiſſe, ibique ſanctiora religionis aſſervaſſe, multis probavit [d] *Schacchus*, ad quem curioſos amandare liceat. Cherubinos etiam in ſacratiſſima Tabernaculi & Templi parte collocatos fuiſſe, notius eſt quam ut probatione indigere poſſit. Unde vero Cherubini cum Gentilium ſimulacris in circumſtantiis hiſce tam apte convenirent, mihi ne conjicere fas eſt; niſi dixerim, antiquiora Gentilium ſimulacra Cherubinis inſtituendis anſam dediſſe, Deumque Cherubinos Hebræorum a ſimulacrorum eorum uſu rituque longe recedere noluiſſe, ne gentis illius irritabilis animos ab illius inſtitutis alienos redderet.

(5°.) Ad ſententiæ noſtræ fidem conciliandam obſervare juvat, Cherubinos in iis omnibus a Gentilium ſimulacris diſcrepaſſe, quæ anſas ad idololatriam aut opinionem aliquam idololatriæ propinquam, ſubminiſtrarent. Nam * Gentilium ſimulacra frequenter e templis in publicum proferebantur, ab univerſo populo conſpicienda & adoranda: Cherubini vero in deſerto, velo triplici ab [e] *Aarone* & filiis ejus regebantur; & in templum cum Arca tranſlati, in adyto latuere, nec ab ipſo forte Pontifice conſpici potuere. * Gentilium numina in ipſis ſimulacris ſibi dicatis habitare, & inde reſponſa quæſitis reddere, credebantur: Deus autem, non *in* Cherubinis, ſed *inter* aut [f] *ſuper* eos, *ſedere*, & cum Moſe מבין שני הכרבים [g] *de inter duos Cherubinos* ſermonem conferre, dicitur. * Gentium ſimulacra, animalium e media rerum natura ſumptorum formas plurimum referebant: Cherubini e variis animalium formis conſtabant, adeo ut emblemata vel hieroglyphica potius quam ſimulacra viderentur. * Gentilium templa unum aliquod ſimulacrum numinis præſentia decoratum & religioſe colendum plurimum continebant: templum autem Judaicum duas imagines, ex æquo ſacras & numinis præſentia cohoneſtatas: ut ſatis conſtaret, imagines illas, non cultus, ſed alicujus myſterii cauſa in Sancto Sanctorum collocatas. E quibus omnibus perſpicue cognoſcitur, Cherubinos a Gentium ſimulacris in iis præcipue diſcrepaſſe, quæ idololatriæ feneſtram aut rimam aperire poſſent. Hæc autem diſcrepantia ſuadeat opinari, ſimulacra in gentium omnium templis collocari ſolita Cherubinos inſtituendi cauſam præbuiſſe; eoſque fuiſſe ſacra veterum ſimulacra, transformata tantum & ab ethniciſmi fæcibus repurgata. Nihil eſt itaque cur cenſeat quiſpiam, me Cherubinorum honori detraxiſſe, quod dixerim ſimulacra in Gentilium templis poſita, Cherubinis in Tabernaculo Temploque locatis originem tribuiſſe.

CAP. VII.

Idem de Cherubinis finaliter ſpectatis ſentiendum.

PENSI mei ratio atque ordo jam poſtulant, ut evincam, Cherubinos FINALITER ſpectatos [h. e. reſpectu ad eorum fines & uſus habito,] ab Ægypti ſeculique ritu cauſam & initium habuiſſe. Ut itaque methodice procedat ſermo, de Cherubinorum finibus principalibus primo, minus principalibus deinceps, diſſeremus.

a 1 *Reg.* 6. 29, 32. 2 *Par.* 3. 7. b Lib. de *Dea Syr.* p. 1070. B c In *Corinthiac.* c. 29. d *Myrothec.* P. 2. c. 35. & c. 37. e *Numer.* 4. 5, 6. f Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ. LXX in *Pſal.* 80. 1. g *Exod.* 25. 22.

SECT.

SECT. I.

Ut id constet, agitur primo de finibus Cherubinorum principalibus.

Sect. I.

PRINCIPALES Cherubinorum fines varii fuerunt, quos paucis dabo: nempe instituti sunt, ut Deo, Summo Hebræorum Regi atque Imperatori, vice HABITACULI, SOLII vel sedis regiæ, VEHICULI, CHARACTERIS aut signi, inservirent.

Cherubinos Dei habitaculum.

PRIMO: ut *habitaculi* vicem præstarent Cherubini, quo Deus veluti quiesceret, & ratione peculiari se præsentem exhiberet. Cherubinos hunc usum præbuisse, sat constet, quod Deus inde responsa tam frequenter ederet, omnes (religioni vacantes) vultus ad Sanctum Sanctorum verterent, & titulus ille, ישב הכרבים *Habitans Cherubinos* aut *Cherubinorum incola*, Deo sæpissime tribuatur. Sic phrasin illam transfero, quod LXX vocem ישב cum aliis vocibus ab ea radice pullulantibus, per οἰκεῖν, ἐνοικεῖν, κατοικεῖν, παροικεῖν, aut κατοικίζω, variis in locis interpretentur. Deinde: illæ voces Hebrææ nec *inter* nec *super* satis exprimunt, sed Interpretes plerique voces illas suo e sensu interponunt. Præterea: vox illa ישב cum vocabulo locum aliquem indicante constructa, non *sessorem*, sed *habitatorem* aut *incolam*, pene semper notat. Exemplo sint, יושב אוהל *habitans tentorium*, Genes. 4. 20. יושב ארץ *habitans terram*, Gen. 50 11. יושב הר *habitans montem*, Judic. 3. 3. ישבי קעלה *habitantes Chilah*, 1 Sam. 23. 5. ישב ציון *habitans Sionem*. Hisce locis aliisque similibus inductus, ישב הכרבים *habitans Cherubinos* reddo: nec improprie, cum Deum, intra eorum alas sedentem, ad instar tugurii complecterentur. Verisimile est autem, Deum imagines hasce Cherubicas præsentia & habitatione sua decorari voluisse, quod Israelitæ, e longo cum Ægyptiis usu, ἀγάλματα θείας μετουσίας ἀνάπλεα (uti loquitur Jamblichus) *imagines societate divina repletas* impense desiderarent; & forsan a Dei cultu descivissent, nisi studiis & moribus eorum seipsum accommodasset, eosque iisdem pene sacris instruxisset.

QUO vero argumenta ad opinionis hujusce veritatem astruendam fundamento firmiori innitantur, in primo sermonis aditu monendum est, simulacra in Gentilium templis posita, Deorum sedes habita fuisse, eosque inde luculenta præsentiæ suæ testimonia præbuisse. Ethnicos ea opinione fuisse, multis testimoniis evinci posset, e quibus ipse (ne Lectoris otio abutar) tantum pauca seligam. Primo itaque *Porphyrium* opinionis hujusce testem luculentum advoco: ille vero, postquam certos characteres imaginibus impressos Diis vel maxime placere docuisset, αὐτοῖς, [a] inquit, περιγράφονται, καὶ ἔσω οἷον ἐν ἱερῷ χωρίῳ τῇ ὑποκειμένῃ εἰκόνι· *Iis circumscribuntur, & imagine subjecta, sacro veluti domicilio continentur. Nec enim terra, nisi sacra fuerit, Deos ferre ac sustinere queat*: ἱερὰ δὲ, ἡ εἰκόνα φέρουσα Θεοῦ, ἧς ἀρθείσης, λέλυται τὸ κρατοῦν ἐπὶ γῆς τὸ θεῖον· *Sacra autem illa est, quæ divinam capit imaginem: eaque sublata, id quod in terris numen retinebat, illico dissolvitur.* Hisce consona est illa Gentilium apologia, quos [b] *Arnobius* in hunc modum loquentes introducit; "nos neque æra, neque auri argentique "materias, neque alias quibus signa confiunt, eas esse per se Deos & religiosa decernimus numina: sed eos in his colimus, eosque veneramur quos dedicatio infert sacra, "& fabrilibus efficit habitare simulacris. Non multum hinc abit celebris illa [c] *Trismegisti* theologia, statuas aut simulacra, Deorum corpora fuisse, qui magicis quibusdam consecrationis ceremoniis ad corpora illa terrena assumenda, animanda & inhabitanda cogebantur. Hoc dogma inter δαιμόνων διδαχὰς numerandum esse, me persuasum facit ethnici Numinis oraculum ab [d] *Eusebio* memoratum,

Ἀλλὰ τέλει ξόανον κεκαθαρμένον, ὥς σε διδάξω·
Πηγάνου ἐξ ἀγρίοιο δέμας ποιῶ ——

Id est,

Purum absolve mihi simulacrum, quale docebo:
Sylvestri e ruta sacrum mihi perfice corpus.

a Ap. *Euseb. Præp.* Evang. l. 5. c. 15. p. 203. b Lib. 6. cont. *Gent.* c *V. S. Aug.* de *Civ. Dei*, l. 8. cap. 23. d *Præp. Evang.* l. 5. c. 12.

SECT. I.

Testimoniis hisce omnibus certo liquidoque probatum sentio, Gentium simulacra Deorum habitacula fuisse, & eorum præsentia decorata. Probandum restat, Cherubinos, quatenus Dei sedem & habitaculum, hujusmodi simulacris ubique olim receptis institutionem suam debuisse. Hoc autem, sequentibus inductus argumentis, assero.

(1°.) Hujusmodi simulacra, Deorum præsentia & responsis inde datis cohonestara, Cherubinos antiquitate multum superarunt. Horum enim simulacrorum originem nonnulli *Mercurio Trismegisto*, quo nihil antiquius novit Ægypti schola, tribuendam sentiunt. Eum enim hujusmodi simulacra nullis non laudibus & elogiis, in [a] *Asclepio* suo efferentem legimus: ubi, inquit, *statuas o Asclepi, videsne quatenus tu ipse diffidas? Statuas animatas, sensu & spiritu plenas, tanta & talia facientes, statuas futurorum præscias*, &c. Librum autem illum, veluti genuinam *Trismegisti* sobolem, [1] *Kircherus* fide & affectu propensissimo complectitur, eorumque [b] *insolentem & intolerabilem ostentationem, ingenium arrogans & temerarium*, mordaci castigat satyra, qui in Auctoris illius canitiem despuunt, & libro illi, tanquam ab Impostore edito, fidem omnem abrogandam sentiunt. Sed causa nostra non multum detrimenti patietur, modo liber ille inter fidei sublestæ scripta numeretur; cum hujusmodi simulacra Cherubinis antiquiora fuisse, satis e Mosis scriptis innotescat. Nam inde manifestum est, Israelitas simulacrum, *Elohim* nomine vocatum, ab Aarone postulasse: eos autem hoc ea ratione fecisse constat, quod spem lætam concepissent, Deum in simulacro illo, tanquam domicilio, se præsentem exhibere voluisse. Sed testimonium paulo luculentius harum imaginum antiquitati perhibet præceptum secundum, cui Gentium antiquiorum mores & dogmata causam præbuere. In eo enim הצורה בולטת (uti distinguit *Maimonides*) [c] *imago protuberans*, i. e. τὸ γλυπτὸν, prohibetur; non autem משוקעת *depressa*, in fenestris aut tabulis delineata. Ideo vero prioris tantum generis imagines interdictas, & polytheismi κριτήριον, fuisse opinantur Judæi, aliique; eo quod imagines illæ protuberantes spiritus alicujus ætherei magis capaces essent, & Dei illius cujus speciem ferebant præsentia sæpius animatæ; cum imagines lineis aut coloribus expressæ hujusmodi abusus haud adeo capaces esse videantur. Sed non est quod hisce confirmandis diutius insistamus, cum nihil probabilitatis habeat, Gentes antiquas, imagines suas tam prono cultu excipere, easque Deorum suorum nominibus insignire, voluisse; nisi Dæmones eas non raro subiissent, atque inde oracula aliaque præsentiæ suæ testimonia præbuissent.

(2°.) Ethnici eodem pene modo de Cherubinis, quo de simulacris ethnico aliquo numine animatis, locuti videantur. Nam [*] ethnici nomen אלהים imaginibus eorum sacratioribus tribuerunt: & Philisthæi, audito Cherubinorum adventu in Hebræorum castra, dixisse leguntur, *venit* אלהים *Deus in castra*. [*]Ethnici simulacris eorum numinis alicujus præsentiam & virtutem singularem tribuerunt: eos etiam eandem de Cherubinis opinionem concepisse, Philisthæorum verba, de symbolis illis inermis intelligenda, doceant: [d] *quis nos liberabit e manu Deorum istorum fortium?* Nisi enim [e] *Buxtorfii* conjectura fallat, hac loquendi formula de Arca & Cherubinis utebantur, quod *illi, & aliæ similes idololatricæ gentes, rebus hujusmodi externis divinitatem quandam insitam esse credebant, & sibi imaginabantur, eam Arcæ* & Cherubinorum *rationem esse*, quorum *nomen celebre etiam inter gentes erat*. Cum itaque Philisthæi eodem modo de Cherubinis, quo de propriis ipsorum simulacris, vulgo loquerentur: non abhorret a vero, Philisthæos, aliasque tunc temporis e vicinia gentes, existimasse, Cherubinos imaginibus suis sacratioribus ex adverso respondere, eosque apud Israelitas imaginum suarum *spirantium* vicem & cultum obtinere.

(3°.) Non facile est rationem excogitare, cur Deus simulacris hisce Cherubicis insideret, iisque præcise [non toti Templo] se præsentem exhiberet, indeque responsa daret & preces exaudiret; nisi ut cultum suum ad seculi mores & populi studia componeret, eorum etiam affectus ab idolis ad ipsius cultum suaviter avocaret. Quamvis enim Deus quandoque sub humana specie se videndum & colendum Patriarchis exhi-

a Cap. 9. b *Obelisc. Pamphil.* l. 1. c. 3. c *V. Hammondi Dissert.* de *Idololat.* §. 40. d 1 *Sam.* 4. 8. e *Hist. Arcæ Fœder.* c. 1. p. 19.

1 Ita quidem sibi vult *Kircherus*, tum in *Obelisc. Pamphil.* tum *Oedip. Ægypt.* Idem sentit *Steuch. Eugubinus*, L. 1. de *Perenni Philosophia*, c. 8. & 25: *Pœmandrum* præcipue & *Asclepium*, genuina esse opera prisci *Hermetis*. Alii autem rerum sagaciores docent supposititia esse, & vel *Judæi* esse figmentum, ut contendit *If. Vossius* c. 8. de *Sibyl. Orac.* vel *Christiani Platonizantis* circa initium seculi a Christo nato secundi, ut statuit *If. Casaubon.* in *Exercit.* ad *Apparat. Annal. Baron.* Num. 18. Qui plura vult, legat *Fabricii Bibliothec. Græc.* 3. L. 1. c. 7, 8.

buerit

buerit, nunquam tamen ita se demittere dignatus est, ut præsentiam ejus duabus imaginibus velut alligari pateretur; priusquam ei cum populo res esset, cujus novi mores, & morbi in Ægypto hausti, nova instituta & remedia nova postularunt. Ut sensum meum explicatius efferam: verisimile est, Ægyptios & alios idololatras non tantum Deos eorum in imaginibus coluisse; sed serio credidisse, imagines ritu certo consecratas (tanquam *Telesmanas* quasdam) Deos attrahere & detinere, nec quenquam, nisi simulacro mediante, Deos convenire posse. Crassiorem illam theologiam gentium antiquiorum animos infecisse, opinari suadent ea [a] *Procli* verba: *statua rapiunt ad se Dæmonia, & omnem spiritum per consecrationis alligamentum;* & [b] *Athenagora* testimonium, qui de simulachris hujusmodi loquens, non defuisse dicit, qui sentiunt, μὴ ἄλλον τινὰ ἕτερον τρόπον τοῦ Θεοῦ ἢ τοῦτον προσελθεῖν· χαλεποὶ δὲ Θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς· *Non alio modo homines convenire posse Deos, nudus enim Deorum conspectus gravis est.* E dogmatis hisce fluxisse videtur, quod ethnici simulacra sua [c] *Deorum corpora* vocarent, simulacra sacrata secum in itinere circumferrent, numinis alicujus abituri metu perculsi simulacrum ejus catenis alligarent, Templum simulacro destitutum Numine & Religione omni privatum crederent, & Templum ingressi se ad simulacrum maxime conspicuum, tanquam nominis incolæ sedem & habitaculum, venerabundi converterent. Cum autem Israelitæ cultum imaginum in Ægypto didicissent, non ex vano creditur, eos dogmata illa [de præsentia numinis imagini astricta, & numine simulacro tantum mediante conveniendo] cum imaginum cultu imbibisse. Ideoque gentis illius mores & dogmata postulasse videntur, ut Deus *Cherubinos habitaret*, e sacris illis imaginibus responsa daret, aliaque præberet præsentiæ suæ testimonia. Sed quicquid sit, apud me causam satis gravem non datur invenire, cur Deus ita se demitteret, & ratione hac nova & Patribus inaudita se præsentem exhiberet, nisi ut populum illum simulacris præsentia numinum animatis assuetum leniter tractaret, & institutis ab eorum moribus haud prorsus alienis eos sibi devinciret. Sect. I.

(4°.) Israelitæ simulacrum singulari numinis præsentia cohonestatum vehementer exoptabant. Hoc abunde constat e verbis illis quibus Aaronem ad aureum vitulum conficiendum excitarunt: [d] *age, fac nobis Deum qui eat ante nos, nam Mosi, viro illi qui eduxit nos e terra Ægypti, quid factum sit ignoramus.* Hoc est, "Mosem, spi-"rantem numinis imaginem; & semper a Deo motum, rebus humanis exemptum cre-"dimus: nobis itaque imaginem fabricandam cures, in quam Deum aliquem solenni "consecratione invocemus, qui *Mosis* loco se ducem nobis principemque præbeat. Cum itaque Israelitæ hujusmodi simulacra tam impense desiderarent, & certum sit Deum plurima alia populi votis & moribus concessisse; Deum Cherubinorum imagines præsentia sua decoratas, populi moribus & studiis dedisse, summe credibile videatur. Hoc & fidem eo majorem mereri censeo, quod certum sit, Deum nunquam inter Cherubinos habitasse, priusquam Israelitæ tot signa dedissent animi hujusmodi simulacris addictissimi. Deinde: quantum ex aurei vituli historia, cum Cherubinorum forma & usu collata, percipiamus; Cherubini ita quasi de industria comparati erant, ut populi votis & moribus responderent. Erant enim & Cherubini ad figuram præcipue vitulinam conformati: imagines erant summi numinis præsentia decoratæ: & una cum Arca Israelitis in terram promissam tendentibus [e] anteibant.

(5°.) Si Cherubinos attentius observemus, facile est percipere, eos in circumstantiis quibusdam insignibus a Gentilium simulacris discrepasse. Nam * Gentium simulacra non raro palam prostabant, ab omnibus visenda & adoranda: at Cherubini velo vel adyto tecti erant, ne in hominum oculis versarentur. * Gentium simulacra certi plurimum animantia [hominis, bruti, vel alitis] formam præferebant: Cherubini constabant e multiplici formarum varietate. *Apud ethnicos unum aliquod simulacrum, numinis præsentia conspicuum erat, eique tanquam habitaculo suo astrictum credebatur: Cherubini vero duo erant, & Deus inter eos habitans utrosque præsentia sua pariter insignivit. E quibus omnibus intelligere est, Deum simulacra quidem divina, sed multa cum cautela, Israelitis concessisse; & solicite cavisse, ne dum eorum imbecillitati consulit, errori alicui portam panderet; & ipse formam humanam aut belluinam gerere, vel simulacro aliquo includi vel alligari, crederetur.

Secundo: cum gentis Israeliticæ conditio postularet, ut Deus ipse Imperatoris & Regis politici nomen & majestatem sumeret; instituti sunt Cherubini, ut Deo tri- Cherubini Deo pro throno vel tribunali.

a Lib. de sacrif. & mag. b In legat. pro Christian. p. 17. c Artifices idolorum, *Dæmonis corpora conficere, &c.* Tertull. de Idol. cap. 7. d *Exod.* 32. 1. e *Jos.* 3. 6, 11. *Num.* 10. 33. *Psal.* 80. 1.

SECT. I.

bunalis aut *throni* regii loco miniſtrarent. Cherubinos hoc munus obiiſſe, multa docent: nam (1°.) Quamvis Deus impleret omnia, & in quavis Templi & Sancti Sanctorum parte habitaret; tamen ישב הכרבים i. e. interprete Junio, *Seſſor Cherubinorum*, ſæpius appellatur. Nam apud antiquos Hebræos, *ſedere*, regibus, Judicibus, & Doctoribus, proprium erat; unde & vox ea [a] ſæpius ad poteſtatem regiam, aut perſonam in ſuperiori aliquo dignitatis gradu conſtitutam, ſignificandam uſurpatur: & lectorem obtunderem, ſi loca illa plurima, quibus vox ea una cum *Regis* aut *Throni* mentione occurrit, curioſius enumerarem. (2°.) Deus, medius inter Cherubinos ſedens, Moſen, cum res exigeret, alloquebatur; & inde, Regum atque Imperatorum ritu, ſingula ad bellum aut pacem pertinentia expediebat. Nam Deus, de Cherubinorum uſu loquens, *inde*, [b] inquit, *præcipiam & loquar ad te ſupra Propitiatorium, atque de medio duorum Cherubim, qui ſunt ſupra Arcam teſtimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael.* Atque hac in re Imperatoris formam ſervavit, qui, dum aliquid faciendum decernebat, duces aut milites e ſolio vel tribunali olim alloquebatur. (3°.) Cum Scriptura Dei tanquam *Cherubinos inſidentis* meminit, ei regis aut ſummi imperatoris titulum, poteſtatem, aut thronum, tribuit. Hanc obſervationem paucis Scripturæ locis firmatam dabo: Pſal. 99. 1. *Dominus regnat, iraſcantur populi; ſedet inter Cherubim, moveatur terra.* Jeſ. 37. 16. *Domine Exercituum, Deus Iſrael, qui habitas inter Cherubim.* 2 Sam. 6. 2. *Ut educerent inde Arcam Dei, qui vocatur Dominus Exercituum, qui habitat inter Cherubinos.* Pſal. 80. 1. *O tu qui paſcis Iſraelem, qui habitas inter Cherubinos,* &c. & Cap. 3. *Danielis Apocryphi*, pueri illi ſic Deum in fornace ignita celebrant, *benedictus es tu in throno regni tui, — benedictus es tu qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim.* (4°.) Dei ſedes ſupra Arcam ad throni regii morem & formam componebatur. Nam Deus inter Cherubinos, qui erant in extremis Arcæ, ſedebat medius; adeo ut, Regum ſolio inſidentium ritu, propioris admiſſionis famulos [Angelos puta] a dextris & ſiniſtris adſtantes habere videretur. Ad hunc itaque typum alludere, ejuſque mentem ſecretiorem explicare, videntur *Michaiæ* [c] verba, *vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem Exercitum cæli ſtantem juxta Eum, a dextra ejus, & a ſiniſtra.* Ex his omnibus aperte cognoſcatur, Cherubinos ſedis aut ſolii cujuſdam regii uſum Deo præbuiſſe.

MIHI vero non temere perſuadere videor, Cherubinos, quatenus huic uſui ſervirent a civilibus Ægypti vel Gentium vicinarum moribus originem accepiſſe. Nam e dictis conſtat, Cherubinos ad ſolii regii formam & morem inter gentes uſitatum proxime acceſſiſſe. Ut hoc autem paulo clarius eluceat, addo inſuper, Cherubinos ſolium regium ſplendore & magnificentia repræſentaſſe. Neminem enim literis externis paululum inſtructum fugit, antiquos Orientalium principes, tribunalia, ſedeſque magnificentiſſimas, auro gemmiſque collucentes, habuiſſe: Et [d] lege cautum eſt, ne Cherubini e ligno tantum aureis laminis circumducto *ſed auro ſolido elaborato*, fierent.

HIS omnibus Objectiones duæ fidem adimere videntur, quibus breviter reſpondendum eſt. Nam

(1°.) DICET forſan non-nemo, ſermonem meum de ſenſu vocis ישב minime ſecum conſentire, cum jam quidem *ſedendi*, antea vero *habitandi*, ſignificatum ei voci dederim. Reſpondeo: ita quidem me feciſſe memini, nec muto factum: utramque enim ſignificationem firmat ratio, firmat uſus vocis, firmat etiam Angelus [e] Apocalypticus. De Sanctis enim, Agni ſanguine purgatis, loquens, *propter hoc*, inquit, *ſunt ante thronum Dei, & ſerviunt Ei die ac nocte in templo ejus, & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos.* Hæc autem verba ad ritus templi, & Deum inter *Cherubim* habitantem, iiſque tanquam throno inſidentem, ſpectare, clarius eſt quam ut in dubium vocari poſſit.

(2°.) ALII forſan mihi opponent contrariam Regum atque Imperatorum antiquiorum conſuetudinem. Nam Reges domi manentes ſolia & tribunalia ſplendidiora habuiſſe, a nemine ambigitur: ſed Reges aut Imperatores in caſtris agentes tribunalia habuiſſe, iiſque ſolenniter inſediſſe, fidei diſſonum eſt & a Regum uſu alienum. Certum eſt autem Deum, cum Cherubinos fieri juſſit, in caſtris egiſſe, & toti militiæ Iſraeliticæ, *Domini Exercituum* titulo, præfuiſſe. Sed neque hic ſcrupulus nos multum torquet: quænam enim Regum antiquiſſimorum in caſtris excubantium conſuetudo

a *V. Schindler. Lex. Pentagl.* col. 814. b *Exod.* 25. 22. c 1 *Reg.* 22. 19. d *Exod.* 25. 18.
e Cap. 7. v. 15.

fuerit,

fuerit, nobis, post tot transacta secula & deperdita veterum monumenta, pro certo affirmare non licet: si vero temporum illorum usum e Romanorum moribus judicemus, Reges illos, etiam inter militum turmas, solia & tribunalia habuisse non dubitemus. Romanos autem thronos & tribunalia, etiam in mediis castris, Imperatoribus suis crexisse, e *Plinii* verbis haud obscure colligamus: [a] *Decora facies Consulis: multa post secula tribunal viridi cespite extructum, nec fascium tantum, sed pilorum signorumque honore circundatum. Augebant majestatem Præsidentis diversi postulantium habitus, ac dissonæ voces*, &c. Accedat *Herodianus* moris ejusdem testis: nam [b] ille, *Commodi* electionem in Imperatorem referens, *edictum est omnibus*, inquit, *ut in campum de more frequentes venirent. Procedens autem Commodus, sacrificavit regias victimas*, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος, ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ, ἀνελθὼν ἐπ' αὐτό· *Et tribunali ei in altum extructo, in medio castrorum, ascendit super illud.* Hoc itaque Argumentum Scriptoris haud [c] vulgaris concludam verbis: *Imperatoriæ consuetudini indulgens, non solum tentorium more castrorum, sed etiam in tentorio tribunal ac solium sibi constitui jussit Deus; ex quo more Imperatorio expediret, tam quæ ad pacem, quam quæ ad bella pertinebant.* SECT. I.

TERTIO: instituti sunt Cherubini, ut loco VEHICULI essent aut currus militaris, quo Deus, veluti Imperator & Dominus Exercituum, per Hebræorum castra veheretur. Deus (quod alibi probasse videar) tanquam Summus belli Dux & Imperator, Israelitarum vexillis præfuit; &, ut Imperatoris morem & formam servaret, ita collocati sunt Cherubini, ut vehiculi seu currus vicem repræsentarent, & Deum, tanquam Imperatorem iis *insidentem*, circumferrent. Cherubinos huic usui inserviisse, multis inductus argumentis assero: Nam (1°.) Veteres Judæi titulum *currus* aut *vehiculi* τοῦ Cherubim sermone vulgari tribuisse videntur. Moris enim illius indicium haud obscurum ex Historici sacri verbis suppeditatur: 1 *Paral.* 28. 18. *Et aurum pro exemplari* המרכבה הכרובים [d] *quadrigæ Cherubinorum.* Huic opinioni locum facit & *Sirachidis* testimonium, qui *Ezechieli* id honori vertit, quod Dei [e] *gloriam vidit, quam ostendit ei* ἐπὶ ἅρματος Χερουβὶμ, *in curru Cherubinorum.* Hunc autem titulum, Cherubini ab usu, quem in Deserto præbebant, sibi acquisivisse censeantur. (2°.) Scriptura, Dei inter Cherubinos sessionem memorans, Ei titulum *Domini Exercituum* pene semper tribuit. Hoc cuivis constet, 1 *Sam.* 4. 4. *Jes.* 37. 16. *Psal.* 80. 1, 4. 7. & 2 *Sam.* 6. 2. consulenti. Quænam autem moris hujusce causa, nisi quod Cherubini olim currus cujusdam militaris vicem implerent, & Deus, tanquam Dominus aut Imperator copiarum Israeliticarum, iis insideret? (3°.) Vox כרכים cognatione proxima רכבים *currus* attingit, & a nonnullis illius origo, facili metathesi literarum, inde derivatur. Hanc vocis illius originem multis asseruit Auctor [f] nuperus, & ut ei fidem afferat, ait, *non pauca in sermone Hebraico passim* occurrere *vocabula, quorum characteres -- antrorsum & retrorsum, eadem plane servata significatione, commutantur.* (4°.) Angeli, Dei רכב vel *currus* in [g] Scriptura frequenter audiunt, & Deus *super Cherub equitare* dicitur. Illis autem phrasibus (aut fallor) allusum est ad Cherubinos (Angelorum typos) quibus Deus olim insidebat, & vehiculi loco utebatur. (5°.) Cherubini, in visione prophetica *Ezechieli* apparentes, rotis instructi erant, & currus aut vehiculi similitudinem referebant: unde & visio illa a secretioris theologiæ Magistris מרכבה *currus* signanter appellatur. Unde vero Cherubinis illis propheticis *currus* nomen & forma tribuerentur, nisi quod utraque Cherubinorum origini & usui primævo quam maxime convenirent? Nec a vero forsan aberravero, si dixero, Cherubinos in Templo positos, curruum ritu, rotas aliquas annexas habuisse; quod Historia sacra [h] *currum Cherubinorum* memoret, & verisimile sit, *Ezechielis* Cherubinos, rotis instructos, a *Salomonis* Cherubinis non multum discrepasse. Sed hac de re, integrum sit cuique quod libet opinari. Cherubini Deo erant pro Vehiculo.

HUNC autem Cherubinorum usum (quo redit sermo) nonnulli curribus illis idololatricis, quibus Dii Gentium in vulgus efferebantur, occasionem dedisse sentiunt. Curruum eorum mentionem in scriptis ethnicis frequentem inveniamus. Apud [i] *Herodotum* ἅρμα [Διὸς] ἱερὸν *currus* Jovi *sacer* legitur: [k] *Plutarchus* ὄχημα τῷ πατρὶ τῶν Θεῶν ἱερὸν, *vehiculum Deorum patri sacrum* memorat: occurrit ὄχοι τῆς Ἀθηνᾶς, *Minervæ then-*

a *Panegyr. Trajan. dict.* §. 56. b Lib. 1. c. 10. c *Fortunat. Schach. Myroth. sac.* P. 2, cap. 36. col. 468. A d Τοῦ ἅρματος τῶν Χερουβὶμ LXX. e *Eccl.* 49. 9. f *Jacob. Leonis. Tract.* de *Cherub.* p. 3. g *Ps.* 68. 17. 2 *Sam.* 22. 11. *Psal.* 18. 10. *Zach.* 6. 1, 5. h 1 *Par.* 28. 18. i Lib. 7. c. 55. k In *Vit. Camil.*

SECT. II. *ſa* ſeu *vehiculum*, *&* ὄχος Ἄρεος, *vehiculum Martis*, apud Dionem in Circenſi pompa: Neptunum ἐφ' ἅρματος ἑστῶτα *currui inſiſtentem* inducit [a] *Plato*: *currus Solis* meminit [b] Hiſtoricus ſacer, & *Lunæ* [c] *Tertullianus*: *Lucianus* magno Jovi πτηνὸν ἅρμα *currum alatum* tribuit in *Piſcatore*. Hoc autem [d] *Schefferus Lucianum* e *Platonis Phædro* ſumpſiſſe conjicit, ob verborum affinitatem; ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων· *Magnus Imperator cæli Jupiter curru vectus alato.* Huic autem *Platonis* currui, [e] *Juſtinus Martyr* Cherubinos alatos occaſionem dediſſe cenſuit. Hujus verba, in latinum verſa, ſic ſonant: *num aliunde inſtitutus Plato, quam e lectione propheticarum hiſtoriarum, Jovem in cælo curru alato vehi affirmat? Vidit ille in Propheta reſponſis de Cherubim dictum illud; & exivit e domo gloria Domini, & aſcendit ſuper Cherubim, & elevarunt Cherubim alas ſuas, & rota cum iis, & gloria Dei Iſraelis erat ſuper eos.* Quid veri habeant hæc Juſtini verba, in tanta vetuſtatis caligine non eſt facile percipere, nec inſtituti præſentis curioſius examinare.

Utut iſta ſe habeant, hoc apud me veri fidem tenet: Cherubinos nempe, quatenus currus aut vehiculi divini locum tenuerunt, a bellicis Ægyptiorum & gentium aliarum moribus originem duxiſſe, non facile dubitandum eſt. Nam gentibus antiquioribus in more erat, ut reges & belli [f] duces, prælium inituri, curru inſigni veherentur. Ita morem haboiſſe, probant exempla, Pharaonis, Siſeræ, Saulis, Ahabi, Joſiæ, & aliorum e curru dimicantium, qui [g] ſacris aonalibus memorantur.

Cherubini characteris aut ſigni vice fungebantur.

Quarto: Cherubini Characteris aut ſigni vice fungebantur, quo Deus ille cui Templum dicatum erat, ioternoſceretur. Cum enim Deus Cherubinis (incertæ figuræ ſimulacris) inſideret, & vox hæc Angelos inſigni potentia & ſapientia claros indicaret, cum etiam Deus *inter Cherubinos* (non, in iis) habitaret; imagines illæ, Jehovam ſupra Deos omnes elevatum, Angelos potentia & ſapientia longe ſuperare, eos pro arbitrio regere, oec intra ſimulachri hujus aut illius anguſtias coerceri poſſe, clare ſignificabant; adeoque Templum (cujus ſacrario Cherubini locabantur) Deo Opt. Max. Incorporeo dedicatum indicabant. Hæc [h] *Iſidori* teſtimonio non parum confirmantur: Τὰ δὲ Χερουβίμ, θρόνος ὄντα καὶ ἅρμα τοῦ Θεοῦ, — ἐδήλου τὸν ᾧ κατεσκεύαστο ὁ ναὸς, ὅτι ἀχώρητός ἐστι καὶ ἀσχημάτιστος· *Cherubim vero qua erant thronus & currus Dei, — illum oſtendebant cui conditum erat templum, quod loco capi & figura exprimi non poſſit.* Hic autem Cherubioorum uſus, e gentium conſuetudine, ceu fonte præcipuo, fluxiſſe cenſeatur. Nam gentes imaginem aliquam præ cæteris inſignem in templis habebant, quæ Deum, cui [i] templum conditum erat, loco vel forma referebat. Hujuſmodi ſimulacrum numen templi proprium exiſtimabant, cætera ad ornatum ſolummodo pertinere. Hoc *Servius* iodicat ad illum [k] *Virgilii* verſum,

In medio mihi Cæſar erit, templumque tenebit.

Semper, inquit, *ei ſacratus numini locus eſt, cujus ſimulacrum in medio collocatur: alia enim ad ornatum tantum pertinent.*

SECT. II.

Cherubinorum fines minus principales paucis explicantur.

ORDO propoſitus id a me jam poſtulat, ut ad Cherubinorum fines minus principales orationem conferam. Quantum autem in re tam obſcura conjecturis aſſequor, Cherubini quatuor ob cauſas inſtituti cenſeantur.

Primo: ut Angelos, præcipuos Dei Miniſtros eſſe, eoſque ad Illius maodata exequenda promptiſſimos indicarent. Hoc eo minus timide & hæſitanter aſſero, quod omnes Cherubinorum figuræ vocales eſſent, & Angelos, quos adumbrabant, ad Dei nutum & arbitrium compoſitos, aperte loquerentur. Stabant enim Cherubini vultibus ad *Propitiatorium* converſis, adeo ad promptos Miniſtros (quorum [l] *oculi ad dominorum ſuorum manus* & nutus ſpectant) imitari viderentur. Alis etiam inſtructi erant, quæ docerent, eos Dei throno adſtare, mandata illius alacri & veluti alato obſequio peractu-

a In *Critia.* b 2 *Reg.* 23. 11. c *Binas Lunæ ſanxerunt.* De ſpectac. c. 5. d De *re vehicul.* lib. 1. cap. ult. e In *Cohort.* ad *Græcos.* p. 30. f *V. Scheffer. de re vehicular.* l. 1. c. 16. g *Judic.* 4. 15. 1 *Sam.* 26. 5. 2 *Par.* 18. 34. h Lib. 4. *Ep.* 73. i *V. Herald. not.* ad *Arnob.* l. 6. p. 240. k *Georgic.* 3. l *Pſal.* 123. 2.

ros,

ros. Eorum alæ ita conjunctæ erant & complicatæ, ut sedis regiæ vicem implerent, & Regem cœlestem iis insidentem & innitentem sustentare viderentur. Hoc autem inter præcipua ministrorum regiorum munia [a] olim habebatur, ut Regem illis molliter innitentem suffulcirent. Denique, cum Deus sederet, Cherubini in tabernaculo & templo stantes repræsentabantur: quid autem, nisi quod sedere, dominorum proprium esset, stare vero servis conveniret, adeoque situs ille Angelos πνεύματα λειτουργικὰ esse denotaret? Prout enim ישב verbum *sedendi*, iis qui in officio & dignitate aliqua constituti sunt, ita עמד & נצב *standi* verba, iis quibus ministerium aliquod incumbit, in Scriptura tribuuntur. Hisce congruum est, quod Scriptura Deum nobis ut [b] *sedentem*, Angelos autem ut [c] *stantes*, frequenter repræsentet. Non est autem quod miretur quispiam, Angelorum ministerium & obsequium tot loquacibus Cherubinorum figuris adumbratum. Ea enim ætate, eo sceleris & dementiæ deventum erat, ut imagines in templo positas, & Angelos aut dæmones earum præsides, religiose colendos existimarent. Ut itaque Deus huic opinioni ansam omnem præscinderet, & superstitiosis seculi moribus occurreret; ea tantum simulacra suo in templo collocari voluit, quæ ministerii Angelici hieroglyphica essent, & integrum Potestatum invisibilium ordinem Dei imperio & voluntari subditum indicarent. SECT. II.

SECUNDO: ut clare docerent, Deum, Cherubinis insidentem, Deos omnes potentia & fortitudine longe superare. In hanc sententiam multa rationum momenta inducunt animum: (1°.) Vox ipsa *Cherubim* apud Hebræos antiquiores *fortitudinis* aut *potentiæ* significatum habuit. Nam significatus hujus primævi memoriam nobis servavit Syrorum idioma, quo vox illa (quod antea dixi) ad fortes & potentes notandos etiamnum usurpatur: & lingua Hebræa [si [d] Magistro linguæ illius callentissimo assentiamur] significatus illius vestigia haud obscura hodieque retinet. Nam, inquit ille, כרובים לשון מלכות וגדולה כדכתיב את כרוב ממשח ר״ל מלך i. e. *Cherubim lingua nostra regnum notat & magnitudinem: secundum id quod dicitur*, Ezec. 28. 14. *Tu eras Cherub unctus*, i. e. *Rex*. (2°.) Non tantum nomen τοῦ Cherubim, sed formæ eorum præcipuæ, luculenta potentiæ singularis documenta & emblemata videantur. Nam illæ partes Bovis & Leonis in Cherubinorum figuris repræsentabantur, quæ robore & fortitudine cæteris præcellebant: nempe in bove, partes inferiores [crura & pedes] in leone [e] partes anteriores quas juba vestit, quæ etiam robore maxime valere semper credebantur. Quid autem Bos & Leo, animalia cæteris validiora, & eorum partes tantum validiores, in Cherubinis repræsentabantur, nisi ut Dei, Cherubinis insidentis, potentiam singularem adumbrarent, ejusque sensum vividum Israelitis incuterent? (3°.) Angeli Cherubinorum nomen aut formam præferentes, intimiori potentiæ divinæ sensu tacti videntur, eamque lætis præconiis [f] indesinenter celebrant: quid autem, nisi ut officium nominis sui notationi consentaneum præstarent, & se nomen illud tanquam potentiæ divinæ, cujus ministri erant, documentum accepisse denotarent? (4°.) Scriptura Deum ישב כרבים *Habitatorem Cherubim* vix unquam vocat, quin potentiam ejus eximiam memorat, aut ei titulos potentiam singularem notantes tribuit. Eo nomine Deum donat Psalmista, *Ps.* 80. 1. & statim Κύριον δυνάμεων, quatuor aut quinque vicibus, appellatur. Loca alia huic affinia, cum passim obvia sint, & paulo ante citata, tacite prætereo, ne fastidientis stomachi lectorem commoverent. Quid autem hunc morem servaret Scriptura sacra, nisi quod instituti sint Cherubini ut propitiæ summi numinis potentiæ pignora essent & monimenta?

TERTIO: Cherubini forsan instituti sunt, ut figuræ quædam essent rebus Deo & Religioni sacris affigendæ, & per eos, tanquam per characteres aut insignia peculiaria, res Deo dicatæ a profanis aut idololatricis discernerentur. Ut hanc rationem paulo distinctius explicem, monendum est, Gentes antiquas varii generis imagines [alias cultus, alias ornatus, alias mysterii, alias signi, causa factas,] in templis & sacris habuisse. Nempe nonnullas in templorum suorum adytis collocarunt, ut Deum aliquem præsentem referrent, iisque cultum exhiberent: alias templorum suorum foribus aut parietibus affixerunt, ut templa, Deorum insignibus exornata, eo digniora & sacratiora viderentur: alias autem fabricarunt, ut tanquam Sphynges templorum Ægyptiorum foribus affixæ, dogmatis quibusdam mystice tradendis inservirent: alias denique excogitarunt, ut templis, altaribus, aut vasibus sacris, insculptæ, signi vice essent, & res eas

a *V.* 2 *Reg.* 5. 18. & c. 7. 2. b *Psal.* 2. 4. *Jes.* 6. 1. *Mat.* 23. 22. c *Zac.* 6. 5. *Luc.* 1. 19. *Dan.* 7. 10. d *Maimonid. Theolog.* cap. 2. p. 147. e *Validus est leo pectore & priore corporis parte, at degenerat posterioribus membris.* Macrob. Sat. l. 1. c. 21. f *Apoc.* 4. 8, 11. *Jes.* 6. 2, 3. *Ezec.* 10. 5.

CAP. VIII. Dæmoni huic aut illi dicatas indicarent. Hisce congenera sunt quæ habet [a] *Porphyrius* de notis & symbolis quibusdam, huic aut illi Deo propriis, quæ *Deorum imaginibus* (inquit) *aut templorum foribus affigebantur, & vi magna pollere* credebantur. Sed ne longius a Cherubinis abeam: Illæ etiam imagines sacræ, ad usus & fines eos omnes institutæ censeantur: nam cultui inserviebant, quatenus preces aliaque religionis munia versus Deum Cherubinis insidentem dirigebantur: erant etiam ornatus loco, [b] templi parietibus, velis, & [c] vasis quibusdam affixi, iisque dignitatem & venustatem non vulgarem afferebant: eos etiam, sub variarum formarum involucro, mysteriis quibusdam adumbrandis inserviisse, doctorum omnium consensus extra dubium ponit: nec a veritate forte descivero, si dixero, Cherubinos ideo institutos, ut signa vel characteres essent, quibus res Deo devotæ innotescerent, & a rebus in religione Gentilium usitatis aperte distinguerentur. Ad hanc conjecturam firmandam, observare juvat, Cherubinos iis tantum rebus sacris annexos fuisse [nempe Templo, Arcæ, & vasis purificationi servientibus,] quæ Judæis cum Gentibus communes fuerant. Quid autem, nisi quod Cherubini, Dei quasi notæ erant & insignia, quæ res omnes notis & characteribus illis insignes, Deo proprias & ipsius tantum cultui dicatas esse testabantur? Sane, cum *Personæ* Deo sacræ notam olim corporibus suis impressam gererent, qua a Gentibus Dæmonis cultui devotis discernerentur; non est fidei dissonum, *Res* etiam Deo sacratas characteres quosdam insculptos gessisse, quibus ab ejusdem nominis Dæmoni consecratis internoscerentur. Ad hunc autem usum, Cherubini [cum Angelorum nomen gererent, & eorum naturam quadantenus exprimerent] maxime apti, & quasi facti videantur.

QUARTO: & ea forte ratione Deo visum est, imagines Cherubinorum nomine donatas instituere, atque iis insidere, ut *Apidis* Ægyptii gloriam & cultum prorsus extingueret, in quem Israelitæ, consuetudine Ægyptiaca & errore crassissimo persuasi, nimis inclinasse videantur. Cum enim *Apis* ille (quod probatum jam dedi) non *Bovem* tantum sed & *Fortem* denotaret, fortitudinis etiam nomine & fide apud Ægyptios inclaresceret; credibile videatur, Deum nomen *Cherubim* [Boves & Fortes denotans] Arcæ simulacris imposuisse, eaque pro sede habuisse, ut populi animos averteret a fictitia Numinis illius Ægyptii fortitudine recolenda; eosque erudiret, ut spem omnem in אביר ישראל [d] *Forti Israelis*, super *Cherubim* sedente, collocarent. Nam Deus omnia ad mysticas illas imagines spectantia sic dispensasse videtur, quasi per eas sic populum illum alloqui voluisset: " novi, vos imagines Apidis nomen & formam " ferentes impense petere, & illi aliisque vanitatibus Ægypti fortitudinem invictam " tribuere. Ne itaque votis vestris omnino desim, en vobis imagines, in quibus nec " *Apidis* nomen, nec formam, nec fortitudinem, prorsus desideretis! Eas ritu Ægyptio circumferatis, eo preces & officia sacra dirigatis, inde vires ad prælia, spe minime delusa expectetis. Cum autem Ipse Cherubinis insideam, hæ vobis sufficiant " imagines; nec novas, pro arbitratu vestro, e cultus Ægyptiaci studio, vobis fabricetis.

SERMONEM de Cherubinis, Nominaliter, Formaliter, Symbolice, Localiter, Finaliter etiam, spectatis institutum, absolvi modo; eosque sub quovis respectu, ab Ægypti seculique moribus & simulacris desumptos, argumentis probavi maxime speciosis & cohærentibus. Si mihi non adeo felici fuisse contigerit, ut argumentis demonstrationum titulo dignis omnia communirem; meminerit lector, nos a prima Cherubinorum origine longo seculorum intervallo dissitos, & Deum de iis plerumque tam obscure loqui, quasi *Cherubim* non minus a Christianorum intellectu, quam olim a Judæorum visu removeri, & semper velo quodam tegi, voluisset.

CAP. VIII.

De conjunctione Arcæ & Cherubinorum, ejusque ratione.

VOCABULA *Vitulum* & *Arcam* apud Syros indicantia, proxima soni affinitate conjunguntur: nam ארונא *Vitulum*, & ארונא *Arcam*, [e] sonat. Nec minor similitudo utrisque in idiomate Arabico intercedit, cum ארן *Arcam* notet, & ארן טאת

[a] Ap. *Euseb. Præp. Evang.* l. 5. c. 14. & 15. [b] 1 *Reg.* 6. 29. [c] 1 *Reg.* 7. 29.
[d] *Jes.* 1. 24. [e] *V. Lexic. Polygl.* col. 231.

Taurum.

Taurum. Nec minus usus apud Hebræos, quam nominis affinitate apud Syros & Arabes, juogebantur : oam Arca Dei, & Cherubim ad Vitulorum præcipue speciem formata, nexu perpetuo cohærebant, & Dei præsentis symbolum & solium constitoebant. Cum autem Arca & Cherubini nullo cognationis vinculo jungeteotur, & (si eorum formam spectemus) non magis quam calx & caseus convenirent; admirationem non levem paulo attentius consideranti præbeat, quod naturæ & formæ tam dissimilis Instrumenta, tam arcte conjuncta fuerint & consociata. Ne itaque opus susceptum mancum & imperfectum deseram, & Lectoris forsan expectationi desim, conjunctioois hujusce rationes (quantum conjectura veritatem olfacere licet) proximo expediendæ sunt. SECT. I.

SECT. I.

Duæ conjunctionis illius causæ hic assignantur.

REM difficillimæ indaginis, conjunctionis illius causam, apetire aggredior : nisi vero me fallat conjectura, Deus triplici de causa, Arcam & Cherubinos, (licet res essent oatura disjunctissimæ) conjungi voluit.

Causa prima fuisse videtur paterna Dei lenitas & facilitas, qua ad populi natura asperi & præfracti mores tolerandos ferebatur. Quid enim Deus Arcam & simulacra [figuræ & usus plane dissimilis instrumenta] consociarit, nisi quod mos aliquis Ægyptius, cui Israelitæ animos addixissent, ita suaserit & pene postularit? Mihi prorsus incredibile videtur, Deum ([a] *cujus omnes viæ, viæ judicii*) res tam dispares & ab invicem alienas conjungere, & in religionem trahere, voluisse; nisi quod mores & ingenium populi (cujus *ineptias tolerabiles* ferre solebat) instituti tam anomali causam præbuissent: sed neque Israelitæ, [a moribus novis, in religione præsertim, aversissimi] præsentiæ divinæ symbolum & cultus instrumentum, figuræ (ut nunc sunt homines) prorsus insolitæ culto & affectu tam prono facilique recepissent; nisi aliquid haud plane dissimile inter Ægypti symbola sacra conspexissent, & longa cum Ægyptiis consuetudo animos eorum non prorsus aversos reddidisset.

Ut quæ jam dixi, cum veritate conjunctiora censeantur; monendum est, Arcas & simulacra symbola fuisse in Gentium antiquiorum ceremoniis, funebribus inprimis, conjunctim usurpata. Arcas & simulacra in sacratioribus Ægypti ceremoniis usitata, & indivisos pomparum solenniotum comites, fuisse, satis e *Clem. Alexandrini* verbis intelligitur. Nam [b] ille, mores & ritus sacrorum Ægypti referens, hæc inter alia memoriæ consignavit : ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' αὐτοῖς κωμασίαις, τῶν Θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα· δύο μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱέρακα, καὶ ἶβιν μίαν, περιφέρουσι i. e. *In iis quæ ab ipsis*, Ægyptiis, *vocantur* κωμασίαις, *aureas Deorum imagines, duos nempe canes, unum autem accipitrem, & Ibin unam* solennitet *circumferunt.* Quo in loco [c] *Seldenus* sacra aliqua solennia voce Κωμασίαις indigitata suspicatur, & vocem ipsam affinem voci Κωμαστήρια apud *Synesium* occurrenti. Κωμαστήρια vero, *Synesio* exponente, vasa erant ad τὰς κωμασίας spectantia, κιβώτια nempe vel Arcæ, quibus imaginès quas memorat *Clemens*, inclusæ gestabantur. Unam e κωμασίαις illis Ægyptiis qua Deorum symbola in populum solenniter producebant, fuse descriptam apud *Apuleium* reperiamus, *Metam.* l. 11. p. 373. ubi inter alia hæc occurrunt in rem præsentem facientia: *sequebatur bos -- omniparentis Deæ fœcundum simulacrum, quod residens humeris suis proferebat unus e ministerio beato, gressu gestuoso. Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans operta magnifica religionis. Gerebat alius felici suo gremio summi sui Numinis venerandam effigiem.* Ab Ægyptiis ad Gentes alias hujusmodi religio manasse videtur: nam cistas mysticas & simulacra, maxime celebria & usitata superstitionis Græcæ & Romanæ instrumenta fuisse, qui gentium earum res familiarius noverunt facile largientur. Ex his omnibus haud obscurum est, cistas & imagines conjunctas fuisse, & præcipuas in religionis ethnicæ fabula partes antiquitus habuisse. Deus itaque, ut Israelitis ad sacra consueta propensissimis indulgeret, & eorum ruditate in fines sacratiores uteretur; cistam & imagines quas usus conjunxerat, separari noluit; sed eundem pene locum in ceremoniis suis, quem olim in Ægyptiacis habebant, retinere voluit. Hanc sententiam probabiliorem facit, Ægyptiorum & Hebræorum Arcas & imagines eorum sacratiores affinis esseteodi ritus.

a *Dan.* 4. 37. b *Strom.* l. 5. p. 671. 10. c De *Diis Syr. Proleg.* c. 3. p. 70.

SECT. I. Nam apud Ægyptios, qoi Deorum κωμαστήρια [eistas & imagines] portabant, non erant e sanctissimo Propbetarum, Hierostolistarum, aut Scribarum, ordine; sed boc munus sacerdotibus inferioribus & ministris tradebatur: apud Hebræos etiam, non Prophetis, non Scribis, non Judicibus, non Pontificibus, sed Sacerdotibus & Levitis, Arcam, Cherubinos, & sacra alia, circumgestandi provincia demandata est.

SECUNDO: Deus Arcam, & Cherubim formam præcipue bovinam præferentia, indivulse cohærere voluit, forte ut *Josephi* memoriam, si quando intermortuam, renovarent. Multum profecto ad pietatem & veri Numinis cultum stabiliendum valuit, ut Josephum frequenter ante oeulos ponerent Israelitæ, ejusque facta memori mente retinerent. Nam ille pietatis in Deum exemplum post se reliquit longe celeberrimum: ille Ægyptum totamque domum Israeliticam, fame perituram, secundum Deum sustentavit: ille animos Hebræorum, sub servitutis jugo subinde fatiscentium, liberatioois futuræ prophetia sæpe recreavit: ille arcam suam feralem, tanquam redemptionis futuræ pignus & monimentum asservari, & in terram promissam transportari jussit: nec quisquam e Majoribus eorum Josepho charior erat, aut cujus nomen & memoriam Israelitæ majore eum voluptate & honore recolebant. Cum itaque tam rudes essent Israelitæ, ut externum Dei præsentis symbolum, & sensibilem aliquem cultus terminum, efflagitarent; æquum est opinari, Deum Arcam & Cherubim, præ aliis omnibus, instituisse, eo quod *Josephi* piissimi & charissimi monimentum extarent, adeoque cultus Deo tribuendi non tantum terminum præberent, sed & argumentum. Nam Arca non tantum nomine, sed & figura cum Josephi Arca, & Cherubim cum bove, Josephi nomine & insigni, maxime eonveniebant. Quod Arca Mosaica cum Arca Josephi nomine & figura consentiret, vel inde datur intelligi, quod vox ארון ad Arcam Mosis & Aream Josephi denotandam in scriptis sacris usurpetur. Hoe & eo minus pro miro babeatur, quod apud [1] *Petronium*, loculum quo corpus integrum recondebatur, *Area* nomine dictum reperiamus. Nam de matrona quadam Epbesina loquens, ait, *secundum hanc orationem jubet ex Arca corpus mariti sui tolli, atque illi, quæ vacabat, cruci affigi.* Cherubim etiam [Boum, uti sæpius dixi, nomine donata, & Boum præcipue formam imitantia] cum Bove, Josephi nomine & insigni, plurimum conveniebant. Josephum *Bovis* nomen antiquitus habuisse, e Græcis interpretibus haud inepte eolligo: sie enim loeum illum, *Genes.* 49. 6. cum respectu ad injurias Josepho illatas, interpretantur: ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον· i. e. *In eupiditate sua subnervaverunt taurum.* Josephus autem a pulchritudine sua sibi nomen illud asciviffe videtur: nam Moses, de Josepho loquens, *primogeniti bovis*, [a] inquit, *illius deeor est ei:* & *Paraphrastes Hierosolymitanus* sic locum e *Genesi* jam citatum explicat, *vendiderunt Josephum fratrem suum, qui similis est bovi.* Refert enim historia sacra, Josephum specie decora fuisse, bovem etiam & juvencum, ob decoram & elegantem formam, [b] in scriptis sacris & profanis laudatum reperiamus. Josephus *Bovem* etiam pro insigni habuisse videatur: nam constanti Hebræorum traditione firmatum est, vexillum Ephraimi [Josephi primogeniti] bovis imagine insignitum fuisse. Et eonjiciunt [c] eruditi, Bovem, tanquam Josephi hieroglyphicum, apud Ægyptios antiquitus usurpatum. Nam in eorum hieroglyphicis virum fortem & temperantem, qualis eximie fuit Josephus, Bovis imagine designari notat [d] *Horapollon.* Ab Ægyptiis idem hieroglyphicum, sed significatu noonihil mutato, ad alias gentes transiisse videtur: nam ταῦρος, inquit [2] *Artemidorus*, ὁ τὸν τυχόντα σημαίνει· *Taurus hominem haud vulgarem indieat.*

HÆC omnia causam opinandi non vulgarem afferunt, Deum Arcam & Cherubim conjungi voluisse, ut Israelitæ Josephum [virum maxime pium & de tota gente præclare meritum] ad eorum memoriam sæpe revocarent. Ne tamen hæc omnia e meo tantum sensu dixisse videar, subjungam *Chaldæi Paraphrastis*, verba *Psalmistæ* sic explicantis, [e] restimonium: *tu qui ducis velut oves* ארונא דיוסף *Aream Josephi.* Quid enim titulo illo Arcam Dei donaret Paraphrastes, nisi quod Josephi monimentum esset, illius insignia gereret, & Arcæ suæ feralis imaginem quandam exhiberet? nam certum est, Arcam quandoque *Aream Jehovæ*, quandoque *Arcam Dei Israelis*, nunquam autem *Arcam Josephi*, in scriptis Θεοπνεύστοις appellari. Ab his haud multum diversa sunt quæ habet [f] *Grotius*, aureorum *Jeroboami* vitulorum ratiooem redditurus: *volebat* ille *Deum*

a *Deut.* 33. 17. b *V. Bochart.* de *Animal. facr.* P. 1. col. 337. c *V. Grot. not.* ad *Genes.* 49. 6. d *Hieroglyph.* 46. e *Paraphras.* in *Psal.* 80. 2. f Ad 3. *Reg.* 12. 28.

1 *Satyric.* pag. 395. 2 *Oneirocritic.* L. 2. c. 12.

coli

coli in ea figura qua Josepho Dei ministro, unde ortus erat Jeroboamus, dicata olim fuerat, & qua in Cherubinis partem faciebat præcipuam: ut vel illo aspectu populus retineretur in veneratione posteritatis Josephi, faciliusque crederet eis regnum deberi qui orti essent ab eo, cujus maxima in omnes Israelitas fuerant beneficia. E quibus liquet *Grotium* censuisse, Jeroboami simulacra aurea ad vituli formam, in honorem & memoriam Josephi fabrefacta. Et eandem sententiam tulit de simulacris aureis Arcæ affixis, in quibus formam Vitulinam partem præcipuam fecisse dixi. Nam *Cherubim* [a] explicans, ea vocat *Angelos μοσχομόρφους, sterilitatis & fœcunditatis præsides, idque in Josephi memoriam.* Si itaque Cherubini in Josephi memoriam & honorem instituti sint, non longe est a vero, Arcam etiam (Arcæ Josephi consimilem) Cherubinis annexam fuisse, ut utraque vividum Josephi sensum Hebræorum animis incuterent, Ejusque vitam & mortem ab oblivione in æternum vindicarent. Adeo ut auctor [b] ille Apocryphus, de Josepho loquens, haud ex vano dixerit, *Deum dedisse ei æternam claritatem.*

SECT. II.

Tertia, & maxime probabilis, ratio assignatur.

QUANQUAM ratiooes jam datæ magnam veritatis speciem præ se ferant, cum tamen apertum sit, plurima legis instituta e superstitiosis seculi moribus originem invenisse; ea sum opinione, rationem conjunctionis Arcæ & Cherubinorum e superstitiosn & immodico *Josephi* cultu præcipue petendam esse. Quantum enim in crepera tam remotæ vetustatis luce percipere licet, Ægyptii, forsan & Israelitæ, Josepho defuncto divinos honores tribuerunt, &, ex affectu modum tenere nescio, cistam illius feralem, ejusque symbolum, Bovem nimirum, in superstitionis instrumenta converterunt. Verisimile est itaque, Deum Josephi cistam & bovem in cognatæ figuræ symbola, Arcam & Cherubim, commutasse: ut justo Josephi honori prospiceret, superstitiosis seculi moribus obviam iret, & curaret ne populi rudioris ingenia nimia institutorum suorum novitate offenderentur. Ne vero hæc omnia lubricæ tantum conjecturæ niti censeantur, probabo (1°.) Ægyptios, & forsan Israelitas, Josephum defunctum loco numinis habuisse; ejusque gratia, cistam Josephi feralem, & bovem, symbolum ejus, immodice coluisse. (2°.) Deum utraque ab usu superstitioso in sacrum convertisse, & eorum loco Arcam & Cherubim instituisse.

PRIMO: probare conabor Ægyptios, & forsan Israelitas, e nimia Josephi defuncti reverentia, eum tandem numinis cujusdam loco habuisse; ejusque gratia cistam suam feralem, & bovem, symbolum ejus, immodice coluisse. Ut autem hanc pensi mei partem felicius absolvam, ex usu erit, præcipua veterum fragmenta huc spectantia congerere, & ex eorum simul collatis historiolis veritatem expiscari.

Ægyptios & Israelitas Josephum immodice coluisse.

INPRIMIS itaque auctorem [c] *de Scriptura mirabilibus*, qui S. *Augustini* nomine circumfertur, idololatriam illam aperte referentem audiamus: *Joseph*, ait ille, *ut vir propheticus, prævidit quod Ægyptiorum gens idololatriæ dedita, ipsum qui terrena munificentia illis auctor fuisset, & ipsos de famis periculo liberasset, aliquando adorare vellet: quod & fecerunt! Nam bovis simulacrum juxta sepulcrum Josephi statuerunt, eo quod bos viro in agricultura perito cooperatur. Qua etiam causa filii Israel cum in deserto idolum adorare vellent, non aliam aliquam statuam quam vitulum, id est, bovem fecerunt: hac vel maxime causa quod ipse in Ægypto juxta sepulcrum vel loculum Joseph adoraretur. Ne ergo Joseph Ægyptiorum succumberet idololatriæ, profectionem filiorum Israel prævidens, dixit, --- visitabit vos Deus, & efferte ossa mea hinc vobiscum.* 8.

AB his non multum abeunt quæ [d] *Clem. Alexandrinus* & [e] S. *Augustinus*, ex Antiquiorum fide, posteritati tradidere. Narrant enim illi, quod per ea tempora quibus Jacob & Joseph in Ægyptum venerunt, Rex quidem Argivorum, cui *Apis* nomen, in Ægyptum navigaverit, ibique fato functus sit: & quod arca post mortem inclusus, *Serapis* dictus fuerit, quasi Σορὸς Ἄπις, i. e. *Arca* vel loculus quo sepultus est *Apis*. His addunt, quod Apis ille in magnum tandem Ægyptiorum Deum evectus fuerit [quod eos magna rei annonariæ penuria laborantes frumento obligarit, & eos artes quasdam egregias docuerit] & quod illum postea in bove, proprio fertilitatis symbolo, adora-

a Ad *Exod.* 25. 18. b *Sap.* 10. 14. c Lib. 1. cap. 15. T. 3. *Append.* d *Stromat.* l. 1. p. 383. e De *Civit. Dei* l. 18. c. 4. & 5.

 rint.

SECT. II. rint. In hac autem narratione, historiæ Josephi, quamvis figmentis nonnullis Græciæ mendacis interpolatæ, characteres haud obscuros percipiamus. Illæ enim Ægyptum fame perituram sustentavit: ille regni [a] proceres erudiit: illius insigne Bos erat: ejus etiam cadaver, conditura ad morem Ægypti medicatum, per multos annos in arca sepulchrali recondebatur: Josephus etiam (si [b] *Vossium* audiamus) sub insigni illo *Serapis* titulo colebatur.

HISCE pene gemina occurrunt apud *Suidam:* Nam ille, Serapis Ægyptii mentionem faciens, [c] Τοῦτον, inquit, οἱ μὲν Δία ἔφασαν ἄναξ, οἱ δὲ τὸν Νεῖλον, διὰ τὸ μόδιον ἔχειν ἐν τῇ κεφαλῇ -- ἄλλοι δὲ τὸν Ἰωσήφ· ἕτεροι δὲ Ἆπιν τινὰ γεγονέναι ἄνθρωπον εὔπορον, &c. *Hunc alii quidem Jovem esse dicebant, alii vero Nilum, quod modium in capite gestaret; -- alii vero Josephum. Alii Apidem hominem quendam opulentum, & Regem Memphidis urbis Ægypti fuisse dicunt. Cum autem fames Alexandrinos urgeret, illis de facultatibus suis victum ipse præbuit.* Τετελευτηκότι δὲ αὐτῷ ναὸν ἀνέστησαν, ἐν ᾧ βοῦν ἐτρέφετο, σύμβολον φέρων τοῦ γεωργοῦ, &c. *Ei autem defuncto templum erexerunt, in quo bos alebatur, symbolum ferens agricolæ:* τὴν δὲ σορὸν -- ἐν ᾗ τὸ σῶμα ἔκειτο αὐτοῦ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετήνεγκαν, *arcam autem feralem -- in qua jacebat ejus corpus, Alexandriam transtulerunt.* Quæ quidem historiola historiæ Josephi vestigia tam luculenta præfert, quod vel luseo pateant: Josephus enim (penes quem arbitrium annonæ fuit) Ægyptiis aliisque inedia perituris cibaria suppeditavit: Bos tanquam Josephi symbolum & insigne impense colebatur: mortuus in arca satis celebri recondebatur: & Arca illa non quidem in Alexandriam sed terram promissam transferebatur.

SED superstitiosum Josephi cultum, [z] *Julius Firmicus* testimonio magis diserto affirmavit: cum enim in Josephi mentionem incidisset, *huic*, inquit, *post mortem Ægyptii patrio gentis suæ instituto templa fecerunt: &, ut justam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modio esurientibus & ementibus frumenta diviserat, capiti is superpositus est.* Plura in hoc argumento curiosius suppeditabant, [d] *Rufinus*, [e] *Vossius*, [f] *Ouzelius*, aliique. Hæc autem eis abunde satisfacient, qui norunt, apud Ægyptios aliosque in morem abiisse, omnes de genere humano præclare meritos Divinitate donare, iisque, sacris officiis ad eorum [g] loculos peractis, cultum exhibere.

SECUNDO: probandum est jam, Deum Josephi cistam feralem & symbolum ejus [Bovis simulacrum] ab usu superstitioso in sacrum convertisse, & in eorum locum Arcam & Cherubim substituisse. Hoc autem me facturum spero, argumentis haud facile contemnendis, si præsertim caliginis qua (post tot transacta secula) versamur, ratio ulla habeatur.

HORUM primum hujusmodi est: Mosen ritus & statuta sua pleraque e superstitiosis seculi motibus ordinandi occasionem sumpsisse, ratione & doctorum auctoritate confirmatur. Quid enim Deus tot legibus, virtute & bonitate nativa destitutis, Israelitas obnoxios teneret, nisi ut hac ratione superstitiosos gentium ritus everteret, & populum illum in Ægypti superstitionem projectissimum, a lue tam pestifera liberaret? Si itaque superstitionis antiquissimæ species, objecta, vel instrumenta omnia, in animo revolvamus, nihil nobis occurrit, præter Josephi arcam & bovem [tanta cum religione apud Ægyptios habita,] a quibus, ulla cum probabilitatis specie, Arcam & Cherubim exordia sumpsisse censeamus. Quam eximin loco Josephum, & Bovem, illius symbolum, habuerint Ægyptii, aliique; satis e jam citatis historiæ veteris fragmentis elucescit. Eos & arcam ejus impense coluisse, conjicere licet, quod nomine *Serapis* [titulo ab Arca sua clarissima petito] coleretur. Josephum eo nomine insignitum cultumque fuisse, hic pro concesso sumimus, rem Sectione sequente probaturi. Eum autem id nominis accepisse ab arca qua tot annos jacuit, olim in terram promissam transferendus, ipsa nominis illius origo facillima me persuasum facit: Serapis enim aut *Sorapis*, docente [h] *Kirchero*, idem valet ac Arca Apis vel Domini, aut Arcæ Dominus; nam lingua Coptica, sic ille, SORA *idem est quod Area*, POS *vero idem quod Dominus*. Nec ab hac nominis hujus ratione multum dissentit *Varro* apud [i] S. *Augustinum*. Cum enim quæsiisset, *cur non Apis post mortem, sed Serapis appellatus sit, rex* ille *Argivorum Apis*, modo memoratus? Respondet S. Pater, *nominis hujus facillimam rationem Varro reddidit: quia enim Arca in qua mortuus ponitur*, quæ σορὸς *dicitur Græce; & ibi eum venerari*

a *Psal.* 105. 21. b De *Idol.* l. 1. cap. 29. c In voc. Σάραπις d *Hist. Eccles.* l. 2. c. 23. e De *Idol.* ub. supr. f *Animadv.* ad *Min. Fel.* p. 253. g *V. Mod. cult. Dam.* &c. c. 5. h *Obelisc. Pamph.* l. 4. p. 260. i De *Civit. Dei.* l. 18. c. 5.

z De *Error. Prof. Relig.* p. 18.

rari sepultum cœperunt, prius quam templum ejus extructum esset: velut Soros & A- SECT. II.
pis, *Sorapis primo, deinde una littera, ut fieri adsolet, commutata, Serapis dictus est.* Ut hoc argumentum firmiori stet pede, illud ab adversantium impetu tutum statim asseremus.

SECUNDO: si ad Arcam Josephi & Arcam Domini diligentius attendamus, eas propinqua similitudine conjunctas facile percipiamus. Nam Israelitæ officia sacra coram Arca, vel vultibus ad Arcam nbversis peregerunt: & Ægyptii, aliique munia religiosa ad Arcam *Serapis* [i. e. *Josephi*] frequenter obierunt, nisi fides omnis historiolis jam citatis adimatur. In cultu *Josephi*, illius Arca & symbolum [Bovis nempe simulacrum] conjungebantur: cum etiam Israelitæ Dei cultum celebrarent, eum non tantum coram Arca, sed & Cherubim, bovis præcipue formam gerentibus, peregeruot. Ægyptii Veteres *Serapin* [i. e. *Josephum*, aut bovem *Apin*, in cista sepulchrali positum] sacratissima & augustissima religione venerati sunt: nec Arca quiequam sacratius aut majori in honore positum novit Hebræorum eultus. Hæc *Arca Domini Dei Israelis* dicebatur; & Arcam apud Ægyptios nomine non prorsus dissimili donatam asserit *Kircherus*, linguæ, si quis alius, Ægyptiacæ callentissimus. Nam Auctor ille, vocabuli *Serapis* [quo nomine Josephum, in [a] Arca sepulchrali positum, Ægyptios coluisse dixi] rationem & originem assignans; SOR, [b] inquit, *Ægyptiis idem quod Area*, Pos *vero idem quod Dominus, quasi dieeres, Arca Domini seu Dei.* Denique ex Arca illa Ægyptiaca, *veluti ex tripode, responsa consulentibus data sunt;* si [c] *Kircherum* hic auctorem fide dignum existimemus: & testatur sacra [d] pagina, Mosem *audivisse vocem loquentis ad se de Propitiatorio quod erat super Arcam testimonii*, cum Oraculum consultum iret. Cum itaque Arca Domini antiquiori Josephi Arcæ affinitate tam propinqua jungeretur, quidni eredamus Ægypti superstitionem, circa Arcam Josephi versatam, conjunctioni Arcæ & Cherubinorum causam & occasionem tribuisse? Cum de argumento perplexo & obscuritate multa involuto dicturi sumus, nil vetat quo minus illud quod veritari affinius, & rerum circumstantiis convenientius habeatur, asseramus & amplectamur.

TERTIO: euivis jam adducta Veterum testimonia perpendenti clarum est, Ægyptios [& forsan Israelitas] Josephum defunctum loco numinis alicujus habuisse; eosque Arcam ejus & bovem, tanquam divinitatis suæ participes, inter præcipua superstitionis suæ objecta & instrumenta posuisse. Est itaque consentaneum opinari, Deum utraque sacris usibus tandem dedicasse, & curasse ut non minus religiooe, quam olim superstitione jungerentur. Nam hac ratione Deus suis quasi telis Diabolum configere, & antidotum ex ipso quasi veneno conficere videretur. Deinde: cum Arca & vitulus, aut vituli simulacrum, in ritibus Ægyptiis locum frequentem obtinuerint, & eorum usus Josephi præcipue gratia invaluerit; nihil excogitari pntuit Arca & Cherubim populo gratius, aut quod eorum animns ab Ægypti superstitione ad Dei cultum fortius allicere potuisset. Habuit proculdubio ἑλκυστικόν τι, quicquid cum moribus in Ægypto receptis vel ex parte conveniret, aut memoriam Josephi renovaret, qui totam gentem beneficiis haud exiguis affecisset.

QUARTO: haud facile videtur rationem paulo solidiorem, nisi a seculi more petitam excogitare, eur Deus Arcam & Cherubim nexu tam fido copulari voluerit. Mihi profecto, priusquam ad temporum antiquiorum ritus propius attendissem, in animum non raro mirari venit, cur naturæ tam dissimilis instrumenta conjungerentur. Dieunt equidem nonnulli, Arcam & Cherubim tam arcto nexu copulata, ut eo magis expressam rerum cœlestium imaginem, oculis saltem purgatioribus visendam, exhiberent. Hinc bonas horas in mysteriis & allegoriis cudendis terere solent, quas & ea cum fiducia proferunt, quasi iis solis ad Legis suæ arcana aperienda, Deus clavem non errantem tradidisset. Neque hæc faba in Recentiores tantum, sed & Antiquiores nonnullos, cudi potest; in quibus oihil molestius ferre soleo, quam pruritum illum quo ad mysteria & sensus secretiores ex omnibus pene Mosis institutis extrahendos ferebantur. Eos enim studio inani (ne quid gravius dicam) seipsos exercuisse, sat probat ipsa rerum symbolicarum & rituum sacrorum natura; quibus ita comparatum est, ut in sensus varios, pro variis hominum ingeniis, detorqueri possunt. Nam, ut ad Arcam & Cherubinos paulo propius accedamus, [e] *Clemens Alexandrinus*, aliique varias allegorias & mysteria iis accommodarunt: nee tamen aliis novam aliquam fingendi an-

a *Gen.* 50. ult. b V. *Obelisc.* ub. sup. & *Prodrom. Copt. supplem.* c. 7. c Ibid. d *Numer.* 7. 89. e *Stromat.* l. 5. p. 667.

SECT. III. fam omnem præripuerunt. Si enim cum facris ludere fas effet, hæc etiam allegoriis inventis addi poffet: " Arca fepulchri Chrifti typum & imaginem præ fe ferebat: "*Cherubim* duo ad Arcæ partes extremas pofita, duos illos Angelos, ad caput & pe- "des fepulchri fedentes, indicabant: Legis tabulæ in Arca pofitæ, Legem a Chrifto "fervatam & cum ipfo morituram: Auro infuper e quo conftabat Arca, puritas fe- "pulchri quo Chriftus jacuit, repræfentabatur. Hic equidem refpondent omnia, nec quicquam coactum apparet aut violentum: abfit tamen ut hæc capitis proprii figmenta & imaginationis meæ lufus, pro facratioribus Legis divinæ myfteriis venditem. Animo religiofo & caftigato Dei leges & inftituta decet interpretari: nec quicquam tanquam Legis myfterium, nifi teftimonio aliquo Scripturæ, ratione luculenta, vel conftanti traditione, adftipulante proponendum. Cherubinos quod attinet, pronus veneror latentem in intimis harum formarum fenfibus contemplationem: fed (ut quod cenfeo proferam) nullum adhuc myfterium aut allegoriam reperire contigit, quod Arcæ & Cherubinis, conjunctim fpectatis, ad amuffim conveniret.

His omnibus confectum videtur, Deum, non ut illa myfterium aliquod Evangelicum adumbrarent, fed ut ipfe fuperftitiofis feculi moribus occurreret, Arcam & Cherubim arcte conjungi voluiffe.

SECT. III.

Objectiones variæ diluuntur.

REI inopinatæ fides difficilis effe folet, & Objectionibus impedita. Facile itaque prævideo, nonnullos hanc fententiam, tot argumentis licet firmatam, fide non adeo propenfa recepturos, eosque inter Objectiones & Argumenta, medios & ancipites permanfuros. Ut itaque Lectori fcrupulum omnem adimam & incertitudinem, eas Objectiones infringere coabor, quæ fenteotiam meam maxime premere cenfeantur.

HARUM autem prima hujufmodi eft: Arca & Cherubini cultus Mofaici inftrumenta omnia fanctitate tam longe fuperarunt, quod Arca ipfo *Sanctitatis* titulo io Scripturis infigniatur, viz. 1 *Reg.* 8. 8. *Et extraxerunt vectes, & apparuerunt capita vectium* מן הקדש *e Sanctitate coram Oraculo:* i. e. ex Arca: nam, eorum verborum loco, in textu [a] parallelo מן הארון *Ex Arca* legimus. Pietas autem & religio prohibent, ne res fanctitate tam eximia præcellentes, a *Serapi*, vel fymbolis & fimulacris ullis cultu profano pollutis, initia duxiffe putentur.

RESPONDEO: Arca & Cherubini oon majorem a cultu idololatrico impuritatem haufcrunt, quam carnes idolis oblatæ & poftea in macello venditæ; vel templa, profanis olim ethnicifmi ritibus dehoneftata, in facra tandem Oratoria & Martyrum fepolturas evecta; vel ritus illi plurimi a Chriftianis nuper converfis in Ecclefiam adducti, quos Ecclefiæ præpofiti, neophytorum infirmitati confulentes, tolerarunt, & ab ufu profano ad facrum tranftulerunt. Neque vero Deus ipfa illa fymbola & facra quibus Ægyptii vel aliæ gentes utebantur, ad fui ipfius cultum tranftulit, fed multum ab antiquo mutata, & imaginem folummodo tenuiorem rerum in Ægypti ceremooiis obtinentium retinentia. Tantum autem abfuit, ut hujufmodi fymbola quicquam impuritatis a Gentilifmo traherent, quod Dei fapientiam, bonitatem, & fanctitatem egregie commendarent. Cum enim cultus inftrumenta imagioem quandam fymbolorum ethnicorum ferentia inftituerit, idololatriam propriis fuis armis in femetipfam converfis profligavit, Ifraelitis veterem fuam tarditatem & cordis duritiem exprobravit, & ineptias eorum omoes, modo ab idolis caverent, fe facile laturum indicavit.

SECUNDO: nonnulli forte nobis opponent plane contrarium Doctorum fenfum. Quantum enim ex eorum fcriptis intelligendum eft, fententia noftra plane nova eft, nec clari alicujus auctoris fuffragio cohoneftata.

FATEOR equidem, me hic & alibi ab Auctorum aliorum (recentiorum præcipue) veftigiis fæpe receffiffe: & facile præfagit animus, quamplurimos hoc ægre laturos, & criminis haud exigui loco habituros. Sin autem hoc mihi crimini vertendum fit, hujufmodi profecto eft, quod deprecari malim quam non admittere. Nam obfcura femper manebunt obfcura, & Reip. literariæ pomœria nemo dilatabit; fi nihil nifi quod

a 2 *Par.* 5. 9.

jam

jam dictum est dicere liceat, & ab auctorum aliorum dictatis, non sine temeritatis nota recedendum sit. Uteunque, huie Objectioni, vel potius præjudicio, locum non adeo amplum, hoc saltem in Capite, me fecisse censeo. Aliquos enim sententiam meam de origine Arcæ Cherubinis conjunctissimæ, vero non plane dissimilem habuisse, e [a] *Moncæii* verbis colligatur: *Aaron idolo vituli similitudine* conflato *non magis de Api, quam Moses de Serapi* cogitavit, *quando Arcam fœderis a se procuratam, in cultu sancto habendam instituit.* Non est itaque quod sententiam meam a veritate vel doctorum sensu tam remotam censeat quispiam: nunquam enim hoc dixisset *Moncæius*, nisi tale aliquid in nunnullorum animos ascendisset. Constat & [b] *Grotium* a sententia nostra proxime abfuisse, qui Cherubinos, ad formam præcipue vitulinam factos, eosque in *Josephi* memoriam institutos asserit; [c] Jeroboamum etiam simulacra sua aurea vitulorum formis effinxisse, ut populum, Josephi symbolum & memoriam in deliciis habentem, sibi & institutis ejus cooeiliaret. Sed opinioni nostræ se maxime benignum præbet, ubi ait, [d] *Arca* [nempe prout Cherubinis instructa] *vicem præstitit omnium imaginum quas habebant gentes.* Clarum est itaque, *Grotium* existimasse, Arcam & Cherubinos institutiooem suam imagioibus in geotium cultu frequentibus; Cherubinos autem formam eorum præcipuam Josephi symbolo [bovi nempe] debuisse: ideoque cum ipse Arcam Domini ab Arca Josephi, principia petiisse dixerim; non est quod quispiam, me a doctorum sensu tam longe deflexisse, vel aliquid fidei absooum tradidisse censeat. S e c t. III.

T e r t i o: alii forte memet opponent mihi ipsi, quod Arcæ ratio modo data, cum iis quæ in Dissertationis hujus exordio dixi, male consentire videatur. Nempe asserui Arcæ originem, non a ferali Josephi cista, sed cistis illis mysticis, quæ io Gentium antiquiorum saeris locum haud obscurum habuere deducendam.

R e s p o n d e o: probabile [e] dixi, Deum cistas omnes apud ethnicos usitatas, qua mysticas qua sepulchrales, in Arcam suam unam collegisse; & ita sacra ritusque suos instituisse, ut prout Cherubini imaginum omnium, ita & Arca cistarum omnium sacrarum, quas habebant gentes, vicem præstitisse, videatur. Et si cui libitum sit caput primum consulere, nihil a me jam dictum reperiet quod non dictum sit antea, & argumentis confirmatum.

Q u a r t o: objicient forsan alii etymon vocabuli *Serapis*, cui ego plurimum tribuere videor, plane ridiculum esse, & e doctorum scholis exsibilandum. Quis enim a Musis & literis omnibus derelictus adeo, ut vocem Ægyptiam, qualis est *Serapis*, ab origine Græca [σορὸς nempe & Ἆπις] derivandam censeat? Jam diu est quum [f] *Plutarchus* hanc nominis etymologiam irrisui habuit: nam, varias hominum de *Serapi* & vocis origine sententias referens, πολλῷ δὲ ἀτοπώτερα, inquit, τῶν λεγόντων ἐκ ἔναι Θεὸν τὸν Σάραπιν, ἀλλὰ τὴν Ἄπιδος σορὸν ἔτως ὀνομάζεσθαι. *Multo absurdiora sunt, quæ quidam dicunt, Serapidem non esse Deum, sed σορὸν seu sarcophagum Apidis ita nominari.*

Ex hac etiam difficultate me facile expediam: nam ultro confiteor, me Græcam illam etymologiam absurdam existimare, & ad Græcos ougivendulos ablegandam. Prout enim Græci olim, ut gentis suæ antiquitatem ampliarent, Apim, regem Argivum, [cum debuerint, Ægyptium,] in loculo insigni collocatum dixerint; sic & Serapi nomen Græcanicum dederunt, illud non e *Sor* & *Apis*, sed σορὸς & Ἆπις, derivantes; ut historiola illa originem Græcam oleret, & hanc, prout antiquiora omnia, ad gentis suæ famam & antiquitatem illustrandam inflecterent & accommodarent. Interea loci, mihi se multum probat opinio *Varronis*, *Plutarchi*, *Luciani*, *Kircheri*, & aliorum, qui *Serapin* ab arca, bovinam speciem referente, [in quam *Apis*, Ægypti lingua *bovem* sonans, post mortem conjectus est] appellatum existimant.

Q u i n t o: ad opinionem meam labefactandam, noonulli forte *Scaligeri* & *Bocharti* testimonium adhibebunt. Eorum enim primus *Serapin* Deum hesternum, & non nisi post multa a *Mose* secula in Numinum Ægyptiorum ordinem evectum, fuisse dicit: *Serapis*, [g] ait ille, *non est Deus origine Ægyptius, sed Sinopensis*, χθὲς καὶ πρώην *in Alexandriam civitatem tanquam inquilinus receptus.* Et post pauea, *Serapis non erat* Αἰγύπτιος Θεὸς πάτριος *sed* ἐπίθετος. Atque huic sententiæ oon parum firmitatis, *Epiphanii* & *Theophili ad Autolycum* testimoniis allatis, addidisse videatur. [h] *Bochartus* etiam contra *Vossium* probare nititur, Bovem non fuisse Josephi symbolum, *Apim* & *Serapim* minime

a Lib. 1. de *Aur. Vitul.* c. 3. b Ad *Exod.* 25. 18. c Ad 3 *Reg.* 12. 28. d *Annot.* ad *Exod.* 25. 16. e *V.* Pag. 829. f Lib. de *Isid.* p. 362. C g *Animadv.* in *Euseb. Chronol.* p. 131. h De *animal. sacr.* P. 1. col. 337.

SECT. III.

fuisse idem numen, nec Ægyptios in hoc vel illo Josephum coluisse. Si itaque primos illos Reipub. literariæ proceres audiamus, nec Josephus in *Serapi* adorari potuit, nec Arca a *Serapi* derivari; cum *Serapis* nec Deus Ægyptius fuerit, nec Josepho σύγχρονος.

Auctores hosce duos in sententia nostræ contraria versari non diffitendum est. Non est autem ut horum auctoritate moti a sententia discedamus, eum Antiqui pene omnes, [*Rufinus*, *S. Augustinus*, *Suidas*, *Julius Firmicus*, *Nymphiodorus*, [a] aliique] Josephum io Serapi cultum existimarint; & receotiores non pauei eandem opinionem tueantur, nempe [b] *Tirinus*, [c] *Fortun. Licetus*, [d] *Vossius*, [e] *Bonfrerius*, [f] *Pierius*, [g] *Kircherus*, ne plures numerem. Horum opinioni libens assentior, quod omnia de *Serapi* passim dicta tam apte in Josephum quadrent. Nam Serapis, [h] *Aristide* referente, Θεῶν τε αὐτοῖς ἔννοιαν ἔδωκεν ἀνθρώποις, καὶ ἱερὰ, καὶ τελετὰς, καὶ τιμὰς πάσας, εὑρεῖν· ἔτι δὲ νόμους, καὶ πολιτείαν, καὶ μηχανήματα πάντα, καὶ τέχνας πάσας, ἐδίδαξε καὶ κατεστήσατο· *Deorum naturam, sacra, mysteria, honoresque omnes invenit: Leges præterea, peritiam politicam, artium & opificiorum genera omnia, docuit instituitque.* Et Tacitus, *Serapin* e Sinopeosium urbe (Ptolemæo procurante) Alexandriam advectum memorans, oblatum regi per quietem [i] testatur, *decore eximio & majore quam humana specie Juvenem.* Ab Historieis etiam, quos non semel testes appellavi, memoriæ proditum est, *Apim* quendam, divitiis affluentem, Ægyptiis fame perituris alimenta præbuisse; eique defuncto templum constitutum, quo bos agriculturæ symbolum gerens, alebatur: eum etiam in loculo conjectum, inde *Serapis* nomen aequisivisse, eumque *Isidem* honore divino coluisse. Hæc autem de *Serapi* dicta *Josepho* valde convenire, notius est quam ut multis probari deceat. Nam Josephum literis Ægyptios instruxisse, & eorum mores, rudes adhuc & barbaros, ad formam meliorem traduxisse, e verbis Psalmistæ cognoscatur: Josephum etiam decora & eleganti forma Juvenem fuisse, nos ignorare non finit historiæ sacræ testimonium. Quæ vero de homine prædivite referunt, qui apud Ægyptios insigni potestate præfuit, quique illis fame perituris frumentum suppeditavit, & hujusmodi alia, adeo in Josephum eadunt, quod, [k] *Kirchero* teste, *ab Hebræis & Christianis interpretibus ei soli adaptantur.*

Sexto: hic iterum forsan insurgent Adversarii, dicentque me *Scaligeri* & *Bocharti* testimonia parum pro meritis æstimasse. Non enim dicunt tantum, sed probant, Serapin Deum plane novum fuisse, & Ægyptios *Josephum* non omnino, multo minus in Serapi, vel bovis imagine coluisse.

Agnosco libens, utrumque, *Bochartum* imprimis, contra sententiam nostram argumentis haud inertibus contendisse. Horum præcipuum (omnibus enim immorari non licet) his verbis effertur: [l] *Josephum pro Deo, aut in Serapide, ab Ægyptiis cultum fuisse, plane vero est absimile:* nam *Serapidis apud eos cultus* non *fuit ita vetustus. Herodotus, qui de Diis Ægyptiorum tam multa scripsit, de Serapide ne γρῦ quidem habet: neque quisquam alius ante Alexandri tempora. Et plerique ex Ponto* & urbe Sinopensium *in Ægyptum advectum scribunt, ita procurante Ptolemæo*, &c. Hujus argumenti vanitatem fuse redarguerem, nisi hic mihi otium fecisset [m] vir doctissimus, qui *Serapidem* diu ante *Ptolemæi* tempora, in magna dignatione fuisse per Ægyptum, multis testimoniis indicavit. Ne tamen hoc Argumentum asymbolus deseram, testem hic advoco *Georgium Syncellum*, Serapim inter antiquissimos Ægypti Deos recensentem, eique eultum divinum in Ægypto diu ante tempora Alexandri tributum asserentem. Nam de *Api* quodam *Phoronei* filio mentionem faciens, [n] inquit, τοῦτον τὸν Ἆπιν φασὶ πρῶτον Αἰγυπτίοις νομισθῆναι Θεὸν, καὶ Σάραπιν κληθῆναι· *Apin hunc Serapis nomine clarum, divinis honoribus ab Ægyptiis exceptum, primumque inter Divos relatum narrant.* Hoc & eo credibilius, quod Josephus olim prophetiæ nomine celebris esset, & in eo spes & salus Ægypti sita. Hæc autem missa faciamus, quæ nonnullis forsan ab instituto nostro nonnihil sejuncta videbuntur.

a *Quorum testimonia* vid. ap. *Bochart.* ub. sup. b *Annot.* in *Gen.* 41. 43. c De *lucern. antiq.* l. 6. c. 87. d De *Orig. Idol.* l. 1. c. 29. e In *histor. Joseph. Genes.* 41. f Lib. 3. *Hierogl.* c. 12. g *Oed. Ægypt.* Tom. 1. Synt. 3. c. 5. h Tom. 1. *Orat.* 8. in *Serapim.* i *Hist.* l. 4. p. 112. k *Oedip. Ægypt.* T. 1. p. 197. l De *Animal. sacr.* P. 1. col. 338. 20. m *Gisbert. Cuper.* in *Harpocrat.* p. 104, 105. n *Chronograph.* p. 149.

CAP.

C A P. IX.

De usu Arcæ & Cherubinorum conjunctim spectarorum.

RERUM ordo jam postulat, ut de Arcæ Cherubinis instructæ fine & usu sermonem instituamus. Usui vero duplici inserviebat: nempe, ut symbolum esset corporale, quo populus Deum coleret, & pignus aut signum externum, quo Deus præsentiam Ejus [invisibilem quidem, sed certam & efficacem] testatam & obsignatam daret. Inde profectum, quod Deus ipse Israelitis adesse, præesse, vel abesse, pro vario Arcæ sacræ motu crederetur. Cum enim Arca elevaretur, legimus Mosen ita precari solitum: [a] *surge Domine, & dissipentur inimici tui:* Et cum deponeretur, rursum dixisse: [b] *revertere Domine, ad multitudinem exercitus Israelis.* Cum etiam populus in procinctu jam staret, ut in terram promissam introduceretur, *in hoc scietis*, inquit [c] Josue, *quod Dominus Deus vivens in medio vestri* est, —— *Ecce Arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Jordanem.* Et inde venit, quod Josue, Deum propter furtum *Achanis* iratum [d] placaturus, *pronus in terram ceciderit coram Arca Domini usque ad vesperam, tam ipse quam* omnes *senes Israel.* Nil opus esse censeo, Lectorem re tam clara & confessa diutius detinere.

MULTIS autem rationibus inductus arbitror, Arcam cum Cherubim, quatenus præsentiæ divinæ signa & cultus divini symbola, institutionem suam gentium antiquiorum mori debuisse: nam,

PRIMO: sententia hæc clari nominis Auctorum suffragiis confirmatur. Inter eos, [e] *Buxtorfius* inprimis, de Arca, Nube, aliisque præsentiæ divinæ tesseris, in ipsos sensus incurrentibus, loquens, sic mecum suffragatur: voluit *Deus hac ratione præsentiam suam in V. T. -- testificari, ut populi illius ruditati & infantiæ se accommodaret, & illos intra terminos quasi & limites contineret, atque ab omni idololatria arceret. Nisi enim visibile & sensibile aliquod signum sibi objectum haberent, vel non credebant Deum sibi esse præsentem, vel facile ad idololatriam prolabi poterant: quod vel ex eo liquet, quod Mose nimis diu in monte--morante, impetuose ab Aharone peterent*, surge, fac nobis Deos, qui præcedant nos, *qua occasione & vitulum aureum ipsis conflavit. Ne itaque ad imitationem gentium infidelium, tale* aliquod signum *sibi ipsis facerent, infirmitati fidei ipsorum hæc adminicula & sustentacula quasi indulsit, ex voluntate vel ex præscripto ejus facta.* Idem etiam verbis paucioribus asseruit *Grotius*, in *Annot.* ad *Exod.* 25. 16. Ubi inquit, *Arca vicem præstitit omnium imaginum quas habebant Gentes*, in quibus nempe Deos suos colebant, & quibus tanquam præsentiæ divinæ pignoribus utebantur. Eandem sententiam & *Maimonidi* placuisse, satis e verbis suis in Dissertationis hujusce limine citatis innotescat. Ab hac sententia non longe aberat *Seldenus*, cum de סכות Amosi loquens, σκηνὰς aut *fana illa portatilia, ita fere idololatris, ut Arcam testamenti Judæis* fuisse [f] dixerit.

SECUNDO: Israelitæ e longa cum Ægyptiis & eorum superstitione consuetudine, Deum aliquem ipsis pene oculis usurpandum & manibus palpandum impotentius expetebant. Cum enim Mosis diutius absentis desiderium ægre ferrent, eumque vel mortuum, vel in cœlum susceptum existimarent; sese ad Aaronem conferebant, dicentes: [g] *surge, fac nobis Deos qui eant ante nos.* Quasi dixissent, "simulacrum aut symbolum "sacrum faciendum cures, ut signum aliquod visibile Dei inter nos versantis habea-"mus; & nos, æque ac Ægyptii, a quibus nuper discessimus, Deo præsenti, visibili, "& ad casus omnes parato, gaudeamus. Nec post multa secula refrixit calor ille, quo Israelitæ in Deum, per symbola & ratione quadam sensibili præsentem, efferebantur. Hoc ex historia *Jeroboami* dilucide colligatur: nam ut populi studia sibi & vitulis ejus arcte devinciret, sic eos alloquebatur: *ecce Dii tui, o Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Quasi dixisset: "non est cur ad Hierosolymam, magno "labore nec minore sumptu ter quotannis iter suscipiatis; cum longe minore com-"pendio sacra vestra coram vitulis hisce peragatis. Nam verus Deus, qui e servi-"tute Ægyptiaca nos liberavit, non minus inter nos habitat quam in æde Hierosoly-"mitana, & præsentiæ suæ specialis symbola quæ requiritis, non minus in vitulis hisce, "quam Judæi in Arca & *Cherubis*, habeatis. Cum itaque Israelitæ sensibilibus hisce

a *Num.* 10. 35. b *V.* 36. c *Jos.* 3. 10. 11. d *Jos.* 7. 6. e *Hist. Arc. Fœder.* cap. 1. pag 12.
f De *Diis Syr. Synt.* 2. c. 6. p. 191. g *Exod.* 32. 1.

CAP. IX.

toti inhærerent, & citius a Deo quam hujusmodi signis externis avelli possent; est cur credamus, Deum Arcam cum Cherubim, tanquam sensibile præsentiæ suæ pignus & religionis symbolum, instituisse, ut eorum imbecillitati & effræni desiderio Seipsum accommodaret; & Israelitæ, æque ac cæteri e vicinia populi, symbolum aut signum aliquod divinum haberent, quod Deum præsentem sisterer, ad quod Dei responsa expectarent, & cultus sui munia exercerent. Cum enim e plurimis quæ passim adduxi veterum testimoniis, & aliis argumentis, manifestum fecerim Deum instituta sua pleraque ad populi illius imbecillitarem & ingenium adaptasse; nec minus apertum sit, Israelitas sensibile cultus objectum, & Dei rationc visibili præsentis tesseram, impense desiderasse, & ea de causa sæpius ad cultum idolorum defecisse; quivis proculdubio consultus rerum æstimator judicabit, Deum, accommodate ad populi voluntatem & [a] aliarum gentium usum, Arcam cum Cherubim cultus & præsentiæ suæ symbolum statuisse.

TERTIO: Deum, Arca mediante, colendi & adeundi ratio, plane nova erat & Patriarcharum seculis inaudita: hoc autem indicio haud obscuro est, Deum Arcam instituisse, ut populi Ægypto nuper egressi studiis & moribus obsequeretur. Quid enim Deus tum primum Arcam institueret, nisi quod Israelitæ moribus ethnicis assueti, visibilia quædam religionis & præsentiæ divinæ symbola vehementer expeterent, & novi mores instituta nova postularent? Hoc argumentum vim eo majorem habere putetur, quod, observante [b] Chaldæo, *tum primum præceptum sit Mosi ut faceret Tabernaculum & Arcam*, cum Israelitæ vitulum coluissent, & facto illo animi moribus Ægyptiacis addictissimi specimen nimis apertum edidissent. Quid enim Deus in eo rerum suarum articulo, præceptum de Arca & Cherubim fabricandis Israeli daret; nisi quod jam clare constaret, eos Ægyptum corpore magis quam animo reliquisse, & sensibili aliquo cultus & præsentiæ divinæ symbolo & signo carere minime potuisse?

QUARTO: Veteres Israelitæ easdem opiniones de sanctissimo illo Dei præsentis symbolo (Arcam intelligo,) quas ethnici de sacratioribus Deorum suorum symbolis, concepisse videntur. Nam,

(1°.) ARCAM Deum semper præsentem sistere credebant, & pro certo habebant, Arca præsente, nihil subsidii in rebus difficillimis sibi defuturum, adeoque fiduciam suam in ipsa Arcæ præsentia collocabant. Animi hac opinione viriati documentum satis apertum edidere, postquam signa cum Philisthæis iniquo Marte contulissent. Nam, [c] *veniente populo in castra, dixerunt Seniores Israelis, quare plaga affecit nos hodie Jehova coram Philisthæis? Assumamus ad nos e Shilo arcam fœderis Jehovæ, ut procedens in medio nostri, servet nos e manu inimicorum nostrorum.* Unde factum est autem, quod Israelitæ opinione tam vana se duci paterentur, nisi quod Arcam Cherubinis instructam symbolorum & imaginum ethnicarum locum occupare, eamque ejusdem cum iis conditionis & virtutis existimarent? Dii vero Gentilium (ut plebem inescarent) se faciles & familiares præbere solebant, & symbolis & imaginibus tam raro deerant, quod servi sui spem omnem in iis solis collocarent, eaque certissima numinum præsentium pignora & spei lætæ fulcra crederent. Sat erit rem tam perspectam & contestatam uno Philisthæorum exemplo confirmare: nam illi, cum primum ex ingenti hostium suorum plausu Arcam in castra venisse cognovissent; metu pene exanimati [d] dixerunt, *venerunt Dii in castra, væ nobis: quis liberabit nos e manu Deorum illorum fortium?* E quibus verbis liquidum est, eos arcam certissimum numinis præsentis & suppetias afferentis indicium existimasse; e communi proculdubio Gentilium fide, qui Deos suos personis & locis omnibus eorum symbola & imagines habentibus, adesse crediderunt. Neque facile quis credat, Israelitas tam turpiter hallucinari potuisse: ut Arcam solam Deum afferre posse somniarent; nisi & ipsi Dei sui præsentiam symbolis & simulacris ejus affixam credidissent, & de iis juxta receptam seculi theologiam judicassent.

(2°.) VETERES Israelitæ Arcam, regni Palladium, & quasi *Sacri Imperii pignus* habuisse videntur. Nam ea salva, salva omnia; ea vero perdita, perdita, accisa, & deplorata credebant omnia. Cum enim in manus Philisthæorum devenisset, [e] Eli accepto tanti mali nuncio, fatale deliquium passus est; & illius filia regni *gloriam* penitus extinctam pronunciavit, nec tanto malo superesse sustinuit. De hoc imperii Judaici pignore vel arcano, gentes exteræ [illegible] accepisse videantur. Nam [f] *Florus Pompeii M.* gesta referens, hæc habet: *Hierosolymam defendere tentavere Judæi: verum hanc*

a *Per te præsentem conspicuumque Deum.* Ovid. 2. Trist. Eleg. 1. v. 54. b *Paraphras.* in *Cantic.* 1. 14.
c 1 *Sam.* 4. 3. d 1 *Sam.* 4. 7, 8. e 1 *Sam.* 4. 18. f *Hist.* lib. 3. cap. 5.

quoque

quoque intravit; & vidit illud grande impia GENTIS ARCANUM. Eadem opinio de ſacratioribus aliquibus Deorum ſymbolis & ſimulacris gentium antiquiorum animos occupaſſe cenſeatur. Nam Græcos & Romanos, a remotiſſima rerum ſuarum memoria, ſymbolum aliquod ſacratius habuiſſe certum eſt, quod religione præcipua colere & ſervare ſolebant, quod & REGNI SACRUM, IMPERII PIGNUS, aut GENTIS ARCANUM appellabant, quod etiam in templorum penetralibus intimis collocabant, cui denique ſalutem publicam & regni ſatum veluti appenſum & affixum exiſtimabant. Hoc multis Antiquiorum teſtimoniis evinci poſſet, ſi [a] *Bolducius*, [b] *Barthius*, & alii hanc provinciam non occupaſſent. Cum itaque populus Iſraeliticus easdem opiniones de Arca & Cherubim quas aliæ gentes de ſymbolis & ſimulacris ſuis ſanctioribus imbibiſſent; inde ſubinferre licet eos ſaltem crediditſſe, Arcam & Cherubim in ſymbolorum & imaginum omnium ethnicarum locum ſuccedere, & ab iis originem ſuam derivare. CAP. X.

QUINTO: Iſraelitæ ritibus & ceremoniis iis Arcæ & Cherubinis honorem tribuebant, quas ſeculi conſuetudo ferebat, & quibus aliæ gentes in Deorum ſuorum ſymbolis & imaginibus honorandis utebantur. Capite proximo veritatis hujusce probationem aggrediemur.

CAP. X.

De honoribus Arca & Cherubinis conjunctim tributis, a Gentium more propagatis.

NE quid operi ſuſcepto deeſſe videatur, mores & ritus eos leviter attingam, quibus Iſraelitæ Arcæ & Cherubinis, conjunctim ſpectatis, honorem deferebant.

HORUM primus hujuſmodi erat: Templo nondum extructo Arcam ſecum geſtare ſolebant, eam in acie prima, tanquam agminis ducem, non raro collocantes. Hoc liquido cuivis innoteſcat, ſi Scripturam ſacram vel limis inſpiciat oculis. Inde *Prudentius* Arcam DEUM CIRCUMVAGUM non inſcite nuncupavit. Huic autem mori, populi, Gentium moribus impenſe dediti, ſimplicitas anſam dediſſe videatur. Nam gentes antiquiores id in more habebant, ut quocunque tenderent, Deos & eorum ſimulacra circumferrent, [c] *ut*, ea *venerantes*, *Deos ipſos ſe adire crederent;* &, ſi quid ſiniſtri accideret, Dii præſto ſemper eſſent, opem præſentem allaturi. Moris adeo noti teſtem unum advoco *Jonathanem*, qui *Jeremiæ* verba [*Tranſite ad inſulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & conſiderate; ſi mutavit gens Deos ſuos*, &c.] hac [d] paraphraſi illuminanda cenſuit: “ad inſulas Cethim--& provincias Arabum mittite, “& videte populos, qui migraverunt de arce in arcem, & de provincia in provinciam, “portantes idola ſua, & ducentes ea *ſecum:* & in loco in quo ſubſiſtunt, extendunt “tabernacula ſua & ſtatuunt idola ſua, & adorant ea. Cum itaque is eſſet gentium antiquiorum uſus & infirmitas, Deo viſum eſt etiam ſimulacris hiſce Cherubicis inſidere, & una cum Arca quaſi circumferri; ut ad populi rudioris votum & modulum ſe demitteret, & (non minus quam gentium numina) rebus eorum præſens & intimus eſſe crederetur. Nec minus ad ſeculi morem populique ſtudium ſe demiſit Deus, cum curavit, ut iis in terram promiſſam tendentibus, præiret Arca, præſentiæ divinæ ſymbolum. Aſſertioni noſtræ concinunt ea [e] *Theodoriti* verba: ἐπειδὴ ἐν τῷ ὄρει τῷ μεγάλῳ Μωσῆς πλείους διατρίψαντος ἡμέρας, πρὸς τὸν Ἀαρὼν ἔφασαν· ποίησον ἡμῖν Θεοὺς οἱ προπορεύσονται ἡμῶν, &c. *Quia cum magnus ille Moſes per multos dies in monte moraretur, Aaronem ita ſunt allocuti*, Fac nobis Deos qui præcedent nos, --- *Tabernaculum fieri mandavit Deus, & proficiſcentibus id præire juſſit, & ſtationem habentibus ſubſiſtere.* Hæc equidem de Tabernaculo, ſenſu latiori ſumpto, dici poſſunt, quamvis Arcæ maxime conveniant; cum nemo neſciat, Tabernaculum, non integrum, ſed in partes diviſum populum itinerantem præceſſiſſe.

SECUNDO: ſi quando bellum gererent Iſraelitæ, Arca plurimum, ſpe ſubſidii præſentioris, in aciem educebatur. Eos hoc in more habuiſſe, docent haud pauci Scripturæ [f] loci, Lectori per otium conſulendi. Ad hunc morem *Jonathan Paraphraſtes*

a *Og. Chriſtian.* lib. 3. c. 17. b *Animadv.* in *Rutil.* lib. 2. p. 104. c *Cic. de nat. Deor.* l. 1. §. 27. d *Targ.* in *Jer.* 2. 10. e *Quæſt.* in *Exod.* 60. f *Joſh.* 4. 11, 12, 13. c. 6, 8, 9. 12, 13 & 14. 1 *Sam.* 4. 4, 5. & 14. 18. 2 *Sam.* 7. 2. & 11. 11. & 15. 24.

CAP. X. *Jeremiam* refpexiffe fentit, fic verba Prophetæ [a] παραφράζων. *Non dicent amplius, Arca fœderis Domini, -- nec ultra ejus recordabuntur, -- nec in ea amplius inibunt prælium.* Hæc autem Arcam in prælia deferendi confuetudo, non tam e perpetuo aliquo Dei præcepto [quod nufquam occurrit] quam gentium omnium praxi, fluxiffe putetur. Nam gentes antiquæ facra fymbola & fimulacra in caftra proferebant, ut tutelari & præfenti Deorum præfidio muniti, victoriæ quafi fecuri cum hoftibus fuis congrederentur. Philifthæos idola fua ad caftra produxiffe, conftet e 2 *Sam.* 5. 21. nam ibi David, poftquam eorum copias fregerat, imagines eorum, inter fpolia repertas combuffiffe dicitur. Edomitæ etiam, cum *Amafia* prælium inituri, Imagines fuas in caftra fecum afferebant, quas ille bello captas adoraffe [b] legitur. Eodem confilio, plerique olim Dianæ cultui devoti fimulacrum ejus [in [c] ναΐσιν, arcis, capfulis, aut templis parvulis repofitum] in quovis prælio vel itinere fecum deferebant; ut nempe numen fuum tutelare (fic fibi perfuafit illufa gentilitas) præfto femper haberent, ejusque præfidio vel ope præfente fruerentur.

Tertio: Sacerdotes Hebræorum Arcam una cum Cherubinis in humeros tollere, eamque folenniter & cum pompa quadam circumgeftare folebant. Hac de re nulli dubitabunt, qui Scripturam facram, populi præfertim in defertis oberrantis hiftoriam, vel per tranfennam infpexerunt. At & hic ritus a Gentium ufu fluxiffe facile cenfeatur: iis enim folenne fuit, Deos & eorum imagines in humeros fufcipere, & eos ingenti cum pompa & proceffionis ritu circumferre; prout imaginem nuper defuncti principis, cujus exequias agimus, in vulgus efferre, mos apud nos etiamnum obtinet. Ita morem habuiffe, fatis e fcriptis facris intelligamus: nam *Jefaias* hunc morem memorat, & in Judæis ipfis reprehendit, cap. 46. ubi ait, confertis *aurum de facculo, & argentum ftatera* ponderatis, *conducentes artificem, ut faciat Deum. Et procidunt, & adorant, portant illum in humeris geftantes.* [d] *Procopius* hæc habet: Φησὶν ὡς ἐν ταῖς τῶν δαιμονίων πομπαῖς ἐκκομίζοντες ἱερεῖς τὰ ἀγάλματα φέροντες ἐπ' ὤμων, ταῖς πλατείαις ἐχθοφοροῦντες διεχώρουν· i. e. Facere hoc dicit, *ficut in pompis Dæmonum facerdotes deferunt imagines geftantes in humeris, & per plateas bajulantes incedunt.* Huic mori [e] *Jeremias* etiam & [f] *Baruch* teftimonium perhibent. Idem teftatur [g] *Jonathan* in *Deut.* 4. ubi ait, *mos populorum eft, ut portent Deos fuos, fuper humeros fuos, ut videantur illis propinqui, cum fint illis longinqui.* Pompæ iftius idololatricæ defcriptio infignis habetur apud [h] *Athenæum*, [i] *Apuleium*, & [k] *Lampridium* in *Commodo*, Annubin Ægypti numen in humeros fufceptum folenniter efferente. *Johannes Filefacus*, hujusmodi folennia memorans, funt, [l] inquit, *hæc a Judæis petita, qui offa Jofeph Patriarchæ ex Ægypto in terram promiffam variis manfionibus peragratis afportarunt. Quin & Arcam illam plane cæleftem, in qua Deus requiefcere dicebatur toties, five in caftris, feu variatis fedibus circumtulerunt.* At quam immane hæc a vero difcordant, cognofcere licet e Prophetæ [m] verbis, de Ifraelitis in Deferto commorantibus: ונשאתם *Et fuftuliftis tabernaculum Molochi veftri, & Chijuni, imaginum veftrarum*, &c. Ita reddo, quod vox נשא (quod alibi moneo) fignificet, *rem fublimem ferre*, & *in humeros elevare*; unde & a סבל differt, quod fimpliciter *ferre* feu *portare* denotat: ideoque LXX vocem eam per ἀνελάβετε *furfum tuliftis* confulto transferunt. Apertum eft autem Ifraelitas hunc ritum in defertis ufurpaffe, ad morem proculdubio gentium vicinarum, a quibus eorum idola petiiffent, & quæ ritu illo ufæ fuiffent, diu antequam de Mofe vel Arcæ deferendæ modo quicquam accepiffent. Hoc & eo magis meretur fidem, quod morem illum [Deos & eorum imagines, in lectica vel templo portatili, circumferendi] apud gentes illas antiquiffimas [Ægyptios & Tyrios] obtinuiffe; [n] e *Philone Byblio*, *Servio*, & *Euftathio*, liquido nobis innotefcat. Plura de hoc ritu apud ethnicos frequentiffimo petant ftudiofi e [o] *Dionyf. Halicarnaf.* [p] *Johanne Filefaco*, [q] *Jacobo Gothofredo*, [r] *Johanne Scheffero*, aliisque, levi negotio confulendis.

Quarto: Ifraelitæ, Arcæ cum Cherubinis honorem tribuentes, eam fuper plauftrum aut currum, in populum folenniter efferendam, nonnunquam impofuerunt. Hoc enim ipfe David obfervavit cum fuis, de quibus hæc habentur in [f] hiftoria facra: *Et impofuerunt Arcam Dei fuper plauftrum novum, & eduxerunt e domo Abinadab*, &c. Hic autem David per veftigia Gentium inceffiffe, & eodem ritu, Arcæ & Cherubinis, quo

a *Targ.* in *Jerem.* 3. 16. b 2 *Paral.* 25. 14. c *Act.* 19. 24. d *Comment.* in *Efa.* 46. 3. e Cap 10. 5. f Cap. 6. 4, 25, 26. g *Targ.* in *Deut.* 4. 7. h Lib. 5. c. 7. i *Milef.* lib. 11. p. 371. k In *Vit. Commod.* l *Select.* l. 2. p. 181. m *Amof.* 5. 26. n Ap. *Grot. Annot.* ad *Amof.* 5. 26. o Lib. 7. pag. 457. p. Ub. fupr. q *Not.* in *Cod. Juftin.* T. 6. p. 293. r *De re vehicul.* l. 2. c. 3. f 2 *Sam.* 6. 2, 3.

gentes

gentes aliæ Diis & eorum ſimulacris, honorem tribuiſſe videatur. Gentes enim [a] Diis ſuis currus aut plauſtra quædam peculiaria tribuere, & (cum πομπαὶ contingeret) Deos, plauſtris hiſce ſublimes, ovantium ritu, circumferre ſolebant. Nec credibile eſt, Davidem Arcam ſic in publicum efferre voluiſſe, niſi Gentes aliæ Deos, & eorum ſymbola ſacra, plauſtris evehere conſueviſſent, & ritum illum in honoris parte præcipua poſuiſſent. Sat ſcio, nonnullos e doctorum claſſe ſententiæ plane contrariæ patrocinari: nam [b] *Johannes Schefferus*, de vehiculis Deorum, eosque plauſtris impoſitos in pompa traducendi ritu, loquens; *fortaſſis*, inquit, *ſua res hæc accepit initia ex imitatione ſacrorum Judaicorum, cum in iis ſemel iterumque Arca fœderis vehiculo impoſita, & in locum ſuum traducta, legatur. Ipſe David hoc obſervavit cum ſuis*, 2 Sam. 6. &c. Mihi vero perſuadere nequeo, morem illum *initium ex imitatione ſacrorum Judaicorum accepiſſe*, cum proculdubio Davidis exemplum paucis (forte nullis) e gentibus innoteſceret, & gentes exteræ Judæorum perſonas, inſtituta, mores, omnia, deteſtarentur. Deinde: Sat conſtat ex [c] hiſtoria ſacra, Philiſthæos Arcam plauſtro, bobus duobus trahendo, impoſuiſſe; cum Davidi hac luce frui nondum contigiſſet. Ut compendium faciam: veriſimile habeo, Philiſthæos hac in re nihil a ritu patrio, in Deorum ſymbolis & ſimulacris in publicum ferendis uſitato, alienum peregiſſe. Nam [d] *Sanchuniathon* numinis Phœnicii meminit, οὗ καὶ ξόανον ἄγαν μάλα σεβάσμιον, καὶ ναὸν ζυγοφορούμενον ἐν Φοινίκῃ, *cujus ſimulacrum maxime venerandum, & fanum portatile bobus circumlatum, in Phœnicia fuiſſe* refert. [1] *Macrobius* etiam auctor eſt, ferculo *Deum Heliopolitanum* vehi, quem [e] *Scaliger* eundem cum Deo illo Phœnicio fuiſſe conjicit.

Hæc ea ſunt quæ de Arcæ & Cherubinorum origine, maxima cum veri ſpecie, dicenda cenſui. Ab hac autem ſententia eo minus decedendum arbitror, quod Diſſertationis hujuſce partes intentiore rimatus oculo nihil hiulcum, violentum, & cum cæteris partibus male conſentiens, in ea deprehenderim. Omnes hypotheſis meæ partes uſquequaque cohærent, nec ulla parte dehiſcit ſecum male conſtans opus. Mendacium paulo prolixius non minus cum ſemetipſo, quam cum rerum natura, pugnare ſolet. *Diſſertationis concluſio.*

Nonnulli forſan hæc omnia, utpote nova & a ſenſu paſſim recepto deflectentia, triſtiori ſupercilio excepturi ſunt. At meminerint velim, hæc ea eſſe, quæ, ſalva fidei norma, & ſpe ſalutis integra, in utramque partem diſputari poſſunt. Hoc Argumentum hujuſmodi eſt, quo nemo graviter errare poteſt, uti nec ego pertinaciter volo.

Alii forſan hoc nomine me reprehendent, quod de Arca & Cherubinis tam fuſe & prolixe diſſeruerim. Hæc autem prolixitas, non tam ſermonis mei luxuriæ, quam Argumenti benignitati ſimul & obſcuritati tribuenda eſt. Deinde: meminerit Lector, Arcam ſanctiſſimum & celeberrimum fuiſſe Legis totius inſtitutum. Nam apud Iſraelitas, ſanctitas pene omnis in illius cultu ponebatur: ipſorum ritus prope omnes eo referebantur: Judæi hominum pietatem & religionem ex illius reverentia æſtimabant: illa Gentis ſanctæ tutamen & templi decus habebatur: nec quicquam erat quod Hebræorum cordibus altius inſidebat, aut cujus [f] mentionem tam frequentem & religioſam faciebant. Non erat itaque ex Argumenti mei dignitate ſingulari ut de illo oſcitanter agerem, aut illud levi tactum brachio præterirem.

a *Fuiſſe dicitur currus Apollinis, Martis, Bellonæ, Minervæ, Jovis, & Victoriæ, peculiaris.* Ligor. de Vehicul. antiquor. cap. 19. b De re vehiculari l. 1. p. 241. c 1 *Sam.* 6. 7, 8. d Ap. *Euſeb. Præp. Evang.* l. 1. p. 35. D e *Not. in Fragment.* p. 38. f *Jerem.* 3. 16.

1 *Saturnal.* L. 1. c. 23.



DISSERTATIO SEXTA.

DE RATIONE & ORIGINE TEMPLI.

PRÆFATIO.

Qua nonnulla de vera Templi notione prælibantur.

SANCTUS *Chrysostomus*, inter Judaica illa quæ ἀπὸ τῆς ἐθνικῆς παχύτητος originem habuisse [a] dixit, τὸν ναὸν αὐτὸν *Templum ipsum* numerare non dubitavit. Cum itaque in Patris hujusce verbis expendendis & confirmandis versetur sermo, superest ut hic etiam illius fidem vindicem, & rationem eum minime destituisse probem, cum hoc de Templo ipso (prima licet gentis Judaicæ gloria & triumpho) affirmaverit. Ut autem ad præsens institutum viam apertam & expeditam præstruam, nonnulla de formali conceptu Templi, & attributis ejus essentialibus, necessario sunt prælibanda.

Templum, locus Deo sacratus.

HOC itaque primo dicendum censeo: Templum nempe domum aut locum fuisse, numini alicui, ejusque cultui, religione rituque solenni, dedicatum & separatum. *Domum aut* LOCUM consultus appellavi, cum ad essentiam Templi minime requiratur, ut cœlo nusquam pateat, sed tecto ac parietibus, ad instar domus ordinariæ, claudatur undique. Nam [b] *Salmasio* teste, veteres *locum omnem, sacrum & conseptum Templum dixere:* & *Servius* locum omnem *palis, loris, aut hastis clausum, modo sacer sit*, Templum dici significat. Nonnulli tamen Grammatici ea sunt opinione, quod *Templum* a *Sacello*, hoc inprimis charactere discernatur, quod *Sacellum* sit locus sacer conclusus, sed sine tecto; *Templum* locus sacer tecto decoratus. Sed nos litem hanc eorum arbitrio dirimendam tradimus, qui Critici vel Philologi salutari cupiunt. Id apud omnes constat, Templo essentiale esse, ut locus sit Deo & Religioni solenniter addictus & [c] dedicatus; adeo ut in Dei quasi peculium & potestatem cederet, eique sanctitas quædam accederet vulgaribus vitæ negotiis minime violanda. Atque hinc Dominus noster de templo loqui videtur, verbis Deo jus & proprietatem (verbo dent veniam Grammatici) peculiarem tribuentibus. Luc. 2. 49. *An nescitis quod oporteat me esse* ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου, *in iis quæ Patris mei sunt?* Quamvis enim recentiores nonnulli [*Castalio, Piscator*, aliique] hunc locum de docendi munere, vel aliis negotiis Christo a Patre demandatis exponendum censeant; e veterum Senatu non pauci [*Syrus Interpres, Origenes, Theophylactus, Euthymius*, alii] eum, non *de negotiis*, sed *locis* & *ædibus* Deo propriis, Templo nimirum interpretantur. Et ne phrasis hoc sensu sumpta insolens aut mira cuiquam videatur, observare juvat, similem loquendi formulam sic a [d] *Menandro Ephesio*

a Loc. sup. cit. pag. 644.

b *Plinian. Exercit.*

c *V. Selden. de Synedr.* l. 3. c. 14.

d Ap. *Joseph.* l. 1. *Cont. Ap.* p. 1341. §.

usur-

usurpari. Nam ille, de *Hirami* Tyrii rebus gestis loquens, τόν τε χρυσοῦν κίονα, inquit, τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν· *& auream ibi columnam in iis quæ Jovis* [i. e. Templo suo] *reposuit*. Hoc sensu consimilis apud [a] *S. Chrysostomum* occurrit phrasis, τί ἀπελαύνεις τὸν δίκαιον; οὐκ οἶδας ὅτι ὅπου ἂν αὐτὸν ἀπελθεῖν συμβαίνῃ, ἐν τοῖς τοῦ δεσπότου τοῦ ἑαυτοῦ αὐτὸν ἀνάγκη εἶναι; *quo abigis justum? Non nosti quod quocunque illum abire contingat, necesse sit eum semper esse in iis quæ heri sunt*, i. e. ædibus aut locis herilibus? Atque hic sensus, inquit *Grotius*, optime cohæret cum præcedentibus: *neque enim alibi quærendus erat* Christus *potius quam ubi esse eum maxime decebat: id autem erat in æde Paterna*. Sed jam forte lineas nostras paululum transire videamur.

SECUNDO: Templo essentiale est, ut locus sit in quo numen peculiari ratione habitat, & se præsens exhibet; vel specie visibili illic apparendo, vel de rebus obscuris consulentes alloquendo, vel splendore mirabili locum illustrando, vel ibi favoris sui testimonia non vulgaria cultoribus suis exhibendo. Et numinis præsentia sensibili decoratur.

HUNC esse præcipuum Templi conceptum & notionem e scriptis sacris aperte cognoscatur: nam,

(1°.) IN sacris monumentis nomina, peculiarem Dei præsentiam & habitationem indicantia, Templo sæpissime tribuuntur. Nam Tabernaculum (ut a templo portatili ordiar) [b] *habitaculum domus tuæ* a Davide nuncupatur: & a [c] Chaldæo, *Tabernaculum ubi Divinitas habitavit in medio filiorum hominum*. Et Templum proprie sic dictum, *Dei domus* audit, *Domus habitationis*, & *locus sessionis* Dei, 2 *Par.* 6. 2. *Psal.* 27. 4. 1 *Reg.* 8. 12, 13. *Psal.* 132. 5, 13, 14. aliisque locis haud facile enumerandis. Atque inde profectum est, quod Templum dictum sit, ὁ ναὸς τῆς κατασκηνώσεως τοῦ ὑψίστου, *Tob.* 1. 4. & Hierosolyma *civitas habitationis* Dei, *Sap.* 9. 8. & terra Canaan, a Chaldæo Interprete, ארעא בית שכינתי *terra domus habitationis meæ*, Ezec. 7. 22. Hisce congruum est, quod qui ad Templum se conferebant, [d] *venire coram Deo*, [e] *apparere* coram Deo, & [f] *stare coram Deo*, prisco & Hebraico loquendi usu, dicerentur; quod nempe Deus Templum sedem & habitaculum suum renunciasset.

(2°.) IN Scriptura sacra, *Templum* & *Dei domus* aut *habitaculum*, tanquam verba ἰσοδύναμα, frequenter usurpantur. *Psal.* 132. 5. *Donec inveniam locum* [templum] *Domino, habitaculum forti Jacob.* 2 Cor. 6. 16. *Vos estis templum Dei viventis, sicut dicit Deus: quoniam habitabo in illis, & inambulabo.* Psal. 26. 8. *Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Psal. 27. 4. *Ut habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam pulchritudinem Domini, & quæram in templo ejus.*

(3°.) IN scriptis Θεοπνεύστοις, Templum ad superna cœlorum loca notanda usurpatur; nempe (si conjectura non erret) Mich. 1. 2. *Sit Dominus Deus vobis in testem, Deus de templo sancto suo*: & forte Psal. 11. 4. *Dominus in templo sancto suo, Domini sedes in cœlo*: nam eo loco, *templum* & *cœlum*, ad sensum eundem cum emphasi quadam exprimendum, conjungi videantur. Quid autem Templum ad cœlum notandum usurpatur, nisi quod summi numinis habitaculum esset, ideoque ad cœlum (ubi Deus frequentius [g] *habitare* dicitur) significandum merito adhiberi posset?

ETHNICOS Templi conceptum non dissimilem habuisse, tria probant argumenta, ex eorum scriptis deprompta, & argumentis e Scriptura jam deductis parallela. Nam,

(1°.) PROUT Israelitæ Templum suum בית aut בית אלהים *Domum* aut *Domum Domini* nuncuparunt, ita & ethnici Templa sua, *Deorum domicilia* vel *ædes sacras*, *pulvinaria*, [h] τὰς κλίνας & τὰ ἕδη Θεῶν, *lectos* aut *sellas Deorum*, appellarunt; quod nempe Dii præsentiam eorum templis præstando, in iis habitare, vel decumbere, vel sedere, crederentur. Templa vero frequentius Deorum domus & ædes audiunt: nam apud [i] *Homerum*, de Templis loquentem, occurrunt ἱεροὶ δόμοι, apud [k] *Æschylum* ἁγνοὶ δόμοι, apud [l] *Herodotum* Θεῶν οἶκοι, apud [m] *Theocritum* Θεῶν ἐριπνόντες οἶκοι· Hoc autem nomine Templa sua donarunt ethnici, quod ea peculiares Numinum mansiones existimarent, ubi Deos rebus eorum præsentes habere, & eos quasi de proximo colere & invocare possent. Hinc [n] *Silii* illud:

——— Tarpeia, Pater, qui templa secundam
Incolis a cælo sedem. ———

a *Homil.* 52. in *Genes.* *Ed. Bened.* T. 4. p. 507. B. b *Psal.* 26. 8. c In *Psal.* 78. 60. d *Mic.* 6. 6. e *Deut.* 16. 16. f *Jer.* 7. 10. g *Psal.* 113. 5. h *V. Selden.* l. 3. de *Synedr.* cap. 14. pag. 286. i *Iliad.* Ε. 89. k Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. l *Mus.* 8. m Εἰδ' κζ'. v. 108.
n *Punic.* X. v. 433.

Et illud *Cæcilii* dictum apud [1] *Minucium Felicem, magis sunt augusta* Templa & delubra Deorum, *numinibus* INCOLIS, PRÆSENTIBUS, INQUILINIS, *quam cultus insignibus & muneribus opulenta.* Hinc & apud ethnicos, qui Templa Deorum adibant, [a] *Deos* ipsos *adire* dicebantur.

(2°.) INTER gentes etiam, *Templum* & *Dei habitaculum* idem valere censebantur. Hoc e verbis [b] *Arnobii* colligo, qui sic, ex ethnicorum mente, loquitur: *Templum hoc Martis est, hoc Junonis & Veneris, hoc Herculis, Apollinis, Ditis: quid est aliud dicere, quam domus hac Martis est, hac Junonis & Veneris, Apollo hic habitat, in hac manet Hercules, illa Summanus.*

(3°.) IN scriptis etiam ethnicis crebro reperire est vocem *Templi* pro *cælo* usurpatam. Hoc exemplis haud paucis ostendit [c] *Doughteius* nostras, ad cujus *Analecta sacra* (ne nos furti alliget) Lectorem amandamus. A probabilitate vero longe distat, ethnicos cœlum Templi nomine tam frequenter appellare voluisse; nisi Deos eorum *templa, secundam a cælo sedem, incolere* credidissent.

E JAM dictis intelligitur, duo essentialiter requiri ad Templum constituendum, nempe DEI PROPRIETATEM & ILLIUS INHABITATIONEM aut præsentiam singularem. Quæ duo, ait [d] *Medus* noster, *Apostolus Paulus fidelium corporibus pulchre accommodavit*, 1 ad Cor. 6. 19. *An ignoratis corpus vestrum* esse *Templum Spiritus Sancti qui in vobis est?* Audite præsentiam: *neque vos esse vestri juris?* Audite proprietatem. Ita etiam, 2 *Cor.* 6. 16. *Vos estis templum Dei viventis: Quare autem? quia dixit Deus habitabo in iis & inambulabo;* hoc præsentiæ est: *deinde quia dixit, & ero illorum Deus & ipsi erunt mihi populus:* hoc dominii. Quibus addo ipse *Apoc.* 21. 3. *Ecce Tabernaculum*, vel Templum, *Dei cum hominibus, ipse habitabit cum iis:* ecce præsentiam: *& ii erunt populus ejus*, eo proprietatem.

CAP. I.

Templum, essentialiter spectatum, a ruditate Gentium originem traxisse.

HISCE de genuina Templi notione prælibatis, ad Templi Judaici originem & extruendi causam oratio jam conferenda est. Sic itaque sensum meum paucis exprimo: veritati convenire videtur, Templum eidem origini, cui & alia Judaica non pauca, Gentium nempe ruditati & seculi consuetudini tribuendum esse. Hanc sententiam probabilem reddunt rationes haud facile rejiciendæ, quas æquo Lectori jam tradam, suis momentis æstimandas.

SECT. I.

Probatur primo, ratione petita a summa Templorum antiquitate.

Gentium templa Salomonis antiquiora fuisse.

RATIO prima cur Templum a Gentium ruditate & usu traductum censeam, hæc est: e scriptis DIVINIS & HUMANIS liquidissime constat, ethnicos eorum Deos in ædibus quibusdam sacris, *Templorum* nomine donatis, coluisse, diu antequam Salomonis Templum, aut Mosis tabernaculum, struebatur.

Probatur testim. divinis.

SCRIPTA DIVINA non pauca præbent veritatis hujusce testimonia, quorum nonnulla, Scripturæ ordinem secutus, in medium proferam. Primo itaque, horum Templorum ethnicorum mentio, quamvis sub nomine obscuriori, venire creditur, *Levit.* 26. 30. *Et dissipabo Excelsa vestra, & succidam* את חמניכם *Templa vestra solaria.* Sic vocem expono, quod eam LXX per τεμένη explicent, *Ezec.* 6. 4, 6. Chaldæus per חניסנכיא *delubra* Isai. 17. 8. *Hieronymus* per *fana*, 2 *Par.* 14. 4. & hic *Aben-Ezra* per *templa facta ad cultum Solis.* Atque *hoc verissimum*, [e] inquit Cl. Bochartus: *Sol enim Hebrais est* חמה *unde* חמן *Templum Solis, quem solum cæli dominum crediderunt prisci Phœnices. — Tamen crescente superstitione* (ait ille) *crediderim nomen* חמנים *etiam ad alia delubra pertinuisse.* Locus huic affinis occurrit, *Num.* 23. 52. *Disperdite cun-*

a *Caste jubet lex adire ad Deos.* Cic. l. 2. de legib. b Adv. *Gent.* l. 6. p. 191. c *Par.* I. *Excurs.* 180. d *Concion.* ad *Cler.* p. 399. e In *Phaleg.* P. 2. L. 2. c. 17.

1 Cap. 7.

Eos

SECT. I.

Etos habitatores terræ illius, confringite titulos, statuas comminuite, atque omnia Excelsa vastate. Quo in loco, vocabulum משכיות (quod vulgatus *titulos* transfert) Chaldæus per בית סגדא *Domum adorationis* seu *Templum* interpretatus est: & illius interpretationem eo libentius accipio, quod cum *statuis & excelsis* [i. e. idolis & altaribus] individuis Templorum sociis, conjungatur. *Josephus* etiam, hunc & alios [a] locos et cognatos in animo volvens, Deum sic Israelitas alloquentem [b] introducit, ἔτι δὲ καὶ βωμούς, καὶ ἄλση, καὶ ναοὺς ὅσους ἂν ἔχωσι, καταβαλεῖν κελεύω, καὶ ἀφανίσαι πυρὶ τὸ γένος αὐτῶν καὶ τὴν μνήμην. *Præterea lucos, & aras, & templa, quotquot habent* Canaanitæ, *ad unum tolli jubeo, ferroque & flammis ita deleri, ut etiam memoria eorum omnis aboleatur.* Hæc *Josephi* verba cum Legislatoris mente congruere censeantur, quod veterum Cananæorum & gentium in vicino habitantium Templa toties in Scriptura memorata reperiamus. Nam vix unquam veteris alicujus numinis aut idoli meminit, quin & alicubi domum aut templum illius, *Beth* Hebraice dictum, memorat. Occurrit enim *Beth Peor*, Deut. 34. 6. *Beth-Dagon*, 1 Sam. 5. 2. *Beth-Ashtaroth*, 1 Sam. 31. 10. *Beth Baal Berith*, Judic. 9. 4. *Beth Baal*, 1 Reg. 16. 32. *Beth Nisroch*, 2 Reg. 19. 37. *Beth-Baal-Mehon*, Josh. 13. 17. His accenseri potest *Beth-Shemesh*, urbs Palæstina non semel in sacris literis memorata, quæ nomen a Solis domo vel Templo ibi condito traxisse creditur. Atque hæc e scriptis divinis adducta testimonia nos inducant opinari, pleraque Gentium delubra Salomonis templum, nonnulla Mosis Tabernaculum, seculis aliquot præcessisse.

Et humanis.

NEQUE Scriptores humani hac in re quicquam Scripturis adversum referunt: quamvis enim de prima templorum origine haud satis inter Antiquos conveniat, in eo tamen conspirant omnes, quod nempe Gentilium delubra Tabernaculum & Templum antiquitate superaverint. Hoc facile constet, si diversas Veterum sententias de templorum origine paululum expendamus.

PRIMO itaque, nonnulli, iique antiquitatis consultissimi, veteres Ægyptios primos templorum fundatores referunt. Hanc sententiam *Herodoti* seculo plurimum invaluisse, satis e verbis ejus intelligitur: [c] δυώδεκά τε Θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφίων ἀναλαβεῖν· βωμούς τε καὶ ἀγάλματα· καὶ νηοὺς Θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτους· i. e. *Dicunt Ægyptios duodecim Deorum cognomina primos instituisse, & ab illis Græcos fuisse mutuatos. Illos etiam primos Diis & aras & simulacra & templa statuisse.* Neque hæc opinio [d] *Luciani* ævo exolevit, nam, inquit ille, πρῶτοι μὲν ἀνθρώπων Αἰγύπτιοι λέγονται Θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἵσασθαι, καὶ τεμένεα καὶ πανηγύριας ἀποδέξαι· *Primi hominum Ægyptii dicuntur, & Deorum notitiam accepisse, & templa condidisse, & templa conventusque solennes docuisse.* Hæc sententia eo majore probabilitate nititur, quod Ægyptii illi quibuscum Israelitæ vixerunt (si quid hic valeat Veterum fides) templa in usu habuerunt. Nam referente [e] *Julio Firmico*, Josepho *post mortem Ægyptii patrio gentis suæ instituto templa fecerunt.* Refert etiam [f] *Artapanus*, cum Ægyptii grandine & terræ motu affligerentur, συμπεσεῖν τὰς μὲν οἰκίας πάσας, τῶν τε ναῶν τοὺς πλείστους. *domos quidem universas, & templorum pleraque corruisse.* [g] Lysimachus, Mosem & comites ejus conviciari studens, eos *ubique* Θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμούς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν, *Deorum & templa & aras, in quas nempe inciderent, evertisse* dicit. Hebræi [h] Veteres locum illum, *Et in Deos eorum fecit Dominus judicia*, de templis in Ægypto tunc temporis eversis interpretati sunt. E quibus omnibus aperte constat, Artapanum, Lysimachum, Hebræos antiquiores, Mosis ævo suum Ægyptiis fuisse templorum usum minime dubitasse.

SECUNDO: Alii antiquitatem templis multo altiorem tribuendam, & eorum originem ad Heroas aut Deos quosdam ethnicos referendam, censuerunt. Nam *Lucianus*, templum Deæ Syriæ sacrum [i] memorans, οἱ μὲν πολλοί, inquit, Δευκαλίωνα τὸν Σκύθεα τὸ ἱρὸν εἵσασθαι λέγουσι· τοῦτον Δευκαλίωνα, ἐπὶ τοῦ τὸ πολλὸν ὕδωρ ἐγένετο· *Plerique a Deucalione structum dicunt hoc templum, eo scilicet Deucalione, cujus ætate vis aquarum fuit maxima.* Hanc autem sententiam *Cluverius* veritati dissonam arbitratur: "quamquam [k] *Lucianus*, ait ille, Deucalionem, id est, Noachum, post cessationem diluvii aras excitasse, templumque constituisse tradat; fidei tamen sacratioris, & auctoritatis augustioris scriptor, divus [l] Moses, aram tantum eum erexisse, Deoque in ea sacrificasse

a Exod. 34. 13. Lev. 26. 1. Deut. 7. 5. b *Antiq. Judaic.* l. 4. c. 8. p. 160. 35. c In Euterp. cap. 4. d De *Dea Syr.* p. 1057. B e De *error. profan. Relig.* p. 18. f Ap. *Euseb. Præp. Ev.* l. 9. c. 27. p. 436 A g Ap. *Joseph. in Apion.* lib. 1. p. 1359. 40. h *Hebræi autumant, quod nocte qua egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa sunt*, &c. Hieron. Epist. ad Fabiol. Mans. 1. T. 2. col. 588. i Ub. supr. p. 1060. A k *Germ. Antiq.* l. 1. c. 34. p. 280. l Gen. 8. 20.

SECT. II. "restatur. Hac itaque sententia repudiata, [a] *Polydorus Vergilius*, [1] *Jovis temporibus primo templa constitui, & novos Deorum cultus esse cœpisse*, docet. *Cui & ego astipulor*, inquit [b] Hospinianus, *tunc enim Babylonica turris -- primo -- ædificata fuit, & Jovi Belo Junonique a filio Nino divini honores in statuis primo habiti.* Neque hocloco prætereundum est, quod [c] *Macrobius* e *Xenone* tradat, *Janum* Patrem (qui Deorum Deus, h. e primus & antiquissimus, a Veteribus habebatur) *in Italia* PRIMUM *Diis templa fecisse, & instituisse sacrorum.* Hisce cognatione aliqua conjuncta sunt *Arnobii* verba, [d] *si quæris audire quis prior fuerit* templorum *fabricator, aut Phoroneus Ægyptius, aut Merops tibi fuisse monstrabitur : aut, ut tradit in admirandis Varro, Jovis progenies Æacus.*

TERTIO : alii templorum usum a fonte altiori fluxisse, & ipsis nascentis idololatriæ incunabulis ea coæva fuisse, arbitrantur. Inter eos classem ducit *Maimonides*, qui templa, una cum syderum cultu, sub *Enosi* tempora, originem habuisse asserit. Nam, [e] ait ille, *postquam ascendit res illa* [stellas nempe Dei ministros esse, iisque cultum divinum impertiendum] *in animos hominum*, התחילו לבנות לכוכבים היכלות ולהקריב להן וגו' *cœperunt ædificare syderibus templa, & sacrificare & laudare, & ornare ea verbis.* Ab hac sententia prope absuit [f] *Ægidius Camartus*, cum dixit, *Templa Dæmonibus extrui cœperunt, longe ante Mosis tempora, atque adeo ipsis nascentis idololatriæ crepundiis.* Et paucis interjectis, *vix cœpit idolorum servitus*, [sub Nilo scil. & Belo] *quin illico exædificatum fuerit templum magnificentissimum, testibus* [g] *Herodoto &* [h] *Diodoro.*

CUM itaque auctores sacri simul & profani fidem tam apertum faciant, Gentilium delubra Dei templum & Tabernaculum antiquitate plurimum anteire ; hinc ansam opinandi capiamus, Templum etiam *a gentium ruditate* derivatum fuisse; & Deum Judæis (utpote cultus alibi recepti formam impotenter expetentibus) templum indulsisse.

SECT. II.

Secundo, ratione ab essentiali Templi conceptu ducta.

SECUNDO : ipsa formalis Templi notio & conceptus argumento est, gentium ruditatem, eique consentaneam Hebræorum imbecillitatem, Templo extruendo causam præbuisse. Quid enim Deus, aut Angelus Dei vicem & nomen gerens, in templo manufacto habitaret ; nisi ut semetipsum accommodaret ad populi puerilis & increduli modulum, qui Deum in proximo agentem & rebus precibusque suis modo sensibili præsentem, postulasse videatur ? Nam ethnici antiquiores (ex quorum ingeniis Hebræorum vulgus judicemus) ideo Templa sua plurimi æstimarunt, quod eorum ope Deos semper in propinquo haberent, &, si usus postularet, facile & familiariter adeundos. Hoc discere licet e verbis ethnici illius apud [i] *Arnobium* de templorum usu, e communi gregalium suorum sententia, ita differentis : *non idcirco attribuimus Diis templa, tanquam humidos ab his imbres, ventos, pluvias, aut soles, arceamus : sed ut eos possimus coram & cominus contueri, affari de proximo, & cum præsentibus quodammodo venerationum colloquia miscere. Sub axe enim nudo, & sub ætherio tegmine invocati si fuerint, nihil audiunt : & nisi de proximo admoveantur his preces, tanquam nihil dicatur, obstructi atque immobiles stabunt.* Hanc sententiam, crassissimam licet & ab *Arnobio* merito sugillatam, plurimum inter ethnicos antiquiores invaluisse, cum summa barbaries toti orbi incumberet, nobis facile persuadeamus : eam Israelitas etiam, e longa cum Ægyptiis consuetudine, non parum infecisse, rationi simul & Scripturæ consentaneum est. Quid enim inter Cherubinos habitaret summus Cœli Dominus, & ille quem cœli cœlorum non capiunt, intra angustos Tabernaculi aut Templi limites se quasi constringi pateretur ; quam ne rudis illa & inculta natio, Deum in abditis tantum & remotis cœli locis habitare, adeoque rebus suis parum prospicere vel adesse, quereretur ? Et quid Arcam humeris gestari, & seipsum quasi circumferri voluit, nisi ut Israelitarum humili ingenio seipsum accommodaret, qui Deum in propinquo & ipsis pene oculis u-

a De *Invent. rer.* l. 1. c. 5. b De *Orig. Templor.* c. 5. c Lib. 1. *Saturn.* cap. 9. d Advers. *Gent.* l. 6. p. 191. e De *Idololat.* c. 1. §. 2. f Lib. de *reb. Elia* cap. 8. §. 9. g Lib. 1. c. 181. h *Biblioth. Hist.* l. 2. p. 98. i Advers. *Gent.* l. 6. p. 192.

1 *Jovis* &c. sunt verba *Lactantii*, lib. 2. c. 10. ad quem *Pol. Vergil.* provocat.

surpandum

surpandum in votis habuerunt? Ægyptii nempe Deorum suorum ἐπιφανείας fruebantur, eos simulachris suis affixos circumferebant, eosque in locis vicinis & quasi ad manum habebant, ad preces exaudiendas & consilia in rebus arduis imoertienda paratissimos: & credibile est, ethnicos tam familiarem Deorum usum & conspectum gloriæ duxisse, & inter præcipua religionis suæ commoda & honestamenta numerasse. Nam [a] *Cæcilius* ethnicus hoc nomine cultum suum vendirat, dicens, [1] *intende templis ac delubris Deorum, quibus Romana civitas & protegitur & ornatur; magis sunt augusta Numinibus incolis, præsentibus, inquilinis, quam cultus insignibus & muneribus opulenta.* Et proculdubio Israelitæ sortem suam infra Ægyptiorum & Gentium aliarum conditionem plurimum subsidere credidissent, adeoque Dei sacris nuncium remisissent; nisi & ipse Tabernaculo contineri, & pene circumferri voluisset. Quæ de Israelitis, sensibile aliquod Dei præsentis & cohabitantis testimonium postulantibus, dixi hactenus, vero similiora videantur; quod *Josephus* Mosen, post 40 dies a Sinai reducem, sic illos alloquentem [b] introducat: σκηνὴν βούλεται [ὁ Θεὸς] γενέσθαι αὐτῷ εἰς ἣν κάτεισι πρὸς αὐτοὺς παραγινόμενος, ὅπως καὶ μεταβαίνοντες ἀλλαχοῦ ταύτην ἐπαγόμεθα, &c. Deus *sibi Tabernaculum fieri, vult, in quod descendat ad illos accessurus, & ut alio migrantes illud nobiscum circumferamus, nec ad Sinai recurrere opus habeamus, sed ille intervisitans crebro & tantum non cohabitans, præsto sit votis & deprecationibus nostris.* Eo tendunt hæc omnia, ut probabile fiat, Deum Tabernaculum & Templum in habitaculum elegisse, & utraque singulari præsentiæ suæ manifestatione decorasse, ut aliquid seculi moribus & rudioris populi studiis indulgeret.

SECT. III.

SECT. III.

Tertio, e verbis Scripturæ de Templo loquentis.

TERTIO: ipsa Scripturæ de Templo loquentis verba causam opinandi præbent, Deum ob gentium consuetudinem templum Judæis concessisse. Quamvis enim Scriptura templum, *Dei domum* & *habitaculum* multoties dixerit, & Deum in illo *habitare* locis bene multis asseruerit; locis tamen aliis Dei in Templo habitationem in dubium vocavit, nonnullis aperte denegavit: 1 *Reg.* 8. 27. *Etenim an revera habitabit Deus in terra? Ecce cæli ipsi & cæli cælorum non capiunt Te, quanto minus domus hæc quam ædificavi?* Isai. 66. 1. *Sic ait Jehova, cælum ipsum solium meum* est, *& terra scabellum pedum meorum: ubinam esset domus quam ædificaretis mihi; & ubinam locus quietis meæ?* Actor 7. 47, 48. *Salomon ædificavit ei ædem: sed excelsissimus ille in manufactis templis non habitat.*

Quo itaque genuinum horum locorum sensum & scopum assequamur, & argumentum ad sententiam firmandam inde facilius eliciamus; monendum est, ita Priscorum opinionem habuisse, quasi Deorum potentia & gratia loco alligata esset; & ipsi ædium sacrarum septis penitus includerentur. Hoc e verbis [c] *Arnobii* intelligi datur: *non prima & maxima contumelia est, habitationibus Deos habere districtos?* Idem docent [2] *Minutii Felicis* verba: cum enim *Cæcilius* importunus quæreret, *cur* Christiani *nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra?* Octavium suum sic respondere facit, [3] *quod simulacrum Deo fingam, cum si recte existimes, sit Dei homo ipse simulacrum? templum quod ei extruam, cum totus hic mundus, ejus opere fabricatus, eum capere non possit? & cum homo latius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam?* Atque inde profectum est, quod ex ipsis ethnicis non pauci Templa, tanquam Deorum carceres magis quam domicilia, plane [d] repudiarent. Nam *Zenonis*, *Stoicorum* principis, dogma fuisse legimus, ἱερὰ Θεῶν μὴ οἰκοδομεῖν, *Templa Diis non esse ædificanda:* & barbari quidam dixisse perhibentur, *eos impie facere qui templa extruerent.* In eadem sententia *Persas* & *Scythas* fuisse testatur *Herodotus*, quos templa nulla struxisse dicit, sed Lucos aut montium cacumina rebus divinis destinasse, eo quod templa omnia a Majestate divina aliena; & Numen parietibus inclusum, infirmum, obnoxium, nullum, cre-

a Ap. *Minuc. Fel.* b *Antiq.* l. 3. c. 5. p. 106. c Lib. 6. cont. *Gent.* p. 191. d *V. Hospin. de templ.* c. 1.

1 *Min. Fel.* cap. 7.
2 Cap. 10.
3 Cap. 32. licet *templorum* fere nomen refugiebant veteres Christiani: certum tamen est, eos conventuum loca sibi construxisse, quæ *Basilicas, Ecclesias, Conventicula, domos Dei* &c. nuncupabant: *Davies*, in loc.

 derent.

SECT. IV.

derent. Atque hac in re *Perfa* fibi confentientes habebant *Germanos* veteres, qui, Au-ctore [a] *Tacito, cohibere parietibus Deos*, atque *in ullam oris humani fpeciem affimilare* nefas exiftimarunt. Ideo vero Gentiles hebetiores, Deos fuos templis & fimulacris fibi facratis affixos & inclufos habuerunt, ut certo conftaret ubi Deos fuos quærere poffent, & quo fe verterent, fi cafus aliquis præfentem Numinis opem poftularet. Hoc e verbis *Menandri* apud [b] *Juft. Martyrem* [1] non male colligo:

> Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω Θεός,
> Οὐδεὶς οἰκίαν παραλαβών, ἐπὶ τῷ σανιδίῳ·
> —— τὸν δίκαιον δεῖ Θεὸν
> Οἴκοι μένειν, σώζοντα τοὺς ἱδρυμένους·

Id eft,

> *Iftos vagantes non probo foris Deos:*
> *Nullus domum deferens in albo meo fcribitur.*
> *—— Decet juftum Deum*
> *Domi manere, ut fervet ftatuentes* Eum.

Cum itaque Gentilium Numina templis aftricta, & in iis tanquam domibus inclufa crederentur; rationi convenit, Scripturam ideo negaffe Deum *in templis habitare*, ne populus, una cum templo, Gentium errorem acciperet; & prout Athei Deum in cœlo, fic & Ifraelitæ Deum in templo, claufum & circumfcriptum fomniarent. Hæc conjectura probabilior habeatur, quod Salomon non tantum inter preces, cum templum dedicaret, Deum [c] *in terra habitare* vel *cælo* ipfo *contineri*, diferte negaverit; fed cum primum animum ad templum ædificandum appulit, a Seipfo opinionis tam craffæ fufpicionem longe amolitus eft, dicens, [d] *cæli cælorum non comprehendunt Eum, & quis ego ut ædificem Ei domum, nifi ad fuffiendum coram Eo?* Et in iis quas dixi precibus, [e] ter, intra paucorum commatum fpatium, cœlum locum habitationis & refidentiæ divinæ appellavit. Quid autem Salomon veritatem hodie tam tritam & in vulgo notam [Deum fcilicet in cœlis habitare, nec tamen iis comprehendi] tam frequenter ingereret; nifi quod Gentes templa fua priores habuerint, iifque Deos fuos non tantum habitare, fed eorum divinitatem templorum parietibus, quafi feptis quibufdam contineri crediderint? Maxima nempe cautela opus erat, ne Salomon, cum templum extrueret, delirtis Gentium dogmatis adblandiri vel occafionem præbere videretur.

SECT. IV.

Quarto, ratione petita a Templi utriufque erectione fponte præftita.

HOC etiam fententiæ noftræ fidem afferat, quod conftet Ifraelitas, nullo explicato Dei juffu, fed animi fui inductione & plane fponte, Templum fuum utrumque fabricaffe. Ut vis hujus argumenti percipiatur, ufui erit rem totam altiufcule repetere, & nonnulla de duplici eorum templo [Mobili uno, Fixo altero] prælibare. Templi Mobilis nomine Tabernaculum intelligo, quod nomine *Templi* & *Domus Domini* [f] in fcriptis facris & Rabbinicis non femel decoratur. Confentit [g] *Jofephus*, qui de Tabernaculo loquens, *ex ea materia*, inquit, *conflatum erat*, *quod* ἐξ ὧν μεταφερόμενα καὶ συμπεριονοστοῦντες ναῷ διέφερε, *nihil ab ambulatorio & portatili templo differret.* Cum enim Ifraelitæ fedibus incertis in deferto oberrarent, *Templum portatile* eorum circumftantiis apprime conveniebat. Cum autem fedes in terra promiffa fixas, & res a bello quietas obtinuiffent; *Templum fixum*, Salomone tanti negotii molem fuftinente, Hierofolymis erigebatur. Ut itaque fententiæ meæ veritas eo clarius elucefcat, probare conabor, utriufque templi [Mobilis & Fixi] gentis Ifraeliticæ voluntati & æmulationi, magis quam Dei voluntati vel præcepto, principium afcribendum effe.

a Lib. de *Germ. morib.* b Lib. de *Monarc. Dei.* p. 107. c 1 *Reg.* 8. 27. d 2 *Par.* 2. 6. e 1 *Reg.* 8. 39, 43, 49. f *Pfal.* 27. 4. 1 *Sam.* 1. 9. *Jof.* 6. 24. g *Antiq. Judaic.* l. 3. c. 6. p. 106. 25.

1 *Eufebius* tradit *Juftinum* fcripfiffe Librum περὶ Θεοῦ μοναρχίας ἣν οὐ μόνον παρ' ἡμῶν γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων. *Ecclef. Hiftor.* l. 4. c. 18. p. 179. Liber autem ille quo nos fruimur, eft imperfectus: fcriptorum enim teftimoniis tantum Gentilium, *Dei monarchiam* probat.

TEM-

TEMPLUM Mobile vel Tabernaculum (ut inde ordiar) populi præcipue studio & voluntati principia debuisse, duobus argumentis addoctus me persuasum habeo: SECT. IV.

Tabernaculum cur extructum.

(1°.) PRIMA Dei verba de Tabernaculo extruendo facta, permittentem potius quam præcipientem sonare videntur. Sic enim incipit, [a] ubi Tabernaculi materia & forma prolixe traditur: *tunc alloquutus est Jehova Mosen, dicendo, edic filiis Israelis, ut accipientes offerant mihi oblationem; ab omni viro* [b] *cujus animus sponte moverit eum, accipite oblationem mihi.* Ubi prima quidem verba mandati speciem ferunt, ne populus Tabernaculum extruens, Mosis potius voluntati quam Dei mandato, morem gessisse videretur; adeoque Tabernaculum & cultus in eo peragendus minoris haberetur. At si textum integrum propius intueamur, facile percipiamus, eum a Deo, non tam jubente, quam indulgente & connivente, traditum. Nihil enim ad Tabernaculi structuram necessarium a populo exigitur, eum illius materia tantum e spontaneis populi donariis parari debuerit, nec quisquam lege diserta motus, sed pia voluntate ductus, ad Tabernaculi structuram obtulerit. Adeo ut, si rationes rite subducantur, cuivis appareat, Deum Tabernaculi negotium in populi voluntate & arbitrio pene totum posuisse. Anne enim Deus legem disertam de Tabernaculo extruendo tulisse, censeri possit, cum nihil, nisi a [c] volentibus, ad illius structuram requisitum acceptari voluerit? Pessimum profecto disertæ legis exordium, *quicunque vult.* Nemo itaque paulo consultior, dubitare possit, quin Tabernaculum, æque ac cultus Mosaici pompa & varietas, e propensa potius Hebræorum voluntate quam Dei studio vel præcepto originem habuerit. Hoc & eo proclivius creditu, quod Israelitæ eo animi impetu & ardore ad donaria afferenda ferebantur. Cum primum enim Tabernaculi ædificandi, & ad operis impensas offerendi, licentiam sibi datam norant; *egressa est*, inquit [d] historia, *omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Mosis, & obtulerunt quique pro affectu cordis sui, & mente prompta atque devota, oblationes Domino, ad opus Tabernaculi testimonii: —— Et intulerunt viri cum mulieribus prompto corde, armillas & inaures, annulos & dextralia*, &c. Quibus verbis, observante [e] Pellicano, *describitur obedientia devota & prompta populi ad donaria in Tabernaculi usum offerenda, —— gaudebant enim sibi permitti ceremonias, & ornatum in cultu Dei sui, ut viderant etiam in Ægypto.* Scite quidem & fidei consentanee: nam incredibile est, tam crassam & a Dei lege cultuque tam aversam gentem, aurum, argentum, armillas, inaures, & pretiosa quævis alia, Deo dicare voluisse, nisi sponte sua, nulla vi legis alicujus adhibita, obtulissent: nec minus a fide abhorret, eos sponte prompteque adeo offerre voluisse, nisi quod rituali & splendido Ægypti cultui assueti fuissent, & Deum cultum ab Ægypti more non prorsus alienum permittere velle, se persuasos habuissent.

HIC forte non-nemo mihi opponet ea Legis verba [[f] *& facient mihi Sanctuarium*, &c.] quæ Tabernaculi structuram, non tantum permittere, sed & præcipere, videantur. Sed Objectionis hujusce parata est & prompta solutio: nam verbis illis, quamvis præcepti formam gerentibus (quod Hebræi *modo*, quem vocant, *potentiali* careant) vis permissionis aut directionis solummodo tribuenda est; eo quod certum sit, totam pene cultus Mosaici pompam & apparatum Patriarchis ignotum fuisse, eumque Deum solummodo tolerasse, ne populum Israeliticum, qui mores Ægyptios nondum plane dediscere poterat, irritaret, & a legibus Ejus prorsus aversum redderet.

(2°.) NON desunt opinandi causæ, Tabernaculum inter sacra illa plurima numerandum esse, quæ Deus solummodo toleravit, & ex Ægypti ritibus in cultum proprium transtulit. Nam [g] *Amos* pessimos eorum mores in desertis Israelitis exprobrans, *tulistis*, inquit, *tabernaculum Moloch*; mote proculdubio ab Ægyptiis hausto, ideoque diu ante Tabernaculum extructum inter eos usitato. Ne itaque Israelitæ, moribus Ægyptiis addictissimi, Tabernaculum Molocho facerent, & illud ritu gentilitio & triumphali circumferrent; iis Tabernaculum Deo facere, & in ipsius honorem circumferre permittebatur. Veritatem hanc argumentis * alibi prolatis ita munitam dedi, ut apud lectorem consultum nullum dubitationi locum reliquisse videar.

SI jam a Templo hoc mobili [Tabernaculo] ad Templum fixum, e lapidibus & cedro conflatum, procedat sermo; hoc etiam populi potius quam Dei voluntate structum, & permissum verius quam præceptum, inveniamus. Cum enim David templum ædificare secum statuisset, satis inde pateat, neque Davidem, præcepto ullo adstrictum,

De origine Templi fixi.

a Exod. 25. 1. b *Cujus cor benevolo affectum fuerit: non autem per vim accipietis oblationem meam.* Jonath. Par. in loc. c Exod. 35. 5. d Exod. 35. 20, 21, 22. e Comment. in loc. f Exod. 25. 8. g Cap. 5. 26. * Lib. 3. Dissert. 2. cap. 3.

SECT. V. hujuſmodi propoſitum concepiſſe, neque Deum ratum illud aut acceptum habuiſſe. E verbis etiam Salomonis diſcere eſt, eum non Dei juſſu, ſed arbitratu ſuo templi extruendi provinciam ſuſcepiſſe; * *cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, ſicut locutus eſt Dominus patri meo*, &c. Hoc paulo luculentius intelligitur e 2 *Par.* 2. 1. Ubi Salomon *decreviſſe* dicitur, *ædificare domum nomini Domini, & domum regno ſuo*: quaſi operi utrique, libenter & nemine cogente, manum admoveret.

Probe novi, [a] *Maimonidem*, Scriptores [b] *Talmudicos*, & alios e eatagente, paſſim aſſerere, lege Moſis præceptum eſſe, ut templum [domus e lapidibus & cedro conſtans] extrueretur. Atque hæc ſententia, non heri nata, ſed ſeculis antiquioribus inter eos accepta, videatur. [c] *Joſephus* enim hoc de Davide referre non dubitavit, Ἐβούλετο τῷ Θεῷ κατασκευάσαι ναὸν, ὡς Μωϋσῆς προεῖπεν· *Decrevit exædificare templum Deo, quemadmodum prædixit Moſes.* [d] *Strabo* hoc a Judæis antiquis accepiſſe videtur qui refert, Moſem docuiſſe *homines*, τέμενος ἀφορίσαντας καὶ σηκὸν ἀξιόλογον, [Θεὸν] τιμᾷν ἕδους χωρίς· *Dignum ei templum & delubrum ſtatuentes, ſine imagine aliqua* Deum *colere*. Hic autem nec *Strabonem*, nec magiſtros ejus, audiendos arbitror, cum Deus ipſe plane contrarium aſſeruerit, 2 *Sam.* 7. 5, 6, 7, 12. ubi ſic Davidem alloquitur, cum templi ædificandi conſilium iniiſſet; *tune ædificares mihi domum quam inhabitem? quam non habitarem in æde alia, inde a tempore quo eduxi filios Iſrael ex Ægypto, uſque in diem hunc; ſed ambularem in tentorio & tabernaculo. Quocunque ambulabam cum filiis Iſrael, an locutus ſum quicquam ulli Judicum Iſraelis, -- dicendo, quare non ædificatis mihi domum cedrinam? —— Quando autem dies tuos compleveris, -- excitabo ſemen poſt te, quod prodibit e viſceribus tuis; ipſe ædificabit domum nomini meo.* Quaſi dixiſſet, "tune domum meditaris quam ipſe habitem, qui "cœlum & terram impleo? Sat conſtat, me pompam & ſplendorem ædis cedrinæ minime deſiderare, qui inde uſque ab exitu ex Ægypto, in humili tentorio contentus ambulaverim; nec quenquam e Judicibus antiquis, templi nondum extructi nomine, reprehenderim; dicendo cur cultum ἀδιάπτωτον & ſimplici tentorio præſtitum mihi etiamnum exhiberis? cur vos in ædibus e cedro factis, ipſe autem inter cortinas habito? "Quoniam autem jam templi ſplendidi extruendi ſtudio tenearis, tuam in me propenſam pietatem libens accipio. Nolo autem ut ipſe manus tuas, ſanguine pollutas, "operi tam ſacro admoliaris, filio tuo templum ædificandi licentiam conceſſurus. Ex hiſce liquido conſtat, Hebræorum ſententiam Dei verbis aperte repugnare. Neque cauſam eorum ſuſtentare poteſt locus [e] ille *Deuteronomii* cui præcipue nititur: *dabit vobis requiem Deus ab omnibus inimicis veſtris, & habitabitis confidenter: & erit locus quem elegerit Dominus Deus veſter, -- illuc afferetis -- holocauſta veſtra*, &c. Nam locus ille inter promiſſa potius quam præcepta numerari debet: nec quicquam præcipit (modo vim & ſenſum præcepti habeat) niſi ut cultus Tabernaculi, loco Dei electione ſacro peragatur.

Cum e jam dictis planiſſime conſtet, Iſraelitas, non tam Dei juſſu, quam ex animi ſui propenſione & deſiderio, templum ſuum utrumque fabricaſſe; conſentaneum eſt opinari, Gentium aliarum, Ægypti præcipue, mores hujuſmodi ſtudiis & deſideriis occaſionem præbuiſſe, adeoque me Tabernaculum & Templum e Gentium ruditate & uſu non male deduxiſſe.

SECT. V.

Ratione a religionis ethnicæ moribus & principiis hauſta.

GENTIUM antiquiorum religioni congruum eſt, ut Templa primum inter eas uſum & originem inveniſſe cenſeantur. Illi ſcilicet, ab ipſo Idololatriæ primordio heroas quoſdam fato functos (quos Hebræi *Baalim*, Græci Δαίμονας, appellant) in numinum ſuorum familiam aſcripſere, eoſque divinis honoribus coluere. Præ cæteris autem honoribus, quos hiſce minorum gentium numinibus tribuerunt, templorum & ſimulacrorum dedicationes memorandæ veniunt. Legimus enim de *Beth-Peor*, Deut. 34. 6. *Beth-Baal*, 1 Reg. 16. 32. *Beth Aſtartes*, 1 Sam. 31. 10. *Beth Baal-Dibon*, Iſ. 15. 7. de domo τοῦ Βὴλ in Apocryphis. Quos omnes priſca Superſtitio in Deorum cenſu poſuit, & templis aut domibus ſolenniter dicatis venerata eſt. Eorum familiæ accen-

* 1 *Reg.* 5. 5. a In *præcep. affirm.* 20. b *Gemar.* in *Sanhedr.* cap. 2. §. 6. c *Antiq.* Lib. 7. cap. 4. p. 290. 30. d *Geogr.* lib. 16. p. 1104. B e *Deut.* 12. 10, 11.

feri poteſt *Belus* ille cui [a] *Lactantius* idololatriæ originem aſcribit, & cui *Semiramin* fanum in arce Babylonia condidiſſe, his verbis ſcribit [1] *Periegetes*, SECT. V.

—— *μέγαν δόμον ἔσσατο Βήλῳ.*

Tribus autem de cauſis, Ethnici fortis hujuſce Numinibus templa vel domus peculiares conſecraſſe videantur,

(1°.) Ut heroas ſuos jam mortuos eo cultu rituque honorarent, qui locis & perſonis quas viventes ſuſtinuerunt, maxime convenirent. Prout itaque heroes illi, dum in humanis agebant, domos ſuperbe extructas, & aurea plurimum ſupellectile claras incoluerunt; ſic ethnici templa vel domus regia magnificentia extructas, & vaſis plurimum aureis exornatas, iis jam mortuis dedicarunt. Et prout heroes illi, dum in vivis erant, numeroſo gaudebant famulorum cœtu; ita ſacerdotes templis ſuis frequentes aderant, qui numinis hujus aut illius novi ſervos & domeſticos ſe profitebantur. Denique, prout heroes illi, dum hac luce fruebantur, non raro tentoriis tecti, & in ſervorum ſuorum humeros elati multa cum pompa circumferebantur; ita & ethnici heroas illos, civitate cœleſti jam donatos, eorumque thenſas & tabernacula, in [b] humeros eorum ſuſcipiebant, eaque ſolenniter & cum pompa quadam in populum proferebant.

(2°.) Gentes ideo templa & ædes numinibus hiſce novis conſecrabant, ut eas incolerent, adeoque præſto ſemper eſſent, ſi caſus aliquis difficilis & inopinatus opem eorum præſentem poſtularet. *Origenes* enim, Gentium *ναοὺς καὶ ἀγάλματα* deſcribens, ea loca fuiſſe dicit, [c] ubi *δαίμονες ἱδρύμενοι* *Dæmones collocati ſunt, ea loca vel ſponte ſua occupantes, ἢ διά τινων τελετῶν ἀχθέντες καὶ μαγγανειῶν, ὥσπερ οἰκεῖοι, vel, eo certis ceremoniis & invocationibus magicis adducti, illic quaſi habitant.* Ethnici tam craſſo fuerunt ingenio, quod anxii ſemper hærerent & ſolliciti, niſi Dii ſui locis aliquibus affigerentur, ut in rebus afflictis eo ſe conferrent, & Deos ſuos, eorum oculis & auribus propius admoti, alloquerentur. Iis itaque templa & ſimulacra dedicabant, ubi ſe Deos intueri & alloqui ſperabant,

Nec tam præſentes alibi cognoſcere Divos.

(3°.) Sua prima naſcentis idololatriæ tempora, pervaſit opinio per Gentilium animos, quod heroum animæ, corporum ſuorum ſenſu & amore ductæ, circa eorum ſepulchra & dormitoria frequentes convolarent. Ne itaque animæ illæ, quaſi laris incerti, miſere tandem oberrarent (ſic gentes luſit dæmon) ſimulacra primo, tandem & templa, quæ eorum animas hoſpitio acciperent, iis poſuerunt. Hanc conjecturam firmat, quod rempla Gentilium, ab ultima pene rerum ſuarum memoria, ſupra Heroum ſuorum loculos aut dormitoria conderentur. Hoc ſuſe probavit *Euſebius* Præparat. Evang. lib. 2. c. [d] 6. cui titulus, *περὶ τοῦ νεκρῶν εἶναι τάφους, τὰ καλούμενα αὐτῶν ἱερὰ τῶν Θεῶν· Sepulcra mortuorum eſſe, quæ Deorum templa nominantur.* Et [e] *Cyrillus Alex.* exemplis bene multis indicat, celeberrima Gentium templa fuiſſe ſepulcra vel monumenta mortuorum. Hiſce conſona ſunt nota illa *Prudentii* verba, l. 1. Cont. *Symmachum*,

Et tot templa Deum Romæ, quot in urbe ſepulchra
Heroum, numerare licet. ——

Et [f] *Arnobii* illa, *multa ex his templa, quæ tholis ſunt aureis, & ſublimibus elata faſtigiis, auctorum conſcriptionibus comprobatur contegere cineres atque oſſa, & functorum eſſe corporum ſepulturas. Ex eo nonne patet & promptum eſt, aut pro Diis immortalibus mortuos vos colere, aut inexpiabilem fieri numinibus contumeliam, quorum delubra & templa mortuorum ſuperlata ſunt buſtis?* Multa huc ſpectantia congeſſerunt, [g] *Kirchmannus*, [h] *Spondanus*, [i] *Heraldus*, [k] *Medus*, [l] *Doughteius*, aliique, e quorum alvearibus ipſe ſuffurari nolo. Si quid itaque fidei tot claris Auctoribus debeamus, Gentium templa, Heroum ſepulchra & animarum nobilium hoſpitia habebantur. Poſtquam itaque [m] *Celſus*, Scythas,

a De *falſ. relig.* c. 23. b *Amoſ.* 5. 26. *Baruc.* 6. 26. *Iſ.* 46. 7. c Contr. *Celſ.* lib. 3. p. 131. d Vid. etiam l. 2. c. 5. p. 70. e *Cont. Julian.* p. 342. f Adverſ. *Gent.* l. 6. p. 193. g De *funerib. Roman.* l. 2. c. 27. h De *Cœmeter. ſacr.* l. 1. P. 1. c. 8. l. 9. i In *Minuc. Fel.* c. 29. k *Apoſt. poſt. temp.* c. 5. p. 633. l *Par.* 1. *Anal. Sacr. Excurſ.* 175. m Ap. *Orig.* lib. 7. cont. *Celſ.* p. 373.

1 Vid. *Dionyſ. Perieg.* cap. 25. v. 825.

SECT. VI. Perfas aliosque, præter gentium aliarum morem, templa rejicere tradidiffet; hanc rei tam infolitæ ratiooem, ab [a] *Herodoto* mutuatam, reddit, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς Θεοὺς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι· *Ut mihi quidem videtur, quia Deos non credunt ex hominibus ortos, qua Græcorum est opinio.*

Cum itaque gentes antiquiores Heroibus fuis, haud ita pridem divinitate donatis, cultum exhiberent, & eorum animi ea quam dixi fide de nuperis hifce numinibus imbuerentur; ipfa religionis ethnicæ priocipia fentire fuadent, templa e ruditate Gentium initia traxiffe, & ipfam cultus fideique fuæ naturam, non minus templa quam fimulacra faciendi caufam ethnicis præbuiffe.

SECT. VI.

E templi, tam portatilis quam fixi, novitate.

AD fententiam noftram firmandam, templi [tum portatilis tum fixi] novitas argumentum fuggerit. Nam a primo rerum exordio ad Mofis usque tempora, Dei cultores, templa, hoc eft, tabernacula vel ædes auguftas, fingulari Numinis præfentia decoratas habuiffe, nusquam legimus. Homines impii quidem (quod aotea diximus) ut primum a vero Deo ad idolorum cultum deflexere, illico noo altaria folum, fed & [b] templa magnifica erexerunt. Statim a Nino & Belo, a quibus idolorum fervitus incepiffe creditur, templum illud ampliffimum, quod [c] duorum jugerum fpatium occupavit, extruebatur. Quamvis autem multi Reges & Patriarchæ, ante Legem fcriptam atque etiam poft illam, Deo vero cultum exhibuerint, uemo tamen illorum templum erexiffe legitur. Sancti illi viri, partim in ædibus fuis privatis (tanquam tot pietaris officinis) partim in locis quibusdam Dei apparitione vel beneficio aliquo accepto celebribus, facrificia obtulerunt, & reliqua cultus divini munia obierunt. [d] *Noah*, Arca nuper egreffus, altare Jehovæ ftruxit, & facrificia obtulit. *Abrahamus* inter Bethel & Ai altare excitavir, & ibi [e] nomen Domini invocavit, quod eo in loco Dominus ei apparuerat. *Jacobus* Patriarcha, eo in loco quem Deus præfentia fua vifibili facrum & auguftum fecerat, erexit altare, & Deu . precibus & facrificiis celebravit. Adeo ut Patriarcharum temporibus, cultus divini fimpliciras, naturæ divinæ fimplicitatem imitari videretur, utpote locis nullis aftrictus, nec Tabernaculo vel Templo fplendido decoratus, aut operofo rituum apparatu peragendus.

Postquam autem fimplex illa, libera, & (pene dixeram) [f] Evangelica, Deum colendi ratio tot feculorum pietatem exercuiffet; Tabernaculum (fi ætatem illam fpectemus) ornatiffimum exftruebatur, & religio ei devincta, e plurimis conflata ceremoniis, per Mofen tradita: & poft longum temporis intervallum, Templum a Salomone extructum eft, quo nihil Sol viderat elegantius & magnificentius; cui etiam Deus præfentiæ fuæ figna, & præcipuas cultus fui partes, adftringi voluit. Unde factum eft autem, quod Templum tanto fplendore clarum, & cultus adeo magnificus & operofus, non nifi poft tor fecula transacta, in ufum venerit? Anne quod Deus fimplicem Patriarcharum cultum minoris jam æftimaret, &, Regum humanorum ritu, fplendido rerum apparatu & cultu multa cum pompa præftito demulceretur? Abfit ut fumma cœli majeftas imaginatione tam vili & abjecta læderetur! Rationi & pietati magis confentaneum eft opinari, hominum mores & ingenia, fub Mofis tempora, mutarionem ingentem fubiiffe, & Deum, ut imbecillitati populi fuccurreret, Seipfum & ioftitota fua ad mores receptos plurimum demififfe. Nempe *Mofis* ævo, fic Ægyptiorum & aliarum gentium more comparatum erat, ut Diis fuis cultum ex operofa rituum farragine conftantem exhiberent, eos delubris, altaribus & fimulacris colerent, & Numinum fuorum ἐπιφανείαις, oraculis, & hujusmodi coofpicuis præfentiæ fuæ fignis e delubro aliquo vel fimulacro editis, ad libitum fruerentur. Cum itaque Ifraelitæ, e longo cum Ægyptiis eorumque ritibus commercio, in eorum mores & affectus pene toti tranfiiffent, adeoque Deum in templo habitantem, & ipfis eorum oculis auribusque fe ingerentem, impeofe defiderarent; Deo vifum eft ad eorum tarditarem accedere, & feipfum altaribus, Cherubinorum fimulacris, & templo, oraculis & ἐπιφανείαις Ejus illuftri, colendum & pene palpandum exhibere: ut populi ruditate ad eorum falutem, & eorum

a Lib. 1. cap. 131. b *Hof.* 8. 14. c *Diod. Sic.* l. 2. p. 98. d *Genef.* 8. 20. e *Gen.* 12. 8. f *Revel.* 21. 22.

perverfo

perverso morum Ægyptiorum desiderio in idololatriæ remedium, uteretur. Certe, si hæc ratio satis solida censeatur, noo est infirmitatis meæ causam invenire, cur Deus, oon nisi post annos bis mille elapsos, tabernaculum tam splendidum fabricari, & tot præsentiæ suæ signis illustrari voluerit. SECT. VII.

SECT. VII.

Ratione petita a ruditatis Ethnicæ signis in templo conspicuis.

SEPTIMO: si templum spectemus quatenus Numinis habitaculum, tot in eo se produot ruditatis & simplicitatis antiquæ monimenta, quod Gentium ruditas templo origioem dedisse facile censeatur. Nam habitaculum χειροποίητον ipsi Deo assignatum, indicio est, illius auctores conceptus admodum crassos & antiquioris ævi ruditatem olentes, de Deo habuisse.

Nam (1°.) Qui primi templum aut habitaculum (si præsertim splendidius) Deo posuere, credidisse videntur, Illum aut honotem, aot quietem, aut tegumentum ad cœli injuriam propulsandam desiderare. Hac equidem opinione nihil crassius aut ineptius in omnibus temporum antiquiorum deliriis inveniri potest; ea tamen, non Gentilium solummodo, sed & Judæorum vulgarium, animos infecisse putetur. Genres ita somniasse, causam opinandi præbent [a] *Arnobii* verba: *Templa quarimus in Deorum quos usus, aut in rei cujus necessitatem, aut dicitis esse constructa, aut esse rursus ædificanda censetis? Hiemalia sentiunt frigora, aut Solibus torrentur æstivis? pluvialibus nimbis perfluuntur, ventorum eos aut turbines vexant?* &c. Idem e *Luciano* discere licet, qui, Gentilium vanitatem circa Deos colendos [b] perstringens, ἔπειτα δὲ ναοὺς ἐγείραντες, inquit, ἵν' αὐτοὶ μὴ ἄοικοι, μηδ' ἀνέστιοι δῆθεν ὦσιν· *Deinde vero templa in eorum honorem erigunt, ne tectis videlicet & penatibus sint destituti.* Ad hanc Gentilium de Diis & Dæmonibus eorum opinionem digitum intendere videtur Apostolus, *Actor.* 17. Cum enim Athenienses ei vitio verterent, quod esset [c] καταγγελεὺς τῶν ξένων δαιμονίων, eo quod τὸν Ἰησοῦν καὶ Ἀνάστασιν populo annunciaret; eo se crimine liberat Apostolus, dicens se Deum verum annunciare, multis nominibus Dæmonibus eorum præferendum. Nam, inquit, [d] *Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, quum sit cœli terraque* [a] *Dominus*, (non loci, montis, urbis, aut alicujus fluvii custos, quod de vestris dæmonibus perhibetis) *in manufactis templis* (uti δαίμονες vestri) *non habitat: nec manibus hominum colitur, rei alicujus egens;* prout δαίμονες vestri, [f] templis & simulacris suis insidentes, victimarum nidoribus tanquam pabulo suo inhiantes: *cum Ipse det omnibus vitam, halitum, & omnia:* cum δαίμονες vestri privatis & propriis eorum ministeriis gaudeant, & alius vitam, halitum alius, sapientiam tertius, largiri credatur. Si a Gentilibus ad Judæos se convertat sermo, eorum etiam nonnulli credidisse videntur, Deum templum, tanquam quietis & refrigerii locum, desiderare. Non semel enim in scriptis [g] Canonicis & Apocryphis, verba huic opinioni clare repugnantia reperiamus; quod suspicioni dat locum, eam in vulgarium saltem Judæorum animis altius insedisse.

(2°.) Qui hujusmodi habitacula primi statuerunt, eo animo fecisse videntur, ut Deum tanquam præsentem adire, *affari de proximo, & quasi coram & cominus contueri, possent:* persuasi scilicet semotam a rebus humanis Dei in cœlo habitantis curam, & preces, nisi in ipso Numinis habitaculo effusas, nunquam exaudiri. Hanc superstitionem ridet Luciani *Demonax:* nam dicente quopiam ex amicis, [h] *abeamus o Demonax in Æsculapii templum, pro filii salute oraturi;* πάνυ, inquit, κωφὸν ἡγῇ τὸν Ἀσκληπιὸν, εἰ μὴ δύναται κἀντεῦθεν ἡμῶν εὐχομένων ἀκούειν· *Vehementer surdum existimas Æsculapium, si nec isthic nos orantes exaudire potest.* Tacite reprehendit *Seneca*, a [i] *Lactantio* citatus, *vultis ne vos Deum cogitare magnum, & placidum; & majestate leni verendum; amicum, & semper in proximo? —— Non templa illi congestis in altitudinem saxis struenda sunt: in suo cuique consecrandus est pectore.*

a Adv. Gent. l. 6. p. 19'. b Lib. de sacrif. p. 185. c V. 18. d V. 23. e V. 24.
f Ait Origenes Christianos dedicare templa & simulacra, ἐν ἀψύχῳ καὶ ἀναισθήτῳ, ἀλλὰ δαιμόνων λίχνων ἱδρυθέντων τοῖς ἀψύχοις ... Cont. Cels. l. 8. p. 390. g Jes. 66. 1. 2 Mac. 14. 35. Act. 7. 48. h In vit. Demon. p. 552. B

i De vero cultu: L. 6. c. 25.

SECT. VII. (3°.) Qui templum pro habitacolo divino primi fabricarunt, de naturæ divinæ sanctitate & excellentia plane singulari, parum pro dignitate cogitasse videntur. Nam domicilium manu fabrili & e vili materia factom, nullum cum Dei natura & sanctitate consensum colit. Hoc vidit vel ethnicus *Zeno*, dicens, [a] ἱερά τε οἰκοδομεῖν οὐδὲν δεήσει· ἱερὸν γὰρ μὴ πολλοῦ ἄξιον, καὶ ἅγιον οὐδὲν χρὴ νομίζειν· οὐδὲν δὲ πολλοῦ ἄξιον, καὶ ἅγιον, οἰκοδόμων ἔργον καὶ βαναύσων· *Ædes sacras extruere nihil attinet. Nihil enim sacram esse putandum est, quod non idem & magni pretii & sanctum est; sanctam autem magnive pretii nihil est, quod a fabris & operariis illiberalibus factum est.* Cum itaque Veteres ethnici, qui sanctitatis partem haud exiguam templis adscribebant, Christianis templorum neglectum crimini verterent; scite & sæpe responderunt, Deum non in templis manufactis, sed in nostra ipsorum mente, esse dedicandum.

(4°.) Primi templorum Auctores, Divinitatem septis quibusdam [b] contineri, & illius vim & præsentiam templi parietibus includi, posse censuerunt. Ideo nempe templum Deo posuerunt, ut Eum in promptu semper haberent, & in rebus afflictis non difficulter adeundum; Deum qui ubique esset, nullibi esse, pro certo statuentes. Ethnicorum vulgus hanc opinionem de Divinitate concepisse, suspicandi causam præbet [c] *Euripides*, cum dicit,

Ποῖος δ' ἂν οἶκος τεκτόνων πλασθεὶς ὕπο,
Δέμας τὸ θεῖον περιβάλοι τοίχων πτυχαῖς;

Qui posset ædes structa fabrili manu
Tenere vim parietibus inclusam Dei?

Judæos etiam non minus crasse de Deo judicasse, e Prophetæ verbis intelligitur; [d] *cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum: quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus, vel quis locus quietis meæ?* Quæ verba [e] *S. Cyrillus Alexandrinus* eleganti paraphrasi sic illuminavit: ἀνεδείματο ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τὸν διαβόητον ἐκεῖνον ναὸν ὁ σοφώτατος Σολομών &c. *Ædificarat Hierosolymis celeberrimum illud templum Salomon sapientissimus; quo mirifice lætabantur Judæorum populi*, ᾤοντό τε ὅτι κατῴκηκεν ἐν αὐτῷ περιειλημμένος ὁ τῶν ὅλων Θεός· *& existimabant in illo circumscriptum habitare universorum Deum.* — *Quare cum exiliter de Deo sentirent, illos arguit his verbis*, quam domum ædificabitis mihi, cui sedes cœlum, terra scabellum? *Oportebat enim clare ostendere, iis qui naturam illius circumscribi ac coerceri loco arbitrabantur, illam esse ubique, nec ulla re capi, sed potius ire per omnia, & cœlum ipso plenam esse, terram item plenam.* Huic veritati fidem difficillimam præbuerunt Hebræorum & ethnicorum vulgus: ideo enim templa & simulacra, præ cæteris religionis insignibus, plurimi æstimarunt, quod Deum præsentem sistere, Eumque intra certos cancellos (facile adeundum) coercere, crederentur. Atque hæc Veterum deliria multum commendant saniorem [f] *Josephi* mentem, qui Salomonem, templum dedicantem, sic orare facit, σὺ οἶκον μὲν αἰώνιον ἔχεις, ὦ δέσποτα, &c. *Tu quidem sempiternam domum habes, Domine, nec ignoramus Te tibiipsi haud universi molem condidisse, quam totam imples, nec tamen ab ea caperis. Hoc autem templum ideo nomini tuo adornavimus, ut in hoc, sacrificiis & precibus in cœlum missis, tibi propitio litaremus*, πεπεισμένοι διατελοῦμεν ὅτι πάρει, καὶ μακρὰν οὐκ ἀφέστηκας· *Certo persuasi quod & hic adsis, & nusquam interim absis.* *Josephum* Judæum ita sapere potuisse, eo minus incredibile videatur, quod sic [g] *Heraclitus* ethnicus populares suos alloquatur; ὦ ἀπαίδευτοι ἄνθρωποι, διδάξατε ἡμᾶς, τί ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ναοῖς ἀποκεκλεισμένος, *O rudes homines, docete nos, quis sit ille Deus, qui in templis concluditur.* Ἀπαίδευτοι, οὐκ ἴστε ὅτι οὐκ ἐστὶ Θεὸς χειρόκμητος &c. *O indocti! non scitis quod Deus manufactus non sit, neque a principio fundamentum suum habeat aut circumferentiam? Universus mundus ejus templum est, animalibus, plantis, & stellis variegatus.*

Cum itaque templum, quatenus habitaculum Deo alicui sacrum, tot mentibus nostris objiciat simplicitatis antiquioris monimenta; sententiam S. *Chrysostomi*, Templi originem Gentium ruditati tribuentis, non levi de causa probasse videamur.

a Ap. *Clem. Alex. Strom.* l. 5. p. 169. 30. b *Non prima & maxima contumelia est, habitationibus Deos habere districtos?* Arnob. *adv.* Gent. l. 6. p. 191. c Ap. *Clem. Alex.* ub. supr. d *Jes.* 66. 1. e Lib. 2. cont. *Julian.* p. 72. f *Antiq. Judaic.* l. 8. c. 4. p. 348. g In *Epist. ad Hermodor.* p. 51.

SECT.

SECT. VIII.

Firmatur testimonio triplici.

NE sententia mea, hisce tantum argumentis firmata, apud nonnullos, auctoritate citius quam ratiooe doctos, amittat fidem; ad firmitatem & fidem paulo majorem ei conciliandam, tria virorum celebrium subjungam testimonia.

[a] ORIGENIS testimonium (quod primum exhibeo) sparsim effertur & prolixe: ideoque Lectori forsan haud ingratum fuerit, si illud paucioribus [b] *Grotii* verbis compactum tradam: *Origenes contra Celsum pari loco ponit* simulacra & templa: *dicitque ea primum dicata dæmonibus, qui aut carminibus inducti, aut per se locis quibusdam assueti, ob nidores iis adhærescerent.* Et paucis interjectis, *sensit*, inquit, *Origenes Deum, cum Templum sibi fieri permisit a Salomone, pari id fecisse proposito, quo & Altare & Victimas indulsit, nempe ut se populi ingenio aptaret, ac eos ritus sibi vindicaret, quos alioqui populus falsis Diis erat impensurus.*

SIC etiam [c] *Maimonides*, de idololatris antiquissimis verba faciens, nobiscum suffragatur: *constat homines illos templa exstruxisse stellis, in eisque collocasse imaginem, ad quam colendam unanimiter consenserunt. -- Hinc jussi sumus nos Templum ædificare Deo Opt. Max. atque in eo collocare Arcam*, &c.

HANC Sectionem claudant eruditi [d] *Cluverii* verba: *Templum Deus fieri sibi tandem, non jussit, verum concessit Salomoni*, ꟾꟾ CIↃ IↃ CCCC *circiter annis post orbem conditum: quod jam antea pater Salomonis Davides statuere agitaverat, aliarum* HAUD DUBIE *gentium æmulatione.*

CAP. II.

Templi accidentalia a seculi moribus desumpta fuisse.

TEMPLUM, essentialiter spectatum, e seculi ruditate & consuetudine ortum traxisse, multis & certissimis argumentis patere censeo. Ut autem opus meum non concludam solummodo, sed perficiam; æquum est, ut Templi etiam accidentalia [ea quæ, non ad essentiam, sed illius ornatum aut complementum, spectant] eidem origini danda probem. In horum autem accidentalium numerum plurima veniunt, de quorum nonnullis sigillatim differere, provinciæ jam susceptæ consentaneum arbitror.

SECT. I.

Templi Magnificentiam.

PRIMO: inter Templi accidentalia, quibus seculi usus occasionem dedit, illius magnificentiam numerandam arbitror. *Magnificentia* vero nomine intelligo singularem structuræ pulchritudinem & elegantiam, materiæ splendorem & excellentiam, præcipue vero domus totius amplitudinem & augustam majestatem. De hoc argumento, ut sermonem facilem & distinctum habeam, ostendam primo, Templi magnificentiam plane singularem fuisse, & vix verbis assequendam; secundo, magnificentiam hanc ei, quam dixi, origini ascribendam esse.

Templi magnificentia singularis.

IPSAM Templi magnificentiam (ut inde sermonis initium faciam) plane singularem fuisse & vix verbis assequendam, facile credi potest; cum Villalpandus, [e] *egregius seculi nostri theologus & mathematicus*, asserere non dubitet, Templi Salomonici gloriam, non Tabernaculi tantum, sed & templorum Ethnicorum, splendorem (prout Sol ignes minores solet) omnino superasse & extinxisse. Cum enim Ephesianum Dianæ templum, (Asiæ totius impendio, ducentorum annorum molimine, & multorum Regum ope studioque structum) memorasset; continuo addit: [f] *Dianæ templum -- cum Sa-*

a Cont. Cels. l. 3. 7. & 8. b *Annot.* ad *Act.* 7. 48. c *Maimonid. Mor. Neb.* P. 3. c. 45. fol. 171. col. 1. d *German. Antiq.* l. 1. c. 34. p. 281. e Hoc eum elogio ornat *Selden. de Jur. nat. & gent.* p. 06. f Tom. 2. P. 2. de *Templo Exec.* p. 558. 559.

SECT. I. *lomonico-collatum, mus videbitur coram elephante.* Et ſtatim poſtea, *multis partibus miraculum illud Epheſiani templi ab unica Salomonici parte* [atrio] *ſuperatur.* Hanc ſententiam tulit auctor ille, cum hujusmodi ſtudiis annorum triginta ſudores & vigilias impendiſſet. Ei vero talia aſſerenti veritatem non defuiſſe, proclivius eſt opinari, quod David, templi ſtructuram meditans, *Domus*, [a] inquir, *Domino ædificanda* erit להגדול למעלה *ad* [b] *magnificentiam, ad excellentiam, ad nomen & ad gloriam in omnibus terris.* Hæc ipſa verba indicio ſunt, Davidem templum, ſupra omnia quæ gentes vicinæ jactare poterant religionis monumenta, magnificum & glorioſum, in animo concepiſſe. Idem iodicat copioſa illa, ranto opere ſtudioque collecta, materies Templi ſtructuræ ſeparata. Quid enim [c] David & Salomon tam ingentem auri & argenti vim, quod vel in ſeculi aurei hiſtoria vix fidem inveniret, undique cortaderent, niſi quod templum ædificare ſtatuiſſent, cujus amplitudo & opulentia præſentium ſimul & futurorum templorum gloriam longo intervallo antecederent? Ita Judæos antiqnos (nec immerito) cenſuiſſe, nos docent [d] *Theophylacti* illa, μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ ναῷ Ἰουδαῖοι· οὐδὲ γὰρ ἦν ἀλλαχοῦ γῆς τοιοῦτος ναὸς, ἢ κάλλει ἕνεκεν, ἢ πολυτελείας· *Judæi admodum ſuperbiebant templi nomine: neque enim hujusmodi delubrum in aliis terris erat, quod vel pulchritudinis nomine, vel ſumptuum magnitudine, cum hoc conferri poſſet.* Cum *Theophylacto* facile judicabit, qui ad luculenram templi illius deſcriptionem, quæ apud [e] *Joſephum* extat, animum advertet, & inde de operis magnitudine, arte, & opulentia, conjecturam faciet. Structuræ forte tam magnificæ conſideratione perculſus, ſic gentem ſuam affator [f] Baruch, *O Iſrael, quam magna Domus Dei, & quam prolixus locus poſſeſſionis ſuæ!*

E gentium moribus orta.

SECUNDO: Oſtendi jam debet, hanc Templi magnificentiam gentium ruditati & vulgari Hebræorum ingenio originem ſuam debuiſſe. Hanc itaque ſenrentiam ſequentibus argumentis munitam dabo, vix ullam (arbitror) apud lectores æquiores dubitandi locum relicturis.

(1°.) GENTILIUM rempla (Salomonis multo vetuſtiora) ea amplitudine, ſplendore, & ſtructuræ elegantia inclaruere, quod ad eorum magnificentiam adaugendam, materia cum opere, natura cum arte certaſſe videantur. In ejus rei fidem teſtem advoco *Diodorum Siculum* qui perantiquum illum Ægypti Deum, *Oſirin* memorans ἱδρῦσαι, [g] inquit, ἱδρύσασθαι ἱερὸν τῶν γονέων, Διός τε καὶ Ἥρας, ἀξιόλογον τῷ τε μεγέθει καὶ τῇ λοιπῇ πολυτελείᾳ, καὶ ναοὺς χρυσοῦς δύο Διός, &c. *Multi tradunt eum poſuiſſe parentibus ejus, Jovi & Junoni, templum magnitudine & ſumptu nobile: fana inſuper duo Jovi aurea, majus cæleſti, minus ei quem Ammonem vocant, ipſum dedicaſſe ferunt.* Κατασκευάσαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων Θεῶν ναοὺς χρυσοῦς· *Statuiſſe etiam Diis aliis Templa aurea*, &c. Et poſt [h] paucas paginas, idem auctor quatuor templorum meminit, ab antiquiſſimis Ægypti regibus Heliopoli extructorum, τό τε κάλλος καὶ τὸ μέγεθος θαυμαστοὺς, *pulchritudine ſimul & magnitudine mirabilium. Horum*, inquit, *unum ſtadiorum tredecim circuitum, & 45. cubitorum altitudinem habuit*, ἀκόλουθον δὲ τῇ μεγαλοπρεπείᾳ ταύτῃ καὶ τὸν ἐν αὐτῷ κόσμον τῶν ἀναθημάτων γενέσθαι, τῇ τε δαπάνῃ θαυμαστὸν, καὶ τῇ χειρουργίᾳ περιττῶς εἰργασμένον· *Cui magnificentia par erat rerum ibi conſecratarum ornatus, tum impenſis admirandus, tum manuum opere exquiſite elaboratus.* Refert etiam [i] *Herodotus* de ſano quodam inferiore, ad magnificum Jovis belli templum pertinente, aurea ſupellectile tam illuſtri, quod Chaldæi ταλάντων ὀκτακοσίων χρυσίου, *octingentorum talentorum auri opus æſtimaverint. Euſebius* etiam, Ægyptiorum, Phœnicum, & Græcorum ante tempora Trojana florentium, morem referens, [k] *templa magnifica, omnique ſignorum ac donariorum genere ad eximiam ſpeciem ornata, apud omnes in uſu*, memorat. Niſi itaque teſtibus hiſce, de re tam antiqua loquentibus, fidem omnem detrahendam cenſeamus; neceſſe videtur exiſtimare, magnifica Genrilium templa Salomonicum antiquitate ſuperaſſe, & eorum magnificentiam templi illius dignitati & apparatui ſplendidiſſimo cauſam & occaſionem præbuiſſe.

(2°.) NON facile eſt rationem excogitare, cur templum tam ſplendide & magnifice ſtrueretur, niſi quod ſeculi conſuetudo & populi Iſraelitici ruditas ita poſtularent. An enim templum ea opulentia & majeſtate conſpicuum Deo conſecratum eſt, ut domicilii ſui ſplendor & pulchritudo oculis ejus adblandiretur? vel quia Deus domus ſuæ gloriam præſentia ſua amplificare noluit, niſi illam deauratam & pretioſa ſupellectile inſtructam reperiiſſet? Abſit ut tam ridicule vel per ſomnia cogitemus, cum præſertim Deus in humili tentorio ſe diu contentum ambulaſſe, nec quicquam de domo ce-

a 1 *Par.* 22. 5. b Εἰς μεγαλωσύνην ἄνω, εἰς ὄνομα καὶ εἰς δόξαν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. *LXX.* c 1 *Par.* 29. 2, 3, 4, 5. &c. d *Comment.* in cap. 9. ad *Hebr.* v. 24. e *Antiq. Jud.* l. 8. c. 2. f Cap. 3. 24. g *Biblioth. Hiſt.* l. 1. p. 14. D h Pag. 43. B i Lib. 1. c. 183. k Ναούς τε περικαλλεῖς ἀγάλμασι καὶ ἀναθήμασι κεκοσμημένους, παρὰ τοῖς πᾶσιν, &c. *Præp. Evang.* l. 10. c. 4. p. 469. C.

drina

drina Judicibus in mandatis dedisse, tam [a] aperte profiteatur. Est itaque rationi simul & Scripturæ magis affine, ædem cedrinam, ultra omnia mortalia magnificam & illustrem, Deo dedicatam fuisse, ut illius excellentia summum contemplantibus stuporem injiceret, & ut rudis Hebræorum populus (qui de rebus ex aspectu judicavit) excellentem summi Dei majestatem ex ipsa Templi sui magnificentia æstimaret, & Deus cultusque Israelis tot saltem parasangis Gentilium numina & sacra, quot & Templum ejus eorum delubra, anteire crederetur. Hanc Templi magnificentiæ rationem ex ipsis Salomonis [b] verbis eliciamus: *Domus quam ipse ædifico magna* est: *magnus enim est Deus noster præ omnibus Diis.* Quasi dixisset, "sicut Diis gentium suæ sunt ædes sacratæ, "ita & par est, ut summum cœli terræque Dominum in domo Sibi dicata veneremur; "& prout Deus noster Gentium numina majestate vincit & antecellit, ita & æquum est "ut templum, Gentium delubra magnificentia vincens, ei consecretur; & ipsa domus "suæ fabrica tam auguste extruatur, ut Numinis intus habitantis majestatem aliquatenus referre videatur. SECT. I.

(3°.) JUDÆORUM natio, cultum multa cum pompa & splendore peragendum, & templum quo nihil venustius esset oculisve gratius, impensius optasse videantur. Hujus enim ingenii specimen ediderunt, cum Mosis, Salomonis, Zorobabelis, & Herodis, templum esset extruendum. Ab ornatissimo MOSIS templo (portatili) principium ducimus, [c] ἡ [γὰρ] σκηνὴ ναὸς ἦν, ἐν διαφόρῳ τινὶ ποικιλίᾳ τὸ κάλλος ἔχων· Nam *tabernaculum templum erat, inaudita quadam varietate* [d] *pulcherrimum.* Cum autem Templum illud mobile esset, illius ornatum suo præposuerunt Israelitæ, armillas, dextralia, & pretiosa quævis alia, ei affectu proclivi dedicantes. Nec voluntate minus propensa principes, aliique loci inferioris Israelitæ, ad augendam templi SALOMONIS gloriam & magnificentiam, aurum, argentum, gemmas, & hujusmodi alia [e] obtulerunt; & tandem templum erexerunt augustum adeo, quod operis mole & elegantia nulli cederet, quamvis ad religionem illam quæ tanto labore & pretio stetit, nullo (quod scimus) præcepto devincti essent. Et cum ZOROBABELIS templi fundamenta ponerentur, senes in fletum proruperunt, quod multum abesset a templi prioris amplitudine. Quamquam & illud ædificium oppido magnificum fuisse, e [f] *Dione* constet, qui, *Pompeii* gesta referens, templi illius a Pompeio expugnati mentionem facit, & illud appellat νεών τε μέγιστον καὶ περικαλλέστατον *templum maximum pulcherrimumque.* Consentit Scriptor [g] Apocryphus, qui illud τοῦ μεγίστου ἱεροῦ titulo decoravit. Templum autem hoc titulo dignum, inter medias gentis illius angustias extructum, clare docet, Judæos templo magnifico nil prius in votis & affectibus habuisse. Hoc etiam ostendit HERODIS templum, quod ipse sumptibus regiis, ad conciliandos sibi Judæorum animos, erexisse dicitur; quod etiam [h] *Josephus* vocat ἔργον πάντων ὧν ὕψει καὶ ἀκοῇ παρειλήφαμεν θαυμασιώτατον, κατασκευῆς τε ἕνεκα καὶ μεγέθους, ἔτι τε τῆς καθ' ἕκαστον πολυτελείας· *Opus omnium quæ audivimus aut vidimus maxime admirabile, tam extructionis gratia, quam magnitudinis, itemque in singulis rebus magnificentia.* Cum itaque Judæi eo templi magnifici studio & desiderio agerentur, inde credibiliter infero, Deum (qui gentem illam semper indulgenter habuit) ædem sacram, Gentium delubra magnificentia superantem, Judæis concessisse; ut quamvis machinam ad populi illius cor expugnandum adhiberet, & nihil deesset iis quod voluntates eorum alienas ad Deum & cultum ejus allicere potuisset.

(4°.) CERTUM est, Davidem, cum Templum ædificare secum statuisset, nihil nisi domum magnificam in votis & animo habuisse. Sic enim Deus ipse mentem ejus interpretatur: *an unquam locutus sum ipse judicibus Israelis, dicens, cur mihi* DOMUM E CEDRO *non extruitis?* Cum autem Deus domum magnificam, h. e. e cedro, auro, lapidibus arte multa laboratis, & hujusmodi rebus eximii pretii, conflatam, nunquam postulasset; minime credibile est, Davidem hæc in animum inducere potuisse, nisi Gentes vicinæ templis illustribus Deos suos coluissent, & eorum magnificentia pium Davidis animum ad æmulationem quandam provocasset. Certe Veterum scriptis sæpe summam ethnicorum templis gloriam & pompam tributam legimus. *Aristophanes in* [1] *Avibus* innuit, gentes Deorum ædes χρυσαῖσι θύραις θυρῶσαι solitas: eas auro plurimum ornatas ex [2] *Ovidio* discimus:

a 2 *Sam.* 7. 7. b 2 *Paral.* 2. 5. c *S. Greg. Nyss.* de *vit. Mos.* p. 180. D d *Psal.* 27. 4. e 1 *Par.* 29. 2, 6, 7, 8. 9. f *Dio. Cass.* lib. 37. p. 41. E g 2 *Mac.* 14. 13. h *De Bel. Jud.* l. 6. p. 1279. 35.

1 Vers. 614. 2 *Fast.* L. I. v. 224.

Sect. I.

Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,
Aurea. Majestas convenit ista Deo.

Sic & [a] *Arnobius*, ethnicorum templa vilipendens, eorum pompam exprimit: *fiat hæc licet ex molibus marmoreis fracta, laquearibus aut renitéant aureis, splendeant hic gemmæ, & sidereos evomant variata interstinctione fulgores; terra sunt hæc omnia*, &c. His & aliis Antiquorum testimoniis ubique obviis innotescit, hoc ante alia curasse Gentes, ne Dii sui vulgariter habitare viderentur.

(5°.) Hæc sententia multis insignium virorum testimoniis se tueri potest. Ego (ne longum faciam) duos tantum (ex antiquis unum, e modernis alterum) in rem præsentem citabo testes.

Ex Antiquis, sic [b] *S. Chrysostomus* causam nostram sustinet: ὅτε τῶν Αἰγυπτιακῶν θορύβων, καὶ τῆς τοῦ βαρβάρου τυραννίδος τὸν τῶν Ἑβραίων δῆμον ἀπήλλαξεν ὁ Θεός, ὁρῶν αὐτοὺς ἔτι λείψανα ἀσεβείας ἔχοντας καὶ περὶ τὰ αἰσθητὰ ἐπτοημένους, καὶ μεγέθη καὶ κάλλη ναῶν θαυμάζοντας, ἐκέλευσεν αὐτοῖς οἰκοδομηθῆναι ναόν, &c. *Quo tempore ab Ægyptiacis turbis & barbara* Pharaonis *tyrannide Hebræorum populum liberavit Deus, videns eos impietatis adhuc secum reliquias habere, rebusque omnibus sub sensum cadentibus ad insaniam addictos, templorumque magnitudinis ac pulchritudinis admiratione duci; templum ipsis exædificari præcepit, quod non modo materiæ magnificentia atque artis varietate, sed & structura forma, cætera omnia quæ ubique terrarum erant templa obscuraret. Et quemadmodum pater liberorum suorum indulgenter amans, filium profligatis & lascivis hominibus usum, ad se longo temporis intervallo recipiens, tuto & cum dignitate in majori rerum abundantia constitueret; ne in angustias aliquas conjectus, priorum recordatione atque etiam cupiditate corripiatur: ita Deus, Judæos ad res sensibiles cum stupore propensos videns, in his ipsis rebus præstantissimum aliquid effecit*, ἵνα αὐτοὺς μηδέποτε εἰς ἐπιθυμίαν τῶν Αἰγυπτίων, ἢ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἐλθεῖν. *Ne unquam postea Ægyptiorum, vel eorum quæ apud Ægyptios experti fuerant, cupiditate caperentur.* Nonnulli quidem, ut vim eludant tam luculenti testimonii, *S. Chrysostomum* hic in errore versatum dicunt; quod Templum, non eo primum tempore quo *populus, a turbis Ægyptiacis & Pharaonis tyrannide nuper liberatus, multam adhuc facis Ægyptiacæ retinebat*; sed multis exinde seculis, extructum esset: quasi credibile esset, *S. Chrysostomum* hoc nescire potuisse. Ut itaque *S. Chrysostomus*, loquens, sibi silenti constet; necesse est, ut illius verba præcipue de Tabernaculo (quod Scriptura, Josephus, Patres, alii, *templum* vocant) intelligamus, cujus structuræ & opulentiæ populi mores & Ægypti templa pulcherrima causam non minimam præbuere. Deinde: mores Ægypti traditione perpetua Judæis innotuisse, & eorum animis altius inhæsisse videantur; cum idololatriam ab Ægyptiis antiquis haustam, vel [c] *Ezechielis* temporibus, exercuerint: nil obstat itaque, ne templi magnifici desiderium πατροπαράδοτον, & a Majoribus in Ægypto natis haustum, templi Salomonici magnificentiæ causam dedisse censeatur.

Sed mitto *Chrysostomum*, eique unum e Modernis adjungam testem, *Pellicanum* nempe, cum primis ævi novissimi Theologis haud immerito numerandum. Ille vero, de Templo portatili [d] loquens, Deus inquit, *Tabernaculum* extrui eique *preciosa* omnia impendi voluit *ne* Israelitæ *suis carerent ceremoniis & splendore cultus divini, quem apud Ægyptios admirari & concupiscere consueverunt.* Paris sensus sunt illa in *Cap.* 35. 9, 10. *Tabernaculum suum Deus voluit preciosis & pulchris rebus statui, & ornari usque ad miraculum: quo rudi & curioso populo augustius & honoratius haberetur*, & eo *minus* Ægyptiarum *superstitionum stulto ornatu & pompa caperetur.* Testibus hisce fidem eo pleniorem habeamus, quod [e] *Clemens Alexandrinus* Ægyptiorum templis pompam & splendorem tribuat, suis tantum verbis feliciter exprimendum: *sunt apud Ægyptios, templa eorumque porticus & vestibula, lucique magnifice instructi*: τοῖχοι δὲ ἀποστίλβουσι ξενικοῖς λίθοις, καὶ γραφῆς ἐντέχνου, ὡς ἐνδεῖ οὐδὲ ἕν· χρυσῷ δὲ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἠλέκτρῳ καταστίλβουσιν οἱ ναοί &c. *parietes autem lapidibus externis & artificiose depictis resplendent, ita ut nihil desit: ædes autem auro, argento, & electro colluceat, & ex India ac Æthiopia variis fulgentibus lapillis: adyta vero intextis auro obumbrantur peplis.* Ægyptios autem antiquiores hujusmodi templa ad stuporem exornata habuisse, dubitare non sinunt summa illa opulentia & superstitio quibus olim ex æquo inclaruerunt.

Quæ jam dixi nimis aperte probant, Pontificios pietatem inconsultam, ne dicam

a Cont. Gent. lib. 6. p. 191. b *Homil. in Diem Natal. Christi*: p. 358. Tom. 2. Ed. *Bened.* c *V. Ezech.* 23. 8, 19, 27. d *Comment. in Exod.* 25. 3, 4, 5. e In *Pædag.* l. 3. c. 2. p. 252. 25.

ethnicam

Sect. II.

ethnicam exercere, qui ad templa [Sanctorum inprimis] exornanda, aurum, argentum, gemmas, donaria, & quicquid vulgi animos rapiat aut oculos perstringat, adhibere solent. Ornatus hujus immodici, & plane meretricii; defensionem sic suscipit *Bellarminus: Deus*, ait ille, *voluit Tabernaculum vetus ornatissimum esse, adeo ut omnia fere instrumenta Sacrarii aurea essent, usque ad emunctoria lampadum: cortinas item Tabernaculi, & vestes sacerdotales, voluit esse pretiosissimas. Singuli etiam Principes obtulerunt in ornatum Tabernaculi immensa donaria auri & argenti. Ergo Christianorum etiam templa sub Evangelio sumptuosissime decoranda & exornanda sunt.* Huic insulso Cardinalis argumento, [a] *Hospiniani* verbis haud inepte respondeamus: *ornatus tabernaculi & templi -- causa quidem fuerunt certa & graves, -- qua apud Christianos locum non habent.* Nam *Populus Judaicus nimis ad idololatriam Gentilium propensus erat, allectus illo idolorum splendore quem in Ægypto viderat. Deus igitur, cui negotium erat cum populo rudi & dura cervicis, ut eum ab idolorum cultu & admiratione avocaret, voluit hac in parte aliquid illis indulgere. Maximum igitur voluit ornatum esse in templo suo & cultu externo, ut illo detinerentur in vero Dei cultu, tanto splendore oblectati, qualem Gentes nunquam habere potuerunt. Nunc vero causa* cessante, *effectus quoque cessavit.* Hæc autem verba (ne quis erret) non eo sensu capienda sunt, quasi magnificentiæ species omnis in Templis Judaismum saperet, & fidei Christianæ simplicitas Ædes sacras plane rudes & Christi stabulo simillimas efflagitaret. Hic *ad sobrietatem sapiendum* est: nec ita cultus ethnici vel Judaici pompa devitanda est, ut in rusticitatem & barbariem fanaticam degeneremus, &, instar *Juda*, sumptum omnem Deo & sacris impensum periisse censeamus.

SECT. II.

Templi locus, Generalis & Specialis.

INTER accidentalia Templi, quibus Gentium rudiorum usus occasionem dedit, locus ejus (ni fallat conjectura) numerari debet. Locus autem Templi, vel GENERALIS erat, nempe mons ille quem Templum occupavit; vel SPECIALIS, civitas Hierosolymitana qua Templum stetit. Utrique Templi loco, mos ubique gentium receptus occasionem administravit. Ut id constet, sermo noster initium a loco Generali capiet.

LOCUM Templi GENERALEM montem fuisse, nullos fugit, qui Librum sacrum vel summis digitis attigerunt. Hinc *Sion*, ubi Templum extructum est, nunc [b] *mons Domini*, nunc [c] *mons sanctitatis*, quandoque [d] *mons domus*, alibi [e] *mons domus Domini*, & passim a Rabbinis הר הבית *mons Templi* nuncupatur. Hinc fidem petant [f] *Dionis Cassii*, de templo Judaico loquentis, verba: αὐτὸ δὲ τὸ ἱερὸν ἐπὶ μετεώρου ἦν, καὶ περιβόλῳ ἰδίῳ ὠχύρωτο *Ipsum autem templum situm erat loco edito, muro proprio munitum.* De Templi loco generali.

NEC Judæorum tantum Templum, sed & Gentilium Delubra, in montis altioris summitate struebantur. Templum Jovis Olympii, quo nullum Romæ celebrius erat, in colle eminebat. Templum etiam Jovis Cænei situ altiori conspicuum fuisse, e *Seneca* tragœdi verbis intelligitur;

Hic rupe celsa, nulla quam nubes ferit,
Annosa fulgent templa Canei Jovis.

HIS alia (loco magis opportuno) subjungam exempla, quibus appareat, ethnicos ædes eorum sacras in summo colle plerunque posuisse.

SENTIUNT autem plerique, Diabolum templa sua in locis editis ædificari voluisse, ut Deum ipsum (cujus templum in monte situm erat) æmulari posset, & illius templa Templi Judaici majestatem assequi, eique nulla in parte cedere, viderentur. Mihi veritati propius videtur, Deum Templi fundamina in monte posuisse, quod Gentium prope omnium usu receptum esset, ædes suas sacratas in montibus extruere; & non minus Judæis quam Gentibus, ad sacra facienda, montium summitates conscendere pergratum esset. Ad hanc sententiam, hisce pressus argumentis, inclinat animus:

PRIMO: e scriptis sacris haud incerto colligitur, Gentes hæc templa montana ha-

a De *Orig. Anath. Templor.* c. 24. p. 316. b *Mic.* 4. 2. c Pf. 87. 1. d *Mic.* 3. 12.
e *Mic.* 4. 1. f *Hist. Rom.* lib. 37.

 buisse,

Sect. II. buiffe, priusquam templum Salomonis in monte Sionis extruebatur. Horum enim templorum frequentia verbis [a] Prophetæ caufam dediffe creditur, *vere mendaces funt colles, & multitudo montium, vere in Domino Deo noftro falus Ifrael:* ubi colles & montes, *mendaces* vocat: quod eorum fpem & fidem fallerent, qui a templis ibi pofitis & Dæmonibus incolis fibi falutem promiferunt. Atque hæc expofitio veritati vicinior exiftimetur, quod, obfervante [b] Grotio, *frequens fit Prophetis templa in montibus fita appellare* Montium *nomine: unde*, inquit, *templum Hierofolymitanum dicitur* Mons Domini. Hunc autem templa in montibus ædificandi morem, diu ante Salomonis ævum inter ethnicos invaluiffe, paulo luculentius evincit *Domorum pro Excelfis* mentio frequentiffima. Nam Jeroboamus οἴκους ἐφ' ὑψηλῶν [c] *Domos* aut *templa pro Excelfis*, i. e. locis editis, erexiffe dicitur; in quibus etiam, pro more Gentilium, facra peragebat. Et hujusmodi Domos, fub ea tempora, in ufum frequentem abiiffe, difcere licet e 1 *Reg.* 13. 32. ubi בתי הבמות [d] *Domus Excelforum*, in Samaria paffim obviæ, memorantur. Si quis plus æquo fententiæ fuæ tenax, unum Salomonis templum templis hifce omnibus in arduo fitis caufam & exemplar præbuiffe dixerit; mentem advertat velim ad locum illum 1 *Sam.* 9. 12. qui exemplum vix ἀντιλεγόμενον nobis offert. Textus verba funt hæc: *feftina nunc, quia hodie venis in civitatem, quia facrificium eft hodie populo* בבמה *in Excelfo:* id eft, Delubro, vel domo in Excelfo, quo convivium e facrificii reliquiis, ex more, parabatur. Targum itaque בבמה per בבית אסחרותא *in domo convivii* interpretatur, quod apud omnes gentes in more effet, e facrorum reliquiis in [e] ipfo Numinis templo convivium adornare. Adeo ut ex hoc loco difcere liceat, templa in Excelfo pofita frequentia fuiffe, diu antequam Salomonis templum in monte condebatur.

Secundo: Judæorum populus, Excelforum zelo & amore tam cœco correptus erat, ut non tantum ante, fed poft, templum extructum, facra pleraque in Excelfis agerent; & reges Judaici, cætera pii & inculpati, *Excelfa* (delubra & altaria in montibus erecta) tolerarent, ne populus ille ad idola vel tribus fchifmaticas defectionem faceret, nifi hac in re votis & ftudiis eorum nonnihil indulfiffent. Cum itaque mos hic, in Excelfis immolandi, populi cordibus altius infediffe videatur; veri fpeciem non vulgarem præ fe fert, Deum templum fuum in monte ftatui voluiffe, ut aliquid hac in parte populi voluntati feculique mori concederetur. Huic argumento momenti nonnihil addere videntur [f] Pfalmiftæ verba: & *elegit tribum Jehudah, montem Sion quem dilexit:* ויבן כמו רמים מקדשו Quæ fic *Arias Montanus* haud infcite reddidit, *& ædificavit ficut Excelfa Sanctuarium fuum.* Nam certum eft, vocem רמים fæpe quidem *Excelfa*, nunquam autem *Palatia* (prout a [g] noftris vertitur) in Scriptura denotare. Si itaque textum illum ad verbum interpretemur, huc redibit fenfus: "Deus "templum Ejus in monte, morem Excelforum fervans, ædificavit: atque hac in re po"puli ftudiis clementer obfecutus eft, qui miro Excelforum amore fervebant, & eo "fe contuliffent, nifi Deus etiam templum ejus in Excelfo collocaffet.

Tertio: hinc etiam opinio noftra firmitatem hauriat, quod olim Templa montibus extruendi confuetudo per omnes mundi partes, Græciam præcipue, frequentiffima fuerit & receptiffima. Quam late per orbem terrarum fe propagavit ifta confuetudo, fatis e [h] *Cluverii* verbis intelligatur: "in montibus luci facri, ac templa condita "paffim leguntur in hiftoriis, & apud poetas geographosque. -- Templum Jovis Labra"denfis, in monte Cariæ, apud Labrada vicum, refert Strabo, lib. 14. Idem auctor "ibidem memorat montem fublimem, Veneri facrum, ad Pedalium promontorium, in "Cypro infula: item templum Dianæ Pergææ in loco excelfo, in Pamphylia: & in "Rhodo infula templum Jovis Atabyrii, in monte Atabyri altiffimo, cui etiam Ifi"dis templum addit Appianus in Mithridaticis. Idem Strabo, lib. 9. Apollinis Del"phici templum locat in monte: lib. 8. Veneris templum in fummo Corinthi vertice: "& lib. 7. Apollinis templum in colle, eidem Deo facro, ad Actium, Epiri oppidum. "Mons Meros in India, Jovi facer, refertur Melæ, lib. 3. cap. 7. &c. Sed mos ille, templa montibus ædificandi, in Græcia præcipue viguiffe putetur: nam (fi verum dicat [i] *Henr a Monte-acuto*) *nullus fere mons extitit in tota Græcia ante Chrifti natalem, qui facellum cujufdam Dæmonis non habuit.* Cum itaque veteris hiftoriæ fide conftet hunc

a *Jer.* 3. 23. b *Annot.* ad *Apocalyp.* c. 13. c 1 *Reg.* 12. 31. d 2 *Reg.* 17. 29.
e 1 *Cor.* 8. 10. f *Pfal.* 78. 68, 69. g *Qui fic reddunt.* And he built his fanctuary like high Palaces.
h *Antiq. Germ.* l. 1. c. 34. p. 286. i Lib. cui tit. *Dæmon mimic.* c. 21.

templa

templa montibus extruendi morem apud omoes pene gentes antiquitus obtinuisse, nihil probabile præ se fert, morem tam looge lateque propagatum ab uno Salomoois templo, monte Sionis extructo, principia sumere potuisse. SECT. II.

QUARTO: Gentilium antiquiorum dogmatis, æque ac moribus, maxime receptis, apprime convenit, ut eos sacras ædes in montibus primos extruxisse censeamus. Nam,

(1°.) APUD ethnicos antiquiores invaluit opinio, summâ montium fastigia Deo alicui dicata esse, & singulare quoddam cum cœlestibus commercium habere. Hæc opinio ansam dedisse videtur Poetæ verbis, *Æneid.* 8. v. 351.

——Hunc--frondoso vertice collem,
(Quis Deus, incertum est) habitat Deus:——

Montem Idæum, inter alios, Jovi præcipue sacrum refert [a] *Mela:* & Scriptura colles idololatriæ sacrati במוה בעל non semel appellantur. Ad hunc Antiquitatis delusæ morem & errorem alludunt forte Psalmistæ [b] verba: *quoniam in manu ejus sunt fines terra, & altitudines montium ipsius sunt.* Conjecturæ meæ fiduciam conciliat [c] *Theodoritus*, sic locum explicans: αὐτῷ εἰσὶ καὶ τῶν ὀρῶν κορυφαί, κἂν μυριάκις οἱ δαίμονες πείθωσι τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀνοήτους ἐν τούτοις αὐτοῖς τὰ τεμένη ἐγείρειν. *Ipsius sunt etiam montium cacumina, licet dæmones stolidis hominibus millies persuaserint, ut in illis sibi templa erigerent.*

(2°.) Hoc etiam dogma gentium antiquiorum fide plurimum abutebatur, Deum nempe sacra omoia in monte excelso, & quasi de proximo oblata facilius percipere potuisse. Gentiles enim, sacra facturi, montium celsissimorum cacumina petere solebant, ut eo propius ad cœlum accederent; ne forte Diis longe remotis preces incassum funderent, aut sacra extra Deorum conspectum offerentes, nullam mercedem reportarent. Postquam enim narrasset *Lucianus*, in more fuisse Syris, ut vir aliquis in locum celsissimum bis quotannis ascenderet; *hujus*, [d] inquit, *ascensus talis causa refertur*, οἱ μὲν πολλοὶ νομίζουσιν ὅτι ὑψοῦ τοῖσι Θεοῖσι ὁμιλέει, καὶ ἀγαθὰ πάσῃ Συρίῃ αἰτέει· οἱ δὲ καὶ τῶν εὐχωλέων ἀγχόθεν ἐπαΐουσι i. e. Micyllo interprete, *complures quidem putant quod in sublimi cum Diis sermonem conferat, & toti Syriæ bona ab illis postulet. Illi vero preces e propinquo facilius audiunt.*

CUM itaque gentes antiquiores Montium summitates non tantum Diis sacras, sed eorum oculis auribusque propiores existimarent; ipsa religionis ethnicæ natura & ingenium opinari suadent, non tam Judæorum exemplum, quam ipsam Gentilium fidem superstitiosam, io causa fuisse, quod templa sua in montibus erigerent, & ibi sacra sua pleraque celebrarent.

HISCE quæ jam dixi omnibus duo opponi possunt argumenta, brevi responso diluenda. Obj. 2. Solvuntur.

NAM primo: dici potest in adversum, templum io monte quidem Moriah situm fuisse, non autem quod mons esset, aut quod altitudine sua gentium moribus aut Hebræorum votis maxime convenirет; sed quod olim ab Isaaco ibi oblato dignitatem & excellentiam singularem sibi comparasset.

SED hic nodus cuneo non eget: nam, si *Maimonidis* opinio quid valeat, Abraham ipse montem illum ob seculi mores elegit, & ad sacrum quod parabat offerendum, commodissimum existimavit. Ipsum Auctorem audiamus: [e] *notum est, quod idololatra intendebant extruere templa sua, & collocare imagines suas, in loco quem reperire poterant altiori*, videlicet *super montibus excelsis. Ideoque elegit sibi Abrahamus pater noster, B. M. montem Moriah, quia erat aliis montibus altior, & ibi manifestam fecit unitatem Dei*, &c. His addo, Salomonem montem, ad templum ibi extruendum, respectu ad seculi morem habito; montem autem *Moriah*, utpote locum Isaaci oblatione clarum, & ad sacra, ibi olim offerenda, hoc ritu paratum & quasi initiatum elegisse.

SECUNDO: non nemo forsan & hac objectione contra sententiam oostram pugnaturus est: constat Deum montem quidem, non autem montem quem præbuit Terra sancta celsissimum, ad templum fundandum elegisse. Nam mons Hermon montem Sionis (qui templum ferebat) adeo celsitudine superabat, quod Psalmista rorem [f] Hermonis in montem Sionis cecidisse dicat. Si vero Deus, aut Salomoo in monte Templum extruxisset, ut aliquid seculi mori populique pertinaciæ largiretur; verisimile est, Eum montem altitudine maxime notabilem (uti mos erat) eligere voluisse.

a Lib. 2. cap. 7.
b Καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ ἐστι· LXX. in *Psal.* 95. 4.
c *Comment.* in loc.
d De *Dea Syr.* p. 1069. A
e *Mor. Neb.* P. 3. c. 45. fol. 171. col. 1.
f *Psal.* 133. 3.

SECT. III.

RESPONDEO: si comparatio inter Judææ montes instituatur, fatendum est quidem, Deum montem humilem & modicum elegisse, atque inde frequentem gentibus vicinis, & Judæis forte vulgaribus, mirandi materiam præbuisse. Huic suspicioni locum facit [a] Psalmistes, per prosopopœiam sic montes altiores alloquens: לָמָּה תְּרַצְּדוּן *quia* [b] *expectatis* (aut observatis) *adeo vos excelsi montes? hic Dei mons est in quo habitabit in seculum.* Quasi dixisset, "miramini forte, cur Deus *Bashanem*, *Carmelum*, *Olivetum*, & alios altioris fastigii montes, præterierit, & in humili Sionis monte sedem "fixerit: sciatis enim hunc unum *Dei montem* esse, cumque Deum non sine summa ratione montibus altioribus prætulisse. Quantum autem conjectura rationem illam assequi licet, Deus in humili monte templum suum fundari voluit, ne seculi morem tolerans, illius errori patrocinari videretur. Nam Gentiles (uti dixi) rebus sacris operam daturi, loca celsissima petere solebant, persuasi sacra omnia Deum latere, nisi loci sublimioris ope, Dei quasi auribus & oculis propius admoverentur. Ne itaque rudis Hebræorum populus Deum nullas preces, sacrificia nulla, nisi cœlo proxime admota, percipere posse somniaret; Deus montem quidem sed paulo humiliorem, in Templi sui sedem elegit, & ibi omnia Religionis munia præstari voluit. Ideoque Samaritani, ab exemplari suo (Judæorum templo) multum abiere, cum in Gerizin, [c] *monte Samariæ altissimo*, templum suum ædificarunt. Sed, utut ista se habeant, certo constat, montem Sionis, absolute spectatum, valde sublimem fuisse, adeoque Salomonem Templi fundamen in excelso posuisse. Hinc occasio data [d] Prophetæ verbis: *in visionibus Dei adduxit me in terram Israel, &* [e] *dimisit me super montem excelsum valde, super quem erat quasi ædificium civitatis.* Quem locum hac luce donavit *Grotius*: "adduxit me ad montem [f] Moriæ, cui inædificata erat velut urbs altera, nempe Templum "quod urbis habuerat speciem.

De Templi loco speciali.

A loco Templi generali, ad specialem (civitatem scilicet Hierosolymitanam) jam pedem dirigo. Hunc etiam Templi locum, ad usum gentium antiquiorum, ceu fontem & originem, revocandum arbitror. Nam gentes eas Templa frequenter in urbibus extruxisse, probant urbes illæ perantiquæ, Scriptura sacra memoratæ, quæ nomen a templis, ibi structis in honorem Baalis alicujus, accepisse videantur. Exemplo sint, *Beth-Dibon* Jes. 15. 2. *Beth-Shemesh* Jos. 15. 10. *Beth-Baal Mehon* Jos. 13. 17. *Beth-Haran* Num. 32. 36. *Beth-Phegor* Jos. 13. 20. *Beth-Dagon* Josh. 19. 27. & complures aliæ, quæ בית *templum* notans, nomini suo præfixum gerunt. His affinia [g] *Seldeni* verba: ante Josuæ tempora, *Templa in usu fuisse in Palæstina, satis cernitur in Asdodorum* בית דגן οἴκῳ Δαγὼν, *Domo*, seu ut in vulgata, [h] *Templo Dagonis*, *unde* [i] *urbs ipsa sic denominata; sicut & aliæ urbes a templis tunc suis*, *ut* Beth-Phegor, Beth-shemesh, *a templo* Phegoris, Solis, *dictæ*. Hunc templa condendi modum, in urbe nimirum, inter gentes antiquiores invaluisse, non male colligitur etiam e [k] Cicerone: Deorum *delubra esse in urbibus censeo: nec sequor magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent Deos. Melius Græci atque nostri, qui, ut augerent pietatem in Deos, easdem illos, quas nos urbeis incolere voluerunt.* Absit interim ut censeam, Templum ea sola de causa Hierosolymis extructum fuisse, ut ita mori seculi conforme redderetur.

SECT. III.

Templi Oraculum.

TERTIO: ORACULUM in Tabernaculi & Templi recessu positum, & responsa inde data, seculi mori & infirmitati, tanquam causæ & origini suæ, tribuenda videntur. Neminem in Scriptura leviter exercitatum fugit, Tabernaculi Templique partem intimam [l] Oraculum dictam fuisse, atque inde Deum responsa, si quis casus exigeret, edidisse. Hæc autem Israelitis indulsit Deus, ne Templum ejus præcipuo numinis præsentis indicio careret; & ne Judæi res gentium, quarum templa Oraculis alisque numinis propinqui testimoniis ornabantur, invidis oculis intuerentur. Auctor modo [m] citatus alia sentit omnia, constanter asserens, gentium templa, oracula, & sa-

a *Psal.* 68. 17. b *Sic vocem reddo, quod* רצד observavit, expectavit, præstolatus est, *in lingua Arab. etiamnum significat.* Schindl. in voc. c *Cun.* de *Rep. Hebr.* l. 1. c. 16. d *Ezech.* 40. 2. e Ἔθηκέ με ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν σφόδρα. *LXX.* in loc. f 2 *Par.* 3. 1. g De *Synedr.* l. 3. c. 13. §. 4. h 1 *Sam.* 5. 2. i *Josh.* 15. 41. k De *legib.* lib. 2. l *Exod.* 25. 17. *Num.* 7. 89. m *Henr. a Montacut. Diatr. Minit.* cap. 20.

cra

era sua alia Judaicis affinia, *Dæmoni mimicam exercenti* principia sua debuisse. *Non enim putandum*, ait ille, *templa oraculorum Dæmonis extructa fuisse ante Mosis tabernaculum. Ut enim mimi ab aliis prius facta effingunt, sic Dæmon vere simius & pantomimus: & ut vidit Deum Opt. Max. solenni quodam ritu sua dantem oracula in Mosis tabernaculo, sua etiam dare voluit, & in templis, & solennibus adhibitis ceremoniis.* Hæc equidem auctor ille: eum autem veritati hic injurium fuisse, multa me persuasum faciunt. Nam SECT. III.

(1°.) GENTES Oracula, & templa responsis divinis illustria, diu ante Mosis ætatem habuere. Nam *Herodotus* Ægyptios, omnium mortalium primos in [a] templis oracula quæsiisse, & ab iis illam [1] divinandi rationem ad Græcos derivatam, asserit. Atque hoc a vero eo minus alienum censeo, quod *Mycerinus* aut *Mycherinus*, Rex Ægyptius qui Mosem seculis aliquot antecessit, dicatur, κατὰ τὰς χρηματισμὰς καὶ τὰς μαντείας ἀναλίσκων χρημάτων πλῆθος *vim magnam pecuniarum in Deorum Oracula & responsa insumpsisse, ut populi erga se benevolentiam provocaret.* Huc facit, quod celeberrima illa Græciæ & Ægypti Oracula (Dodonæum & Ammonium) [b] *Herodotus* Oraculis omnibus multo vetustiora, alii ipsi Abrahamo coæva fuisse referant. Neque hoc a fide abhorrebit, si Oraculum Dodonæum a Dodanim, [c] Javanis filio; & Ammonium ab Hamo vel Chamo, Noæ filio, nomina derivasse censeantur.

(2°.) SI temporum antiquiorum monumenta consulantur, Oracula, perpetuo quasi fœdere templis conjuncta, apud gentes plerasque omnes, inveniamus. Memorat *Herodotus* in [a] *Euterpe*, ἱρὸν καὶ χρηστήριον Διὸς *templum & oraculum Jovis*, Thebis constitutum: Templum & Oraculum Delphicum: inter Antiquos ex æquo clarum, cuivis vel hospiti in historia satis innotescit: constat etiam e [d] *Strabone*, ἐν τῇ Κιλικίᾳ τὸ τῆς Σαρπηδονίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν καὶ μαντεῖον *In Silicia Sarpedonia Dianæ templum & oraculum* fuisse. [e] *Pomponius Mela*, de Lycia loquens, *illam*, inquit, *nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & Oraculi fide, Delphico simile.* Idem apud alias gentes usitatum adeo frequensque fuit, quod *Herodotus* lib. 1. de *Jovis Beli* templo loquens, tanquam rem insolitam referat, quod Oraculum ibi non semper esset, [f] aut inde responsa non perpetuo redderentur. Pluribus hac in re vix opus esse censeo, eum Templum *Fani* nomen antiquitus invenisse putetur, [g] quod in eo *fari & oracula reddere Dii solerent.* Hæc indivisa Templi & Oraculi consociatio [h] *Menandri* [1] verbis elegantibus occasionem præbuit,

——Πάντ' ἐστὶ τῷ καλῷ λόγῳ
Ἱερόν. ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων Θεός·
——*Universum rationi bona*
Templum est; & Mens, responsa ferens Deus.

Cum itaque Gentium antiquiorum Templa & Oracula plerunque nexu fido conjungerentur, multo similius est vero, Templum & Oraculum conjungendi morem, ab aliis gentibus ad Hebræos, quam eum ab Hebræis ad alias gentes, longe dissitas ab invicem, emanasse.

(3°.) SATIS e jam citatis Antiquorum testimoniis apertum est, Ethnicos eo præcipue consilio templa Numinibus suis statuisse, ut iis semper propinquis gauderent, nec Deos suos, in itinere locisve dissitis agentes, anxii vel incerti quærerent, cum res dubiæ & perplexæ præsens eorum consilium vel auxilium postularent. Nihil itaque proclivius est creditu, quam quod Oracula eidem origini cui & Templa, (Gentium nempe simplicitati) natales debuerint; & Diabolus ideo templa sua pleraque Oraculis adjunctis insigniri voluerint, ut anxiam facilemque plebem ad illius templa duceret, & responsis inde datis præsentiæ suæ fidem certiorem faceret.

(4°.) NEMINI sacras literas intuenti obscurum esse potest, Oracula e Tabernaculi adytis raro, e Templi vero recessibus, vix unquam edita, fuisse. Adeo ut Deus oracula parce dedisse, & ea, post secula non adeo multa, plane sustulisse, videatur. Nulli

a Ἔτι δὲ καὶ τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπιγμένη· In Euterp. b Lib. 2. c. 18. & 52. c Genes. 10. 4. d Geogr. lib. 14. p. 994. B e Lib. 1. de Sit. Orb. Cap. 15. f Sunt enim verba sensus incerti, ὁ γὰρ δὴ ὦν ἐστι χρηστήριον αὐτόθι. g Pined. de reb. Salom. l. 7. c. 10. h Ap. Just. Mart. l. de Monarc. Dei.

1 Vid. Euterp. c. 58. ubi Gronovius juxta MS. membranam Mediceam, legit τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ· nullus enim divinationi in templis erat locus. Herodotus autem amplificat Ægyptiorum inventa in sacris, ex quibus unum fuit τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ, vaticinatio sacerdotum, quod sacerdotes sciant ex certo murmure vel sono audito vel visu viso vel quo alio voluntatem divinam conjectura assequi & consulentibus edere.

2 Vid. cap. 42. 55, 56, 57.
3 Vid. pag. 896.

SECT. IV. itaque confulto dubium effe poteft, quin Deus oracula Ifraelitis rudibus & feculi moribus affuetis dederit, eaque durare permiferit, quoad populus ille pueritia pene egreffus fuiffer, & ruditatem in Ægypto hauftam propemodum exuiffet.

(5°.) HISCE, fidei certioris caufa, fubjuogam *Origenis* teftimonium: [a] *oftendant nobis ifti, qui ftultitiam Judæis* & *Chriftianis objiciunt, potuiffe Judæorum gentem confiftere fine ulla rerum præfcientia;* ἢ ὅτι τὰ μὲν περὶ αὐτὰς ἔθνη ἕκαστον κατὰ τὰ πάτρια ἐπίστευε χρησμὰς λαμβάνειν ἢ μαντείας ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς νομιζομένων Θεῶν, &c. *& cum circumvicinæ gentes fingulæ a fuis, ut tunc habebantur, Numinibus, oracula & prophetias, ritu patrio, fe accepturas crederent; hos folos neminem habuiffe, qui divinæ mentis interpretem fe profeffus, a vanis illis retraheret eos, qui alioquin nofcendorum futurorum cupidine ad cultos ab aliis Dæmonas defciviffent.* Hæc oftendunt, *Origenem* cenfuiffe, Deum Oracula Judæorum vanitati & æmulationi pravæ conceffiffe: quod nempe Gentiles a Numinibus fuis oracula frequenter accipere crederentur, & nifi Judæis pari privilegio gaudere licuiffet, ipfi fortem fua meliorem gentibus obtigiffe crederent, & æmulatione vel obfcura cognofcendi cupidine ducti, ad oracula cultufque profanos ethnicorum defectionem facerent.

SAT fcio plerofque fe perfuafos habere, Diabolum Oraculum in templis ejus & alibi ftatuiffe, ut Dei inftitutis illuderet, & Deum imitans, impofturam fecurius exerceret. At huic opinioni ratio refragari videatur: manifeftum eft enim, Oracula Diaboli pleraque nonnifi fub expirantis ethnicifmi tempora conticuiffe, eaque ad humani generis perniciem (cui Diabolus impenfe ftuduit) non parum contuliffe. Nam ethnici dictatis Oraculorum ad omnia deliria fecuti ferebantur, [b] *& omnes immanitates quæ ante Chrifti adventum in homines exercebantur, ab Oraculis emanabant.* Cum itaque Dæmonis Oracula tam diu durarent, & finibus ejus adeo infervirent; Rationi confentaneum eft, ea non a Dæmonis æmulatione, fed fraude & malitia, principium accepiffe. Si Diabolus, Dei Oraculum æmulatus, in Templis fuis Oracula conftituiffet; æquum eft opinari, Dei Oraculo filente, Dæmonis etiam Oracula per orbem terrarum conticefcere voluiffe.

SECT. IV.

Templi fitus refpectu plagæ cœlorum.

DUM ea Templi accidentalia, quibus ufus feculi occafionem præbuit, in lucem profero, illius fitum ratione plagæ cœlorum minime filendum arbitror. Sic autem Tabernaculum, prout & Templum, fitum erat, ut utriufque Sacrarium verfus Occidentem, & frons aut veftibulum verfus Orientem dirigeretur: contra quam Chriftianorum mos eft, in quorum facris ædibus Altare verfus Orientem, veftibulum verfus Occidentem collocari folent.

Qualis templi fitus.

TEMPLI fitui jam dicto, Sacræ literæ teftimonium haud obfcurum perhibent. Nam veritatis hujufce fidem ratam faciunt Prophetæ [c] verba: *& ecce* juxta *oftium templi Domini, inter veftibulum & altare,* erant *quafi viginti quinque viri, quorum terga erant ad templum Domini, & facies eorum* ad *Orientem, adorabantque Solem ad Orientem.* E quibus verbis apertum eft, Templi veftibulum vel ingreffum, Solis furgentis regionem refpexiffe: nam aliter non poterant idololatræ illi terga in templum & ora in Orientem fimul convertere. Arque inde venit forte quod equi quos idololatræ [d] Soli dedicarunt, in ipfo templi veftibulo vel introitu fifterentur: nempe ut Solis quafi in confpectu ftarent, & ipfe locus & fitus equorum, eos Soli facros effe teftarentur. Huic etiam veritati firmitatem affert locus [e] ille Prophetæ, quo præceptum eft ut templi porta, ad Orientem fpectans, Sabbatis tantum & Noviluniis pateret, & Princeps populufque ad portam tantum Orientalem adorarent: quo fcilicet ora in Sacrarium & Solium Domini, e regione pofitum, converterent, & ipfo corporis fitu Se a Solis cultu penitus averfos indicarent. Neque Templum folummodo, fed & illius prototypon, Tabernaculum, Sanctum Sanctorum plagæ Occidentali, & ejus introitum plagæ [f] Orientali, obverfum habuit. Hoc e Mofis [g] verbis haud obfcure colligendum: ולירכתי המשכן ימה * *& ad latera Tabernaculi verfus occidentem facies fex tabulas.* Ita

a Contr. Celf. l. 3. p. 113. b Henr. a Monteac. Dam. Mim. cap. 28. c Ezec. 8. 16. d 2 Reg. 23. 11. e Ezec. 46. 1, 2, 3. f Num. 3. 38. g Exod. 26. 22. * And for the fides of the Tabernacle Weftward, &c.

quidem

quidem hunc locum reddunt nostri aliique; sed nonnihil a vero illius sensu deflectentes: nam vox illa ירך cum ad res inanimatas transfertur, non *latus*, sed *finem*, *terminum*, *extremitatem*, notat. Nam *Isai.* 37. 24. ירכתי לבנון LXX vertunt τὰ ἔσχατα *extrema Lebani*: & *Genes.* 49. 13. וירכתו *& latus ejus juxta Zidon*, Targum vertit, ותחומה *& terminus ejus pertinget ad Zidon.* Et *Jerem* 31. 8. מירכתי ארץ *ex lateribus terra*, Targum per מסיפי ארעא *ex finibus terra* interpretatur. Nec dubitare possum, quin ולירכתי המשכן in loco jam dicto, *ad fines* (non, ad latera) *Tabernaculi* reddere debeamus. Atque huic interpretationi fiduciam addunt *Onkelos* & *Jonathan*, qui vocem ולירכתי per ולסייפי *& ad fines, extremitates*, explicant. SECT. IV.

NEQUE sacra pagina tantum, sed & doctorum testimonio, jam dictus templi situs evinci potest. Inter eos familiam ducat [1] *Aristeas*, templo forsan σύγχρονος, qui clare refert, [a] *Templi vestibulum ad Ortum spectasse, posterioribus ejus ad Occasum tendentibus.* Ita Judæos antiquiores existimasse, e verbis [b] *Maimonidis* intelligimus: *elegit Abraham -- montem Moriah, -- ac publice in illo unitatem Dei professus est, & quidem ad Occidentem, quia Sanctum Sanctorum erat in Occidente. Hinc dicunt*, Majestas divina est in Occidente: *& expresse docent Rabbini nostri in Gemara, Abrahamum patrem nostrum designasse Occidentem pro loco Sancti Sanctorum.* [c] *Scaliger* etiam, postquam Essenos & Sampsæos ad Orientem conversos adorasse dixisset, subjungit, *hoc factum tam Essenorum quam Sampsæorum est adversus institutum Legis divina*, Ezech. 8. 19. *Porta enim Tabernaculi spectabat Solem, Sancta Sanctorum illi opposita conversa erant ad Occidentem*, *unde* Judæi *necessario ad Occidentem adorabant.* His omnibus veluti sigillum apponit *Josephus*, cum dicit, [d] *Occiduam templi partem portam nullam habuisse, sed ibi murum perpetuum extructum fuisse.* Quid autem pars illa templi *muro perpetuo* claudebatur, nisi ut impedimento esset, quo minus e plebe quispiam Sanctum Sanctorum ibi locatum oculo vel pede profano violaret?

HÆC, de Tabernaculi Templique positione dicta, paulo firmiora reddunt [e] *Seldeni* verba: "Templi positio Hierosolymitana ejusmodi erat, ut introitus ejus a parte haberetur Orientali, nulla, in Occidentali, porta admissa. Ejusmodi situs erat introitus Tabernaculi [f] Fœderis: parilemque fuisse Templi, testatur etiam [g] Josephus & [h] Aristeas, [i] Patres Christiani, Titulus Talmudicus *Middoth*, & ad illum Magistri, præter Scriptores illud ex professo delineantes, ut Adrichomium, Riberam, Villalpandum.

HUJUSMODI vero Tabernaculi & Templi situs e Gentium Veterum, Ægyptiorum præcipue, more & philosophia rationem & originem petiisse censeatur. Ut Lector opinionis hujusce rationes facilius assequatur; necesse est ut nonnulla de antiquissimo templorum ethnicorum situ præmittamus.

SCIENDUM itaque, unanimi Veterum consensu affirmatum esse, templorum apud ethnicos antiquiorum Sacraria vespertinam cœli regionem plurimum respexisse. Hoc aperte asserit [k] *Porphyrius*: δι' ἣν αἰτίαν, &c. *Qua de causa partes australes, & non potius orientem aut occasum, Diis attribuerit?* ὡς ἂν σχεδὸν πάντων τῶν ἱερῶν τὰ μὲν ἀγάλματα καὶ τὰς εἰσόδους ἐχόντων πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένας· τῶν δὲ εἰσιόντων πρὸς δύσιν ἀφορώντων, ὅταν ἀντιπρόσωποι τῶν ἀγαλμάτων ἑστῶτες, τοῖς θεοῖς τιμὰς καὶ θεραπείας προσάγωσι· *Adeo ut omnia ferme templa statuas ingressusque versus Ortum habeant: ingredientes autem occasum respiciant, ubi vultu statuis obverso consistentes, Diis honorem cultumque tribuunt.* Idem asserit [l] *Dionysius Thrax*, modo sensum Auctoris assequar. Verba sic habent: οἱ ναοὶ τῶν παλαιῶν, καὶ τὸν ἥλιον ἀνατείλαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι αὐθέντων, καὶ τοῦ φωτὸς εὐθὺς ἐμπιμπλᾶσθαι, τῶν θυρῶν ἀναπεπταμένων, ὅπου καὶ τὰ ἱερὰ ἔρεζον· *Antiquorum enim templa exorientem solem statim accipere solebant, & statim foribus patefactis lumine repleri, ubi & sacrificia fiebant.* His, in majorem rei fidem, [m] *Hygeni*, *Augusti* liberti, disertum subnectam testimonium: *Antiqui Architecti in occidentem templa spectare, recte scripserunt: postea placuit omnem religionem eo convertere, ex qua parte cœli terra illuminatur.* Atque inde venit forsan, quod corporis circumversio, post primum templi introitum, ceremonia religiosa ad- Qualis etiam templorum Ethnicorum.

a Ὁ δὲ οἶκος βλέπει πρὸς ἕω, τὰ δὲ ὀπίσθια αὐτοῦ πρὸς ἑσπέραν· *Hist.* LXX. p. 865. E b *Mor. Neb.* P. 3. c. 45. c *Elenc. Triharet.* c. 20. d Τὸ δὲ πρὸς δύσιν μέρος οὐκ εἶχε πύλην, ἀλλὰ διηνεκὲς ᾠκοδόμητο ταύτῃ τὸ τεῖχος. De *bel. Jud.* l. 5. c. 5. p. 1226. 35. e Lib. 3. de *Synedr.* c. 16. p. 425. f *Num.* 3. 38. g *Archaolog.* l. 8. cap. 3. h Libel. de 70. *interpretib.* i *Hieron.* ad *Ezech.* cap. 8. k De *antro Nymph.* p. 251. l Lib. 3. *Diares.* m De *agror. limit. constituend.* l. 1. p. 93.

1 Historiam illam LXX Interpretum, quæ præ se fert nomen *Aristea*, Judæi cujusdam esse figmentum, satis probavit doctissimus *Hodius*, qui *Is. Vossii*, aliorumque defensiones ad examen revocavit.

SECT. IV. modum apud ethnicos antiquiores haberetur. Cum enim templorum suorum vestibula in Orientem spectarent, necesse erat ut illi Numinum templa, fronte ab Ortu aversa, ingrederentur: postquam itaque Deorum imagines in adyto collocatas adorassent, non poterant, nisi circumverso corpore, Summum suum Numen, Solem intelligo, decore salutare. Hinc lux [a] *Clementis Alexandrini* verbis oriatur: τὰ παλαιότατα τῶν ἱερῶν πρὸς δύσιν ἔβλεπεν· ἵνα οἱ ἀπαντικρὺ τῶν ἀγαλμάτων ἱστάμενοι, πρὸς ἀνατολὴν τρέπεσθαι διδάσκωνται. *Templorum antiquissima ad Occidentem respiciebant, ut qui vultu stans ad simulachra converso, doceantur verti ad Orientem.* Cum itaque Gentes antiquissimæ (ut eo unde digressi sumus, revertamur) templa vestibulis plagæ orientali obversis ædificarent, vero simillimum est Ægyptios etiam, qui primi templa struxisse dicuntur, consimilem in templis condendis morem & formam observasse. Ne vero conjecturis solummodo niti videar, testem advoco [b] *Diodor. Siculum*, qui diserte testatur, sic morem apud Ægyptios habuisse; τῷ ἐν Μέμφει Θεῷ τὸ πρὸς ἕω προπύλαιον κατεσκεύασε, καὶ τῷ ναῷ τὸν περίβολον· *Memphitico Deo propylæum* (vestibulum) *ad Orientem spectans extruxit* Psammetichus, *& templum muro circumdedit.* Non est autem facile creditu, Psammetichum hac in re ab Ægypti ritu & disciplina recepta deflexisse.

Quantum autem conjectura colligo, gentes antiquæ (Ægyptii, aliique) duabus de causis templa frontibus ad Orientem conversis ædificarunt:

(1°.) Ut eorum templa (Deorum secunda a cœlis habitacula) cœlum ipsum repræsentarent, cujus frons aut pars antica, apud Ægyptios & eorum discipulos, Oriens habebatur. Hoc e [c] *Plutarchi* verbis intelligitur, Αἰγύπτιοι οἴονται τὰ μὲν ἑῷα, τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι. *Existimant Ægyptii, partes Orientales mundi faciem esse.* Ideo vero plagam Orientalem *mundi faciem* vel partem anteriorem habuerunt, quod nempe cœli motus inde exordium ducere, & cœlum (animalium more) in partem illam anteriorem procedere videatur. Hunc cœli motum tam religiose observarunt Ægyptii, quod Scarabæum, sacrum, & aptum mundi hieroglyphicum existimarent, eo quod motum cœlestem aliquatenus exprimere videretur. Hoc ex [d] *Horo* discimus, qui superstitionis Ægyptiacæ circa scarabæum versatæ hanc arcanam rationem suggerit, [Κάνθαρος] ἐπειδὰν — βούληται παιδοποιήσασθαι, βοὸς ἀφόδευμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα· ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει, ἵνα ἀποδῷ τῷ τοῦ κόσμου σχήματι· i. e. Scarabæus, *cum procreare velit, bovis fimum nactus, globulum ex eo ejusdem cum mundo figura fingit; quem ubi ab ortu in occasum aversis pedibus volutarit, ipse rursum, ut orbi figuram persimilem reddat atque exprimat, in Ortum convertitur.*

(2°.) Nonnulli dicunt, Ægyptios templa sua versus Orientem spectare voluisse, ut Sol oriens radios ejus in ea dirigeret, & Deorum imagines, in Occidua parte collocatas, matutino jubare salutaret. Quæ sane ratio (ut hoc addam ἐν παρόδῳ) mihi in mentem revocat [1] *Bedæ* & [2] *Riberæ* sententiam, qui portam templi orientalem ideo depressiorem fuisse asserunt, *ut Sol exoriens æquinoctialis sine ullo obstaculo radios suos, per ostia Templi & Oraculi in ipsam Arcam, quæ erat intra Sancta Sanctorum mitteret.*

Hisce, de Ægyptiorum & Gentium aliarum more in templis extruendis observato, prælibatis; ordinis ratio jam exigit, ut rationes in medium afferam quæ me persuasum tenent, morem illum in causa fuisse, quod Tabernaculum & Templum, fronte plagam Orientalem intuente, struerentur.

Harum itaque prima sic se habet: Veteres historiæ causam opinandi suggerunt, Gentium antiquiorum templa sic sita fuisse, priusquam Templum (aut Tabernaculum) conderetur. Nam *Lucianus*, de templo Deæ Syriæ sacro disserens, illius frontem aut introitum ad plagam [e] Orientalem (& proinde adytum ad Occidentalem) conversum asserit. Hoc autem templum tam antiquum habebatur, quod plerique, Luciano referente, illius originem ad Deucalionem referrent, inter antiquissimos Gentium heroas memorari solitum. *Psammetichus* etiam (Rex Ægypti Josiæ æqualis) templum Deo Memphitico, vestibulo ad Orientem spectante, struxisse [f] dicitur. Herodotus *Asychin* (cui locus inter antiquiores Ægypti reges assignatur) *porticum Vulcani templo* πρὸς τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα *ad Solem orientem fecisse* [g] refert. Cum ex instantiis hisce manifestum sit, templorum ethnicorum vestibula, a remotissima rerum suarum memoria, ad partem

a *Strom.* l. 7. p. 856. 30. b *Histor.* lib. 1. p. 60. D c In *Isid.* p. 363. E d *Hor. Apol.* l. 1. *Hierogl.* 10. e Ὁ δὲ νηὸς ὁρέει μὲν ἐς ἠέλιον ἀνιόντα· De Dea Syr. p. 1070. A f *Diodor. Sic.* ub. supr. g In *Euterp.* cap. 136.

1 Vid. *Bed. Quæstion.* in *Libr. Reg. Quæst.* 12. T. 4. col. 338.
2 De *Templo* L. 1. cap. 4.

cœli

cœli Orientis respexisse; rationi convenit, hunc templorum situm Tabernaculo antiquiorem fuisse, eumque Ægyptios, non Judæorum morem sed cœlorum motum æmulatos, cæteris prætulisse. SECT. IV.

SECUNDO: nulla ratio satis solida hactenus assignata est, cur Tabernaculum & Templum, adyto ad Occidentem converso ponerentur; nisi quod Ægyptii (quorum usus pro lege habebatur) templa sua statuentes, hujusmodi situm & morem semper observarent. Cuivis enim Legem perlegenti clarum est, Israelitas de Sancto Sanctorum versus Occiduam cœli regionem extruendo, nihil a Deo in mandatis accepisse. Nec sane rationem ullam, a seculi idololatria vel rerum natura petitam, comminisci potis sum, cur Israelitæ Orientem (luminis portam & gentis Christianæ delicias) desererent, & Occidentem regionem tenebrarum eligerent, eumque cultus sui muniis obeundis commodissimum judicarent. Si quid humano judicio, in sede vel throno Numinis eligendo, tribuendum esset; homines proculdubio æquo & decoro multo magis convenire judicarent, ut Deus (qui lux est, & *lucem inaccessam habitat*) in loco aliquo versus Orientem habitaret, & illius servi versus plagam, unde mundus illucescit, eum adorarent. Sane Christiani longe plurimi, a primis pene nascentis Christianismi seculis, ad Orientem conversi precabantur; & ædes eorum sacras ita componebant, ut, sacra peracturi, ad matutinam cœli regionem obverterentur: tam longe aberat ut plagam Occidentalem Deo & sacris maxime consentaneam existimarent. Non sum nescius, viros doctos rationem quidem reddere, cur Deus thronum suum Occiduam Templi partem occupare voluerit: eam autem statim tractabimus, &, instar fructus Sodomæ, speciosam magis quam solidam reperiemus.

TERTIO: Moses & Hebræorum principes ipsam illam Ægyptiorum doctrinam hausisse videntur, quæ in causa forsan erat, quod templorum suorum frontes & vestibula versus Orientem ponerentur. Nam Ægyptii (ut rem totam altiuscule repetam) astrologiæ & disciplinæ augurali initium dederunt, iisque præ cæteris artibus, animos appulerunt. Ut autem artibus hisce curiosis fidem & famam conciliarent, easque majore cum auctoritate exercerent; totam cœli regionem in quatuor partes (Anticam, Posticam, Dextram & Sinistram) distribuendam esse, primi docuerunt. Orientem autem anticam, Occidentem Posticam, Septentrionem etiam dextram, & Meridiem sinistram, habuerunt & appellarunt. Hoc e verbis [a] *Plutarchi* discimus: Αἰγύπτιοι οἴονται τὰ μὲν ἑῷα, τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι· τὰ δὲ πρὸς βορρᾶν, δεξιά, τὰ δὲ πρὸς νότον ἀριστερά· *Existimant Ægyptii, partes Orientales mundi faciem esse; quæ ad septentrionem, dextra; sinistra autem, quæ ad meridiem vergunt.* Hanc disciplinam Judæos a majoribus suis in Ægypto viventibus perpetua traditione propagatam accepisse, indicio sunt ipsa illa vocabula quibus ad diversas cœli regiones exprimendas vulgo utebantur. Notum enim omnibus (quibus linguæ Hebraicæ usus aliquis) quod Oriens קדם *pars anterior* appellatur, a radice קדם *præcessit, anteivit:* nec minus innotescit, vocem אחרון & אחור *partem posteriorem* & occidentalem significare. Utrique vocabulo significatum jam dictum multis exemplis asserere possem, nisi doctus [b] *Schindlerus* provinciam illam mihi præripuisset. Unde factum vero quod Hebræi Orientem, *mundi* [c] *faciem* aut partem *anteriorem*, Occidentem autem *posteriorem*, ad morem Ægypti, nuncupaverint; nisi quod usum illum in Ægypto hauserint, & ad seros nepotes propagaverint? Nam hujusmodi appellationis ratio nulla, a mundi natura petita, reddi potest: [d] *mundus enim per se neque superas regiones neque imas, neque anticas habet, neque posticas, quicquid enim teres est, atque ex omni parte rotunditatis solidæ convexione conclusum, nullum habet initium, nullum finem.* Cum itaque verisimile sit, Hebræos, Orientem & Occidentem *regiones anticas & posticas* appellantes, exemplum ab antiquis Ægyptiis accepisse; consentaneum est existimare, Hebræos Tabernaculum & Templum fronte in Orientem composita extruxisse, eo quod Ægypti moribus quibus diu assueverant receptum esset, ut templa sua Orientem respicerent, & ipsius cœli formam & situm æmulari viderentur.

NON-NEMO forsan ex adverso regeret, incredibile esse, Judæos Orientem anticam cœli regionem appellandi morem ab Ægyptiis accepisse, eum mundi dextram & lævam modo Ægyptiis prorsus contrario assignaverint. Nam Judæi austrum תימן a ימין *dextram*, aquilonem *autem* שמאל quod *sinistram* significat, vulgo nominarunt: Ægyptii vero, mundi partes, ad septentrionem, dextras; ad meridiem vergentes, sinistras appellabant; quod e *Plutarchi* verbis modo citatis innotescit. Objectio tollitur.

a Ub. sup. b In voc. קדם & אחור. c Oriens vocatur פנים facies sicut Occidens אחור posterius. Id. in voc. ימין. d *Arnob.* l. 4. cont. *Gent.* p. 129.

SECT. IV. SED nodus ille facili negotio folvitur: cum enim Ægyptii mundum tanquam animal prægrande contemplarentur, & Orientem *mundi faciem* appellarent, (eo quod cœlo movente Oriens nobis accedat, & fe primo videndum præbeat) neceffe habebant ut feptentrionem cœli dextram & meridiem finiftram, nuncuparent. Cum autem Ægyptii auguria captarent, adeoque vultus eorum, augurum ritu, verfus Orientem componerentur; tunc feptentrionem mundi lævam, & meridiem dextram, appellaffe cenfeantur. Nam [a] *Livius* augures Romanos (licet Ægypti difcipulos) *dextras ad Meridiem partes, lævafque ad Septentrionem dixiffe* refert. Ideoque veteres Ægyptii duplicem cœlo dexteram, feptentrionalem intra templum, & meridianam extra & in libero cœlo, afferuerunt. Et, fi [b] *Baptiftæ Bello* credimus, *duplicem* etiam *dexteram ex Ægyptiorum confuetudine, ftatuebant Hebræi: nam Mofaici tabernaculi*, inquit, *& Salomonici templi dextera erat Septentrionalis; fub dio libera cœli apud Hebræos defignatio dexteram ad auftrum collocabat.* Hebræos hanc duplicem dexteram agnoviffe, eo facilius in animum induco meum, quod templi & tabernaculi frontes, ad morem templi cœleftis, ad Orientem verterentur: unde fitus ipfe poftulavit, ut Septentrio *dextra* nomen obtineret. In facris tamen eloquiis, meridies, mundi dextra audit: *Pfal.* 89. 12. *Septentrionem* וימין καὶ δεξιάν (uti reddit *Aquila*) id eft, *meridiem creaftitu.* Ægyptios autem (inquit idem [c] Bellus) *geminæ hujus Judaicæ divifionis auctores agnofcemus, fi Delrio aliifque fidem dabimus; qui Galenum afferunt confirmare Ægyptios meridianam ftatuiffe dexteram: eifdem enim Ægyptiis*, quod *ex Plutarcho difcimus*, *mundi vultus Oriens erat, & Aquilo dextra.* Quantum itaque rem tanta vetuftatis caligine involutam percipere datum eft, Hebræi dextram & finiftram cœli juxta morem & doctrinam Ægyptiorum ftatuerunt, & eorum moribus, hac in re, fe conformes præbuerunt.

QUARTO: inde etiam probabile fiat, tabernaculi templique fitum a more & exemplari ethnico caufam & originem derivaffe, quod Hebræi templum adeuntes, cœli plagas ad morem Ægyptiorum aut aliarum gentium obfervarint. Id enim multa cum religione curabant Hebræi non pauci, ut templo, a parte meridiem fpectante, femper egrederentur. Hoc aperte teftatur doctus ille [d] *Jefuita* quem laudavi modo, his verbis, *Judæi & vera olim religione nobiles & fuperftitionibus anilibus infames, venerationis templo fuo conciliandæ caufa fanxerant ut qui fubirent oraturi, primo ipfo ab introitu circumflecterent ad dexteram greffus, & ea via egrederentur quæ ad finiftram erat: hoc eft ad meridiem.* Quibus auctoribus innixus, hæc dixit *Bellus*, me nefcire fateor: non paucos autem hunc morem tenuiffe, me perfuafum facit locus ille [e] Prophetæ, quem interpretes vix uno tactum digito præterire folent. Prophetæ verba fic leguntur: *quum veniet populus terræ ante Jehovam in folennitatibus, qui venerit via portæ Aquilonaris ad incurvandum* fe, *abito via portæ meridianæ; & qui venerit via portæ meridianæ, abito via portæ Aquilonem verfus: non revertitor via portæ qua venerit, fed e regione illius abito.* Unde factum vero quod de re tam minuta, [introitus & exitus portæ] curaret Deus, de qua tamen nihil in lege præceptum legitur; nifi quod nova fuperftitio, fub captivitatis Babylonicæ tempora, Judæorum animos occuparet; & eorum nonnullis per portam Aquilonarem, plurimis autem per Meridianam, templo egredi religio videretur? Ne itaque fuperftitio illa, e Gentium haufta confuetudine, latius ferperet; lege cautum eft, ne quis portam hanc aut illam anteferret, fed utraque, prout cafus ferret, & fine difcrimine uteretur. Ut Deum ea mente hanc legem tradidiffe, probabile putetur; unum & alterum, e fcriptis ethnicorum, teftimonium proferam, unde conftet eos templa fua ingreffos, dextram & finiftram (feptentrionem & meridiem) ἀντιδιαμεμετρημένως obfervaffe. Horum primum præbet [f] *Iamblichus*, qui, Pythagoræ præcepta memorans, afferit, eum inter alia præcepiffe, εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ κατὰ τὰς δεξιὰς τόπους, ἐξιέναι κατὰ τὰς ἀριστεράς *Templa ac delubra per loca dextra ingredi, per finiftra egredi.* Huc forte fpectant *Trigæi* verba apud *Ariftophanem* in Εἰρην. v. 956.

Ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ καὶ τὴν χέρνιβα,
Περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπὶ δεξιά·

Age cum caniftro fume aqualem trulleum,
Aramque luftrans dextrovorfum extemplo obi.

a Lib. 1. p. 39. b *Diatrib. de templo Augural.* c. 10. c Cap. 9. lib. jam laud. d Ib. c. 9.
e *Exec.* 46. 9. f De *Vit. Pythag.* c. 28. fub. fin.

Ne

Ne itaque Judæi quicquam cum ritu illo, e superstitiosis gentium moribus & dogmatis oriundo, commune haberent; verisimile est, Deum legem illam ceremonialem præceptis ejus per Mosem datis addidisse. Non me latet, longe aliam legis hujusce rationem nonnullis placuisse: ideo enim, inquiunt, lege speciali provisum est, ut populus per portam unam ingressus, per alteram eique adversam egrederetur; ne scilicet exeuntium terga Dei solio, Sancto Sanctorum obverterentur. At ratio illa facile vanitatis arguatur, cum ab utroque latere hoc ex æquo fieret. Alii itaque Deum ea de causa legem illam tulisse sentiunt, ut scilicet in tanta populi turba facilior & expeditior esset transitus, nec egredientes occurrerent intrantibus, adeo ut se mutuo impedirent. At hoc incommodum non adeo grave erat, ut ei lege lata occurrere necesse esset: alias enim Deus ad malum illud præcavendum, non per Ezechielem primo, sed diu ante, [per Mosem aut Salomonem] legem tradere voluisset. Longe itaque probabilius est, Judæos ritum illum superstitiosum a Syris aut Ægyptiis, sub Ezechielis tempora didicisse, & legem hanc (ut fieri amat) e malis seculi moribus natam fuisse. SECT. IV.

QUINTO: Templi Judaici situs versus Solis casuri regionem, ab antiqua Ægyptiorum consuetudine causam & originem petiisse credatur; quod Historia ipsam templorum originem ad Ægyptios auctores referat. Hoc apertis testimoniis in Dissertationis hujusce limine probatum dedi: quibus in præsens addo tantum [a] *Arnobii* illa, [1] *primus fabricator templorum Prometheus Ægyptius*, qui primis Hebræorum Patribus coævus existimatur.

SENTENTIA mea tot rationibus munita, provinciam meam pro modulo meo ornasse videar, si quatuor, pro adversa parte forsan adducenda, solvam argumenta. Quatuor objecta removentur.

NAM primo: dicet forte non-nemo, inde opinionis meæ fidem labefactari, quod Ægyptiorum & gentium omnium templa, adytis aut sacrariis ad Orientem conversis extruerentur. *Vitruvius* veritatis hujusce testis advocari potest: *ædes sacræ Deorum immortalium*, [b] inquit ille, *sic erunt constituendæ, uti--signum quod erit in cella collocatum spectet ad vespertinam cœli regionem. Uti qui adierint ad aram immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cœli orientis, & simulacrum quod erit in æde: & ita vota suscipientes contueantur ædem & orientem cœli, ipsaque simulacra videantur* [c] *ex oriente contueri supplicantes & sacrificantes: quod aras omnes Deorum necesse esse videatur ad Orientem spectare.* E verbis hisce manifesto deprehenditur, ethnicos ædes eorum sacras ita constituisse, ut earum frontes ad solem cadentem spectarent, ut altaria & simulacra sua eam partem occuparent qua primum terra illuminatur, & ipsi (juxta [d] veterum gentium religionem) versus Orientem simul & Deorum imagines adorarent. Obj. 1.

AT hunc nodum citra sudorem expediamus: nam Gentium templa, in aliquibus regionibus, sub exeuntis Gentilismi sæcula, frontes suas Occidenti obversas habuisse, minime diffitendum est: at ab initio rem non ita fuisse, *Herodoti*, *Diodori Siculi*, *Porphyrii*, *Luciani*, *Hygeni*, &. *Dionysii Thracis*, jam adductis testimoniis confirmatum est. Et ne quid fidei desit, novum mihi testimonium afferat [e] *Lucianus*, qui de ædibus Orientem spectantibus locutus, inquit; καθ' ὃ καὶ τὰ ἱερὰ βλέποντα ἐποίουν οἱ παλαιοί *juxta quod templa etiam aspicere fecerunt Antiqui.* *Lucianum* autem hac in re testem fide dignum habeo, qui sub initia seculi primi floruit, & in libello de Dea Syria, se Templorum haud paucorum origines & posituras ex inspectione didicisse refert. Ex en more Gentilitio profectum videtur, quod sub rei Christianæ principia, Gentiles conversi templorum nonnullorum vestibula versus Orientem ædificarent. Huic mori [f] *Clemens* & [g] *Eusebius*, si ferat otium facile consulendi, testimonium satis amplum perhibent. Nullus itaque hac de re dubitandi locus est, nisi tot auctores fidei sublestæ arguamus.

SECUNDO: ad sententiam meam refellendam, dicent forsan nonnulli, me a communi doctorum opinione longe recessisse. Nam Christianorum simul & Judæorum suffragio receptum est, Deum tabernaculi & templi adyta ad Occidentem collocari voluisse; ut Israelitas a Gentilium moribus, qui Solem ad Orientem colere solebant, avo- Obj. 2.

a Cont. *Gent.* l. 6. b De *Archit.* l. 4. c. 5. c *Sic enim legendum censeo, non exorientia, uti habent impressa exemplaria.* d *Ezec.* 8. 16. e Lib. περὶ τῦ οἴκυ. p. 903. A f *Constit. Apostolic.* l. 2. c. 57. g *Hist. Eccles.* l. 10. c. 4.

1 Vid. *Arnob.* p. 191. ubi legimus, *quorum* (templorum) *si quæris audire quis prior fuerit fabricator, aut Phoroneus* | *Ægyptius, aut Merops tibi fuisse monstrabitur: aut, ut tradit in admirandis Varro, Jovis progenies Æacus.*

SECT. IV. caret. Ea sententia erat *Anastasius Sinaita*, qui de templo loquens, ἐτέτραπτο δὲ ὁ πρὸς ἕω, * inquit, ἵνα οἱ προσευχόμενοι μὴ τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα προσκυνῶσιν, ἀλλὰ τὸν τοῦ ἡλίου δεσπότην *Conversum autem erat, non ad Orientem, ut precantes non Solem orientem adorarent, sed Solis dominum.* Ita *Maimonidis* sententiam habuisse testatur [a] *Gregorius noster*, qui sic nobis cum fœnore reddit auctoris sensum: *ab Adamo ad Abrahami tempora, mundus adoraverat versus Orientem. Hic autem ritus originalis, ex errore Persarum & Chaldæorum, in cultum Solis idololatricum degeneravit; ideoque* Abrahamus (*ut inquit doctissimus Maimon*) instinctu Dei, Occidentem Hebræis suis designavit quo adorarent. *Ideo Tabernaculum & Templum ad illam cœli plagam locabantur: Deo interea locum suum in Oriente quasi deserente, & ad populum hunc obdurum descendente.* Huic sententiæ subscribit [b] *Lud. Capellus:* postquam enim observasset, Gentilium templa sic extructa fuisse, ut qui rem sacram facturi accederent, Ædem sacram contuentes, necesse haberent vultum in Orientem convertere; statim subjungit, rationem prorsus contrariam *in templo Dei* fuisse observatam. -- *Nimirum*, inquit, *voluit Deus certo consilio populum suum hac in parte contrario ethnicis more & ritu uti, quod scilicet consuetudo obvertendi se ad Orientem adorandi* causa, *ab idololatria ortum suum habuisse videatur, nempe a Solis Orientis adoratione, qua omnium prima & antiquissima videtur fuisse idololatria*, &c. Eandem opinionem tuetur [c] *Scaliger*, aliique.

At hæc opinio, quanquam tot magnis nominibus cohonestata, nobis haud multum officit, cum triplici tibicine male firmo sustentetur: Nam (1°.) Omnino gratis dicitur, Deum aut *Abrahamum Occidentem Hebræis designasse, quo adorarent*: altum enim ea de re in sacris literis silentium, & hujusmodi præceptum, modo Hebræis traditum, vix ulli usui inserviret. Nam Hebræi, si in Solis cultum propensi, eum colere possent cum in Occiduas cœli partes inclinarent, nisi Abrahamus (quod [1] *Mercurius Trismegistus* fecisse [d] legitur) filiis suis præcepisset, ut Sole in Occasum vergente ad Austrum adorarent. (2°.) Non minus in dubium venire possit, an Veteres Hebræi adeo magnam Occidentis rationem habuerint, & vultu in eam regionem aut templum converso semper adorarint. Nam Essenos, viros pietate celebres, aliosque a templo remotiores, ad Orientem conversos precatos fuisse, alibi forte, non sine ratione probabili, dicturi sumus. Et [e] *Gregorio* jam laudato observatum est, ritum illum solennem, *magnam nempe Expiationem, a sacerdote summo, etiam in loco sanctissimo, quotannis versus Orientem factam; contrario plane modo quam omnes alia supplicationes religiosa.* Ita factum probat e *Lev.* 16. 14, 15. ubi præceptum est ut *tolleret de sanguine vituli, & septies contra propitiatorium* [f] *versus Orientem spargeret.* (3°.) Non immerito dubitemus, an Gentes antiquissimæ cultum Diis suis, ad Orientem spectantes, semper exhibuerint. Eas quidem hunc morem servasse, cum sub dio essent, & Soli cultum exhiberent, res est, opinor, extra litem posita. Cum autem vetustissima Gentilium templa fronte Orientem spectante conderentur, verisimile est eos, in Templo positos, versus Deorum imagines in Occidentali parte locatas cultum præstitisse. Neque hic silentio prætereundus *Pindari* [g] *Scholiastes*, qui morem fuisse ait, κατὰ τὰς ἀνατολὰς ἱερουργεῖν τοῖς Θεοῖς, *versus Orientem, sacra facere Diis;* sed πρὸς δυσμὰς τοῖς ἥρωσι, *versus Occidentem, heroibus.*

Obj. 3. Tertio: dici potest in adversum, non tam Ægyptiorum morem aut doctrinam, quam ipsam tabernaculi templique naturam & finem, in causa fuisse, quod illius vestibulum versus Orientem, & sacrarium versus Occidentem poneretur. Erat enim tabernaculum, prout & templum, palatium summo orbis Domino sepositum, & [h] ἅγιον κοσμικὸν *sanctuarium seculare*, mundi totius typum gerens & imaginem. Cum itaque Oriens, mundi pars antica, nec immerito haberetur; congruum erat ut Moses Tabernaculi frootem aut partem anticam ad Orientem collocaret, ut templum aut palatium Ectypum eo concinnius Archetypo responderet.

At hanc etiam objectionem nil solidi continere censeo: si enim Tabernaculi & Templi frons ea de causa ad Orientem sita fuisset, proculdubio Deus hunc situm Orientalem diserte præcepisset, æque ac alia omnia quibus Tabernaculum & Templum hunc mundum referebat. Rationi itaque multo magis consentaneum arbitror, Mosem, utpote arcanis Ægypti literis innutritum & arbitrio suo relictum, Tabernaculi frontem

* *Respons. Quæst.* 44. a *Not. & Observat.* c. 18. b *Templ. Hier. Delim.* Col. 3837. c *Elenc. Trihær.* cap. 20. d Ὦ τέκνον νότῳ ἀνέμῳ ἀποβλέπων, ἡλίου δύνοντος προσκύνει. Pœm. e Ub. supr. c. 18. f LXX. κατ' ἀνατολάς. g Ad *Isthm.* Od. 4. h *Hebr.* 9. 1.

1 Vid. pag. 870.

versus


versus Orientem statuisse; eo quod regio illa pars cœli antica ab Ægyptiis haberetur, & eorum moribus, quibus populus assueverat, ita comparatum esset, ut templorum frontes solem Orientem intuerentur. SECT. IV.

Obj. 4. QUOD hic a plerisque dicitur, Antiquos ad Solis Orientis radios templorum vestibula collocasse, ut Sol Oriens ad ædium sacrarum interiora penetraret, & omnia jubare matutino deauraret; leve est & nugatorium: hoc enim a Sole tantum æquinoctiali fieri potuit, & templi penetrale non minus a Sole ad Occasum vergente deaurari potuit, modo vestibulum ad Occidentem statuissent.

UNUM jam superest, nempe ut sententiam meam unius saltem viri docti suffragio cohonestem, ne quis eam, tanquam paradoxam & mihi uni gratam repudiaret. Sic itaque jam laudatus Auctor, [a] *Baptista Bellus*, mecum suffragatur: *Ægyptii -- quod Orientem orbis vultum esse contenderent, & mundum in anteriorem partem -- procedere; dexteram esse voluerunt Septentrionalem auguralis designatione templi. Quin & ipsi Judæi templi sacri constitutionem*, AD ÆGYPTIAM CONSUETUDINEM *videntur exegisse. Nam cum omnis templorum delineatio cœlestis quædam sit æmulatio palatii; sacer Hebræorum Legislator, omni (ut sacra testantur pagina) doctrina Ægyptiorum perpolitus, in designandis tabernaculi partibus, & tota deinceps cum illo Judæorum natio templi cœlestis regiones observavit, & ex Ægyptiorum placitis anticas Occidentales descripsit.*

a De *Templo augural.* c. 9.





DISSERTATIO SEPTIMA.

DE
URIM & THUMMIM.

PRÆFATIO.

SI prima nascentis Ecclesiæ tempora cum annis ejus vergentibus conferantur, majestatem divinam res suas ratione & modo plane dissimili procurantem proclive erit observare.

MANU quasi tacita facilique, & modis naturæ rationalis conditioni suaviter attemperatis, Ecclesiam jam adultam administrat DEUS. Nulli etenim hodie consilii secretioris nuncii de cœlo missi: miracula ad fidem doctrinæ alicui divinæ faciendam nulla: nullum in rebus impeditis Oraculum, præter λόγιον ἔμψυχον, (nempe virum bonum longo rerum usu tritum & subactum) consulendum superest: *Spiritus gloriæ*, in templis DEI vivis habitans, unica illa *Schechinah* est quæ Oeconomiæ Christianæ testimonium præbet; nulli nobis Prophetæ divino subinde afflati oraculo: dira illa exempla in flagitii alicujus manifestos edita, quæ temerata olim justitiæ jura continuo vindicarunt, seculis hisce novissimis tam raro dedit divina *Nemesis*, quod *Timon* apud [a] *Lucianum* deridendum propinet Jovem, quasi juventutis suæ (*qua nulla sibi cum maleficis induciæ, sed* ἀλλ' ἐνεργὸς πάντως ὁ κεραυνὸς, *fulmen semper in negotio erat*) impetus & fervores annis ejus senilibus refrigescerent; & tituli illi, *grandistrepus*, *fulgurator*, & hisce similes, quibus illum poetæ decorare solent, sint tantum καπνὸς ποιητικὸς, & ab iis μάλιστα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα, *præcipue cum in versu hærent*, *ad carminis ruinam fulciendam*, Jovi tribuerentur.

AT vero sub primos Ecclesiæ Judaicæ natales, Angeli humanam personam præferentes, opera rerum creatarum vires longe superantia, Prophetarum pectora motu divino calefacta, oracula e Tabernaculo aut *Gloria magnifica* prodeuntia, ignis cœlitus in aram delapsus, tremenda justitiæ divinæ monumenta, tam frequentes mortalibus mirandi causas attulere; quod spectaculis hujusmodi cœlestibus & miraculi plenis, priora mundi secula sæpius frui, quam posteriora fingere videantur. Nam animo tam crasso & cœlestium inani fuit Hebræorum natio, quod nullo nisi quod oculos pene feriret argumento, ad præsentiæ divinæ fidem & frugem bonam perduci potuerunt: perditissimi quibus assueverant *Ægypti* mores, & conditio ibi vivendi dura & infelix, pene omnem numinis sensum populo excussere; Oracula viva, publici voluntatis divinæ indices, nondum literis tradita fuerunt: homines, ob lubricos rerum humanarum casus & timida præsagia, anxii & soliciti, a Dæmonis Oraculis & mystis responsa de futuro sæpe petiere, quæ eorum pallidis curis turbata levarent pectora.

PRÆ cæteris vero quibus Ecclesia vetus gaudebat, luculentis providentiæ & præsentiæ divinæ argumentis, Oraculum in Pectorali positum dignum videtur, in cujus contemplatione

a In *Tim.* pag. 31, 32.

templatione

templatione religiosius hæreamus, & quod nunquam nisi summa admiratione suspensi recolamus. Quid enim in omni memoria oculis auribusve haustum mirabilius, quam quod numen, e cœli nubibus, sacris adytis, aut monte flammante, loqui solitum, e duplicato palmaris latitudinis panniculo responsa sua tradere dignaretur? & quod sacerdos, non in templo somnians, aut antris quibusdam spiritum fatidicum exhalantibus, ethnicorum ritu astans, propheticus prodiret; sed ex ipso sinu, DEI oracula & regnorum fata promeret? Certe quod [a] *Josephus* de splendore lætiore lapilli in Pontificis maximi humero, cum sacrum *Deo* probatum esset; de hoc Oraculo jure asseramus: Θαυμαστὸν μὲν τοῦτο τοῖς μὴ τὴν σοφίαν ἐκφαυλισμῷ τῶν θείων πεποιηκόσιν, *pia admiratione digna res hæc apud omnes habita est, nisi qui ex divinorum contemptu sapientiæ opinionem aucupantur.*

MIHI itaque non raro mirari subiit, quod Argumento tam augusto, & quod animo tam gratam contemplandi voluptatem creare posset, pauci ex instituto, nulli ex illius dignitate meritoque, hactenus disseruerint. Nam Scriptores plerique omnes, de eo verba facturi, se de Lectore & argumento suo egregie meruisse sentiunt, si suas aut aliorum conjecturas (blanda illa vigilantium somnia) vix ullo firmatas Scripturæ vel Antiquitatis testimonio, in medium dederint: alii vero, Oraculum hoc inter Scripturæ ἄπορα & ingenii humani cruces numerantes, illud vix summis tactum digitis prætereunt; vel, uti Geographi circa terram incognitam versati, monstra solummodo chartis suis inserunt; fabulas Judaicas dico, ficta Poetarum miracula & fidem omnem consultam superantes. Unde factum quod *Urim* & *Thummim* sono tantum barbaro & otioso hominum aures diu impleverint, & crassa quorundam commenta sapientiam divinam in rebus & nominibus illis instituendis elucescentem penitus obscuraverint.

UT itaque probrosam illam scientiæ divinæ lacunam explerem, eorum naturis & primariis circumstantiis investigandis, quantum in antiquitatis remotissimæ penetralibus videre concessum, sedulam, nec forsan inanem, impendi operam. Eam autem huic saltem seculo non prorsus ingratam futuram facile speravi, quo in abditos atque invios hactenus scientiæ divinæ & humanæ recessus penetrare, tanto cum conatu & sudore contenditur; & a plerisque, *nihil dicere nisi quod dictum prius*, animi abjecti & inertis argumentum existimatur.

HAUD paucos futuros auguror, qui chartas meas vix limis inspectas oculis, quasi conjecturas tantum precarias (quarum eos satietas jamdudum tenuit) afferentes, post terga rejicient: quod spes nulla affulgeat, ut mea tenuitas mysterium retegat, quod anxiam tot perspicacium virorum hactenus elusit indaginem; & quod ipse veri quicquam iis in rebus percipere possim, quibus tot jam transacta secula cæcam caliginem obduxerunt. Nec sane falleret eos spei suæ frigidæ de opere meo conceptæ ratio, si ingenii solius supra communem mortalitatis sortem felicis viribus, aut singularis cujusdam scientiæ clave (quæ mihi profecto non sumo) Oraculi hujusce arcana daretur reserare. Mihi DEI ænigmata non ingenii sagacioris dexteritate, sed illius vitulo arando, concessum solvere: nempe animum attentum & nullius addictum verbis ad Scripturam consulendam appuli, in qua lucem eam effulgere credidi, quæ pedes nostros in hæc atque alia abdita dirigere possit, modo mentis oculos nullis phantasiis & idolis vitiatos ad legendum afferamus.

SED quicquid sit, sive veritate mihi semper favente scripsisse, sive tantis tenebris posito umbris & imaginibus mentientibus sæpe deludi, contigerit; id in spe læta pono, me nempe opus hoc sine cujusquam mala gratia in lucem emissurum. Nullius enim famam hic lædo: *farinam*, quod dicitur, *molitam* non molo: non conjecturas tantum & hypotheses ad placitum fictas affero, sed argumenta: non sacra *Veneris*, *Bacchi* orgia, vel *Jovis* alicujus ethnici solennia, sed Summi Numinis instituta, in lucem & memoriam revocare studeo; remigium meum in adversas undas non dirigo, nihil enim Patrum & Conciliorum scriptis, aut receptæ Ecclesiæ fidei, adversum trado: & quamvis nonnulli forsan me ξενίζοντά τινα auribus eorum afferre sentiant, non ea sunt in quibus salus legentis vertitur, vel quibus ullius fidem dandam postulo, nisi rationum mearum momenta, animo sicco & libero æstimata, calculum ejus mereri videantur.

NE vero Lectorem diutius in limine detineam, ad præsens Argumentum me strictius accingam, & hoc ordine jam dicenda digeram: (1°.) Quis usus τοῦ Urim (præcipue) fuerit, breviter expediam. (2°.) Locum in Pectorali quem Urim & Thum-

a *Antiquit.* l. 3. c. 8. p. 120.

CAP. I. SECT. I. mim occuparunt, investigabo. (3°.) Utriusque Naturam & Originem luculentius explicabo. (4°.) Rationes nominum eorum in lucem proferam. Agendum est (5°.) de persona cui Urim & Thummim gestandi provincia demandata est. (6°.) De Oraculi per Urim duratione & defectu. (7°.) Ob συγγενῶν Argumenti, *Deuter.* 33. 8. fuse declarabitur.

CAP. I.

De Usu Urim & Thummim.

CIRCA horum instrumentorum usum, id unum in genere monere necesse habeo, quod *Thummim* non prorsus eidem usui cui *Urim* inservierit. Mea nempe sic stat sententia, sicque animum induco meum, oracula quidem per *Urim* edita fuisse, *Thummim* vero rem plane diversam ab *Urim*, & in usum dissimilem ([a] alibi declarandum) a Deo designatam. De opinionis autem hujusce veritate, Lector a sententia ferenda tantisper abstineat velim, quoad rationes meas in loco tradendas, ad sobrii judicii Lydium lapidem exploraverit. In præsenti, de *Usu* τῦ Urim solummodo, cum generali tum speciali, disquisitionem breviusculam inituri sumus.

SECT. I.

De Usu generali.

CIRCA usum τῦ Urim generalem, non est quod multum hæreamus: quicquid enim uspiam est erudiri nominis facile largitur, Deum responsa per Urim, Israelitis voluntatem Ejus explorantibus, edere consuevisse.

HUIC autem sententiæ, nomina Pectorali & Ephodi data testimonium haud obscurum præbent: nam Pectorale, τῦ *Urim* repositorium, [b] *Avenarius* nomen חשן (per metathesin literarum) a נחש *divinavit*, *auguratus est*, accepisse sentit; eo quod e Pectorali Deus oracula funderet, Sacerdote responsa de futuris & incertis expetente. Hæc conjectura nonnihil fidei petat a [c] *Josepho*, qui vocem illam, λόγιον, i. e. μάντευμα, *Oraculum* vel *Fatidicum* quiddam, notare dicit. Ex eo Pectoralis usu factum est, quod apud Græcos etiam ([d] LXX, [e] *Josephum*, [f] *Philonem*, alios) nomen λόγιον & λογεῖον invenerit. Significat autem vox ea (si [g] *Riberæ* fidimus) non tantum responsa Dei tradita, sed locum unde responsa petuntur, vel ubi conveniunt responsa petituri. Neque nomen tantum Hebraicum & Græcum, sed etiam Latinum, Pectorali datum, Deum inde per *Urim* responsa dedisse probat: illud enim ea de causa *Rationale* dictum arbitror, quod, cum fatidicum esset & sacerdoti sciscitanti de futuro responderet, res intelligentia & ratione prædita videretur. Ex hoc frequente τῦ Urim in oraculis eliciendis usu, factum est, quod Arabicæ versionis Auctor, *Ephodem*, cui Urim semper adhæsit, verbis exprimat quæ significant, *instrumentum Oraculi*, ut 1 Sam. 30. 7. aut *vas Oraculi*, ut 1 Sam 23. 6. & 9. aut *vas fœderis Dei per quod petebant oracula*, 1 Sam. 14. 3.

SED Urim in hunc usum divinitus institutum fuisse, diserta Scripturæ verba fidem certiorem faciunt. Cum enim Deus Mosi, jam ad plures abituro præcepisset, ut manus ejus Joshuæ imponeret; continuo [h] addit, *& ille*, puta Joshua, *stabit coram Eleazare sacerdote, & interrogabit pro eo secundum judicium Urim;* ut scilicet, in regni arduis, inde responsum & consilium petat. Numinis etiam consulti per Ephod (quo nomine & Urim, ab eo nunquam separatum, intelligitur) historia Davidis profugi duo nobis exempla præbet. Horum primum extat 1 *Sam.* 23. ubi David, cerrior factus Saulum mali aliquid in illius caput clam cudere, [i] *dixit ad Abiathar sacerdotem, applica* mihi *Ephod. Et ait David, Domine Deus Israel, audivit servus tuus, quod Saul statuat secum venire in* Ceilam *ut urbem evertat propter me. An tradituri sint me viri* Ceilæ *in manus ejus? an descensurus est Saul, prout audiverit servus tuus? Domine Deus Israel indica servo tuo. Et ait Dominus, descendet. Dixitque David, an tradent me viri*

a Vid. Cap. 4. b In *Lexic.* ad voc. חשן c Εσσηνης σημαίνει κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν, λόγιον· Lib. 3. c. 7. p. 113. 35. d In *Exod.* 28. 15, 22. e *Antiq.* l. 3. p. 120. f Lib. 3. de Vit. *Mos.* g De *Templo* lib. 3. cap. 12. h *Num.* 27. 21. i Vers. 9, &c.

Ceilæ,

Ccilæ, *& homines qui mecum agunt, in manus Sauli? & dixit Dominus, tradent.* Exemplum alterum occurrit 1 *Sam.* 30. 6. &c. *Et confortatus est David in Domino Deo suo & ait ad Abiathar, applica ad me Ephod, & applicavit Abiathar Ephod ad David. Et David consuluit Dominum, dicens, persequar latrunculos hos & comprehendam eos, an non? dixitque ei Dominus, persequere, absque dubio enim comprehendes eos & excuties prædam.* Legimus etiam *Ezra* 2. quod cum sacerdorum nonnulli, recens e caprivitate reduces nomina sua in genealogiis reperire non potuerint, *Ezra* mandato cautum sit, ne illis sacra participandi jus esset, quoad staret sacerdos cum Urim & Thummim; hoc est, donec Deus, an e familia sacerdotali natales traxerint, Oraculo dererminaret. Atque inde venit quod circumcisæ Gentis Magistris solenne sit, omnes revelationis divinæ modos ad hæc quatuor capita revocare: רוח הקידש lenem quandam Spiritus sancti & excelsi auram mentes expiatas afflantem, unde persona summis par negotiis & officiis derepente prodiit, apta ad loquendum vel agendum ultra humanæ tantum activitatis sphæram & modulum. נבואה prophetiam, somnium & visionem ambitu suo complectentem; quæ juxta *Judæos* in *Malachia* cecidit. בת קיל Filiam vocis, verbum quoddam de cœlo, Angelo mediante, factum: sic dictum, quod vox illa sui ipsius [a] indicem & comitem tonitru (קיל sæpius in sacris appellatum) plurimum habuerit, & ex eo, tanquam ex utero matris suæ, prodierit. Et אורים ותמים *Urim & Thummim*, quibus Deo visum circa Regni graviora, sub prima populi Israelitici tempora, majestatis suæ placita exponere, & de futuris admonere. SECT. I.

Consilio vero optimo Deus Oraculum hoc, & tam uberem aliarum revelationum divinarum copiam concessit *Israelitis:* nempe,

Primo: ne ab illius sacris ad ethnicorum ritus & idola redirent, & ad Oracula Ariolosque gentium in vicinia habirantium, insita quadam futura cognoscendi libidine impulsi, fugerent. Gentibus antiquitate maxime celebribus (Chaldæis, Ægyptiis, Cananæis) sua non defuerunt auguria, prophetiæ, vocales imagines, Oracula, atque alia vaticinandi & arcana cognoscendi media: quibus omnibus seculi hujusce Deus divinitatis suæ fidem, apud facile vulgus firmare studuit, & innatum illum futura cognoscendi pruritum scalpsit, ut insulsam plebeculam eo facilius duceret & sibi devinciret. Si itaque Israelitis, haud minore futurorum studio & cura ductis, nec minus inter spem & metum subinde fluctuantibus, sua defuissent Oracula, prophetiæ, & fatidicum Urim, quæ casus futuros aperire, & anxios eorum animos aliquando liberare, possent; res suas, ut nil divini in se habentes, contemptui habere, & ethnicorum sortem sua potiorem credere voluissent.

Secunoo: Deus *Urim* tam miranda vaticinandi & occulta revelandi facultate donari voluit, forsan ut præsentiæ suæ luculentum & ipsis oculis usurpandum exhiberet testimonium. E luto nempe tam crasso ficta erat Hebræorum natio, & a brutorum indole tam exiguo remota intervallo, quod præsentiæ divinæ argumenta [b] peterent, non mente sola, sed ipso sensu percipienda.

Tertio: Deus *Urim* fatidicum esse voluit, forsan ut providentiæ suæ specialis, fidem alias apud populi fæcem non habituræ, signum extaret & argumentum. In hanc sententiam propendet animus, quod & aliæ Dei manifestationes extra ordinem factæ, hunc sibi scopum præfixum habuerint; ut oscitantes & in terram perpetuo nutantes Hebræorum animi, earum excellentia perculsi, ad majestatis & providentiæ divinæ fidem & sensum vividum evigilarent. Ideoque [c] *Philonis Judæi* conjecturam, de igne qui de cœlo in altare cecidit, satis auspicatam arbitror, qui eum prodiisse sentit, πρὸς τεκμήριον δήλωσιν ὅτι οὐδὲν ἄνευ θείας ἐπιφροσύνης ἐπιτελεῖται· *in argumentum manifestissimum præsentis divinæ providentiæ.* Deinde: cum Hebræorum sensus tardior esset, læsa per idololatriam principia, & eorum animi malis innumeris frangerentur; illi, non natura magistra, sed signis naturæ morem & ordinem excedentibus, ad providentiæ divinæ sensum & fidem duci potuerunt. Præ aliis autem signis Pectoralis Oraculum, ad scrupulum omnem hac de re eorum animis eximendum, aptum & idoneum videri possit. Cum enim ventura prædiceret, consilium in loco daret, dubia graviora de præsenti vel futuro solveret; inde liquido constaret, Oraculi auctorem non cœlo suo inclusum fuisse, vel omnia fortuito causarum concursui tradidisse, sed rebus vel minimis adesse, & omnia scientiæ potentiæque suæ ambitu continere.

Hæc ea sunt quæ de usu τῦ Urim generali dicenda censui. In his autem omnibus, probe novi mysteria me minime tradidisse, nec *arcanis condita cistis orgia* in vul-

a *V. Heins. Aristarc. Sac. c.* 14. b *Exod.* 32. 1. c Lib. 3 *de vit. Mos.*

SECT. II. gus protulisse; ideoque palatis acutis & delicatis hæc ingrata futura præsentit animus. Utcunque factum haud muto, nec operam prorsus inutilem me in hoc Argumento posuisse existimo; quia præcipue curandum est, ne ipsum ædificii mei fundamentum quid vitii faciat; & quia nonnulli, Urim & Thummim voces tantum inertes lamina quadam aurea exaratas, & in pectoralis arcano reconditas, alii ea duas tantum virtutes, Sacerdoti præcipue necessarias, fuisse contendunt.

SECT. II.

De eorum Usu speciali.

CUM DEUS consilia sua, πολυτρόπως, per Oraculum in Tabernaculo, per afflatum divinum, per Legatos de cœlo missos, per sortes & somnia, *Israelitis* olim revelarit; abunde satis revelationis divinæ habuisse, & illius mannæ cœlestis fastidio pene laborasse, videantur. Ideoque mirabitur forsan non nemo, cur sapientissimum Numen actum ageret, &, supra cæteros occulta revelaodi modos, quibus populi necessitatibus abunde consultum videtur, *Urim* adderet, tanquam novam scientiæ clavem, qua cœli consilia & hominum [a] arcana, cum opus esset, facile reserarent. Absit autem ut quispiam Sapientiam ipsam, hoc novum occulta cognoscendi medium instituentem, vanitatis arguat: DEUS enim non eo tantum consilio URIM concessit Israeliris, ut eidem prorsus fini & usui, cui Prophetæ, somnia, Tabernaculi Oraculum, & ejusmodi, ministraret; nempe ut inde lumen, (juxta tacita nominis istius promissa) peterent, cum rebus obscuris & ancipici cura torquerentur. In finem & usum (uti mea fert conjectura) magis peculiarem, & cum ipso Gentis *Israelitica* statu & conditione magis conjunctum, Oraculum illud a Deo institutum est.

Usus autem ille specialis quis fuit, sic paucis effero: cum Deus, sub Ecclesiæ Israeliticæ primordia, Regis politici partes titulumque sibi sumere dignatus fuerit; necessitas inde facta est, ut medium aliquod esset quo de voluntate & consilio suo Regio, in omnibus regni arduis subinde nascentibus, certo & perpetuo constaret; & ut publicum aliquod *Sacri* hujus *Imperii* pignus extaret & testimonium. In hunc itaque usum *Urim* sepnsuisse videtur Rex Opt. Maximus, nempe ut per illud placita sua populo annunciaret, & judicium ferret in casibus Rempublicam spectantibus, militaribus inprimis, Judicis, Pontificis, aut Seniorum judicio non facile determinandis; & ut Θεοκρατίας hujusce signum & symbolum maneret, quo durante, populus in regiminis illius duraturi spem lætam erigeretur.

Quo minus temere hæc atque animi solius causa dixisse videar, quatuor hisce *Thesibus*, quæ integrum assertionis hujusce sensum exhauriunt, fidem conciliare conabor.

PRIMA sit hæc: *sub prima gentis Israelitica tempora, Deo ipsi visum est Regis politici titulum & officium sumere.* Hinc [b] *Josephus*, auctor gravis & probaræ fidei, *Mosem* inducit *Judais* suis in hæc verba præcipientem. Μὴ λάβοι πόθος ὑμᾶς ἄλλης πολιτείας, ἀλλὰ ταύτην στέργετε, τοὺς νόμους ἔχοντες δεσπότας καὶ κατ' αὐτοὺς ἕκαστα πράττοντες· ἀρκῶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡγεμὼν ὤν. *Non est cur alterius politia forma desiderium vos accipiat; sed præstat, ut hac contenti in Legum & vestra ipsorum sitis potestate, satis enim est Deum habere præsidem.* Et paulo post, στρατὸν ἐπ' αὐτοὺς ἀγάγετε, στρατηγῷ μὲν αὐτοκράτορι χρώμενοι τῷ Θεῷ, ὑποστράτηγον δὲ χειροτονήσαντες ἕνα τὸν ἀρετῇ προύχοντα· *Exercitum contra eos* [hostes] *educite, imperium Deo committentes, creato uno aliquo forti viro, qui Vicarius sit illi & quasi Proimperator. Josepho* succinit [c] *Theodoritus*, ubi publicæ administrarionis formam apud *Judaos* olim obtinentis ita depingit: ὁ δεσπότης Θεὸς καὶ Θεοῦ καὶ βασιλέως ἐπλήρου τὴν χρείαν, &c. *Dominus Deus & Dei & Regis implebat munus. Prophesa vero* Samuel *erat administer & veluti quidam Præfectus, aut Magister militum, aut Tribunus plebis.* Neque hæc omnia sacris monumentis dissona sunt, in quibus DEUS המלך *Rex ille* frequenter appellatur. Cum autem huic Argumento Dissertationem singularem dederim, eo Lectorem, plura forsan expetentem, amandare liceat.

SECUNDO: Urim *Oraculum politicum erat, de negotiis hominum conditionis privata minime consulendum: sed ad res populi totius aut persona alicujus loci publici moderandas & dirigendas, primario saltem, a Deo institutum.* Hæc sententia Doctorum pene omnium, cum

a 1 *Sam.* 23. 11. b *Antiq. Jud.* lib. 4. c. 8. p. 164. & 172. c Ἐρωτ. ιδ' in 1 *Reg.*

Hebræ-

Hebræorum tum Christianorum, puncta tulit. Ita sentiunt *Talmudici*, in *Cod. Jom.* c. 7. §. 5. אין נשאלין כהן להדיוט אלא למלך ולבית דין ולמי שהצבור צריך בו i. e. *Non inquirebant in iis* [Urim & Thummim] *de privato, sed de Rege, & de Synedrio magno, vel alio quo Ecclesia opus habet.* Hoc, inquir, [a] *Buxtorfius*, eliciunt e *Num.* 27. 21. ubi legitur, *qui* (Josua) *coram Eleazare Sacerdote stabit, & interrogabit eum de judicio Urim coram Domino, ad verbum ejus egredientur & ad verbum ejus ingredientur, ipse & omnes filii Israel cum eo, & tota congregatio.* Ubi הוא *ipse*, inquiunt, זה מלך hic est Rex; *& totus Israel cum eo;* וזה משוח מלחמה *hic est Unctus ad bellum, quem totus Israel in bellum sequitur; & totus cœtus* הוא סנהדרין Hoc est totum Synedrium. Cum iis juxta fenrit *Abarbanel* in *Exod.* 28. & *Deut.* 33. *Requiritur*, inquit, *ut interrogatio per Urim sit consilium, quod spectet negotium totius populi; & non quæritur* על דבר פרטי לאיש מן האנשים *de re particulari & privata alicujus hominis.* Eadem eriam *Buxtorfio*, haud ultimo Hebræorum filio, placuere, uti patet e verbis [b] ejus, *usus* Urim & Thummim *erat, ut veluti certissimum Oraculum divinum esset, per quod Deus in rebus gravibus, dubiis & inopinatis, ad Ecclesiæ vel Reipublicæ salutem spectantibus, consultus, populo quæ facere oporteret, per Sacerdotem summum revelabat.* Hisce pondus addunt magni illius in Rep. literaria Dictatoris [c] verba, *consulebatur Urim & Thummim a Rege aut Principe in rebus ad statum publicum maxime pertinentibus, aut a Synedrio in difficillimis de jure controversiis.*

Testibus illis ὁμοψήφοις fidem eo faciliorem habeo, non tantum quod studio & affectu cætera divisis, sed quod iis hac in re Scriptura testimonium perhibere videatur. Nam verba illa Ahimelechi Pontificis, 1 *Sam.* 22. 14, 15. quibus proditionis crimine, quod ei Saulus inferebat, se purgare studuit; plusquam innuunt, Deum hoc Oraculum Sacerdotale personis tantum quas rerum publicarum cura exercuit, consulendum tradidisse: *quis in omnibus servis tuis sicut David, fidelis, & Regis gener, pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo consulere Deum? Absit hoc a me. Ne suspicetur Rex adversus servum tuum rem hujuscemodi in universa domo patris mei. Non enim scivit servus tuus super hoc negotio vel modicum vel grande.* Quasi hujusmodi defensione usus fuisset: "probe noram, Davidem fidem in Dominum "Regem semper integerrimam coluisse, & illius nomen summa in gratia & honore in "Regis domo positum: ideoque mihi facile persuasi, Te illum belli negotiis (quod sæpe "facis) præfecisse, eumque copias tuas aliquo deducturum. Cum itaque *David* incer-"tus hæreret quid consilii caperet, adeoque auxilium & consilium cœleste supplex pro "more suo pereret; ne muneri meo deessem, illius dubia omnia Dei Oracula solvenda "proponere non dubitavi. Neque jam primum hoc officio functus sum: sæpius enim "antea, nullius tamen noxæ compertus, Dei consilium, *Davidis* gratia regni hostibus "bellum inferentis, impetravi. Absit a me ut sciens prudensque quicquam in Domini "mei damnum & dedecus ipse meditarer. Servus tuus te *Davidem*, tantis olim a Rege "donatum honoribus, in hostium numero jam habere ne somniavit quidem. Nam Ora-"culi lumen, veluti candelabrum, gesto, quod non mihi, sed tibi, tuis, & *Israelis* do-"mui, splendere solet. Et si animum attendamus, vix unquam Oraculum hoc nisi a *Josua, Saulo, Davide* [loci primarii viris] consultum reperiemus, aut a toto cœtu cum bellum vel fames urgeret, aut res & salus publica aliquo modo agererur. Idem etiam ipsa pectoralis fabrica non obscure docet, cui Tribuum nomina ideo inserta fuisse asserit *Buxtorfius*, nempe *ut scirent Judæi, harum duntaxat causa hujus Oraculi beneficium ipsis indultum fuisse.* Idem titulus Pectoralis indicat: ob eandem enim rationem, λόγιον, quod Urim & Thummim gestandis inserviit, *pectorale judicii* dictum videtur, ob quam *thronus judicii* Prov. 20. 8. *aula judicii* Jo. 18, 28. *sedes judicii* Eccles. 3. 16. dicebatur; quod scilicet summi Regis judicium circa regni graviora inde subditis ejus tradendum esset & expectandum. Quæ quidem tituli pectoralis ratio & *Jonathani* videtur arrisisse: sic enim παραφράζει, *com.* 15. *Exod.* 28. *Et facies pectorale judicii, in quo cognoscitur* דיניהון דישראל *judicium ipsorum Israelitarum, quod tectum est a judicibus;* וסדרי נצחן *& series victoriarum & præliorum eorum.*

Tertio: *præ aliis negotiis publicum spectantibus*, Urim *ad res belli, consilium sine mora postulantes, dirigendas, & jacentes Israelitarum animos spe victoriæ erigendos, designatum existimetur.* Deus enim (*Num.* 27. 21. ubi usum τοῦ Urim primo descriptum legimus) hoc Josuæ, quem rebus belli præposuit, in mandatis dedit; ut dubiorum omnium circa res suas orientium, solutionem non a Tabernaculi Oraculo, sed Pontificis

a *Hist. Urim & Thummim.* c. 3. b Lib. sup. laud. c. 5. c *Grot.* not. in *Exod.* 28. 30.

SECT. II.

Urim expectaret. Et si facra monumenta haud ofcitanter evolvamus, obfervemus *Ifraelitas* ab hoc Oraculo, circa periculofa & incerta belli negotia, refponfa frequentius accepiffe. Cum enim bellum cum *Canauais* gerendum effet, nec fatis conftaret iis quænam e Tribubus principia duceret; *interrogarunt Dominum*, inquit [a] Textus; hoc eft, exponente *Drufio* aliifque, *confuluerunt Urim & Thummim*, *quo de voluntate Dei certiores fieri poffent*. Cum etiam prælium cum *Benjaminitis* ineundum effet, & dubium haud multum diffimile fubortum effet; Deum interrogarunt, dicentes, [b] *quis in exercitu noftro erit princeps certaminis contra filios Benjamin?* Eos autem, cum Dei Oraculum fcitatum irent, Pontificis minifterio ufos fuiffe, patet e Capitis illius *com.* 27. & 28. Ideoque docte, ut folet, in locum annotavit Grotius, *prius confulere Deum debuerant an bellum fufcipiendum effet in Benjaminem; ejus enim rei caufa præcipue datum erat Urim & Thummim.* Saulus, cum inftarent Philifthæi, videns res fuas in difcrimine verfari, confilium a Deo per *Urim* petiiffe [c] dicitur. Davidem etiam militantem, quid fibi in re dubia & trepida agendum effet, fæpe Deum per *Ephod* interrogaffe legimus. 1 *Sam.* 23. 2. 2 *Sam.* 5. 19. 1 *Chron.* 14. 14. 1 *Sam.* 30. 8.

Quo vero populi Duces Oraculum hoc, juxta legis divinæ præfcriptum confulerent; ipfos pontifices, aut eorum vices gerentes, indivifos caftrorum comites [d] inveniamus. Nam *Abiathar* ad *Davidem*, in armis jam agentem, cum Ephode in manu fua defcendiffe [e] dicitur. Et cum Saulus figna infefta in *Philifthæos* moveret, poftquam Hiftoricus facer qualem militum manum habuit, enarraffet, addit, [f] *& Achijah, facerdos Domini* (quafi de more feculi) *portabat Ephod;* quo nomine intelligendum venit & Urim, ab Ephode nunquam feparatum. Huic affine exemplum occurrit, *Numer.* 31. 6. *Mifitque eos Mofes, mille ex fingulis tribubus, eos & Phinees filium Eleazar facerdotis, ad prælium, -- & vafa fanctitatis erant in manu ejus.* Ubi per *vafa fanctitatis* inftrumenta illa mole perexigua, [*Ephod*, *Urim & Pectorale*] ad Dei refponfa petendum comparata, intelligenda effe, [g] cum fe dabit occafio, probaturi fumus.

Quo minus autem tam eximiæ fanctitatis & pretii vafa, damni quicquam a cœli injuria paterentur, & ne quis e militum fæce fanctitatem eorum manibus illotis læderet; verifimile eft, facerdotem curaffe, ut in capfula vel arca, quoad Oraculo opus effet, reconderentur. Cum enim Saulus ad pugnam cum Philifthæis confetendam in procinctu jam ftaret, 1 *Sam.* 14. dicit ad Achijah facerdotem *com.* 18. הגישה ארון האלהים *admove Arcam Dei*, nempe ut in eo rerum fuarum articulo confilium a Deo peteret. Ea vero Sauli verba non poffumus de Arca illa in qua legis tabulæ reponebantur, interpretari: cujus rei inde certa fides eft, quod non appelletur ארון ברית אלהים *arca fæderis Domini*, & quod *Arca* illa non in manibus *Achijæ* tunc temporis effet, fed in [h] domo *Abinadab;* nec eam, fine fpeciali Dei mandato, de loco fuo transferre liceret. Probabile eft itaque, *arcam* illam de qua *Sauli* fermo intelligendus eft, aliam fuiffe; quam fcilicet *Ifraelitæ*, militiæ vacantes, fecum ferre foliti erant, ad affervandum in ea *Ephod*, h. e. Pectorale cum Urim, ut Dei Oraculum ad incertos rerum bellicarum eventus paratum haberent, & facile confulendum. In hac fententia LXX fuiffe videntur, qui Sauli verba verterunt, προσάγαγε τὸ ἐφώδ, *Affer Ephod.* Eam etiam ambabus ulnis amplectuntur, [i] *Abarbanel. R. Salomon* & *R. D. Kimchi*, quem confulat cui a rebus majoris momenti vacat.

Atque hæc, modo vero confona, rationem unam fuggerent, cur *David* quidem Pectoralis Oraculum fæpiufcule confultum iverit, nunquam autem, quod fcimus, *Salomon*, quamvis imperii amplioris habenas moderatus fuerit. Nempe *Davidem* arduæ & incertæ belli res occupatum & anxium fæpe tenuerunt: unde [k] Oraculum illud, utpote ad belli præcipue confilia dirigendum & cafus ancipites revelandum inftitutum, Ille plurimi fecit & impenfe defideravit. *Salomon* vero, nomine, ore, & factis pacem præ fe ferebat; ideoque credibile eft, Eum Oraculum illud bellicum minoris habuiffe, & illud fub Regis hujufce tempora, qui pacem totus fpiravit, primo conticuiffe.

Hic a me forte non nemo quæret, unde factum fit quod Deus Pontificis *Urim* ad dubia circa res publicas, inprimis vero bellicas, folvenda dederit; cum Oraculum in Tabernaculo pofitum effet, unde Deus *Mofi* (fiquando dubius hæreret) refponfa di-

a *Judic.* 1. 1. b *Judic.* 20. 18. c 1 *Sam.* 28. 6. & 1 *Sam.* 14. 18. d *Jofh.* 22. 12, 13. e 1 *Sam.* 23. 8. f 1 *Sam.* 14. 2, 3. g *V.* Cap. 6. Sect. 2. h 1 *Sam.* 7. 1, 2. i Ap. *Buxtorf. Hift. Arc. Fœder.* c. 3. k *Sortilegis egeant dubii, femperque futuris Cafibus ancipites* — Cato apud Lucan. l. 9. v. 581.

vina

vina efflagitanti, consiliis suis adesse solebat? Sed in facili responsio est: nam Tabernaculum uni plerumque loco, eique sæpius a militum castris longe dissito, affixum fuit: ideoque cum *Israelitæ*, inter medios hostes positi, summo in discrimine laborarent, & consilium aut solatium divinum absque mora desiderarent; Tabernaculi Oraculum haud adeo commode eorum desideriis inservire potuit, ac Pontificis *Urim*, quod huc illuc, prout belli ratio postulavit, dimoveri poterat. Deinde: soli *Mosi* is honos contigisse videtur, ut Deum e Tabernaculo (majestatis suæ solio) & quasi facie ad faciem, alloquentem audiret: nam præter *Mosen*, nullum ab Oraculo illo responsa expectasse aut accepisse legimus. Præterea, Deus eam rerum legem atque ordinem statuisse videtur, ut e Tabernaculi Oraculo perpetuæ cultus & justitiæ regulæ, & placita sua in casibus Lege omissis, traderentur; ut Pectoralis Oraculum ad Dei consilia, circa res publicum spectantes, enuncianda inserviret; & ut homines privati de suis minoris loci rebus (quales sunt, morbi eventus, asini deperditi, & consimiles aliæ,) responsa divina a Prophetis, Oraculis illis ambulantibus, expectarent. Ideo vero tam varii generis & muneris Oracula prophetiasque suis indulsit Deus, (modo rem hanc conjecturæ committere liceat) ne scilicet Ecclesia Dei apud *Israelitas*, Oraculorum & Prophetiarum minus fœcunda quam Synagoga Satanæ apud *Ægyptios*, haberetur. Nam *in omnibus fere Ægypti Nomis*, inquit [a] Kircherus, *Oraculum fuisse reperio, in quo responsa de variis eventibus acciperent consulentes: neque tamen singula Oracula de singulis sibi propositis respondebant, sed de rebus solummodo eorum naturæ consentaneis. Hoc pacto* Serapidis *Oraculum circa ea quæ terræ cultum concernebant;* Anubidis *circa ea quæ scientias;* Hori *circa ea quæ bona corporis & animæ;* Isidis *circa ea quæ* Nilum *aut fœcunditatem concernebant, consulebatur.* Neque ratio dubitandi subest, quin circuitus & curiosus hic Oraculorum usus, a primis usque idololatriæ incunabulis apud Ægyptios, ingeniose semper delirare solitos, obtinuerit. SECT. II.

QUARTO: *Pontificis* Urim *in Θεοκρατίας hujusce pignus, symbolum & testimonium, a Deo datum fuisse videatur.* Oraculum in Tabernaculo posuit, ut se DEUM *Israelis*, Oraculum vero in Pectorali, ut se REGEM etiam, & rerum publicarum curam gerere, iisque perpetuo invigilare, populo suo clare testaretur.

NAQUA est quod de assertionis illius veritate quispiam ambigat, cum Deus (durante divina illa politia) de rerum summa, de belli casibus & regni gravioribus, responsa per *Urim* pene semper dederit; & primis tantum regni sui ministris, si quando consilii inopes essent, Oraculum illud consulendi potestatem fecerit.

EANDEM etiam sententiam perpetuum Oraculi hujus, a primo illius defectu, silentium firmat. Nam sub nova *Christi* Oeconomia, singuli alii revelationum divinarum modi, quorum ante paucas paginas memini, postliminio redierunt: *Prophetia* in Apostolis, aliisque revixit denuo: Πνεῦμα ἅγιον, quo afflante hymnos e vestigio Deo canere, Scripturas mentre non errante interpretari, poterant, non paucis [b] concedebatur; & *Bath Col*, vox de cœlo, sæpius *Christo*, S. *Johanni*, & S. *Paulo* facta est: hæc enim revelationum cœlestium genera, Oeconomiæ *Mosaicæ* & *Christianæ* pariter inservire potuerunt. Solæ revelationes olim per Urim datæ, multis ante Christum seculis abolitæ, Christo in terris agente minime restitutæ sunt; quid autem, nisi quod *Theocratiæ* testimonia essent, cujus ne vestigium vel umbra tunc temporis apparebat?

PRÆTAREA: Oraculum *Urim* in usum jam dictum a Deo datum fuisse constet, quod cum ipsa hac Theocratia initium acceperit, & ea expirante prorsus evanuerit. Ut hæc assertio veritati consona videatur, alibi probabiliter ostendam, Oraculum hoc vix ultra Salomonis tempora durationis suæ terminos extendisse.

a *Oedip. Ægypt.* T. 2. P. 2. p. 444. b *Jo.* 7. 39. *Mar.* 13. 11.

CAP. II.

CAP. II.

De loco in Pectorali quem Urim & Thummim occuparunt.

LOCUS in pectorali τοῦ *Urim* & *Thummim* assignatus, proximo succedit expediendus. Hanc piovinciam quo felicius ornem, nonnulla de Pectoralis ipsius fabrica in antecessum sunt prælibanda.

NIL hic attinet de illius annullis, vittis, nominis origine, catenulis & uncinis quibus *Ephodi* affabre conjungebatur, fuse disserere. Satis in præsens est dicere, quod pannus fuerit duplicatus e cordis regione suspensus, palmi amplitudine quadrangulus, & gemmis, duodecim Tribuum nomina inscriptis, distinctus. Hanc formam disertum Legis præscriptum postulavit, *Exod.* 28. 16. *Quadratum facies illud* [Pectorale] & *duplex:* זרת *palmus illius erit longitudo, & palmus illius latitudo.* Ubi palmus intelligi debet de majore palmo, qui cum spithama idem est: nam זרת suffragantibus *Hebræorum* filiis, est mensura quæ tribus constat טפחים palmis, & digitis expansis ab extremo pollicis usque ad minimi extremum notari solet. Huic sententiæ fidem addunt τῶν LXX & *Josephi* verba: illi nempe σπιθαμῆς τὸ μῆκος αὐτοῦ, in locum habent: asserit etiam [a] *Josephus*, lacunam in Ephode, circa medium pectus relictam cui frustum, σπιθαμῆς τὸ μέγεθος, *palmi amplitudine inserebatur.*

ALIAM insuper, e Judæorum fide, circumstantiam addit [b] *Arias Montanus*, insignem profecto, nec a nobis oscitanter prætereundam. Eam autem verbis propriis ipse referati *erat* Pectorale *ejusdem operis & artificii cum Ephod, nec tamen simplex sed duplex*, i. e. *geminum, ut ex tribus lateribus altera pars alteri commissa esset; ex uno autem laterum, dextro videlicet, apertum, quo aliquid in illo ornamento inferri posset.*

JAM vero minime cunctanter assero, *Urim & Thummim*, per apertum duplicati Pectoralis latus immissa, concavum illius medium occupasse. Cum enim Λόγιον duplex factum esset, ut pene crumenæ formam exprimeret, latera habens omnia ad majoris palmi mensuram ampla; sacra illa instrumenta intra concavam illam duplicitatem, capacem adeo, facile recondi poterant. Nec profecto vel divinando assequi quis valeat, ubinam nisi intra amplas illas Pectoralis plicaturas disponerentur; aut cui usui inane illud palmaris undique latitudinis inserviret, nisi ut receptaculi loco esset ad *Urim* & *Thummim* custodienda. Non enim credere par est, quod nonnullis placuit, ea tantum ratione duplex factum fuisse Pectorale, ut inde oneri duodecim lapillorum sustentando par esse posset: e materia enim firma & fida adeo (auro nempe, purpura, bysso retorta, & similibus) conflatum erat, quod nulla metuendi ratio subesset, ne Pectorali nisi duplicato fissuras crearent gemmæ; cum præsertim istiusmodi lapides pretiosi vix nucis parvulæ molem superare soleant.

NEQUE est quud hoc inter placita mea & pro arbitrio ficta reponat quispiam, cum ipse Textus hoc extra omnem dubitationis aleam ponere videatur. Postquam enim leges tulisset Deus, *Exod.* 28. de Pectoralis materia, mensura, & lapillis duodecim in parte ejus anteriore disponendis; addit insuper com. 30. *Et dabis* אל החשן IN *Pectorale judicii Urim & Thummim.* IN *Pectorale* consultus transtuli, cum similis sit hæc loquendi formula, ei quæ occurrit, *Exod.* 25. 16. *Et dabis* אל הארון IN *Arcam, Testimonium:* Deinde, Chaldæus Paraphrastes exponit אל חשן per בחושן *in Pectorale.* Nec novum est ut particula אל vices expleat ב deservientis, & *in* aut *inter* significet. Nam hunc sensum præbet, *Genes.* 49. 29. *Sepelite me cum patribus meis*, אל *in spelunca:* Psal. 104. 22. *Cubabunt* אל *in habitaculo suo.* 1 Sam. 10. 22. *Ecce absconditus est* אל *in vasis*, seu, *intra vasa.* Hujus rei exempla, non e manu, sed e sinu, [c] *Mercerus* effudisse videatur.

NE vero sententia hæc, e tenui tantum auctoritatis meæ filo, vel ambiguo Scripturæ sensu, suspensa credatur; addo insuper, quod docti pene omnes, nisi qui Talmudistarum opinioni de natura τοῦ Urim favent, quamvis cætera diversi, mecum de loco in Pectorali τῷ Urim dato cogitent. Rabbini, [d] *Schindlero* teste, sentiunt Urim fuisse *quandam scripturam, vel nominis* יהוה *vel rei alterius, Pectoralis duplo insertam.* Certe ab ea sententia alienus non erat [e] *R. Levi Ben Gerson*, ita scribens; *quia Moses post insertos*

a *Antiq.* lib. 3. l. 3. c. 7. p. 113. 35. b *Antiq. Judaic.* lib. 6. c In *Lexic.* p. 104. d In *voc.* אור
e Ap. *Buxtorf.* in *Exercit.* p. 281.

Pectorali

Pectorali lapides pretiosos, jubetur eidem indere Urim & Thummim, hoc facit nos credere כי האורים והתומים היה דבר נתן משה אל חשן וגו׳ *quod Urim & Thummim fuerint quidpiam, quod Moses Pectorali indidit, ad eum modum quo tabulas indidit in Arcam, quia utrinque eadem phrasis* ונתן אל *adhibetur*, &c. Asserit etiam *Arias Montanus*, loco jam laudato, *Urim & Thummim rem quandam fuisse multiplici figura distinctam, quæ inter utramque Rationalis partem inferebatur, ibidemque servata sacerdotis hærebat pectori.* Et (ut alios taceam) doctissimus noster [a] *Prideauxius*, sic sensum nostrum effert, verbis magis disertis & dictatoriis: *sufficit observasse, Urim & Thummim a Deo tradita, a Mose recepta, & inter Rationalis duplicitatem, veluti in theca quadam fuisse inclusa.* Atque hoc unum de Oraculo nostro certum fixumque babuit, reliqua de eo omnia nocte media obscuriora: addit enim, *ultra qui temere quid asseruerit; videat ne venditando scientiam, tam imperitis quam sagacioribus ludibrium debeat.* Pace tamen hujusce inter literatos *Herculis*, ultra columnas ab Eo nobis positas, non tam de fama solliciti quam veritate, pedem proferre non dubitabimus.

Urim & *Thummim* Pectoralis interiora tenuisse, rationes allatæ animum inducunt ut credam; quibus etiam vires addunt alia plurima de quibus aptior se dabit in sequentibus dicendi locus. Cur autem Deus hunc locum iis sacrum esse voluit, quantum conjectura assequi datur, alibi dicturi sumus.

CAP. III.

De Natura & Origine Urim & Thummim.

IN hoc dubio & tenebris densioribus involuto quo jam versamur Argumento, minus nobis negotii facesset forsan Naturam rerum quam Originem nominum investigare. Logicorum itaque legibus me minime teneri velim ad nominis rationem teddendam prius, in cujus scientiam (nisi me fallam) per rei naturam antea cognitam, tanquam cynosutam maxime fidam, dirigamur.

SECT. I.

Generalia quædam de illorum natura præmittuntur.

UT ad Oraculi hujusce naturam contemplandam velut initiati accedamus, & viam expeditam sequentibus præstruamus, e re nostra fuerit a generalibus quibusdam auspicati.

Assero itaque primo, *Urim, si minus & Thummim, res quasdam fuisse apprime cognitas*, saltem quoad substantiam & usum, *diu antequam ea in ornamentorum sacerdotalium locum & sanctitatem vocasset Deus;* e longu videlicet usu, inter quamplurimos *Noæ* filios invalescente. Neque est quod quispiam me somnia vigilantibus jam narrare censeat: constat enim legem *Mosis*, (quæ de minimis circa sacra curare solet, nec vel minutias & apiculas cultus ceremonialis in sacerdotis aut populi arbitrio ponere) nihil de illorum forma, materia, vel numero, monuisse. Prout itaque quum Deus *Mosi* præcepit, ut aureos quosdam *Cherubos* in Tabernaculi usum fingeret, de quorum tamen mensuris aut formis nihil in Lege curatum legimus, non temere viri docti colligunt, eorum figuras *Mosi* & populo diu antea innotuisse, ex antiquo forsan usu non dissimilium figurarum in theologia symbolica vel cultu mystico Ægyptiorum aut Patriarcharum obtinente; ipse pari lege colligam, consuetudinem inveteratam Urim & Thummim familiaria teddidisse, quod de iis legem tam [b] curtam fetat Deus, & de instrumentis iisis nihil extra titulos & locum referat. Quid enim Deus eo loquendi compendio uteretur, *facies Cherubim*, *pones Urim*, & rerum earum formas aut figutas nulla verborum luce donatas præteriret; nisi quod ætatis illius homines tes eas, non minus quam generalem *altaris*, *sacerdotis*, *& sacrificii*, notionem, intelligerent? cum præsertim summus Legislator, in aliis plerisque cultus ceremonialis instrumentis & apicibus describendis & definiendis diligentius immoretur? Hæc autem sententia, & ratio qua suffulta est, eo majorem apud me gratiam & auctoritatem obtinent, quod utraque [1] *Medi*

a *Orat. de vest. Aaron.* p. 16.

b *Et in Pectorali pones Urim & Thummim.* Exod. 28. 30.

1 Lib. I. Serm. 35. p. 183.

SECT. I. nostri suffragio cohonestata veniant. Nam usus, ait ille, τοῦ *Urim & Thummim, inter Patriarchas ante Legem datam obtinuisse videtur; quia de eo faciendo inter cætera ad Ephod spectantia mentio nulla in Scripturis occurrat, & quia de illo*, ceu de re probe nota, *loquatur Deus more demonstrativo*, האורים & התמים Hujus eruditi capitis opinionem de antiquitate τοῦ Urim, his & aliis inductus argumentis, animitus amplectandam arbitror: sed an Urim apud Patriarchas *solos* locum invenerit, vel eo nomine ante Mosis ætatem innotuerit, mihi plurimum (ut rem mollitet exprimam) dubitare subit.

SECUNDO: *Urim* (si minus & Thummim) *res erat, per quam, ceu organum verum & proximum, Oracula divina, non minus vere quam revelationes per Prophetas, edebantur.* Assertionis hujusce fides disertis nititur Scripturæ verbis. Nam in ea Deus [a] PER URIM *respondere* dicitur: hæc autem loquendi formula clare docet, URIM minime fuisse ipsum responsum editum & eo nomine insignitum, quod aliquibus placet; nec instrumentum quoddam sactamentale ad cujus nudam præsentiam (uti visum est aliis) sacerdos fatidicus evasit, & Dei spiritu correptus, illius voluntatem consulenti patefecit; sed verum & proximum oraculi tradendi medium, quo nempe mediante Dei responsa sacerdoti sciscitanti tradebantur. Nam si Deus responsa sua per Spiritus afflatum aut sermonem intellectualem sacerdoti Urim gestanti reddidisset, rectius CUM URIM quam PER URIM respondere diceretur. Hujus argumenti momenta *Corn. a Lapide* minime percepisse videatur: nam *Urim*, ait [b] ille, *non Oraculum, sed index erat Oraculi: & cum Scriptura dicit, Deum* per *Urim consultum esse aut respondisse; id metonymice explicandum est, ut significetur, Deum respondisse per sacerdotem, rationali in quo erat Urim indutum.* At parcatur mihi, si duriorem illam *Cornelii* metonymiam concoquere non valeam. Profecto, si Oraculum dici posset per Urim tradi, quia per sacerdotem, *Rationali in quo erat Urim indutum*, tradebatur; pari ratione dici posset per Ephod tradi, per lapides etiam, qui Pontificis humeros ornarunt, dum sententiam divinam expectavit. Huic Thesi firmitatis aliquod addit etiam *Numer.* 27. 21. & Eleazar *consilium petet pro eo* במשפט *juxta judicium* vel *in judicio* URIM: non est enim intellectu facile, quomodo Eleazar consilium *juxta* vel *per judicium* τοῦ *Urim* peteret, nisi Urim consultum vere responderet, & de re proposita quasi judicaret.

TERTIO: *Urim & Thummim diversum quid a lapidibus pectoralis fuisse, pro certo habeatur.* Hoc eo fidentius assevero, quod, ad hanc assertionem statuminandam Scriptura simul & ratio conspirare videantur. Nam,

(1°.) PATET ex *Exodi* 28. Urim & Thummim Pectorali jam perfecto & absoluto inseri debuisse: at lapides jam dicti, cum adhuc Pectorale sub artificum manu versaretur, inserebantur. Postquam enim Moses de Pectoralis fabrica sermonem [c] copiosum habuisset, tandem subjungit, *pones autem in pectorali* (lapidibus nempe jam recensitis instructo) *Urim & Thummim.*

(2°.) TITULI tam augusti, האורים & התמים *illa* κατ' ἐξοχὴν *lumina & perfectiones*, lapidibus illis non bene convenire videantur. Eorum enim nonnulli non adeo multum lucis projicere solent, nec de eorum (præter cætera Pontificis ornamenta) perfectione tam eximia quicquam in lege curatum legimus. Nec opinionis adversæ patroni quid lucri facient, modo lapides eos luce & perfectione tam singulari donatos fuisse concedamus: cum enim lex & perfectio ea tam insignis esset, & in omnium oculos incurreret, non magis opus erat ut titulis tam augustis & emphaticis innotescerent, quam ut lucerna Soli accenderetur.

(3°.) UBICUNQUE de lapidibus illis occurrit mentio, eos in aureis loculis ab [d] artificibus dispositos fuisse perpetuo legimus: at Urim & Thummim in Pectorali (prout tabulæ Fœderis in Arca) a Mose solummodo collocari [e] dicuntur, adeo ut Pectoralis appendices potius, quam partes constituentes, fuisse videantur.

(4°.) QUI lapides eos & Urim, res easdem, diversis tantum nominibus, ob fines & usus diversos, appellatas asserunt; circa rationem qua Dei responsum consulentibus innotuit, non minus quam horologia dissidere solent.

(5°.) TEXTUS ipse, quod argumentorum instar omnium est, plane contrarium indicat. Postquam enim Deus voluntatem ejus, de lapidibus in Pectoralis palis includendis, fuse declarasset; [f] tandem addit, *& pones Urim & Thummim in Pectorali.* Nisi vero a gemmis diversum quid essent Urim & Thummim, ad quid novo mandato caveret Legislator ut hæc in Pectorali disponerentur, cum jam antea præcepisset, ut gemmæ in

a 1 *Sam.* 28. 6. b *Comment.* in *Exod.* 28. 30. c *Exod.* 28. a com. 15. ad 30. d *Exod.* 39. 10.
e *Exod.* 28. 30. *Lev.* 8. 8. f *Exod.* 28. 30.

illius

illius parte anteriore, nunquam separandæ, figerentur? Huic telo *Rivetus* hunc sibi clypeum fabricavit: [a] est in mandato de Urim in pectorali collocando, δευτερολογία *sive* repetitio & inculcatio *eorum quæ prius mandata fuerant, ut quod minime prætereundum aut negligendum erat, bis aut ter inculcaretur. Sed & illud etiam addendum est, fuisse operæ pretium, ut in illa repetitione usus ille indicaretur & speciale nomen inderetur huic gemmarum ita dispositarum ordini; nempe quod futuræ essent Urim & Thummim, quoties Deus pro* Israele *convenienter a Pontifice interrogaretur.* At hæc viri docti verba ne tenuem veri speciem præ se ferunt: haud enim oscitantem & tardum adeo Dei auditorem *Mosim* supponere fas est, ut inculcatione indigeret mandati ante pauca tantum commata fuse traditi. Sed neque res eas quarum memoriam intimis audientium medullis infixam volumus, verbis mysticis (qualia sunt *Urim* & *Thummim*) sed magis apertis & captu facilioribus, inculcare solemus. Nec minus languet & friget repetitionis hujusce, quam fingit, ratio altera: ad quid enim hæc solum nomina, eaque tali cum emphasi semper proposita, gemmis hoc ordine dispositis, & in divinandi usum ordinatis, a Deo inderentur? causam sane nullam docet vel Scriptura vel Ratio: quamvis ingenioso forsitan (quali nunquam deerunt pulchra figmenta) promptum erit speciosam aliquam excogitare, si cum *Riveto* sentiat.

(6°.) Non desunt magna quædam nomina quæ huic sententiæ gratiam, si minus & fidem, conciliare possint. In primis [b] *R. D. Kimchi*, qui in lib. *Radic.* hæc habet: לא נתברר אצלנו כה הם האורים והתמים כי ידמה לפי הפסוקים שהם דבר אחר זולתי אבני החשן id est, *non satis explicatum est apud nos quid sint Urim & Thummim, quoniam ex versibus biblicis videtur fuisse aliud quid præter lapides Pectoralis.* Cum hisce paria faciunt [1] *Munsteri* verba: *habuit Pectorale illud ornamentum, præter duodecim lapides & nomina filiorum* Israel *iis inscripta*, Urim & Thummim, *quæ* lucem & perfectionem *significant; ex quibus Sacerdoti summo responsa dabantur: verum quales fuerint nemini mortalium constat.* Huc facit etiam, quod codex *Samaritanus*, antiquitate venerabilis, (pleonastice recedens a veritate Hebraica) tanquam rem diversam a lapidibus Pectoralis, ei fabricam τῶν Urim & Thummim assuat. Nam in textu [c] Hebraico ita legimus, ויעש את מעיל האפוד *& fecit pallium ipsius Ephod:* in Samaritano vero, ועשו את האורים ואת התמים *& fecerunt Urim & Thummim quemadmodum præcepit Jehovah Mosi, & fecerunt pallium ipsius Ephod.* His insuper addo *Sirachidis* testimonium, *Cap.* 45. 10, 11. ubi de Pontificis ornamentis ex instituto agens, de Pectorali judicii, de Urim & Thummim, de lapidibus insculpta tribuum nomina gerentibus, & aliis ad pontificis ornatum spectantibus, speciatim & distincte loquitur. Quibus innuit, Urim & gemmas, æque ac cætera dignitatis pontificalis insignia, res fuisse non nomine tantum sed & numero distinctas & separatas. Gemmas itaque minime fuisse Urim & Thummim pro comperto habeamus.

Quarto: *hæc Pectoralis complementa duæ tantum res erant, quarum una τῷ* Urim *altera τῷ* Thummim, *titulo distinguebatur.* Huic opinioni me firmiter adhærere fateor, quod angustiæ Pectoralis ad plura instrumenta, nisi admodum parvula, continenda minime sufficerent; & quod res illæ duæ finibus & officiis omnibus, quibus plures, satis commode defungi possent. Neque sententiam nostram falsi arguit, quod res illæ nominibus multitudinis semper efferantur: est enim ex consuetudine linguæ Hebrææ, ut pluralis usurpetur pro singulari, ut אלהים *Gen.* 18. 3. ארנים *Is.* 19. 4. Alia exempla occurrunt, *Exod.* 32. 4. *Is.* 53. 10. *Ezech.* 16. 35. & plura curioso suppeditabit *Merceri* [d] Lexicon. Hujusce tam frequentis Hebraismi instantias, אורים & תמים statuit *Theodor.* [e] *Hackspan*, *Vatablus* etiam in *Exod.* 28. 30. ubi, pluralem earum vocum formam nil pensi habens, eas singulariter, per *illuminationem* & *perfectionem*, interpretatur; & *LXX*, qui voces eas per singularia, Δήλωσιν & Ἀλήθειαν, non semel reddunt. Alias hujus rei rationes satis graves suis in locis reddituri sumus. In præsenti sufficiat addidisse S. *Hieronymi* & *Augustini* testimonia: est ex more *Scripturæ ut unum idolum appellet pluraliter, ut est illud in Exodo de vitulo, isti* sunt Dii--qui eduxerunt te. — *Et in Regum volumine: Jeroboam ponens aureum vitulum in Bethel, idola fecisse* [f] *narratur.* Hisce paria sunt illa S. [g] *Augustini: non sane locutiones istæ reperiantur ubi pluralis pro singulari ponitur, nisi in eo rerum genere in quo etiam de pluribus fieri vel intelligi potest.* Ita

a *Comment.* in *Exod.* 28. 30. b In voc. אור c *Exod.* 39. 22. d In voc. בעל e *Miscel. sacr.* lib. 1. c. 2. f *Comment.* in *Dan.* 3. T. 3. col. 1083. g *Locution.* in *Exod.* T. 3. P. 1. col. 319.

1 *Annot.* ad *Exod.* 28. 15.

SECT. II. Elohim de uno idolo, quandoque de Dagone, *Jud.* 16. 23. & Chemosh, 1 *Reg.* 11. 33. & uno vitulo dicitur.

QUINTO: *probabile eſt Urim & Thummim res fuiſſe, non minus numero & uſu, quam nomine, ab invicem diſtinctas.* Huic autem ſententiæ, non novitatis, ſed veritatis ſtudio, me animum adjeciſſe, ſequentia ſatis evincunt argumenta.

(1°.) IN Scriptura ſacra, de Urim & Thummim loquente, notæ quædam, realis diſtinctionis indices, uſitate præmittuntur. Brevitati ſtudens, unum illum Exodi locum in exemplum dabo, [a] *& pones in pectorali judicii* את האורים ואת התמים Ubi particulæ, ו׳ את׳ & ה׳ in una præſertim periodo ſociatæ, fideliſſimi ſunt rerum ab aliis & a ſe invicem, ratione aliqua peculiari ſecretarum teſtes. Non enim opus erat, ut eædem diſtinctionis notæ utrique [cum Urim tum Thummim] affigerentur, ſi nihil aliud eſſent niſi rei unius & ejuſdem nomina.

(2°.) SCRIPTURA ſacra, cum de rebus hiſce mentio incidit, verbum ſolummodo plurale uſurpare ſolet. Hic etiam exemplo ſit locus ille quem citavi modo, *& dabis ad pectorale judicii Urim & Thummim,* והיו *& erunt,* &c. Minime vero credibile eſt, Spiritum S. a receptis apud humanum genus loquendi legibus tam longe recedere voluiſſe, ut verbum numeri pluralis cum Urim & Thummim ſociaret, ſi una tantum res eſſet nominibus duobus inſignita.

(3°.) CUM de Dei conſilio in re dubia, Ephode mediante cognoſcendo, in Scripturis agitur, mentio de Urim ſolummodo fieri ſolet. Varia Scripturæ loca, veritatis hujuſce teſtimonia, occaſione data in medium allaturi ſumus. Hoc autem non obſcure docet, Urim & Thummim in Pectorali quidem & myſterii ſignificatione conjuncta fuiſſe, munere vero & uſu diſſimilia prorſus & ſeparata.

(4°.) Ex infra dicendis abunde conſtet, Deum Urim & Thummim rerum diverſarum typos & ſymbola conſtituiſſe: eſt itaque fidei conſentaneum, ea etiam natura diſcreta & numero diſtincta fuiſſe, ut res ſignificatas concinnius exprimerent & indicarent.

(5°.) MAGISTRI Judaici famæ clarioris huic opinioni ſe patronos præbuere. Nam [b] Philo Judæus, *Rationale* memorans, ita loquitur; ἐπὶ δὲ τῷ λογείῳ διττὰ ὑφάσματα καταποικίλλει, &c. *Id Rationale geminus textus variat, quorum alter* claritas *appellatur, alter* veritas. A *Philone* ſtetit [c] *Aben Ezra,* qui ſic a *Buxtorfio* docetur latine loqui; *Alia reſtat quæſtio* [cum ſcilicet Urim & Thummim una & eadem res fuerit?] *nam non poſſumus dicere, quod Urim fuerint ipſa Thummim; quia de iis diſtincte ſcribitur* לאורים ולתומים Ezr. 2. 63.: *& quia Urim & Thummim vocantur numero plurali, colligimus non rem unam ſed multiplicem fuiſſe.*

HÆC ea ſunt quæ prælibanda duxi, ut Lectoris animus, prima veluti ſententiæ meæ tinctura imbutus, illius ſcientiam & fidem eo facilius imbibat & altius retineat.

SECT. II.

Oſtenditur, Urim *ejuſdem naturæ genericæ cum* Theraphim *fuiſſe, & in locum eorum ſucceſſiſſe.*

SPIRANTE tam ſecunda rationis aura, mens noſtra plenis quaſi velis in hanc ſententiam fertur, quod inſignis diſcrepantia inter Urim & Thummim, non tantum quoad nominum ſonum & ſenſum, ſed rerum ipſarum naturam & uſum, interceſſerit. Eſt itaque Argumenti noſtri conditioni conſentaneum, ut de URIM ejuſque natura primo, poſtea de THUMMIM, ſeorſim diſſeramus.

URIM autem, ut inde ordiamur, inſtrumentum concavum decore fabricatum ([d] ſimulacrum forte parvulum effigiem humanam referens) *Theraphim* antiquitus appellatum fuiſſe videtur. Hoc autem reconditum geſtavit Sacerdos intra concavas Rationalis plicaturas, & eo mediante, Deus, aut Angelus illius vicem & nomen gerens, ad Pontificis interrogata reſpondit, eique quid non agendum, quid præſens quid futurum eſſet, voce formata revelavit.

SENTENTIAM inopinatam adeo, & ab ætatis hujuſce moribus & notionibus alie-

a *Exod.* 28. 30. b L. 2. de *Monarch.* p. 824. A c *Comment.* in *Exod.* 28. 8. d *In eam ſententiam propendeo ipſe: ſi quem tamen* ſimulacri *nomen male habeat, illius loco* inſtrumentum concavum *ubique (per me licet) ſcriptum putet.*

nam,

nam, nonnullos animo fuſpenſo, alios averſo & iniquo, accepturos, facile præſentit animus. Proclive enim eſt, exiguo præſertim rerum uſu præditis, exigere præterita ad normam præſentium, nihilque, niſi quod apud ſuos hodie receptum eſt & uſitatum, verum aut rectum putare. Exoratum itaque Lectorem velim, ut, miſſo vulgari illo mentis humanæ præjudicio, judicium ſuum tantiſper in æquilibrio retineat, donec rationes ad opinionis hujuſce veritatem aſſerendam allatas æqua lance trutinaverit: & mihi facile perſuadeo, Lectorem ad conditionem tam æquam libenter acceſſurum. SECT. III.

SED jam preſſius agam: & ſenſum meum de natura & origine τῷ Urim, ejuſque cum Theraphim cognatione, ſermonis exordio altiuſcule petito, paulo luculentius exprimam.

CUM mos iſte ſimulacra illa fatidica, *Theraphim*, in dubiis conſulendi, longe lateque per gentes invaluiſſet, iiſque conſuetudo, ſeculorum aliquot uſu confirmata, vulgi affectus arcte devinxiſſet; facile in eam ſententiam venio, Deum nempe veterem a Theraphim oracula petendi ritum, in Pectoralis Urim pene invariatum Iſraelitis reſervaſſe; adeoque *Urim* ejuſdem cum *Theraphim* muneris & (forte) figuræ fuiſſe, ſub nominis diverſi larva, ſimulacrum. Cum enim Deo jam res eſſet cum difficilis & pervicacis ingenii populo, ex uſu longo morum ubique receptorum impenſe ſtudioſo; niſi genio proprio & moribus antiquis uti licuiſſet, a Dei legibus & inſtitutis, tanquam novis & exoticis, penitus abhorrere voluiſſent. Multa itaque antiquitus uſitata (paululum autem in melius mutata) populo duro & præfracto conceſſit indulgens Numen; ne ſi ſtudiis eorum prorſus obſtitiſſet, in gentium ſemitas moris antiqui deſiderio effræni præcipites agerentur. Simili exemplo, quamvis jure diſſimili, tot pii Judæorum reges morem iſtum ethnicum in locis editis immolandi toleraſſe creduntur; ne populus, a gentium moribus nulla arte movendus, in ſeditionem abiret & pacem publicam violaret, ſi ſtudiis eorum hac in parte non fuiſſent obſecuti.

NA vero *ægroti veteris ſomnia*, hæc dicens, *meditari* videar; ſententiæ meæ veritatem, teſtimoniis Divinis & Humanis, Argumentis inſuper aliis, oſtendere & confirmare conabor.

SECT. III.

Dicta natura & origo τῷ Urim Hoſeæ *teſtimonio confirmatur.*

ARGUMENTORUM pro cauſa mea militantium principia ducat Scripturæ ſacræ teſtimonium. In ea vero, virium & fiduciæ non parum hic [a] *Hoſea* textus illi conciliare videatur: *quia dies multos ſedebunt filii Iſrael,* אין מלך ואין שר ואין זבח ואין מצבה ואין אפוד ותרפים *abſque rege, & abſque principe, & abſque ſacrificio, & abſque ara, & abſque Ephod & Theraphim.* Ut autem quantum hic locus cauſam meam adjuvet, apertius intelligatur; ex uſu erit, *Ephodis* naturam, & ſenſum vocabuli *Theraphim*, quorum hic mentio facta eſt, paucis explicare.

UT primam penſi mei partem expediam, monendum eſt, duplex Ephodis genus in Scriptura memorari, *Vulgare* unum & *Pontificium* alterum. *Vulgare*, veſtis erat e lino ſolo conflata, ordinarie [b] ſacerdotibus ſolis templo miniſtrantibus induenda. Inde venit, quod LXX *ſine Ephode* hoc in loco per [οὐκ] ἱερατείας abſque *ſacerdotio* reddant. [c] *Joſephus* autem, Agrippam Levitis etiam, munia ſacra obeuntibus, hujuſce veſtis uſum conceſſiſſe refert. *Ephod Pontificium* indumentum erat artis & pretii non vulgaris, utpote gemmis, auro, variis etiam coloribus, diſtinctum & variegatum, quod ſoli Pontifici geſtare concedebatur. Hujus autem Ephodis partes erant duæ: Superhumerale, quod ab humeris ad zonam uſque, totum pectus complectens, contingebat; & Pectorale, ſuperhumerali tam firmo vinculo conjunctum, quod vix potuit, nec ſane [d] debuit, ab eo ſeparari. Ex ea neceſſitudine quæ Pectorali cum Ephode intercesſit, profectum eſt, quod Ephodis nomine [e] nonnunquam Pectorale (comes illius individuus) intelligendum veniat. Jam vero textus Hoſeæ quem præ manibus habemus, de Ephode *vulgari* minime videtur interpretandus; illud enim, obſervante [f] Moncæio, *nihil prohibuit Judæos, omni tempore quantumcunque malo, ac vel in captivitate etiam media,*

Quid per Ephod intelligendum.

a Cap. 3. 4. b 1 *Sam.* 22. 18. c *Antiquit.* l. 20. c. 8. p. 899. d *Exod.* 28. 28.
e 1 *Sam.* 30. 7. f L. 1. de *Aar. Vit.* c. 19.

SECT. III. Et quid per Theraphim.

habere & circumferre: sed de postremi generis Ephode, quod *Pontificium* appellavimus.

PER Theraphim, hoc in loco, non gentium idola (quod plerisque visum est) ad consulendum aut colendum comparata, sunt intelligenda: sed Urim, vel icuncula sacra, consiliorum divinorum nuncia, in Ephode vel adjuncto pectorali ex præscripto divino reponenda. Ita me persuasum habeo, quod rationes non leves habeam, quæ animum meum (principio reluctantem & aversum) in hanc sententiam pertraxerunt.

NAM Primo: rationi minime consentaneum est, Prophetam, flebilem gentis Israeliticæ sortem prædictum, inter mala futura *idolis destitui* ponere voluisse. Rem bonam & licitam oportet esse quam Deus minatur se ablaturum Israelitis, ut de peccatis eorum vindictam sumeret; alioquin eam auferre, non pœnæ sed beneficii loco habendum esset. De quanam autem re bona & licita, ulla cum veri specie, Theraphim hoc in loco possimus interpretari, nisi de Urim Dei, Ephodi nexu tam sacro cohærente? Probe novi, nonnullos hic respondere, quod *minime necesse sit, id omne natura sua bonum & licitum esse, quod in criminis pœnam a Deo aufertur: sufficit quod ei bonum videatur & cordi sit, qui eo privatur, & ejus ablatione damnose affici sentit.* Hoc autem pluma levius: non solet enim Deus ob malum reale pœnam solummodo phantasticam irrogare, nec ulla constat ratio, cur Propheta Theraphim solorum jacturam, misso quovis alio superstitionis instrumento plebi non minus in deliciis, inter mala illa opinata numeraret. His addo [a] *Sancti* rationem, me judice non facile refellendam: *Theraphim hic aliquid significare sacrum, -- satis docet locus ipse, ubi in suppliciis numeratur eorum ablatio, & cum illis rebus conjunguntur, quæ magno habentur in pretio; sive propter religionem, qualia sunt, altare, sacrificium, Ephod; sive propter dignitatem & splendorem, quales principes censentur, & reges.*

SECUNDO: probabilitate omni destitutum est, Prophetam cœlum gehennæ uno adeo spiritu miscere voluisse, ut de ara, sacrificio, & ephod, sanctis, una cum idolis, nullo non dignis odio, juxta loqueretur. Quasi Israelitæ, si calculos rite ponerent, eorum omnium amissione, damno æquali mulctarentur; & Propheta rem Judæorum deploratam hisce verbis incongruis prænunciaret, "Judæorum res in tam tristem redibunt locum, quod mansuri sint, non solum omni cultus divini sed & superstitionis specie, non sacrificiis tantum & ephode, sed statuis etiam & idolis, diu spoliati.

TERTIO: scopus & cohærentia textus non ferunt ut de re aliqua malæ famæ Theraphim interpretemur. Nam jussus est Propheta sibi connubio jungere mulierem *ab amico dilectam*, fidem tamen ei datam adulterio violantem, ideoque singulis amoris sui tesseris orbatam. Nempe ut symbolum & typus propheticus evaderet gentis Judaicæ, quæ fœderis conjugalis cum Domino suo initi fidem adulterio spirituali violaverat, ideoque maritalis amoris insignibus [qua civilibus, *Rege & Principe*, qua sacris, *ara, sacrificio, & Ephode*] merito exuta fuit, quamvis haud plane repudiata. Adeoque necesse est, ut vocem *Theraphim* de singulari aliquo gratiæ & favoris divini pignore intelligendam esse censeamus. Id autem quid aliud esse potuit nisi Urim, quod cum Ephode jungebatur, & cujus vaticinandi facultatem Theraphim proxima similitudine referebat?

QUARTO: Spiritus S. de Ephod & Theraphim hoc in loco, tanquam de rebus ejusdem familiæ, loquitur; de aliis autem omnibus, quasi nullo cognationis vinculo conjunctis, sed ab invicem naturæ diversitate longe separatis. Nam hæc omnia, vocabulo illo disjunctivo אין *absque*, sic a se mutuo separantur: *sedebunt filii Israel* absque *rege*, & absque *principe*, & absque *sacrificio*, & absque *ara* vel *statua*, & absque *Ephode*. Sed Ephod & Theraphim conjunctim, & quasi continuo spiritu legenda, in hunc modum proponuntur, *absque Ephod & Theraphim;* missa illa disjunctionis nota, rebus & personis aliis hoc in loco memoratis interposita. Interpretes itaque nostri turbarunt aliquantulum fontis Hebraici puritatem, cum ita verterint, *for the children of Israel shall abide ——— without an Ephod and without Teraphim.* Sed culpam illam redimunt, quod vocem illam *without*, de penu suo depromptam, literis minusculis exarandam curarint; ne quis eos textum Hebræum hic ad verbum transtulisse incautus existimaret. Quid autem Propheta (ut ad argumentum redeam) ustitam loquendi formulam sic ex inopinato desereret & immutaret, nisi quod vox *Theraphim* hic intelligi debeat de re

a *Comment. in Os.* 3. 4. §. 34.

aliqua

aliqua [Urim nempe] cum Ephode tam indivulse cohærente, & ad ejus integritatem tam necessario requisita, quod ab eo, ne voce quidem disjunctiva, sit devellenda? SECT. III.

QUINTO: Theraphim, hoc in loco, non cum זבח *sacrificio*, vel מצבה *statua* vel *altari*, sed immediate cum *Ephode* sacro, copulatur. Hoc & eo dignius est observatu, quod Ephod & Theraphim nusquam in eodem commate vel capite memorentur; quin ea conjuncta & immediato nexu cohærenria reperiamus. Hoc autem indicio est, Theraphim hic (& alibi sæpe) pro Urim, Ephodi conjunctissime cohærente, capiendum esse. Nam si vox *Theraphim* (quod plerisque placet) hic idola turpissima denotaret, quid cum Ephode, sacratissimo Pontificis ornamento, conjuncta venit, & non potius cum זבח aut מצבה vocibus victimam & statuam profanam & idololatricam quandoque significantibus.

SEXTO: Judæi plerique, S. Patres [*Hieronymus, Cyrillus, Augustinus*] aliique Christo devori, hæc *Hosea* verba de duabus tribubus inrerpretantur: voluntque, per *Gomeram* (quam in uxorem Propheta duxisse [a] dicitur) Tribus decem repræsentatas fuisse; per [b] *adulteram amatam viro*, duas alias, quas Deus favore præcipuo prosequebatur. Hæc autem interpretatio rationi videtur apprime consentanea: nam Tribus decem Ephode cum Theraphim privari non nisi improprie admodum dici poterant: iis enim nunquam forsan adfuit Ephod pontificium, & vix unquam defuit cultus Theraphim, cum non minus in mores quam familias ethnicorum, post aliquot annorum circulos, immigrarint: & illæ vix unquam fuerint sine rege & principe suo, cum in sanguinem & censum Gentium, infinitis commixtæ matrimoniis, transierint. Hæc itaque Prophetæ verba in solis duabus Tribubus complementum habere potuerunt: nam in Captivitate Babylonica *sedebant* illæ *sine rege & principe*, e sanguine scilicet Israelis oriundo: manebant etiam olim, prout & hodie, sacrificio, altari, Ephode, Theraphim etiam aut Urim, destitutæ. Deinde, mulier illa, de qua Prophetæ sermo, ad frugem & uxoris pudicæ morem se tandem recepit, & *Davidem regem*, i. e. [c] Messiam, temporibus novissimis *quæsiisse* dicitur: At spes omnis de reditu decem Tribuum ad bonos mores, ante multa secula decollavit. Si itaque Propheram hic duarum Tribuum statum futurum depinxisse statuamus, nullus supererit dubio locus, quin Theraphim de re licita, Urim nempe, interpretari debeamus. Dum enim Babylonia Judæos captivos detinebat, certum est, eos, non sine statuis & idolis, sed *sine rege & principe* suo, *sine sacrificio*, *altari*, *Ephod & Urim* vel *Theraphim*, permansisse.

SEPTIMO: Interpreres plerique veteres, & e modernis haud pauci, mecum faciunt, & Theraphim hoc in loco de Urim, aut simulacris aliquibus ad Dei cultum spectantibus interpretantur.

GRÆCI interpretes (ut ab Antiquis ordiar) *Theraphim* hoc in loco per δήλων, vel (ut aliqua legunt exemplaria) per δηλώσεων, reddere consultius habuerunt. Eo vero vocabulo, uti & per vocem δήλωσις, [d] aliis in locis *Urim* solent interpretari. Hæc observatio verbis hisce *Bonfrerii* causam non levem præbuit: [e] *LXX Theraphim per δήλων apud Oseam interpretantur*, quo & eos *sæpe Urim vertere diximus* Exod. 28. *Ut proinde certum videatur, Septuaginta apud Oseam nihil aliud intellexisse per δήλα nisi Oraculum istud sacerdotum, quod & adjuncta, sacrificium, altare, Ephod indicant. Neque aliud ibidem intellexisse puto Chaldæum Paraphrasten*, qui Theraphim ומחוי responsum edens *reddit*. Aquila etiam *Theraphim* hic loci per [f] φωτισμῶν explicat, quo nomine & Urim transtulit, *Levit.* 8. 8. *Vulgatus* inrerpres pro Theraphim hic *manifestationes* habet, quo nomine sacerdotis *Urim* notare solet. S. *Hieronymus* etiam tam prope accedit ad partes nostras, ut Theraphim, in hac *Hosea* prophetia, non de prophanis Gentium simulacris, sed de [g] *Cherubim & Seraphim, vel aliis quæ in templi ornamentum fieri jussa sunt*, intelligenda doceat. At secundis cogitationibus in consilium vocaris, propius a nobis absuit: nam post paucas periodos, voces eas, *sine Ephod & Theraphim*, de *instrumentis* quibusdam *habitus sacerdotalis* interpretatur. Eum autem, priusquam textui valedixerat, plane nostrum fuisse, clare testantur illa Patris verba: *quia LXX. Theraphim δήλων interpretati sunt, pro quibus Aquila φωτισμὸς transtulit, & hæc ipsa sunt in Rationali; hoc intelligemus, quia in pectore & corde Pontificis ἀλήθεια καὶ φωτισμὸς, veritas esse debeat atque doctrina.* His autem verbis, observante [h] Drusio, S. *Hieronymus perspicue nomine δήλων intelligit Urim & Thummim.* Theodoritum & Cyrillum Alex. eodem

a Cap. 1. [illegible] b Cap. 2. 1. [illegible] c. V. *Chald. Paraph.* in loc. d V. LXX in *Levit.* 8. 8. *Num.* 27. 21. *Exod.* 28. 26. [illegible] e *Comment.* in *Judic.* 17. 5. f S. *Hieron.* in *Os.* 3. 4. g *Comment.* in loc. h *Not.* in loc.

cum

SECT. III. cum interpretibus jam laudatis animo fuisse, sat liquet e suis in hunc locum Commentariis.

INTERPRETIBUS hisce quibus tot secula reverentiam conciliarunt, aliquos addere liceat ævi recentioris Auctores, qui interpretationi nostræ se amicos præbuerunt. Inter eos sic [a] *Bonfrerius* inprimis eam ambabus manibus ædificat: *Quid Theraphim sit* Oseæ 3. 4. *acris inter auctores est disputatio, & quidem nonnulli* vocem *ad idola referunt. At ego nihil hic idololatricum censeo: cum in his omnibus quæ propheta nominat, si adsint, videatur constitui felix & florens status Reipub. Judaicæ; si desint, infelix & luctuosus status. Dico igitur nihil aliud videri significari illic per Theraphim, quam oracula & responsa, quæ captabantur a sacerdotibus per Urim & Thummim.* Hæc & alia, jam citata, *Bonfrerii* verba probavit [b] *Menochius*, & in sua transtulit. Ab iis *Genebrardum* non multum abiisse constat, [c] qui *Hoseæ* Theraphim de *imaginibus* quibusdam *sacris* intelligenda censuit. *Grotium* etiam cum illo cogitasse probant illius verba in *Explicat. Decalogi, vox* תרפים *videatur esse media, & interdum pro Cherubinis sumi, ut Judic.* 17. 5. & *Ose.* 3. 4.

Object. 5. Satisfactum est. ARGUMENTIS haud inertibus ostendisse videar, Urim sub obscuriori Teraphim titulo hoc in textu latitare. Ne vero jam dicta fidem dubiam & timidam inveniant, Objectionibus hisce quinque necessario occurrendum est.

Object. 1. PRIMA hujusmodi est: vox מצבה in hac scriptura prophetica, non de *ara* (contra Lexicorum omnium fidem) sed de *statua*, lege Dei proscripta, capienda est. Ideoque textus analogia postulat, ut eum, non de Judæis, sed Israelitis apostatis (apud quos statuarum superstitioni servientium usus increbuit) intelligamus; & Theraphim, non de re aliqua ad veri Numinis cultum spectante, sed de quibusdam pessimi nominis imaginibus apud Israelitas, qui ad ethnicismum desciverant, interpretemur.

HISCE speciose magis quam solide dictis, hæc tria regerenda censeo:

Triplici responso solvitur. (1°.) NULLA nobis (qui Magistrorum ferulæ manum subduximus) incumbit necessitas, מצבה de *statua* solummodo interpretari, cum proxime a מזבח *altari*, non minus natura & usu quam sono, distet. Nam inter hæc duo hoc tantum discriminis intercedere tradunt in literis Hebraicis exercitati: *statua* uno constabat lapide, *altare* pluribus: *statua* erigebatur ad libationem & olei fusionem, *altare* ad oblationem aut sacrificium: *statua* ad ingentis alicujus beneficii memoriam posteritati consecrandam, *altare* ut plurimum ad sacrum faciendum. Cum itaque *Statua* & *Altaria* cognatione tam propinqua jungerentur, huic voci מצבה facile patebat transitus a sensu nativo ad *altare* significandum. Ideoque LXX non tantum cum venia sed laude vocem illam per θυσιαστήριον reddidisse censeantur. Nec audiendi sunt qui eos ita transtulisse dicunt, quoniam מזבח θυσιαστήριον loco מצבה *statua* vel *columella* legerint; eo quod Seniores illi quandoque dormitarint, vel usi fuerint exemplari cujus literæ vetustate victæ sæpe diffugerunt. Nam liquido constat, eos non casu sed certo consilio vocem illam ita transtulisse, cum omnes alias, hoc in loco, per vocabula res licitas & veri Dei cultum denotantia reddere non dubitarint.

(2°.) MODO sensum vocis מצבה limitibus arctis adeo coerceamus, ut *statuam* solummodo denotaret; male tamen inde sequetur, eam de re quam Lex in æternum damnavit & interdixit, necessario interpretandam. Non me præterit, Deum legem de [d] *non erigenda* מצבה *statua* populo suo tradidisse. Eam autem Rabbini nonnulli latam tantum pro tempore sentiunt, ut Israelitas cohiberet, alias ad ethnicorum idololatriam omnem effuse ruituros. Sed Maimonides & contribules ejus secula omnia lege illa teneri, eam vero de statuis solummodo Deo alicui fictitio dicatis interpretandam arbitrantur. Hoc e *Dionys.* [e] *Vossii* fide refero, cujus hæc sunt verba: *scriptoris nostri* [Maimonidis] *hæc sententia est, non statuas quasvis, sed superstitiosas duntaxat, esse interdictas: non illas itidem quæ in rei alicujus testimonium ponerentur, qualis illa* [f] *Jacobi* [& fortasse [g] Sichemensium] *Ideoque verba hæc*, ne erigas tibi statuam, *exponunt Hebræi de statua ad superstitionem constituenda; non illa quæ ad memoriam* beneficii *ponitur.* Neque sententiam illam omni fundamento destitutam arbitror: nam ipsa vocis origo doceat, מצבה (quæ *statua* vertitur) non id quod vulgo *statua* notat, humanam nempe figuram significare; sed opus aut monumentum qualecunque, constitutum & erectum, ut ibi sacra fierent, vel ut ingentis alicujus beneficii memoriam conservaret. Sensu priori sumitur jam

a *Comment.* in *Judic.* 17. p. 382. b L. 4. de *Rep. Hebr.* c. 1. n. 5. c In *Chronol. Ætat.* 6.
d *Deut.* 16. 22. e In *Maimonid.* de *Idololat.* Cap. 6. §. 8. f *Gen.* 28. 2. & 31. 52.
g *Judic.* 9. 6.

citato

citato *Deuteronomii* loco, & significatus posterioris exemplum præbere videntur illa Prophetæ verba: [a] *in die illa erit* מזבח *altare in medio terræ Ægypti*, ומצבה *& statua* vel *memoriale*, *juxta terminum ejus*, *Domino*. Hoc itaque vocabulum nil nobis adversi continet. SECT. III.

(3°.) RES nostræ non multum detrimenti caperent, modo מצבה de statua aliqua superstitiosa, inter decem Tribus usurpata, exponendam esse concedatur. Tunc enim sequens *Theraphim* plane redundans erit & otiosum, nisi de imagine fatidica ad Ephodis cui jungitur complementum requisita, vocem illam intelligamus. Sin autem Israelitarum *Theraphim* imagines vaticinæ fuerint, inde Judæorum *Urim* naturam & usum consimilem habuisse non temere colligatur. Nam Israelitæ proculdubio non minus curarunt, ut eorum *Theraphim* Urim Judaici formam exprimeret; quam ut eorum Ephod, Ephodis Judaici figuram ad amussim redderet.

SECUNDO: non-nemo forsan objiciet, me frustra futurum, modo Judæorum Urim nomine τῶ Theraphim hoc in textu notari concessum fuerit. Nam *Hosteas* Urim nomine Theraphim denotasse creditur, non quod eadem natura communi & formæ similitudine sibi mutuo jungerentur; sed quod Theraphim sanctitatem Urim & Thummim, & eorum prædicendi facultatem mentirentur. Hanc sententiam sic probat haud infimi ordinis apud nos Theologus: *ob usum τῶν Theraphim similem sanctorum Urim & Thummim*, *legamus Ephod & Theraphim conjuncta*, *tanquam res naturæ consimilis*, *Hos.* 3. 4. *Judic.* 17. 5. Huic sententiæ proxime accessit [b] Sanctius: *existimo*, inquit, *quæ Hebraice dicuntur* Urim,-- *appellari hoc loco* Theraphim, *quia per illa prægnoscebat populus rerum eventus*;--& *id vere præstabant a Deo*, *quod falso simulacra illa a malis spiritibus animata*. Patet itaque me nominum communionem, opinionis meæ fundamentum minus consulto posuisse. Obj. 2.

RESPONDEO: ob hæc omnia manum non verterim, utpote nec probata profecto nec probabilia. Tollitur.

NAM (1°.) Minime probabile est, Spiritum S. infamem (plerunque) *Theraphim* titulum sacro Pectoralis *Urim* tribuere voluisse, nisi natura quadam communi, prout homines boni & mali convenirent. Sæpe quidem in Scriptura titulum rerum & personarum bonæ famæ, rebus & personis earum perfectiones tantum simulantibus concessum legimus: nusquam autem nomen rerum aut personarum male plurimum audientium, rebus aut personis vera aliqua perfectione præditis, ob similitudinem tantum formalem & commentitiam, inditum reperiamus. Idola ver. gr. & hypocritæ titulis *Elohim* & *Sanctorum*, quorum naturas fingunt & personas induunt, aliquando cohonestantur: at infamia illa idolorum & Hypocritarum nomina Deo & Sanctis ejus nunquam affinguntur. Pari ratione, Theraphim honesto Urim nomine quandoque decorata fuisse, nobis facile persuadeamus; at rationi dissonum est, Prophetam *Urim* sanctum probroso (plerunque) *Theraphim* nomine designare voluisse, tantum quod Theraphim eadem qua Urim futura prædicendi facultate pollere crederentur.

(2°.) NEMINI non constat, LXX titulum τῶ Urim, δήλων nempe, τῷ Theraphim concessisse; & fatentur Adversarii, Prophetam nomen Theraphim τῷ Urim imposuisse. Hæc autem amica nominum commutatio, documentum haud obscurum est, Urim & Thummim summum inter se, quoad usum & naturam, consensum coluisse.

TERTIO: ad interpretationis nostræ fidem infirmandam dici potest, Hoseæ verba, non de duabus Tribubus intelligenda esse, sed Israelitis imperio Jeroboami subditis. Ille nempe, Religionem post tem habens, omnia in cultu divino miscuit, oblationem & ephod a sacris Judæorum, statuam & Theraphim a Gentilium ritibus mutuatus. Cum enim mixto populo præesset Jeroboam, id impense curavit histrio ille multarum partium, populo ut placeret religionis, quam fecit, fabula. Obj. 3.

RESPONDEO: mihi prorsus impossibile videtur hæc verba de decem tribubus vel probabiliter interpretari. Cum enim in gentium familias immigrarint, apertum est, eas *Davidem regem suum* (i. e. Messiam) nec [c] quærere potuisse, nec adhuc quæsiisse. Quoniam autem interpretationi huic auctores haud obscuri favent, pacis ergo libens in præsenti supponam, *Hoseam* sermonem de tribubus apostatis instituisse, cum taxilli mei non minus feliciter casuri sint. Id enim certum manebit & immotum vocem Theraphim, vel de Urim, vel de simulachro munus & figuram ejus æmulante, necessario interpretandam. Non operis difficillimi fuerit, Theraphim de re ulla, in sacris Israelitarum numerata, nisi de instrumento aliquo vices & formam τῶ Urim gerente, eum specie Sol.

a *Isa.* 19. 19. b *Comment. in Ose.* 3. §. 44, 45. c *Quod tamen propheta futurum prædicit.* Hos. 3. 5.

Sect. III. minima veritatis interpretari; præfertim fi מצבה (cum *Riveto* aliifque) de Jeroboami vitulis exponendum effe cenfeamus. Satis hoc *Modo* noftro acutiffimi nafi viro fubolevit: quamvis enim *Hofea* verba de Ifraelitis dicta fenferit, Theraphim tamen de rebus quibufdam, locum Urim apud eos habentibus, exponenda docuit. Illius verba, Latine reddita, fic fonant: *colligere licet, Ifraelitas poft Jeroboami fchifma, cum non haberint Urim & Thummim, ufos fuiffe eorum loco Theraphim in Ephode: hinc enim factum eft, quod Hofea minetur, eos futuros fine Ephode & Theraphim.* Si itaque Jeroboamus Ephod & Theraphim ideo fabricavit, ut locum Ephodis & Urim, tunc aut olim apud Judæos, occuparent; a veri fimilitudine longe remotum eft, eum ufque adeo prudentiam omnem decoxiffe, quod veras eorum formas, quantum fingere datum, exprimere non curarit. Satis enim novit Veterator ille, fua plurimum intereffe, ut illius facra omnia cultus Hierofolymitani formam & exemplar exprimerent; ut fibi populi novi (cui cultus veri memoria nondum protfus exciderat) animos conciliaret, & facinora fua religionis fpeciofæ pigmento dealbaret. Nam eo confilio, facerdotes, facrificia, ephod, vitulos etiam non minus figuram quam numerum (uti fentiunt aliqui) Cherubinorum imitantes, eofque in [a] templis a fe conftructis repofitos, inftituiffe, creditur; ne fi cultus a feipfo inftitutus a Judæorum exemplari diverfus abiret, populus tandem religione tactus ad antiqua facra reditum meditari poffet.

Obj. 4. Quarto: ad Interpretationis noftræ fidem deftruendam objiciet forfan aliquis, quod nulla patet ratio cur Propheta nomen illud honeftum & genuinum, *Urim*, miffum faceret, & Oraculum facrum voce illa profana & fuperftitionem olente, *Theraphim*, dehoneftaret; cum præfertim fanctum Ephodis nomen retinuerit.

Sol. Imo vero, ratio in fummo jacet, nec *Delio* notatore indiget. Nam primo, Theraphim nomen illud erat, cui religio & longa dies honorem apud populum conciliaverat: Deus autem non magis [b] nomine quam mores antiquos, nifi ratione aliqua cogente, prorfus antiquare voluit. Deinde: Theraphim & Urim vocabula fuere pene fynonyma & ταυτοδυναμοῦντα, quod alibi probaturi fumus. Præterea: *Theraphim* nomen erat intime cum ipfa Oraculi natura conjunctum, & illius tantum gratia icunculæ fatidicæ pectoralis inditum: *Urim* autem gratia myfterii (de quo occafione data dicemus) per eam vocem quam per Theraphim fcelicius adumbrandi.

Obj. 5. fatisfit. Quinto: nonnullos hic dicturos auguror, auctores a me citatos caufam meam non multum adjuvare, cum eorum nonnulli *Hofeæ* Theraphim, non de Pectoralis Urim, fed de Templi Cherubim interpretentur. Hoc autem me modice tangit: nam ideo folummodo Theraphim de Cherubinis expofuiffe videantur, quod nullum aliud legis inftitutum animos eorum parum vigilantes fubiit, cui nomen illud convenire cenfebatur. Nifi enim fatidica Pectoralis imago, obfcuritatis alicujus velo in Scripturis obducta, animos eorum minus attentos effugiffet; fieri non potuit, quin per ipfas textus hujufce circumftantias, ad fententiam priorem deponendam, & Theraphim de Urim (non minus honefti nominis imagine) exponendum adducerentur. Hic autem teftium meorum defectus inclyto Græcorum interpretum teftimonio abunde compenfatur: nam illi Theraphim de Urim, & res alias [c] omnes hoc in loco memoratas, per voces honefti vel facri fignificatus interpretantur. Et certe verfionis tam antiquæ teftimonium plus ponderis apud nos habere debet, quam Recentiorum nobis adverfantium dicteria, vel Talmudiftarum omnium de gemmis miraculofe fplendentibus nugamenta.

Sed hoc ferculum ne Lectori naufeam creet, de menfa tandem auferendum eft. Nec opus eft ut in hunc locum *Hofeæ* fufius differam, cum e jam dictis conftet, argumenti mei inde ducti aciem minime hebefcere, fi quis eum de duabus, vel de decem Tribubus interpretandum cenfeat. Addo tamen, fidei certioris caufa, quod incredibile videatur, Prophetam, per מצבה & תרפים vocabula boni quandoque fenfus & ominis, cultum & inftrumenta idololatrica exprimere voluiffe: cum præfertim voces fint aliæ quamplurimæ, quæ numinis fictitii cultum certo & femper indicant, & nullum relinquunt de Scriptoris mente fenfuque dubitandi locum.

a Δύο ποιήσας δαμάλεις χρυσᾶς, καὶ οἰκοδομήσας ναΐσκους τοσαύτας *Jofephus de Jeroboamo, Antiq.* l. 8. c. 8. p. 364. 40. b *Quis enim nominum reatus?* Tertul. c Ἡμέρας πολλὰς καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐδὲ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων. *LXX.* in *Hof.* 3. 4.

SECT.

SECT. IV.

SECT. IV.

Alius Scripturæ locus, Judic. 17. 4. & 5. *ad sententiam meam firmandam affertur, & explicatur.*

PER ea quæ dixi omnia, me non ὑποθέσει δουλεύων, sed veritati, magis pro certo habiturus est Lectnr, si textus sequenris, lnco jam laudato cognatione proxima devincti, momenta mecum perpendere dignatus fuerit. Occurrit autem,

Judic. cap. 17. com. 4. & 5.

Cepitque mater Michæ ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut faceret ex iis sculptile & conflatile.

Viro autem Micha בית אלהים *Domus Deorum, fecitque Ephod & Theraphim.*

QUI quidem textus, utut parum forsan in fronte, plurimum in recessu, ad sententiæ meæ veritatem asserendam, gestare videbitur, si prius duplici quæsito satisfecero: nempe *quid hic fecit Micha, & quo consilio fecit?*

UT horum primn satisfiat, assero me in hoc Textu tria minimum naturæ dissimilis instrumenta videre (ni parum prospiciant oculi) in munus aliquod religiosum comparata. Quid hic fecit Micha?

PRIMO: simulacra duo, *sculptile* & *conflatile* hic dicta, Cherubinorum forte mensuras haud multum superantia. Horum unum e ligno elabotato (ptout Templi Cherubim) & laminis argenteis circumducto; alterum ex argento solido factum arbitror. Rem hanc ita se habere, firmius credo; quia Micha, mater ejus, & Histoticus sacer, de sculptili & conflatili sæpe loquuntur tanquam de rebus numero distinctis; ideoque verbis aliis interpositis, ab invicem [a] quandoque separatis: deinde Micham ædiculam privatam, secundum formam Tabernaculi & cultus Mosaiei adornatam, mediratum fuisse, in sequentibus probaturus sum: ideoque verisimile est, Michæ simulachra Cherubinorum fotmas atque numerum similitudine perfecta reddidisse. Utcunque, pro opinione adversa pugnant alii, qui *Sculptile* & *Conflatile* unum fuisse idolum contendunt, duobus nominibus insignirum. Horum agmen ducunt *Tostatus* & *Moncaius*, quorum posterior sententiam suam his verbis [b] exptimit, *unicum fuisse hoc* Michæ *opus*, *quamvis nomina duo sortitum*, *adducor* credere, *quod utroque* illo sculptilis *&* conflatilis *nomine præmisso*, cap. 17. *subjungatur non solum pronomen relativum, verum etiam verbum numeri singularis: hoc modo*, quod fuit in domo Michæ; *quod nisi de opere unico intelligi dictum non possit. Sed & inde unicum hoc opus fuisse magis etiam intelligi datur*, *quod solo* sculptilis *vocabulo*, *nulla* conflarilis *adjuncta mentione*, *idem in eadem historia postea designetur;* & tulit Ephod & Theraphim & Sculptile, & profectus est cum eis, *Judic.* 18. 20.-- *Porro vocabulo hoc utroque simul hoc modo combinato*, *opus ejusmodi aliquod significari arbitror*, *quod a fabro primum ex ligno dedolatum sculptumque*, *Argentarius deinde argento ductili in laminas attenuato texerit. Quod genus simulachri Esajas insinuat*, cap. 40. 19. & *Baruch*, cap. 6. 36. Quibus omnibus *Moncaium* plurimum a veritare desciviss e manifestum censeo: cum enim asserit, *utroque illo sculptilis & conflatilis nomine præmisso*, *subjungi non solum pronomen relativum*, *verum etiam verbum numeri singularis;* fefellit summum virum (qui vix ad ptimum ruborem se in Hebraicis exercuisse viderur) fides secure nimis Interpreri vulgato habita. Ita enim se habet Versionum norma: ויהי בבית מיכיהו *& fuit in domo Micha.* Ibi vero pronomen relativum ne susurro quidem expressum audio: verbum autem ויהי numeri singularis, non ad *sculptile* & *conflatile* respectum gerit, sed ad vocabulum כסף *argentum*, quod, vocibus nonnullis interposiris, in eodem commate præcedit, ibique juxta usum linguæ Hebrææ *argenteos* denorat. Neque causæ suæ cadenti manum auxiliarem porrigit textus [c] ille, ubi Levita non nisi *sculptile* tulisse dicitur: nam vocis illius ambitu & *conflatile* includi constet, quod [d] bis legamus Danitas, quibus Levita se itineris socium adjunxerat, *Sculptile, Ephod & Theraphim, & conflatile*, manu violenta surripuisse.

SECUNDO: *Ephod* etiam sibi fabricandum curavit *Micha:* id est (si me faveat veritas) vestem splendidam & ambitiosam, qua Sacerdos ejus indutus rebus divinis operam

a *Judic.* 17. 3, 4. & 18. 17, 18. b Lib. 1. de *aur. vit.* c. 17. c Cap. 18. 20. d *Judic.* 18. 17, 18.

SECT. IV.

decore daret. Nam vestem illam nihil ab *Ephodis* Pontificii forma declinasse crediderim, nisi lapides forte Tribuum nomina inscripti defuerint; cum Levita ille non publice & quasi totius Israelis nomine sacerdotio fungeretur.

TERTIO: *Theraphim* insuper, i. e. instrumenta quædam, munere & fortasse forma a *sculptili* & *conflatili* diversa, cum sacra domus Michæ supellectile numerantur. Satis mihi compertum est, *Cajetanum* aliosque contendere, *idem in historia Michæ quod ratione artis vocetur sculptile & conflatile, etiam ratione officii, quod in divinando positum erat, Theraphim nuncupari.* At S. *Hieronymi* auctoritas & argumenta sententiam meam satis in tuto ponunt, & contra communis illius opinionis præjudicium muniunt asseruntque. [a] Ille scilicet, in literis suis ad *Marcellam* datis (quæ, ut animi sensum de Ephode & Theraphim Michæ exprimeret, petiisset) inter alia hæc habet; *ad volumen Judicum in literis tuis transcendisti, in quo Micha de monte Ephraim scribitur mille centum argenti siclos matri, quos illa voverat, reddidisse;* atque *sculptile inde fecisse & conflatile. Et addis hæc post modicum vocari Ephod & Theraphim; quum utique, si Zona sit, aut vestimenti genus, sculptile atque conflatile esse non possit. Agnosco errorem pene omnium Latinorum, putantium Ephod & Theraphim quæ postea nominantur, de hoc argento quod Micha matri dederat fuisse conflata; quum Scriptura sic referat:* & accepit mater ejus, *haud dubium quin Michæ*, argentum & dedit illud conflatori, & fecit illud sculptile atque conflatile; & fuit in domo Michæ,-- & fecit Ephod & Theraphim, &c. *Si autem putas ea quæ superius appellata sunt sculptile & conflatile, Ephod & Theraphim deinceps nominari; disce esse non eadem: siquidem post matris idolum, quod dicitur sculptile atque conflatile, fecit Micha Ephod & Theraphim. sicut ex sequentibus approbatur.* Et responderunt quinque viri qui abierunt considerare terram, & dixerunt ad fratres suos: ecce nostis quia est in domibus istis Ephod & Theraphim & sculptile atque conflatile. *Et post multa quæ in medio prætermisisti:* & ascenderunt quinque viri, & illuc irruerunt, & sumserunt sculptile atque conflatile, Ephod & Theraphim. Et sexcenti viri qui cincti erant vasis bellicis, ingressi sunt domum Michæ, & sumserunt sculptile atque conflatile, Ephod & Theraphim. Hucusque *D. Hieronymus;* cujus verba reperita dedisse operæ pretium duxi, non tantum ut conflatile Michæ & ejus Theraphim rationis plane dissimilis imagines fuisse probem, sed ut una mecum observet Lector, *Ephod & Theraphim* non solum *Hos.* 3. 4. sed & omnibus per integram Michæ historiam locis, nulla unquam interposita, quodam quasi fœdere consociari: cum tamen *sculptile* & *conflatile* nunc conjuncta veniant, nunc divisa. E quibus manifestum est, Ephod & Theraphim affinitatis proximæ vinculo conjuncta fuisse: quod & argumento est, Michæ Theraphim locum τῶ Urim, quod Ephodi fœdere & lege perpetua devinctum fuit, in sacris ejus obtinuisse. Sed in viam, modo hæc extra viam, jam redeat oratio.

Cur hæc fecit Micha.

EXPEDIENDUM incumbit proximo, *quo consilio hæc omnia fecit Micha?* Cui respondeo: non eo animo ædiculam suam instrumentis illis usui sacro destinatis, instruxit Micha, quasi a veri Numinis fide cultuque secessum meditans, cujus illum criminis reum tot Scriptores injuria peragunt. Eo enim egregium studii sui in Deum & Legem divinam documentum edidit, quod quamvis primogenitum suum, more majorum, in Sacerdotem religiose consecrasset; Sacerdotem tamen e gente Levitica oriundum (qui se forte obtulit) quantivis conducere satius habuerit, quam morem illum, lege divina jam antiquatum revocare. Nisi enim Legis & cultus divini studium singulare Micham tenuisset, perinde fuisset an Sacerdos sanguine Levitico, an imo populo genitus sibi contigisset. At ille nullo non gaudio perfusus videtur, quod ei generis Levitici sacerdote frui liceret, & sibi, tanquam eo nomine favoris divini securo, verbis illis impense gratulatur, *nunc scio quod benefaciet mihi Jehova, habenti Levitam in Sacerdotem.* Sed & Michæ mater, quæ in facti sui societatem venit, argenteos suos *Jehovæ*, in ejus nempe cultum & honorem (quantum zelo & simplicitate muliebri sibi persuaserat) se vovisse & consecrasse [b] dicit. Deinde, ab omni veritatis umbra plurimum abest, Deum Michæ Theraphim Oraculis inde datis decorare voluisse (ita enim fecisse Numen statim constabit) modo ea ad cultum effinxisset, vel si a Dæmonis responsis impuritatem hausissent nullo oceano eluendam. Opinioni itaque communi, quæ Micham, animo idololatriæ studioso, hæc omnia fecisse perhibet, non possum non obluctari; & cum iis me sentire fateor, qui dicunt Micham cultus Mosaici zelo, minus forsan oculato ductum, religionis suæ ritus ad illius exemplar adornare studuisse. Cedo enim, qua mente Ephod, ædiculam rei divinæ sacratam, Levitam Sacerdotem, instrumenta in

a *Epist.* ad *Marcel.* T, 2. col. 612. b *Judic.* 17. 3.

spem

spem oraculi divini facta, & duos (ni conjectura aberrem) Cherubinos, sibi compararit; nisi ut Jehovam (cujus benedictionem tanti fecit) juxta cultus Tabernaculo præstiti formam coleret? Sed melius est ut clavum hunc *Moucaio*, cui dextra fortior, figendum tradam: ille nempe, post rationem redditam cur *Jeroboami vitulos ad Cherubinorum similitudinem conflatos* senserit, sic causæ nostræ patrocinium suscipit: *rationem haud levem habere videor de Micha & ejus matre haud secius statuendi. Ipsos scilicet suum sculptile & conflatile, suamque Ephodem & Theraphos, ad Mosaicorum ejusdem generis totidem operum similitudinem effinxisse: quia neque ipsis religionem patriam relinquere aut mutare in animo fuerit, sed quomodo publice tunc temporis in Silo servabatur, in domum suam, privato suo & vicinorum usui & commodo, servandam transferre; tantoque id magis quod major quadam etiam fuisse cum in Micha tum ejus matre religionis cura & studium videatur. Quibus utique haudquaquam, uti Jeroboamo, ab ambitione & asserendi regni terreni studio,-- verum ab excessu pietatis & devotionis (sive illa magis pietatis simulatio & hypocrisis fuit: neque enim si cui sic potius videbitur, admodum repugno) tametsi anormis, & antiquam superstitionem, aut potius abrogatum pridem cultum renovantis, simulacra hac instrumentaque alia sacra per imitationem effingendi cupido incesserit. Uterque siquidem* [a] *Jehovæ Dei majorum suorum, cultum & timorem nominatim professus observatur.* His omnibus aures eo molliores accommodo, quod & Gideonem (idololatriæ flagellum) Ephod & alia instrumenta, quæ tabernaculi vasa imitabantur, in ædibus sacris posuisse constet. Nam per illius Ephod, (uti egregie S. [b] August.) *propter excellentiam vestis sacerdotalis, significata sunt omnia qua pertinerent ad ornamenta vel instrumenta Sacrarii; qua constituit in civitate sua Gideon, veluti ad colendum Deum similia Tabernacula Dei.* Sed ut ad Michæ factum redeat, unde paululum deflexit, sermo, sic illud & *D. Hieronymus* in partem mitiorem [c] interpretatur, *Micha, cum veste sacerdotali, catera quoque qua ad sacerdotalia pertinent ornamenta, per Theraphim fecisse monstratur.* Quæ sane eo magis placeant, quod & *Grotio* eadem pene placuisse, constet e comment. in *Judic.* 17.

De candidis itaque *Micha* Manibus male meruerunt hactenus qui nigrum idololatriæ crimen in eum impingere non dubitarunt. E quorum numero quam plurimi sunt, qui hisce potissimum nituntur argumentis. Obj. 5. occurritur.

Primo: inquiunt, Micham בית אלהים *domum Deorum* (fidem nimis idololatriæ suæ testimonium) habuisse, e disertis [d] historiæ verbis innotescit.

Respondeo: vocem quidem Hebræam, *Elohim*, pluraliter sæpe sumi, atque ita Interpretes plerosqoe hoc in loco transferre, agnosco & lubens. Eos autem perperam fecisse, & hic a genuino vocis sensu plurimum aberrasse, non multum dubito. Nam si Micha *Domum Deorum*, id est, *idolorum*, habuisset; operam imprudens posuit, dum sculptile & conflatile sibi fabricanda curavit, quasi antea Deorum inopia laborasset. Neque Micha, modo criminis tam tetri conscius, animo tam erecto benedictionem Jehovæ expectare poterat. Ideoque LXX Textus Hebr. sensum felicius assecutos existimo, qui eum in hunc modum reddidere, Μιχαία, αὐτῷ οἶκος Θεοῦ. Eorum vestigiis insistens, Vulgatus Interpres verba sensu consimili sumenda docet, sic locum interpretatus, —— *quod fuit in domo Micha, qui adiculam quoque in ea Deo separavit.* Horum interpretationibus, adeoque textui ipsi, lucernam optimam accendit versio illa Arabica, Latine reddita, *& vero Micha destinaverat in domicilio suo ædem Deo.* Neque insolens & a verisimili remota videri debeat versio illa: Primo, quia loci Numini vero dicati sæpius in sacro codice titulo illo celebrantur. Jacobus de loco visione Angelica consecrato, ita loquitur, *Non est hic locus nisi* בית אלהים *Genes.* 28. 17, & 22. Legimus etiam de בית אלהים in Shilo Jud. 18. 31. Occurrit eadem loquendi formula, 1 *Paral.* 9. 13. aliisqoe locis haud paucis, quos, utpote extra præsentis argumenti lineas, prætermitto. Deinde, probabile est hujusmodi ædiculas, quas pii aliqui Deo sanctas voverunt, & quibus eum religione privata coluerunt, a prima rerum Judaicarum memoria extitisse: quanquam forsan iisdem cultus instrumentis, quibus domus Michæ, viri (uti videtur) notæ celebrioris, minime instruerentur. In harum numerum venire censeo, Domum illam *Dei* io monte Ephraim positam, *Jud.* 19. 18. & illa נאות אלהים *habitacula Dei*, *Psal.* 83. 12. & forte מועדי אל *conventicula Dei*, Psal. 74. 8.

Secundo objicitur, quod Scriptura Michæ factum in crimen, verbis proxime sequentibus, aperte vocet: *in diebus illis non erat Rex in Israel: sed unusquisque*,

a *Judic.* 17. 3, 13. b *Quæst.* in *Judic.* T. 3. P. 1. col. 607. c *Epist.* ub. supr.
d *Judic.* 17. 5.

SECT. IV. *quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Quæ verba Michæ cultui aliquam infamiæ notam inurunt, eumque aliquid suo quidem in conspectu rectum, non autem Dei, fecisse innuunt.

Huic Objectioni duo reponenda sunt.

(1°.) Modo Michæ cultum iis in verbis notam censoriam subiisse concesserim, inde male sequetur, eum peccasse in materia vel objecto cultus, sed loci forte circumstantia: quod nempe Dei [a] legem de sacris omnibus ad ostium Tabernaculi peragendis, quamvis animo non malo violaverat. Micha vero legis hujusce religionem minus observasse videtur, quod ædes sacras & aras, ubique locorum positas, gentium pene omnium in vicinia habitantium exempla commendarent. Iis enim frequentes admodum fuere, non tantum domus Deorum publicæ, sed ædiculæ & quasi capellæ in quibus Deos ritibus privatis propitiarunt. Veritatis hujusce testem *Tibullum* advoco:

> [b] *Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu*
> *Stabat in exigua ligneus æde Deus.*

Sic itaque legibus apud Romanos aliquando cautum fuit, *Sacella nemo in privatis ædibus habeto: quum alicujus animum sacrificandi studium incesserit, ad publica sacrificaturus accedito.* Neque [c] Græcis defuere ἱερά τε καὶ βωμοὺς ἐν ἰδίοις οἰκίαις ἱδρυόμενοι, λάθρᾳ τοὺς Θεοὺς ἵλεως οἰόμενοι ποιεῖν θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς i. e. Exponente Serrano, *sacella arasque in privatis ædibus collocantes, putent clam votis & sacrificiis Deos placare.* Ob mores hisce consimiles, *Plato* legem illam affinem apud suos rogari voluit, μὴ κεκτῆσθαι Θεῶν ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά· τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα καὶ ὀργιάζοντα πλὴν τὰ δημόσια, &c. *Separatim nemo habessit in privatis ædibus delubra, neve Deos, nisi publice ascitos. Qui vero aliter fecisse deprehendatur, seu vir seu mulier, qui id sensit, ad legum custodes deferto. Illi vero eos privata sua sacra in publicum proferre jubento.* Sacra hæc privata apud antiquissimos etiam ex Oriente populos in consuerudioem venisse, patet e *Deut.* 27. 15. *Maledictus sit ille qui facit sculptile, & ponit* בסתר *in abscondito*, i. e. Ioterpretante [d] *Maimonide, Et in occulto servieris, recepto colendi modo.* Daus itaque, ut malis innumeris ex hac privata & sine teste religione oriundis occurreret; præcepto cavit, ne Israelitæ aram struerent, conventus agerent, vel victimas mactarent, nisi eo in loco quem ipse præsentiæ suæ sedem renuociaverat. Atque id *forte* Michæ eriminis loco imputandum est, quod ad legis hujusce normam mores & cultum suum non composuerit. *Forte* dixi: nam,

(2°.) Non adeo constat, Michæ cultum, in eo rerum Israeliticarum articulo, a legis illius intentione multum aberrasse. Eo enim tempore, Rex, id est, Judex nullus populo præfuit; ideoque fortasse (ut fit) latronum & sicariorum plena erant nmnia, suis forte partibus deeraot Sacerdotes, publica non nisi summo capitis discrimine adeunda, susque deque versa erant omnia. Cum itaque tam deformis esset Ecclesiæ facies, Micha exemplum suum seculo illi in mala omnia ruenti opposuit, religioois quasi *stator* fuit, Deumque, si minus ut voluit, ut potuit saltem, colere decrevit. Ideoque tenuem quandam eultus Mosaici imaginem, in ædicula illa quam Jehovæ propriam dicasset, imitando expressit. Hoe modo Cl. *Grotius* Micham omni culpa liberat: *quia*, inquit, *Sacerdotes officio non fungebantur, per culpam aut loca infesta latrociniis, existimavit Michas vel privata religione Deum sibi colendum: ideoque cum primum filium suum voluisset sibi esse Sacerdotem, mox repertum Levitam ei prætulit, ut quam proxime ad Legis constituta accederet.* Profecto, si res Ecclesiæ Israeliticæ, Michæ temporibus, loco tam tristi sitæ fuerint, eum lege dicta solutum facile pronunciemus: nam præcepta moralia quidem necessitati nunquam cedunt, ceremonialia vero semper. Hoc & Micham probe tenuisse liquet: oam filium suum primo, deinde Levitam, quamvis non esset e filiis Aaronis, necessitate ita suadente, ad Sacerdotii munus admisit; quod & [e] alibi factum videatur.

Tertio: in idololatriæ suæ argumentum trahitur, quod Micha idola surrepta *Deos* suos [f] appellaverit.

At illam criminis speciem facile diluamus, eum ea loquendi formula ex usu seculi hausta fuerit; quo imagines, præsentiæ divinæ symbola, *Elohim* appellare consueverunt. Eo enim titulo visibilia quædam Dei præscotis pignora in deserto donabant

a *Deut.* 12. 5. b Lib. 1. *Eleg.* 10. c *Plat.* lib. 10. de *legib.* p. 910. d De *Idololat.* c. 7. §. 4.
e 2 *Chron.* 35. 14. f *Judic.* 18. 24.

Israelitæ,

Israelitæ, dicentes, [a] *fac nobis Elohim.* Com tamen "credibile non sit (uti *Calvinus* "in locum) eus tam crassos fuisse, ut vellent Deum sibi creari: sed per metonymiam " *Deos* vocant externas imagines, ex quarum aspectu colligant Deum sibi esse propinquum. Atque huic forte loquendi legi se conformem præbuit Micha, cum sculptile & conflatile suum augusto Deorum titulo insignivit. Non enim tam obtusum gestavit pectus, ut simulacra sua *Deos* esse revera crederet; quod satis ipse probavit, cum argenteos suos se *Jehovæ* dedicasse dixerit. Neque tacendum est, quod Micha, cum de Diis sibi ereptis conquestus sit, non tam sculptile & conflatile suum, quam Theraphim, ante oculos habuisse videatur: nam *Laban*, Theraphim ejus orbatus, Jacobum iisdem pene verbis, quibus Micha Danitas, injuriæ postulavit; dicens, [b] *cur Deos meos eripuisti?* Deinde: Theraphim Angelorum symbola fuisse, qui *Elohim* sæpe vocant ר, alibi probaturi sumus. Et hanc opinionem Lectoris fidei commendant ea [c] *Gr. ii* verba, *hac Micha Theraphim dicimus — vocari* אלהים *id est* Angelos, *quia A.gelos significabant.* SECT. IV.

QUARTO: hoc etiam telo Michæ innocentiam vulnerare student Adversarii: hujus saltem criminis incusandus est merito, quod sculptile fecerit & conflatile: quibus tamen, tanquam pestis idololatricæ signis & causis, Deus Israelitis suis interdixit.

MICHAM equidem simulacra illa fabricasse, quovis Sibyllæ folio certius existimo: ea vero fecisse Micham animo in Deos alienos vergente, ut sentiam, ab animo meo impetrare nequeo. Cum vero Deus, jure suo usus, Cherubinos duos, sculptiles præsentiæ suæ tesseras, in Tabernaculo suo poni jusserit; imaginum suarum numerus, aliæque historiæ circumstantiæ, animum inducunt ut credam, id egisse Micham, ut ejus ædicula religioque privata, & Tabernaculum cultusque publicus (tanquam facies in aquis faciei) apta similitudine responderent & convenirent. Si mihi opinione falsa jam duci contigerit, satis honestum habeo erroris comitem; *Grotium* nempe, cui sententiam haud prorsus diversam placuisse patet. Nam *sculptilia*, [d] inquit ille, *Micha, & fictilia, erant altaria, candelabrum, aliaque ejusmodi minuta, vice magnorum quæ erant in Sanctuario Dei.*

QUINTO: at vero (dixerit hic aliquis) e totius historiæ circumstantiis ipsa luce clarius est, Micham Deos alienos coluisse, Dei legem insuper habuisse, & illius facta pleraque crassam idololatriam aut anilem superstitionem sapere. Eum enim sculptile & fusile fecisse constat, quod præcepto divino e diametro [e] adversatur: has imagines etiam *Deorum* titulo decoravit: & superstitionis totius auctorem, ut fit, fœminam impotentem habuit. Mater enim Michæ, mille & centum ciclis argenteis furto spoliata, diris & maledictis omnibus furem ignotum impotenter oneravit; tandem autem, nummis a filio restitutis, nova religio repente vetulam incessit, & (qua erat inconstantia muliebri) siclos eos, ad sculptile & fusile faciendum, Domino consecravir.

AD infrigendum hujus argumenti robur, hæc duo regerenda videantur:

(1°.) HÆC omnia aperte nimis indicant, Micham nonnulla Legis instituta violasse, & cultum (si speciem externam spectes) ethnico similem, imagine nempe mediante, præstitisse. Cuivis autem, historiam attentius intuenti, rationi consentaneum videbitur, ut Micha, non inter Apostatas & idololatras, sed veri Dei cultores habeatur. Constat enim ex historia, Micham [f] Jehovam coluisse, eique consulenti Deum [g] vera respondisse; ne jam repetam modo dicta animi Jehovæ devoti testimonia. Michæ fusile & sculptile probant tantum, eum Tabernaculi Cherubinos imitari studuisse; vel Jehovam, simulacro vel symbolo visibili mediante, more tunc temporis ubique gentium obtinente, colere statuisse. Michæ matrem quod attinet, omnia aliorsum accipiunt Interpretes, atque illa fecit. Non enim in ciclorum suorom furem, ex impotentia muliebri, diras evomuit primo; postea vero, mutata sententia, nummos Jehovæ consecravit, uti plerique sentiunt: sed argenteos ejus, pro simplicitate sua, Domino vovit & separavit; donationem insuper suam, juramento & anathemate solenniter interposito, [h] voventium & consecrantium ritu, confirmavit. Interpres itaque vulgatus hic rem acu tetigit, Historici sacri verba sic [i] interpretatus: *dixit Micha matri suæ, mille & centum argenteos, quos separaveras tibi, & super quibus me audiente juraveras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus Domino. Reddidit ergo eos matri suæ*

a *Exod.* 32. 23. b *Gen.* 31. 30. c Ad *Judic.* 17. 5. d *Comment.* ad *Judic.* 17. 5. e *Exod.* 20. 4. *Deut.* 4. 15, 16. *Deut.* 27. 15. f *Judic.* 17. 3. & 17. g *Judic.* 18. 5, 6. h *Lev.* 27. 28. i *Judic.* 17. 2, 3.

SECT. IV. *quæ dixerat ei; consecravi & vovi hoc argentum Domino, ut de manu mea fusti. piat filius meus*, &c.

(2°.) CAUSA nostra non multum detrimenti capiet, modo Micham hic male fecisse, & insigniter legem Dei violasse concedamus. Cum enim Micham Jehovam coluisse, & aliquali cultus Mosaici studio ductum fuisse, vel morosus adversarius inficiari nequeat; pronum est inde colligere, Micham aliquid τῷ Urim simillimum cum Ephode suo copulare voluisse, adeoque Theraphim ejus fatidicum Urim similitudioe proxima reddidisse. Nisi enim Theraphim ejus quam proxime ad formam τῷ Urim accessisset, Ephod Mosaicum non tam imitari quam sugillare videretur. Deinde: licet Micha, more forte seculi persuasus, sculptile fecisse, & Deum mediante symbolo visibili coluisse, censeatur; nulla ratio ab usu seculi petita reddi potest, cur *Theraphim* Ephodi sancto jungeret, nisi quod *Urim* repræsentaret, & cum ea, natura & forma generali conveniret.

Argumentum e sermone præcedente deducitur. SATIS quæ jam dixi probant, Micham fidem integram in Deum & legem coluisse, nec gentium ritus aut idola revocare, sed tenuem solummodo patrii cultus imaginem in sacris ejus effingere studuisse. Hinc itaque conjectura non levi aut vana colligendum est, illius Theraphim, Mosis Urim, cujus locum & munus habuit, similitudine propinqua reddidisse. Nam rationi vel Michæ pietati minime consentaneum est, ut existimemus eum, tot sacra ritu *Mosaico* in sacello suo procuraotem, instrumenta, in augustum illud oracula tradendi munus seposita, nisi *Mosaicis* simillima, ferre voluisse: vel quod facerdotem, cultus sui ministrum, tanto labore & impendio sibi comparare voluerit, tam gratis interea malus, ut, loco τῷ URIM, instrumenta quædam imaginum tantum ethnicarum formas referentia, Ephodi suo conjungi pateretur.

Et confirmatur. IN sententiam de Micha ejusque Theraphim candidam adeo, animo eo magis propenso me venire fateor; quod Sanctus Deus utriusque testimonium tam illustre, [a] oraculo e Theraphim dato, perhibuisse videatur. Nam Danitæ (quos dubius itineris sui eventus anxios habuit) Michæ Levitam, Theraphim suis instructum, adiere; rogantes ut Deum loco suo consultaret. *Judic.* 18. 5. Ab eo vero hoe responsi tulere, *ite in pace, coram Domino via quam inituri estis.* De hujus autem responsi origine cœlesti, nullum dubitandi locum relictum video: nam Danitas, animum a tam læto omine sumentes, ei fidem certam dedisse constat; neque Levitæ religio patitur, ut eum, nullo pretio conductum, oraculum divinum simulasse credeteraus; sed & ipse rerum eventus, oraculi illius cœlitus emissi fidem abunde comprobavit. At quis corde adeo omni vacuus est, ut sentiat Danitas a Michæ Theraphim responsa divina expectare, vel Deum inde reddere, voluisse; modo Micha ea, ethnicismi studio, vel a sancto Dei Urim plane diversa fabricasset?

HARUM aut similium rationum evidentia victi, LXX, Cedrenus, Versionis Arabicæ & Syriacæ auctores, aliique, Theraphim, hoc in loco, non de imagine profana, sed de re aliqua bonæ famæ, interpretandum esse crediderunt. LXX, quamvis alibi vocem per εἴδωλα quandoque per γλυπτὰ, nonnunquam & κενοτάφια, verterint; hic *Theraphim* invariatum scite retinuerunt, ne forsan hic ab auctoris intentione sensuque vocis aberrarent. Cedrenus, historiam Michæ recolens, ubique pro *Theraphim* habet *Seraphim*; eoque significat, Micham Theraphim, ut Angelorum symbola vel Oracula, cum Ephode sociasse. Versionis Arabicæ & Syriacæ auctores Theraphim de re aliqua ad Pontificis ornatum spectante intellexerunt. Sic enim sonat Arabica versio, Latine tradita, *fecitque Micha tunicam & thoracem quibus induuntur sacerdotes:* sic autem Syriaca, *vir enim Micha——fecit Ephod & ejus pallium.* Cur autem auctores illi Theraphim de Ephodis pallio, vel pectorali, non de Urim potius, intelligenda senseriot; cogitatio attentissima mihi rationem hanc unam suggeret: nempe plusquam probabile est, sacram illam *Ephodis* icunculam, cui *Theraphim* proxima naturæ & muneris affinitate jungebatur, animos eorum minus attentos plane latuisse.

UTCUNQUE *Cl. Seldenum* hæc omnia vel minime considerasse, vel minimi habuisse, nimis firmo sunt argumento [b] verba illa quibus insaniæ post natos homines maximæ notam Michæ & Danitis imprimit. *Male cultum Dei veri & idolorum seu dæmoniorum miscuit Micha: Ephod enim & Levitam Deo vero proculdubio,--Theraphim conflatile & sculptile Dæmoniis sacravit. A quibus tanquam a* DEO O. M. *etiam Oraculum impetrarunt Danitæ, ut e capite sequenti patet. Nec fidem τῷ Ephod quod ad Deum retulere, nec* τῷ

a *Colebat* Micha *verum Deum, & Deus consulenti vera respondit.* Grot. ad Jud. 17. 6.

b *Syntag.* I. de *Diis Syr.* c. 2.

τοῖς Theraphim Dæmoniorum seorsim habuere idololatræ; ideo utraque consulenda, divino cultu utraque suscipienda perperam duxere. Sed ignoscant mihi viri tam docti *Manes*, si in hac discursus sui fabrica me non rimam sed ostium videre dixerim: nam fidem omnem excedit, Micham, qui benedictionis divinæ cupiditate & legis zelo flagravit, Deum & Dæmones in ejusdem cultus societatem vocare voluisse; vel Danitas omnes impietatis & stultitiæ lineas adeo supergressos, quod Dei Oraculum consulere vellent, nec tamen illi fidem adhibere, nisi novam a suffragio Dæmonis ipsius, auctoritatem accepisset. Si tam perditis ingeniis moribusque fuissent Micha & Danitæ, quod a Dei Ephod & Diaboli Theraphim pari cultus & fidei gradu accedere voluerint; incredibile est, Deum istiusmodi scenarum omnium hominibus per responsa sua adesse & pene adblandiri voluisse. Miror itaque *Theodoritum* in sententia vero tam dissimili stare potuisse. Nam ille, de hoc textu [*Et fecit Ephod & Theraphim*] obiter verba [a] faciens, eum in hunc modum explicandum censuit: Τὸ μὲν Ἐφὼδ, κατὰ μίμησιν τοῦ ἱερατικοῦ ἐνδύματος, τὸ δὲ Θεραφὶμ ταῖς μαντικαῖς ἦν ἁρμόττον προῤῥήσεσιν· i. e. Interprete *G. Herveto*, *Ephod quidem ad imitationem vestis sacerdotalis, Theraphim vero magicis prædictionibus conveniebat.* At forsan minus aberrat a sensu vocis μαντικαῖς, & *Theodoriti* mente, qui eam non de magicis sed propheticis, i. e. divinis prædictionibus interpretatur. SECT. V.

HUNC Textum partibus nostris impense favere, satis (ni me fallat animus) jam dicta probant. Nequeo tamen temperare mihi, quin & hoc unum coronidis vice, superaddam: quod Theologus e nostris celeberrimus, hujus & supra laudatæ Scripturæ luce victus, tam prope a nobis abfuit, quod THERAPHIM apud Gentiles, ex adverso respondisse τῷ URIM apud Hebræos, illius etiam loco a Micha Jeroboamo posita, ejusque munere nonnunquam functa fuisse, ultro dederit. URIM autem & THERAPHIM ejusdem generalis naturæ & usus simulachra, quandoque duo rei ejusdem sacræ nomina, ei religio fuit appellare; forte ne sanctus DEUS per ea idola, per quæ soli noluit, ordinarie loqui crederetur. Ille vero aura levior scrupulus est: neque enim per simulacra Dæmoni inscripta & e medio sumpta, sed per pura quædam & illibata, huic sacro muneri ex instituto divino seposita, & Angelica forte vel Divina manu fabrefacta, DEI oracula tradita contendimus.

SECT. V.

1 *Firmatur sententia argumento e Gideonis historia ducto*, Judic. 8.

ARGUMENTA e Scriptura deprompta quæ viribus præstare, & spem victoriæ lætiorem mihi facere vi[dentur], veluti milites fortiores, in prima quasi acie disponenda censui. Hisce succe[dit] aliud paulo debilius, e Scripturæ verbis obscurioribus elicitum, quod palam & ingenue profiteor me tantum *probabilis argumenti* titulo dignum existimare. Petitur autem e

Judic. cap. 8. com. 27.
Et fecit illud Gideon לאפור *in Ephod, & statuit illud in civitate suo Hophrah.*

IN primo Textus hujusce limine, duo priores nodi se solvendos ingerunt, nempe, *quid hic fecit Gideon*, & *quali animo fecit.* Hisce remotis, ad argumentum e Textu deducendum, orationis nostræ pedes eo minus offensi & impediti progrediantur.

FECIT itaque Gideon (ut primo quæsito satisfiat) instrumenta ea omnia, cultui divino inservientia, quæ & Micham antea fecisse diximus. Nempe *Ephod*, id est (ni fallat conjectura) vestem ea arte contextam & elaboratam, ut, si splendorem spectes, cum primo suo exemplari, veste Pontificia, certare videretur: *Theraphim* insuper, cum simulacris aliis *Cherubinorum* figuram & pompam æmulantibus. Hujus conjecturæ fundamenta haud infida me habere censeo: Nam,

(1°.) VESTIS illa Pontificia (quod lippis notum) e lino præcipue conflata fuit: adeoque certum est נזמי הזהב *inaures* illas (quæ *Gideoni*, re bene gesta contra *Midianitas*, præmii loco cesserant) in ea constituenda partem nullam vel nulli proximam habere potuisse.

a Ερωτ. μδ'. in Reg. 4.

SECT. V.

(2°.) SIMULACRA in ufum religiofum ficta, ex inauribus iftiufmodi, recepta feculi confuetudine, antiquitus componebantur. Huic affertioni fidem aftruit Textus [a] ille. *Et dederunt Jacobo, omnes qui fecum, Deos alienos qui erant in manibus ipforum &* הנזמים *inaures quæ erant in auribus ipforum.* Cui obfcuriori loco [b] *Schindlerus* lucernam accendit optimam: *tempore*, inquit, *illo monilia erant parata, ut inde idola fierent, & peculii loco haberentur: ficut ex monilibus* (quæ Ægyptiorum ritu geftarunt Ifraelitæ) *Vitulum fecit* [c] *Aharon, Ephod Gideon. Ideo Jacob fimul cum idolis monilia abfcondit.* Plura de inauribus iftis habeant curiofi apud *D. Auguft. Epift.* 245. *Maimonid.* de *Idololat.* c. 7. fect. 10. & *Grotium* ad *Genef.* 35. 4.

(3°.) SINGULOS qui, religionis cura ducti, fymbola vel fimulacra facra formaffe dicuntur, auri aut argenti plurimum ad opus fuum ornandum corrafiffe legimus. Nam Aaron, vituli fui conflandi gratia, omnes populi inaures, Micha ducentos argenteos, & David ad Cherubinos fuos componendos, [d] auri puriffimi non parum fibi comparavit. Nec certe mihi vel fingere datum, alium in religione ufum, præter jam dictum, cui Gideon ingentem illam auri vim dedicare poterat: *fuit enim*, [e] hiftorico facro referente, *pondus inaurium auri quas poftulavit, mille & feptingentorum aureorum.* At abfonum eft fidei, Sacerdotem ullum, tanti ponderis Ephode onuftum potius quam veftitum, religionis opera peragere potuiffe.

(4°.) SAT liquet, Ifraelitas Aaronis vitulum, Michæ conflatile, & Gideonis Ephod (quanquam præter Auctorum confilium) cultu tandem idololatrico profecutos fuiffe. Probabile eft itaque, ea ufu confimili confpirantia, naturæ confimilis communione & affinitate cohæfiffe.

(5°.) VERSIONIS Arabicæ Auctor, Textum, qui nos occupatos tenet, fic vertit; *& conflavit illud Gideon in fimulacrum.* Hoc autem eum non fine confilio feciffe, probant hiftoriæ facræ verba, *dictum eft enim*, obfervante [f] S. Auguftino, *ftatuit illud* Gideon *in civitate fua, ut hinc intelligeretur aureum factum fuiffe: non enim dictum eft*, pofuit, *fed* ftatuit, *quoniam ita erat folidum & validum ut ftatui poffet, hoc eft, pofitum ftare.* Hoc autem de fimulacro, non de vefte, dici poteft.

HIS omnibus opponet fortaffe non nemo, quod Hiftoria facra fatis verborum meorum vanitatem arguat, quæ *Gideonem* aureos ejus in *Ephod* (non in Cherubinos aut Theraphim) feciffe afferit. Ideoque imagines ullas ab *Ephode* diverfas, ipfe fingam, non Gideon.

RESPONDEO: ita quidem textum ab Interpretibus plerifque reddi, non fum nefcius: nec ab iis diverfa abit verfio noftra *Anglicana*, quæ fic habet, *And Gideon made an Ephod thereof*, ex inauribus nempe, quarum commate præcedente mentio facta eft. At forfan viri illi docti verfiones fuas eo in loco non adeo vere ad veritatem Hebraicam exegerunt. Ita enim in fonte legimus, ויעש א[illegible] הגדעון לאפד *& Gideon fecit illud* [puta זהב aurum] *propter Ephod* (nam ita Hebræorum ל, quando præfixi locum habet, frequenter fignificat) i. e. formavit aurum in Theraphim & Cherubim, *Ephodis* gratia: nam ut Sacerdos, non nifi *Ephode* ornatus, figuras priores confuleret & ad pofteriores accederet, in legem & morem tranfiit. Si hic fenfus obtineat, locum huic [illegible] habeamus, 1 *Reg.* 6. 16. *Et ftruxit illi*, [fcil. templo] *viginti cubitos*, לדבר: לקדש הקדשים ubi nos & alii, τῷ ל tribuimus poteftatem vocis *propter*, ita transferentes, *Even for the Oracle, even for the moft holy place.* Simile exemplum dabit *Judic.* 6. 31. *num* לבעל *pro Baale litigabitis?* & *Job.* 13. 7. הלאל [g] *num pro Deo loquemini vanitatem?* Sed fi hæc duri aliquid & coacti habeant, dici poffit cum [h] *S. Auguftino*, *Ephod*, propter eminentiam & dignitatem ejus, pro omnibus aliis notæ minoris ornamentis, ad Sacrarium aut Sacerdotem fpectantibus, hoc in loco fumendum effe. Nam occurrunt nonnunquam in Scriptis divinis Urim & Thummim, nulla mentione facta τῷ Ephod & *Cofchen*; [i] Ephod aliquando fine mentione τῷ *Urim*: quoniam hæc omnia connubio & fœdere fideli jungebantur. Quidni itaque *Ephod* hic fenfu complexo accipiamus, & eadem fiducia, Theraphim vocis illius ambitu hoc in textu, qua Urim in alio, contineri afferamus?

SI Lector de Gideonis, *Ephod* fabricantis, animo dubium moveat; id eximiæ fuæ pietati & in Deum gratitudini, cujus aufpiciis tam lætam de Midianitis victoriam reportavit, deberi credo, ut eum candido fimplicique animo, quamvis eventu nigro tri-

a *Genef.* 35. 4. b In voc. נזם. c *Exod.* 32. 2, 3. d 1 *Chron.* 28. 18. e *Judic.* 8. 26. f *Quæft.* in *Judic.* 41. T. 3. P. 1. g V. etiam *Job.* 19. 17. & 37. 1. h Ub. fupr. i 1 *Sam.* 23. 9.

ftique,

SECT. VI.

ſtique, hæc omnia feciſſe ſentiamus. Nam eo forſan boni viri conſilia collinearunt, ut victoriæ ſuæ memoriam, per monimenta quædam ex hoſtium manubiis & ſpoliis facta, & rerum ſacrarum ſimilitudinem præferentia, poſteritati conſecraret: vel (quod propius eſt fidem) ut, zeli & gaudii exceſſu jam motus, figuras Cherubinorum, Ephodis, ejuſque Urim vel Theraphim, in ſimulacris ejus effingeret; quo Dominum Exercituum, cui palmas ſuas debuit, non publice tantum ſed & privatim, ſecundum uſum Tabernaculi conſuleret & adoraret. Eandem ſententiam ratam habuit [a] S. *Auguſtinus:* in eo, inquit, fuit *peccatum Gideon, quod extra Dei Tabernaculum fecerit aliquid ſimile, ubi Deus coleretur: non quod ſolido auro, velut ad adorandum conſtituerit Ephod.* Sed veriſimile eſt, Gideonem (qui imperii ſummam jam tenuit) Ephod & annexa ſimulachra præcipue conſilii divini, rebus ita poſtulantibus, capiendi gratia fabricaſſe. Huic ſententiæ roboris haud parum addunt *Theodoriti* [b] verba, ὁ μέντοι τοῦ Γεδεὼν σκοπὸς οὐκ εἰς ἀσέβειαν ἀπέβλεπεν· ἀλλ' ὡς ἄρχων καὶ στρατηγὸς ἐβούλετο διὰ τοῦ Ἐφὼδ τὸ πρακτέον μανθάνειν. i. e. *Gideonis intentio minime vergebat ad impietatem; ſed, cum eſſet princeps & dux Exercitus, volebat cognoſcere per Ephod quid facto opus eſſet.* Eidem ſententiæ doctiſſimum [c] *Schindlerum* manum dediſſe liquet: nam textu noſtro [*& fecit illud Gideon in Ephod*] obiter laudato, addit, *eſt ſpecies divinationis ſimilis ſacro Ephod.* Nempe, probe novit Gideon, Deum Ephodis Oraculum regni ducibus proprium feciſſe; & illud, non ad frivola vulgi, ſed graviora regni, dubia ſolvendum inſtituiſſe. Juxta id quod legimus in *Maſſec.* [1] *Sotah*, אין נשאלין אלא צבור [או] מלך *nulli fas eſt conſulere illud,* [Oraculum Urim] *niſi Congregationi* aut *Regi.* Cum itaque Gideon ad regni clavum ſederet, ut publicum Ephodis Oraculum (tanquam cynoſuram, turbidis præſertim temporibus, apprime neceſſariam) ad curſum ſuum dirigendum, præſens haberet; forte non minus populi ſalutem quam loci ſui dignitatem poſtulare judicavit. In hanc mitem de Gideone ſententiam inclinat animus, quod, ratione & charitate omni reclamante, ſentire non poſſim, Gideonem cœli Majeſtatem ita in os lædere voluiſſe, ut ſimulacrum, Ephodis ſancti titulo decoratum, ad cultum idololatricum; & ſpolia Deo auſpice hoſtibus erepta Diabolo dedicaret: quaſi in animo haberet, de Deo & hoſtibus Ejus una opera triumphare.

Cum itaque vero tam ſimile ſit, Gideonis & Michæ factum atque animum non multum ab invicem abiiſſe, & utroſque ſimulacra quædam aurea & argentea, Moſis Urim & Cherubim imitando ſtudio, fabricaſſe; inde conjecturæ locus eſt, Pontificis Ephod (exemplar ad cujus ſimilitudinem ſua omnia formavit Gideon) imaginem unam & alteram intus habuiſſe. Quod enim Gideon a rerum Moſaicarum forma in inſtitutis ejus religioſis vel latum unguem recedere voluerit, illius tam teſtata fides & pietas, ut credam, minime patiuntur.

Cum autem hoc argumentum in probabilium ſolummodo claſſe collocaverim, ſatis ſit illud levi manu tetigiſſe.

SECT. VI.

Sententia de natura τοῦ Urim tradita, quadruplici teſtimonio humano confirmatur.

QUAMVIS tam luculenta Scripturæ teſtimonia me perſuaſum faciant, ſententiam meam veram eſſe, vel ſaltem quavis alia veritati propiorem; ne tamen Scripturas in partes meas trahere potius quam ducere, & nubem e craſſioribus rerum ſacrarum conceptibus ortam amplecti, videar; eam veterum & Recentiorum teſtimoniis communitam dabo. Hic autem inter libros & literatos me hoſpitem adeo, doleos fateor; quod ſi quatuor, eoſque paucis admodum de hoc Oraculo differentes, eximam, me nullos in hoc Argumento mecum ſentientes vidiſſe contigerit.

Horum autem primus eſt *Philo Judæus*, qui, de Rationali loquens, hæc [d] habet: τὸ δὲ λόγιον τετράγωνον διπλοῦν κατεσκευάζετο, ὡσανεὶ βάσις, ἵνα δύο ἀρετὰς ἀγαλματοφορῇ, δήλωσίν τε καὶ ἀλήθειαν. Quod quidem teſtimonium (ne quid de meo *Philoni* aſſuere videar) malim verbis * *Rob. Heggi* noſtratis, quam propriis Latine reddere. Sic autem ille *Philonem* interpretatur: *Rationale factum erat quadrangulum & duplum tanquam baſis,* Philonis Judæi.

a Ub. ſupr. b In *Judic. Qu.* 17. c In voc. אפד. d L. 3. de *Vit. Moſ.* p. 670. C. * *Lect.* 4. in aliquot. *Script.* loca.

1 Hæc non legibus in *Sotah.* ſed *Jom.* cap. 7. §. 5.

Sect. VI. *& imagines duarum virtutum ferens*, δηλώσεως καὶ ἀληθείας. Ut lucem paulo pleniorem auctoris mei verbis afferam, hoc (ni me fallam) sibi voluit *Philo:* " λόγιον eo fine duplex factum est, ut illius fundum aut medium duabus imaginibus ferendis eo felicius " inserviret. Imagines autem illæ *manifestatio* & *veritas* dictæ sunt, vel quod harum " qualitatum symbola essent & typi, vel quod ea virtute divina quandoque prædita, qua " veritatem manifestam facere potuerunt. Certe ni hic fuerit *Philonis* sensus, juxta cum ignaris maxime me scire fateor, cur λόγιον simulacra ferre, multo minus cur illud ἀρετὰς ἀγαλματοφορεῖν *virtutes in imaginibus ferre*, dixerit.

Hic forte Lector hunc nobis iojiciet scrupulum, quod *Philo*, ne tortus quidem a nobis, se nostrum fateri velit. Nam literis Græcorum vel elementariis imbuti probe norunt, eos ἀγάλματα, non simulacra tantum, verum etiam pocula, vasa rariora, vestes, & res alias cujuscunque nominis, appellare. Sed nihil est cur scrupulus ille oos multum vexet. norunt enim *pueri*, Græcos ἀγαλμάτων nomine *simulacra* frequentius indicare solitos; nec sciunt *viri*, cur hoc *Philonis* verbum, hic sensu maxime trito non liceat interpretari, cum præsertim ipse [a] *Philo* vocem eam hoc sensu alibi usurpaverit.

Si quis ingenii plus æquo curiosi hic a me quærat, eur *Philo* verbis tam obscuris, & vix dimidiatam veritatem referentibus, de Pectoralis Oraculo, primo licet Oeconomiæ Mosaicæ decore & gloria, locutus fuerit? In promptu responsum est: Judæos erat *Philo*, qui forsan, e communi gentis indole, & immani illo quo flagravit cultus ethnici odio, ab ipsa pene umbra & imagine simulacri, præsertim in sacris, adeo totus abhorruit, quod (veritate licet ipsa confessionem pene exprimente) religionem suam ullum cum simulacro commercium habere, palam & ingenue confiteri noluit. Hæc autem ratio eo faciliorem apud me locum obtiner, quod [b] alibi *Philo*, de Urim & Thummim dicturus, vocibus usus sit nocte & mysterio plenis, eaque κατὰ ὑφάσματα tantum appellaverit. Ideo vero tam obscure loqui consultum habuit, oe (si nudam & simplicem veritatem enunciaret) religionis suæ honori, apud suos, quos imaginem odio omni prosequi norat. minus prospexisse crederetur. Et a veritate forte non longe abiturus est, qui *Josephum* eadem pene in animo habuisse dixerit, cum de Cherubinis, sanctis illis imaginibus, ei sermo incidisset. In iis enim describendis tam vasre se gessit, ut satis pateat, eum (si libitum fuisset) eos expressius apertiusque describere potuisse. [c] Dicit enim, eos fuisse *animalia volucria, nova specie, nec cuiquam mortalium visa*. Et, quasi nimia loquend licentia hic peccasser incautus, de iis tanquam mysteriis agit, *Antiq.* lib. 8. c. 3. ubi ait, hæ Cherubinorum *species quanam specie fuerint, nemo conjicere potest vel eloqui*. Noluit forte Cherubinos verbis apertis descriptos dare, ne religio patria, gratia imaginum, apud populares suos evilesceret, aut eam Gentiles æmuli conviciis & dicteriis eo nomine dehonestarent. Sed in viam me jam refero, unde paululum aberravi.

Aben-Ezra. Alium e Judæorum gente, notæ non vulgaris auctorem, *Aben-Ezram*, mihi reperire contigit, qui Urim & Thummim, imagines, forsan & Theraphim, quamvis (*Philonis* more) verbis obscuris asserit. Nam referente [d] Buxtorfio, *existimavit ea fuisse* מעשה אומן בכסף וזהב *opus argentifabri vel aurifabri, & simile quid illis figuris* שיעשו בעלי הכוכבים לדעת מחשבת השואל *quas faciunt Astrologi, ad sciendum cogitationem ejus qui interrogat*. Ubi per figuras quas Astrologi faciunt, Theraphim intellexisse videatur. Nam ea voce, *Kirchero* teste, *Aben Ezra* imagines arte tantum astrologica, id est, *cœli astrorumque certa observatione*, confectas, *ritu Ægyptiaco sacratas, significari arbitratus est*. Neque *Kircherum* spurios solummodo capitis sui fœtus in *Aben-Ezra* sinu fovendos posuisse, satis e Rabbini verbis in Gen. 31. & a [e] *Kirchero* citatis elucescit.

R. Azariæ. Locum inter testes hosce tertium *R. Azarias* occupet, qui, de Urim & Thummim [f] agens, hæc babet: בשם ר׳ עובריה ספורני שמעתי דברים אלה האורים היו דומים בנושא ובענין לאותם העתידות שהיו מגידים הכומרים לעבודה זרה הנקראים אורקולי בשנים קדמוניות i. e. *Nomine R. Obadia Sporni audivi hæc: Urim similia erant materia & aspectu futuris illis*, i. e. annunciantibus futura, *per quæ sacrificuli Idolorum vaticinabantur, & annis antiquioribus Oracula vocabantur*. Hujus autem sermonis auctorem, hic ad Ethoicorum præcipue Theraphim digitum intendisse, non facile dubitandum est.

a Ἀγαλματοφορούμενοι ἀγάλματα, ἤτοι τύπους τῶν νοηθέντων φέρων ἐν ἑαυτῷ ἤτοι φίλων. *Suidas* in ἄγαλμα. b L. 2. de *Monarc.* p. 824. c *Antiq.* l. 3. c. 6. p. 110. 20. d *Hist. Urim & Thum.* c. 2. e *Oedip. Ægypt.* T. 1. *synt.* 4. c. 3. f Lib. מאור עינים pag. 150. col. 2.

Fiducia

Fiduciæ nonnihil mihi hæc meditanti addiderunt etiam verba *Christophori Castri*, Sect. VI.
qui ante annos septuaginta, se causæ nostræ patronum præbuit. Ille vero, postquam varias auctorum fenteotias de modo respondendi per Urim enumerasset, sic sensum suum [a] exprimit, nostro plerunque consonum & parallelum: *cum nihil quod satisfaceret, invenirem, incidi iu locum* [b] Hoseæ, *qui fortasse veritatem aperiet: uam ibi Theraphim, cum Ephode conjunctum*, Urim *&* Thummim, *significare videtur. Hoc aperte nos docent Septuaginta, qui, cum alibi duo illa nomina* δῆλωσιν *&* ἀλήθειαν *transferant, hoc loco pro* Theraphim δήλους *transtulere*, Urim & Thummim *volentes intelligere, per quæ futura manifestabantur. Erant ergo* Urim *&* Thommim, *iidem qui* Theraphim, *per quæ interrogabatur de futuris.* Theraphim *autem imaguncula erant seu idola, quæ interrogata responsa dabant voce manifesta. Quia ergo Deus voluit populum illum ablactare, & a ritibus gentium & dæmonum cultu suaviter avocare; sicut reliquit eis tam varia sacrificiorum genera, quæ dæmoni prius exhibebantur, posterius Deo præstabantur; ita modos illos admirandos, quibus dæmones se hominibus admirabiles ostendebant, prædicendi futura & occulta revelandi, conservavit Israelitis; sed per Deum ipsum iu illius honorem hujusmodi erant Oracula, sortes, omiua, ostenta, & visa prophetica: in his numerantur* Theraphim, *pro quibus dedit illis* Urim *&* Thummim, *sed medio summo sacerdote, ut occasio plebi ignoranti removeretur, uti idola, ea colendi. Erant igitur duo parvula simulacra affabre facta, vel Dei manu, vel artificum ornamentorum, quæ ferebat sacerdos inter plicas Rationalis, & quoties aliquid erat interrogandum efferebat: per illa vero Deus vel Angelus nomine Dei, clare & perspicue, quid agendum quidve non agendum respondebat: & propter sermonis perspicuitatem quo manifestabantur responsa, & propter veritatem dicti aut promissi certo compleudi, unum dicebatur* Urim, illuminationes, perspicuitates; *alterum* Thummim, coosummationes, completiones, & veritates; *quo de responso complendo certiores redirent interrogantes. Dum autem sacerdos ea idolula ostendebat, verisimile est; ea emicare aut coruscare solita, ad captandam populi attentionem, & ad ingenerandam admirationem, quæ Deo vero eos conjungeret, quasi tantorum miraculorum auctori.*

Auctoris hujusce literis instructissimi testimonium mihi impense gratulor, ejusque verba tanti sunt apud me, quod ea digna judicaverim quibus paulisper immorarer, & quorum momenta, priusquam progrediar, æquis ponderibus examinarem.

Inprimis itaque me io Auctoris illius, de natura τοῦ Urim, & ejus origine sententiam, pedibus haud cunctabundis infero; quam nempe firmam & solidam argumentis bene multis me probare posse confido. Quamvis autem certitudinem æqualem in iis quæ de horum idolulorum, divina formatiooe, eorum inter coosulendum in apricum prolatione, splendore insolito, certo numero & usu, sermoois etiam sui perspicuitate, tam fidenter asseruit, ipse desiderem; ea tamen summo cum acumine excogitata, a Sacris etiam literis & Oraculi conditione non prorsus aliena, censeo.

Quum enim formationem τῶν Urim & Thummim Oraculi tantum auctori dandam dixit, tantum abest ut a veri similitudine recederet, quod *Prideauxius* noster hoc unum e Scriptura constare [c] dicat; *non facta hæc fuisse ab artificibus, sed a Deo immediate tradita. Ita enim de cæteris*, inquit, ad Pontificis & Tabernaculi ornatum spectantibus *legimus, facies* hoc *vel* illud: *at de Urim & Thummim sic habet* [d] vers. 30. *Pones* [non facies] *illa.* Alia itaque omnia inter dubia referens, hoc unum manere & fixum esse voluit, *Urim & Thummim a Deo tradita, & a Mose recepta fuisse.* Idem hac in re sensus fuit [e] *Ar. Montano*, qui de Urim & Thummim loquens hæc habet: *hanc autem rem, cujuscunque natura illa fuerit, hominum artificio factam aut comparatam non fuisse, sed divinitus Mosi datam, vel eo tempore quo Lex & Tabulæ, vel eo quo perfectum opus fuit, arbitramur.* Atque hanc senteotiam, non χθὲς demum aut πρώην natam, sed antiquis Græcorum & Hebræorum testimoniis suffultam esse, patebit consulenti *Hottingeri Exercit. Antimorin.* Sect. 66. ubi utramque pene implent libri sui paginam. Eundem hac in re sensum habuere citerioris ævi Theologi: [f] *Junius*, [g] *Calvinus*, [h] *Henr. Altingus*, [i] *Schickardus*, [k] *Perkinsus*, aliique. Huic sententiæ veri colorem inducit, quod cum antiqua Urim & Thummim in captivitate periissent, viri Synagogæ magnæ, reduces, eorum ne figuras quidem denuo fabricare sint ausi, quamvis alia omnia sacerdotis summi ornamenta in integrum restituerint. Nam Urim & Thommim Artificis tantum Supremi, ea vero communi Artificum inferiorum manu, fabrefacta credidisse videantur.

a Lib. 3. de *Prophet.* cap. 3. b *Hos.* 3. 4. c *Orat.* de *Vest. Aaron.* p. 16. d *Exod.* 28. e *Antiq. Jud.* L. 6. f *Not.* in *Exod.* 28. 30. g *Comment.* in *Deut.* 33. 8. h *Problem.* l. 2. *prob.* 5. i *De jur. reg.* c. 1. *Theor.* 2. k In *Explic. Symb.*

SECT. VI.

SED, (ut libere quod ſentiam eloquar) qoamvis ſuadeant hæc omnia, non cogunt. Nam vulgi quidem fide receptum eſt, figuras τῶν Urim & Thummim ſub Templo ſecundo defuiſſe; ſententiam autem illam affinitate nulla veritati conjunctam eſſe, *Maimonidis* teſtimonio probari poteſt, qui diſerte [a] dicit, Judæos, a Captivitate reduces, ut nrnamentorum pontificiorum numerum Lege præſcriptum complerent, figuram τῶν Urim & Thummim, inter alia ad Pontificis ornatum ſpectantia, reſtituiſſe; *quamvis*, inquit, *eam non conſulerent*, *deficiente Spiritu S. ſub Templo ſecundo.* Nec minus elumbis & caſſa viribus eſt ratio illa altera, cui hæc ſententia niti ſolet: nam de faciendis Urim & Thummim, ptout etiam de eorum materia & forma, nibil diſertis verbis in Lege mandatum extat; forte quod utraque, ex uſu quotidiano apud plebem obtinente, vel typo aliquo in monte monſtrato, *Moſi* ſatis innoteſcerent, vel quod Pectorale ea non minus nomine quam medio ſuo comprehenderet. Neque tacito pede prætereundum, quod codex Samaritanus, a nnnnullis non minus integritatis quam antiquitatis nomine celebratus Moſi & artificibus ſabricam τῶν Urim & Thummim expreſſe aſtruat, *Exod.* 28. 30. Ubi Textus quidem Hebraieus ſic ſe habet, ונתת אל חשן המשפט *Pones autem in Pectorali judicii Urim & Thummim*, &c. Samaritanus autem longe aliter, ועשיתה את האורים *& facies Urim & Thummim*, *& pones in Pectorali*, &c. idem etiam diſcrimen occurrit, *Exod.* 39. com. 22. ubi in Hebræo ſic ſcriptum extat, ויעש את העיל האפוד *fecit inſuper pallium ipſius Ephod;* in Samaritano vero, ויעשו את האורים *& fecerunt Urim & Thummim*, *quemadmodum præcepit Jehova Moſi*, *& fecerunt pallium ipſius* Ephod. Codicem Samaritanum hoc refereotem a Textus equidem Hebræi, non autem rei ipſius veritate declinaſſe, me perſuaſum habeo: nulla enim ratio eſt, cur Urim & Thummim tot paraſangis, Cherubim, Arcam, Ephod, aliave potioris notæ Tabernaculi inſtrumeota, religione, & ſanctitate antecedere crederemus, ut horum quidem origini artificis humani dextram, τῶν *Urim* & *Thummim* veto DEI ſolius digitum inſcribetemus.

AUCTOREM itaque noſtrum genio minus irato conjecturam feciſſe crediderim, cum Pontificem reſponſa expectantem, Urim de concavo Pectoralis medio in apticum protuliſſe dixerit. Nam

(1°.) CUM Sacerdos Saulis juſſu coram Arca jam ſtaret, Oracula per URIM edenda petiturus; [b] Philiſtbæorum rebus ex inſperato turbatis, אסף ידך inquit Rex, συνάγαγε τὰς χεῖράς σου uti LXX, *recollige manum tuam;* quid autem, niſi quod Sacerdos quaſi in procinctu jam ſtaret, inſtrumentum divinationi inſervieos in manu coram Deo protenſa geſtans? Hoc itaque Saulus, cum jam oraculo opus non eſſet, religioſe retrahi, & in locum ſuum reponi, voluit.

(2°.) PECTORALIS latus dextrum (quod ſupra monui) ita factum fuit, ut cum uſus poſtularet, aperiri poſſet. Hoc autem eo tantum conſilio ſic formatum videtur, ut Sacerdos Urim in apertum proſerre poſſet, cum Pectoralis ſui Oraculum conſultum iret.

(3°.) SI hoc Oraculum, cum teſponſa darentur, alios præter Pontificem, eorum teſtes auritos & oculatos admitteret, tum equidem ἀδεμόθεν προφητῶν κακουργίας καταλέλοιπεν ἀφορμὴν (quod [c] *Joſephus* de eo memoriæ tradit) *omnem ſub prophetia prætextu impoſturarum occaſionem ademit his qui illud conſulebant.*

(4°.) ORACULI reſponſum, modo voce paulo ſubmiſſiore traditum, non tam diſtincte & ſine erroris alicujus metu capi poterat, ſi Urim reſpondens in Pectoralis tantum ſecreto jacuiſſet.

(5°.) NOMEN illud חשן pro Pectorali ſumptom, nonnulli docti viri a חשה *ſilere* origioem habuiſſe ſentiunt. Quæ nominis ratio (ſi quid ſani contineat) cum Pectoralis uſu & conditione maxime conveniret, modo *Urim* iode prolatum loqui, in eo vero poſitum perpetuo ſilere, ſoleret.

(6°.) SENTENTIAM hanc ſuffragiis ſuis ornarunt nota ſatis inter doctos capita: viz. [d] *Aben-Ezra*, cujus verba [1] *Buxtorfius* in hunc modum Latina ſecit: *Choſchen ſeu Pectorale fuit duplicatum, quia ibi fuerunt Urim & Thummim cuſtodita, uſque dum iis opus eſſet: tum enim illa extra Pectorale ponebant:* Sic etiam [e] *Arias Montanus* huic opinioni patrocinatur: *Rationale duplex* fuit, *tribus lateribus commiſſum, ex uno autem latere*

a *Sub Templo ſecundo faciebant ſanctiſſimi illius Oraculi figuram, ut ita perfecta redderentur octo indumenta Pontificia: amerſi eam Oraculi figuram non conſulerent,* &c. Maim. apud Seld. l. 2. Succeſ. in Pontif. c. 8, b 1 *Sam.* 14. 19. c *Antiq.* l. 3. c. 8. p. 119. 35. d *Comment.* in *Exod.* 28. 8. e *Antiq. Jud.* L. 6.

1. Hiſt. *Urim* & *Thum.* cap. 2.

apertum;

apertum inter utramque autem partem Urim & Thummim inferebantur, ibidemque fervata facerdotis harebant pectori: inde vero proferebantur quoties refponfum divinum petendum erat. SECT. VI.

CONJSCTURAM non minus felicem & ingeniofam auctorem noftrum feciffe cenfeo, cum dixerit URIM, jam oracula redditurum, non vulgaribus lucis ftricturis Pontificis & aftantium oculos perftringere folitum. Nam fplendore tam infolente, magis fidum Numinis præfentis argumeotum vix edi potuit: deinde, fpectaculum tam illuftre religioni noo minus infervire poterat, quam alia plurima fub lege, quæ hebetioris populi oculos pafcere & laceffere folebant, Dei præfentis argumenta. Splendidiffimus enim Tabernaculi apparatus, ignis ἀπ' οὐρανοῦ, *Aaronis* virga germinans, veftes facerdotis fummi principum fecularium pompam fuperantes, Templum auro & cedro collueens, & hujufce cenfus alia, pene in id unum comparata videntur, ut iftam puerilis animi gentem fumma numinis & cultus tantum proprii admiratione [a] defixam detinerent. Præterea, verifimile eft, delubra & fimulacra gentium antiquiora, cum jam divina (uti videbantur) præfentia decorata, fplendore fubito numinis adventum teftari folita. Conjecturæ noftræ pondus afferunt illa [1] *Claudiani* verba, lib. 1. de *raptu Proferpina:*

Jam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus, & claram difpergere culmina lucem,
Adventum teftata Dei. ——

Si itaque gentium fimulacra vaticina mentito illo divinitatis infitæ documento infignia fuerior, Ifraelitæ proculdubio animo ægerrimo tuliffent, fi non & imagines & Oracula fua cum fplendoris eximii pompa in vulgus ederentur. Hæc & eo pulchriorem veritatis faciem præ fe ferunt, quod *lumen emiffum*, dignum præ aliis naturæ divinioris indicem humanum genus antiquitus habuiffe videatur. Hinc enim apud gentes plurimas in morem abiit, [b] Deos fuos, & Reges quos fupra mortalitatis faftigium collocatns fufpiciebaot, radiofo capite fulgentes depiogere. Ad earum exempla compofiti, Chriftiani tandem *Sanctorum* fuorum capita, ftatuis & picturis expreffa, radiolis circundare confuevere. His accedat, quod lumen e Pectoralis *Urim* proveniens, optime cum nominis illius fenfu & rei ipfius ufu conveniret, & utraque realiter exponere, videretur.

NEC a veritate, fine ratione faltem fpeciofa, aberravit Auctor nofter, cum fimulacra duo (quorum unum *Urim*, alterum *Thummim*, dicebatur) ad hoc oracula tradendi munus confecraffe dixerit. Nam ethnici plurima fortis hujufce fimulacra uno io templo pofita non raro habuere: atque ea forte ratione, Deo vifum erat imaginem unam & alteram cui δύναμις μαντική inerat, & Ifraelitis indulgere. Deinde, organa quæ vaticinandi facultate in Scripturis inclarefcunt, voce tantum numeri fecundi [*Urim* vel *Theraphim*] denotantur. Hos autem veri colores, utpote tenues & evanidos, opera leviffima diluere poffimus: cum Theraphim vocibus hifce [c] plurimis accenferi debeat, quæ plurali fono fingularem habeot fignificationem. Legimus eoim de [d] Michol quod *accepit* ▭ את התרפים *& pofuit in lecto:* proculdubio tamen non nifi unam imaginem ad unius perfonæ decumbentis præfentiam fimulandam. Deinde, cum unicum Pectoralis fimulachrum ad res & perfooas plures, ad omnes etiam ejufdem generis imagines repræfentandas, fufficere potuerit; quidni illud πληθυντικῶς efferre licuerit, cum ob eaodem rationem [e] Propheta baculum unicum חבלים *vincula* appellaverit? Ex intimis itaque fentio ipfe, Sacerdotis Pectorale unum folummodo divinandi inftrumentum, quamvis nomine plurali gaudeat, intus habuiffe: ad quid enim Deum hujufmodi organa, nulla cogente neceffitate, multiplicaffe crederemus? Utcunque, Lector reperiet, me nomina & verba pluralia cum *Theraphim* & *Urim* in hac differtatione fæpiufcule conjunxiffe: noo tantum quoniam lis hæc pendeat adhuc, fed quia nomina illa, utpote pluralia, hujufmodi conftructionem tanquam concinniorem, fuadere videbantur. Atque hoc femel monuiffe fufficiat, ne cui in fequentibus male mecum cooftare videar, & quifpiam mihi latinitatis non raro violatæ dicam fcribat.

[a] Τοῖς ἱερεῦσι παντοδαπὸν περιτέθεικε κόσμον [ὁ Θεὸς] τὸν μὲν λαὸν καταπλήττοντα τῇ διαφορᾷ τοῦ χρώματος. Theodorit. in Exod. *Ιρωτ. ξ.* [b] *Accitani, gens Hifpana, fimulacrum Martis radiis ornatum maxima religione celebrant, Neton vocantes.* Macrob. Sat. l. 1. c. 19. [c] *V. Exod.* 14. 8. *Deut.* 22. 17. *Jo.* 9. 23. *Mat.* 12. 1. [d] 1 *Sam.* 19. 13. [e] *Zach.* 11. 7.

[1] *Carmen.* 33. v. 7.

SECT. VII. SED ut unde paululum digressa est, eo se referat oratio: *Christophorum* nostrum conjecturam multo feliciorem fecisse censeo, cum responsa per Urim edita, non per splendorem solito jucundiorem, vel nutus & signa quædam mysterio plena; sed *sermonem perspicuum* captuque facilem, Pontifici innotuisse dixit. Cum enim Urim eo fine institutum fuerit, ut Israelitæ, circa futura vel obscura solliciti, inde Dei lumeo & consilium peterent; quis credat, Deum servos Ejus, animo suspenso & anxio rerum eventus cognoscere desiderantes, iterum torquere voluisse per ciphras & signa tam flexuosa & obscura, quod Oraculo novo ad ea interpretanda postularent? Deinde: cum verba perspicua magis certæ sint rerum notæ, & fidi mentis indices; suadet Ratio, suadet Religio, ut credamus Deum noo nisi optimis mentis suæ nunciis uti voluisse. Præterea: legimus 1 *Sam.* 14. 36, 37, 38. Sacerdorem, Sauli jussu, Deum medio Ephode consuluisse, & Saulum insolitum Dei silentium inique ferentem, populi primarios in hæc verba allocutum fuisse; *accedite huc omnes, & scitote, & videte in quo sit peccatum hoc hodie.* Quæ *Sauli* verba [a] *Josephus* in hunc modum παραφράζει, οὐ δίχα αἰτίας —πυνθανομένοις ἡμῖν φωνὴν ἂ δίδωσιν ὁ Θεὸς ὃς πρότερον αὐτοῖς προσμήνυσε πάντα, καὶ μηδ' ἐπερωτῶσι ἔφθανε λέγων· ἀλλ' ἔστι τι λανθάνον ἐξ ἡμῶν ἁμάρτημα πρὸς αὐτὸν αἴτιον τῆς σιωπῆς. i. e. *Non sine causa --interrogantibus nobis* VOCEM *non ediderit Deus; qui antea ipse omnia significare solitus est, & nihil sciscitantes celare* LOQUENS; *est autem latens aliquod in nobis peccatum in illum, hujusce silentii causa.* Quibus verbis non semel aperte asserit *Josephus*, responsum, non per signum aliquod involucris plenum, sed vocem vivam & quæ faciles explicatus haberet, Sacerdoti traditum. Non parum etiam nervorum ad nostra firmanda habeat textus [b] ille Zachariæ, *nam Theraphim locuta sunt vanitatem.* Cui textui commentarii loco esse possunt verba *R. Salomon.* in 2 *Reg.* 23. 24. תרפים צלמים שמדברים על ידי כשפים i. e. *Theraphim fuerunt imagines quæ loquebantur per artes magicas.* Cum autem sortes e Theraphim, vocibus, non signis, elatæ fuerint; nisi & Deus effata sua verbis simplicibus enunciasset, Gentium Theraphim, majestate & perspicuitate DEI Urim superassent.

SED jam forte nonnullis, instituti præfectis oblivisci, & ab eo non tantum divertere, sed etiam divagari videamur.

SECT. VII.

Ad hypothesin statuminandam, ostenditur Urim & Theraphim *voces esse cognatas, aut ejusdem significationis.*

CUM sententiæ meæ fidem testimoniis illustribus abunde confirmaverim, provinciæ jam susceptæ ratio postulare videtur, ut eam argumentis artificialibus assererem, & paulo longius ab omni dubitatione removerem. Inter ea vero primas obtineat argumentum quod a propinqua significationis affinitate & similitudine petitur, quæ inter voces illas, *Urim* & *Theraphim*, intercedit. Cum enim affinitas & discrepantia nominum (quæ publici habentur rerum indices) naturarum affinitatem aut distantiam indicare censeantur, nonnulli forsan ea quæ dixi omnia fabularum fide accepturi sunt, quod ea vocabula, *Urim* & *Theraphim*, nulla vel soni vel sensus affinitate cohærere videantur. Ut itaque præjudicio huic obviam eam, & Hebræorum Urim a seculi Theraphim formam & originem accepisse clarius eluceat; ante alia probaturus sum, voces hasce (contra quam sentit *docti pars magna chori*) pene synonymas esse, &, sub maximæ discrepantiæ larva, summam significationis affinitatem inter se tueri. Ut eo felicius hoc defungar munere. (1°.) Vocabuli utriusque sensum genuinum & grammaticalem e vetustatis tenebris in lucem proferam. (2°.) Sensum & originem vocabuli Theraphim argumentis munitam & confirmatam dabo. (3°.) Adversariorum objectiones in examen vocabo. (4°.) Argumentum e dictis eliciam, & omnia ad hypothesin meam statuminandam accommodabo.

I. Significatus vocis *Urim.* PRIMO: vocis utriusque sensum genuinum & grammaticalem e caligine vetustatis in lucem proferam.

INITIUM itaque a voce *Urim* capiam: eam autem non *lumina* primario & proprie significare, sed *ignes*, neminem, non hospitem prorsus inter Hebræos, præterire potest. Hunc equidem vocis hujusce sensum interpretes plerique (quod miror) taciti præteri-

a L. 6. *Antiq. Jud.* c. 6. p. 241. 35. b Cap. 10. 2.

re,

re, eamque per *lumina* tantum transferre, solent; cum germanam vocabuli notionem interpretationem aliam efflagitare, clarum liquidumque sit. אורים quidem *lumina* directe & proprie significare, atque ita [a] quandoque reddi, norunt omnes quorum animi prima literaturæ Hebraicæ tinctura imbuuntur. Nec minus in aperto est, אורים directe & ex prima vocis intentione, [b] *ignes* denotare; *lumina* vero non nisi indirecte & ex consequenti, quatenus nempe pro *ignibus* sumitur, qui lucem fundere solent. Neque vnx *Urim* (modo vocis potestati diligentius attendamus) ignes significat, qui in cineribus inertes jacent & quasi morti proximi, utpote nullo flabello animati; sed ignes flammantes, & splendorem lætiorem projicientes. Huic notioni *Mercerus* adstipulatur: *significat*, inquit, אור *flammam vel foeum in quo ignis lucet:* Asserit etiam *Sehindlerus*, vocem eam *ignem accensum* seu flammantem proprie denotare. Hoc itaque differt a vocabulo cognato אש quod ignem notat simpliciter spectatum, sive flammæ festivioris pompa triumphantem, sive radio humiliore in scintillula emicantem. Atque hoc discriminis inter voces eas ipsa Dei verba ratum facere videntur: [c] *ecce vos omnes accendentes* אש *ignem, eingentes vos scintillis, ambulate* באור אשכם *in flamma ignis vestri:* ita *Mercerus* locum interpretatur. Optime itaque *Ar. Montanus*, in *Tract. Aaron; Haurim inflammationes & illuminationes reddere possimus.* Ad hanc rem, die media clariorem, probandam, argumentis contendere nemo debet, nemo potest.

VOCEM *Theraphim* quod attinet, mihi facile persuadeo, vocem Hebraicam esse; vel (quod proxime abest) Chaldaicam, & pro *Seraphim* (levi & frequenter usitata mutatione S. in T.) apud Orientalium nonnullos antiquitus usurpatam. *Seraphim* autem *ignes urentes* aut *inflammantes* notare nec magistros fugit, nec Magistrorum pueros. Hinc & [d] Ægyptii veteres, ignes sub nnmine *Seraphim* coluere; & [e] Suidas Σεραφίμ, voce ἐμπρηστὰς, ἔμπυρα σώματα, ἢ θερμαίνοντας, interpretatus est. Et Theraphim.

SI itaque *Seraphim* & *Theraphim* voces eædem sint, dialecto tantum & unius auræ sibilo separatæ: & THERAPHIM vel Seraphim *urentes* aut *inflammantes*, prout URIM *ignes accensos* aut *inflammantes*, denotet; vel luscus facile percipiat, *Urim* & *Theraphim* vocabula synonyma esse & significationis affinitate conjuncta, quamvis prima fronte maximo significationis intervallo distare videantur.

IN hanc autem sententiam, de origine vocis hujusce Theraphim, descendere consultissimum judicarem, si me nil aliud eo moveret, præter ipsam vocis formam, (nam vocum Hebraicarum formam & legem servat) & tam facilem, expeditam, & e proximo petitam, rationem nominis. Sed rationes graviores in promptu habeo, quibus Theraphim, non sono tantum & specie, sed origine & veritate, vocabulum Hebræum esse me probare posse confido. II. Argumentis confirmatur.

HARUM prima hujusmodi est: omnium aliorum Deorum & idolorum, quæ in Scriptura memorantur, nomina, Docti ab Hebræo, leviter per dialectum mutatn, derivanda censuerunt. V. gr. *Baal*, *Ashtaroth*, *Sueeoth-Benoth*, *Moloch*, *Baal-Peor*, *Dagon*, *Milcom*, *Baal-Berith*, *Nergal*, *Adrammelech*, & hujusce furfuris alia. Hæc enim idola novissimis a Diluvin seculis (quibus linguæ Hebrææ usus nondum apud Orientales exolevetat) primordia debuisse, eorumque titulos post multa secula retinuisse, non vani crediderunt. Quidni itaque *Theraphim*, ævi paulo antiquioris vocem, a radice aliqua Hebraica pullulasse crederemus?

SECUNDO: clare pater, *Seraphim* & *Theraphim* circumstantiis insignibus in Scriptura convenire. Nam, (1°.) Vocabulum *Seraphim*, dum substantive sumitur & nominis proprii locum habet, nunquam nisi numero multitudinis in Scripturis usurpatur: idem etiam de voce *Theraphim*, a *Kirehero* & aliis observatum est. (2°.) *Seraphim* antiquissimus fuisse videtur Angelorum titulus: eum enim *Isaiah* tam familiariter usurpavit, ut vel inde pareat usum antiquissimum, nomen illud antiquis Judæis admodum familiare reddidisse. *Theraphim* etiam nomina fuisse, symbolis quibusdam in Angelorum honorem indita, cum se dabit occasio, probaturi sumus. (3°.) *Seraphim* Elohim nomine quandoque donantur in codice infallibili: Theraphim etiam Elohim vocari cum se locus aptus aperiet, ostensuri sumus. Hæ vero circumstantiæ cognatæ non obscure docent, ea ejusdem familiæ vocabula esse, & literæ tantum uuius distantia ab invicem separata.

TERTIO: cum Deus URIM in pectorali recondi jussit, eum nec rationem nominis nec naturam rei Mosi explicuisse legimus: cum tamen alia plurima Legis insti-

a *Psal.* 136. 7. b V. *Jes.* 24. 15. & c. 44. 16. & 50. 11. c *Jes.* 50. 11. d *Stuck.* de *Sacrific. Gentil.* p. 152. e In voc. Σεραφίμ.

SECT. VII. tuta, eorumque rationes haud raro, verbis bene multis explicuerit, & Urim pleraque Legis instituta dignitate superaverit. Hujus autem silentii singularis, ipse rationem ne minimam comminisci potis sum, ni dicam, Mosem, Sacerdotem summum, aliosque forte nonnullos qui scientia cæteris præstiterunt. Urim & Theraphim naturæ & usus cognati instrumenta fuisse, & ἰσοδυναμοῦντα seu potestatis æqualis vocabula esse, facile & sine ope interpretis intelligere potuisse. Ut autem Urim & Theraphim idem valeant, necesse est ut Theraphim & Seraphim ab eadem radice pullulare, & idem pene notare censeantur.

QUARTO: quamvis Micha, & Israelitæ forsan (ut cultum suum ad Mosaicum conformarent) Dei Urim & Ephod, inter alia sacra simularunt; vocabulum tamen Theraphim, a seculo receptum, retinere non dubitarunt. Hujus autem facti hæc præcipue ratio assignanda videtur, quod scilicet *Urim* & *Theraphim*, imagines usu & forma conjunctas, & significatus ejusdem vocabula, fuisse, satis innotesceret. Alias enim idem cultus Mosaici studium eos ad nomen Urim, æque ac Ephod & instrumentum Oraculi, in sacris eorum retinendum devinxisset. Ut autem Urim & Theraphim significationis ejusdem voces habeantur, ratio postulat, ut *Theraphim* & *Seraphim* vocabula cognata, & sono potius quam re differre, censeantur.

QUINTO: sententiæ aliæ de origine vocis Theraphim, a [a] *Bolducio*, [b] *Riveto*, [c] *Kirchero*, traditæ, nullo veri colore tinctæ videntur. Me vero ad earum omnium vanitatem operose redarguendum teneri, minus æquum arbitror, utpote quas illi nullo argumento firmatas proferunt, aut nulli proximo. Opiniones enim quæ merum exercent in mentes humanas imperium, eadem levi opera rejici possunt qua proponi. *Kircheri* solius sententiam, ad quam stabiliendam omnes ingenii sui nervos intendit, refutatione brevi dignam habeo. Quid itaque sibi hac in re visum fuit, ipsum referentem audiamus: *sciendum est*, inquit, *hanc vocem* Theraphim *nequaquam Hebraicam (etsi formam idiomatis Hebraici aliquo modo affectare videatur) sed mere externam esse & adscititiam; quod vel inde patet, quod hac vox extra Scripturam apud Hebræos Doctores nusquam usurpetur, nec cum hac significatione* [idoli nempe divinationi inservientis] *ullibi in singulari reperiatur.-- Quæritur igitur qualis sit hac vox? Respondeo esse Ægyptiacam, idemque quod Serapis.*

HUIC ultimæ opinioni se mentem suam despondisse fatetur, quod eam hæc duplici ratione dotatam viderat: earum prima sic se habet: Serapidum cultu *in Ægypto vigente contigit, ut Abrahamo* ibi *commorante, domestici ejus Ægyptiis commixti; cum multa alia, tum maxime Serapides hosce, queis mira Ægyptios patrare videbant, admirarentur & suspicerent: siquidem, dæmone eos animante, varia consulentibus & interrogantibus responsa dabant, felicitatemque eorum cultoribus in omnibus spondebant actionibus. Curiositate itaque ac felicitatis participandæ desiderio instigati Hebræi Abrahæ vernaculi, subito ad hosce Ægyptiorum cultus animum adjecerunt. Abrahamo vero in patriam redeunte, servi, comparatis idolis & imaginibus dictis, reduces in patriam suam facti, conceptos in Ægypto errores paulatim disseminantes apud Chaldæos & Babylonios, mox ingentem execrabilium Deorum sobolem pepererunt.* Hisce paucis interpositis, [d] hæc addit: *cum itaque Hebræo Chaldæi in Ægypto Serapidis cultu imbuti, Serapis nomen frequenter ingeminari audirent; & ipsi idola ejus una cum nomine in Chaldæam adducentes, id sibi proprium fecerunt; eas imagines, quas Ægyptii Serapes, illi (* צ *aut* ס *in* ת *mutato)* תרפים *appellarunt; qua vox postmodum penitus juris Hebraici facta, &* ס *finali ob similitudinem in* ם *mutato, pro Theraphis Theraphim dicta, tandem inter reliquas voces Hebræorum annumerata est. Ex his itaque manifestum est, Serapis & Theraphim idem esse nomen.* Secunda, inquit, *ratio qua Theraphim & Serapis idem esse credamus, est rituum* circa utraque *similitudo:* nam *quemadmodum Theraphim ex varia materia sub certo astrorum positu construebantur; sic & Serapis ex omni lignorum, lapidum, & metallorum genere constituebatur. Theraphim non fiebant sine sanguine humano,--nec & Serapidis idola in sacris Mithriacis. Iterum Theraphim passim phylacteriorum loco gestabantur; quod & de Serapis idolis legimus factum esse.-- Erant* etiam *Theraphim idola quæ responsa dabant, cujusmodi & Serapes* sive *Isias statuas fuisse, alibi fuse probabitur.-- Theraphim* denique *fere semper forma* fasciis *involuti pueri, & ad portandum idonea apparabantur,--cujusmodi figuram quoq; habuisse* Serapes, *testantur*, &c.

HUIC operosæ *Kircheri* conjecturæ quo minus assensum præbeam, sequentia faciunt argumenta.

a Lib. 3. de *Eccles. ant. legem*, c. 9. & *Com.* in *Job.* c. 21. 29. & 26. 5. b In *Gen.* 31. & *Hos.* 3.
c *Oedip. Ægypt.* Tom. 1. *Synt.* 4. c. 3. p. 259. d Pag. 260.

(1°.) Fi-

(1°.) FIDEM omnem exuperat, Abrahami domesticos, (quos [a] Scriptura חניכים ejus appellat, ab eo rebus divinis initiatos) adeo omni nequitia coopertos fuisse, ut vel ipsam Chaldæam male facere docerent. Quisquamne eredat, cœlestes illas animas imam superstitionis Ægyptiacæ fæcem bibere voluisse, & idolomaniæ pestem e salutifera *Patris fidelium* domo, io Chaldæam, Syriam, & gentes vicinas, prodire potuisse? quin Ratio potius (& [b] Sciptura) suadet, ut Abrahami saltem domesticos ab impietatis Ægyptiacæ lue se puros & immunes conservasse crederemus; cum præsertim illi moram haud adeo longam in Ægypto fecerint. SECT. VII.

(2°.) NON minos fidei repugnat, tam paucos ex Abrahami familia viros, modo superstitioni huic propagandæ se totos addixissent, Chaldæam & Syriam, intra paucorum annorum lustra, hac peste Ægyptiaca inficere potuisse. Nam scripta Θεόπνευστα indubium faciunt, Theraphim sub *Labanis* tempora, magni apud Syros æstimata fuisse: horum autem temporum, certum est Abrahamum æqualem fuisse, vel saltem ea non multum præcessisse.

(3°.) A DOCTIS vulgo asseritur, linguam Hebræam, (quamvis alibi vocabulis peregrinis & idiotismo barbaro vitiatam) in Abrahami familia puram & quasi virgineam permansisse, atque inde veluti gentile quiddam ad posteros traosmissam. Longe itaque a verisimili distat, servorum suorum labia ita Chaldaismo corrupta fuisse, quod *Serapis*, ob pronunciationem magis operosam & impeditam, in *Theraphim* commutarint.

(4°.) CHALDÆAM & Babylonem [*matrem abominationum*] Deos & cultus alienos primo peperisse, apud doctos pene omnes extra controversiam ponitur. Si itaque *Theraphim* idololatriam tantum, eamque crassiorem sapiant; rationi consentaneum est, ut ea cum hominibus eorum, Chaldaicis potius quam Ægyptiacis oatalibus orta censeamus.

(5°.) SUDAT plurimum & laborat *Kircherus* in genealogia vocis utriusque, *Serapis* & *Theraphim*, a genere Ægyptiaco deducenda. Nam primo, ab Ægyptiorum [c] *Sor & Apis* (si illum audiamus) fit *Sorapis*, deinde *Sarapis*, postea *Serapis*, demum *Therapis*, & tandem aliquando *Theraphim*. At *Theraphim* & *Seraphim* sono belle convenire & quasi concinere, quivis facile persentiscat.

RATIONES allatæ satis affirmate loquuntur, Theraphim, æque ac Seraphim, vocibus Hebraicis accensendum esse; probant etiam, me nominis illius originem pervestigasse, in cujus etymologia eruenda [d] Grammatici plerique frustra diuque laborarunt. Ne vero argumentationis hujus vis & opera, alicujus præjudicii gratia pereat; objectionibus nonnullis mihi necessario occurrendum est. Nam ad sententiam meam de synonymia vocum earum [*Urim* & *Theraphim*] refellendam, dici potest.

PRIMO: quod nulla ratio vel meditanti occurrat, cur imagines parvulæ nomen illud vulgare *Seraphim*, id est, *urentes* aut *inflammantes*, ante Legem datam sortirentur: ideoque minime probabile est, *Theraphim* & *Seraphim* idem esse vocabulum, & arcte adeo significationis simillimæ vinculo copulari. Obj. 1.

IMO vero ratio obvia est, & vel oscitanti se ingerit. Ita nempe dictæ sunt icunculæ illæ, cum respectu ad veros Dei SERAPHIM, Angelos dico, quorum signa & symbola, nonnunquam habitacula & μονῆς, fuisse videantur. Animo facile præsentio, me Lectores haud paucos habiturum, qui risu vel ira sententiam tam inopinatam (ne quid gravius dicam) sint excepturi. Eos itaque per veritatis amorem oro obsecroque, ut linguis animisque faveant, quoad rationes expenderint, quæ animum meum huic opinioni conciliarunt. Quo vero rationes illæ sibi lumen & robur addant & accipiant mutuo, eas in classes suas distribuam, dum per quatuor hosce gradus ad hujus sententiæ probationem ascendit sermo. Debilitatur.

PRIMO: *verisimile est admodum*, Seraphim *fuisse nomen Angelorum*, *a prima pene temporum memoria*, *crebris Orientalium sermonibus usurpatum*. Nam,

(1°.) SERAPHIM ab *Jesaja*, tanquam ordinis Angelici titulus, quem Judæi sibi σύγχρονον perspectum, habuerunt, familiariter usurpatur. Nulla enim nominis explicatione præmissa, *volavit*, [e] inquit, *ad me unus e Seraphim*. Nec ulla dubitandi ratio subest, qoin hoc nomen πατροπαράδοτον fuerit, a vetustissimis illis (ad Jesajæ tempora) transmissum seculis, quibus Angeli, freqoentes e cœlo nuncii, se hominibus aspiciendos & alloquendos præbuere. Patet insuper, utrumque titulum Aogelorum, *Seraphim* & *Che-*

[a] *Gen.* 14. 14. [b] *Gen.* 18. 19. [c] *Obelisc. Pamphil.* l. 4. *Hierog.* 1. R. Eliezer. ap. Kircher. T. 1. pag. 259. [d] *Non inveni adhuc apud Grammaticos quid sibi velit hæc vox Theraphim.* [e] *Jes.* 6. 6.

rubim,

SECT. VII.

rubim, non minus apud [a] Judæos quam Christianos antiquos, ex æquo venerabilem, & primam utriusque nominis originem ipsis Nili fontibus obscuriorem, fuisse. Quidni itaque *Seraphim* cum titulo *Cherubim* antiquitate contendere, & utrumque Mosis ætate consuetudine veteri receptum censeamus?

(2°.) SUB ipsa mundi primordia, *ignem flammantem*, Angelicæ præsentiæ symbolum, divinitus institutum legimus, *Genes.* 3. ult. *Collocavit ad hortum Eden, Cherubim,* ואת להט *& flammam gladii versatilis.* In quem locum sic [b] Maimonides: *locus ille intelligendus est juxta illud*, ministros ejus ignem *lohet* flammantem. *Nam per* lahat *ibi intelligendus est Angelus, qui est instar flammæ;* & per gladium versatilem, *Angelus ille qui versatilis appellatur.*

(3°.) FIDEI consentaneum est, antiquiores mundi patres historiæ sacræ lampada posteris suis ea fide tradidisse, quod titulus angelicus *Cherubim*, Mosis seculo in usum frequentem abiisse censeatur. Nam inde factum videtur, quod Moses, lapsus historiam literis consignaturus, vocabulum *Cherubim*, vocis intentione silentio prætermissa tam familiariter usurpaverit. Non est itaque temerarium opinari, *Seraphim* seculis antiquioribus non minus in ore populi fuisse, & nominis illius usui frequenti lapsus historiam ansam præbuisse. Nam in ea, Deus non *Cherubim* tantum, sed & *flammeum gladium*, τοῦ שרף i. e. Angeli quasi flammantis, typum & symbolum, collocasse [c] dicitur.

(4°.) SI Scripturas, antiquissimas Angelorum apparationes referentes, memoria repetamus; pronum est observare, eos formam & aspectum non igneum solummodo, sed flammeum exhibuisse. Suader itaque ratio, Patriarchas aliosque titulum *Seraphim* Angelis tribuisse, qui aspectus sui splendori maxime conveniebat. Hisce consona *Buxtorfii* [d] verba: *est Seraphim Angelorum nomen, qui a claritate & aspectus splendore, quasi flammantes & ignei visi sunt.*

(5°.) NOMEN hoc, ante alia, cognatum est Angelis & apprime congruum. Nam optime refert eorum naturam, versatilem, gloriæ divinæ zelo ardentem, figuræ corporeæ nesciam, & ab omni terrena fæce remotissimam. Est itaque facillimum creditu, Patriarchas Angelis id nominis imponere voluisse; cum præsertim illi nomina curasse, & summo cum consilio imposuisse, videantur.

(6°.) APUD [e] *Platonem* Angeli describuntur, [οἷς] ἄνδρες ἄγριοι διάπυροι ἰδεῖν, ut *viri agrestes aspectum igneum præ se ferentes.* Nam [f] *Clem. Alexandrinus* locum illum *Platonis* de Angelis tantum exponendum censuit. Huic autem Angelorum descriptioni, recepta passim apud Orientales (e quorum fontibus sua pleraque hausit *Plato*) de Angelis philosophandi ratio, eorumque nomina, ansam dedisse videatur.

SI quid itaque in antiquitatis remotissimæ recessu videre liceat, rationes jam redditæ nobis facile persuadeant, Angelos titulo illo *Seraphim* ante Legem datam innotuisse, ejusque usum, ante omnem Historiæ profanæ memoriam, apud Orientales increbuisse.

SECUNDO: *probabile est, Hebræos antiquiores statuas aut columellas* [Theraphim *aut* Seraphim *vulgo dictas*] *tanquam symbola, ad Angelorum præsentiam indicandam & memoriam celebrandam, in locis præcipue Religioni sacratis, usu veteri posuisse.* In hanc sententiam an præceps ruerim, vel consultus descenderim, lectoris judicium erit, cum rationes hasce meas una pensitaverit.

(1°.) DEUS præsentiam ejus, in locis ad rem divinam sepositis, per Angelos exhibere solitus est. Hac de re consulat Lector [g] *Hammondum* nostrum, erudite, pro more suo, disserentem. Imagines autem illæ, quibus nomen *Theraphim* inditum, huic Angelicæ præsentiæ significandæ, locis hisce sacris, commode satis inservire potuerunt. Eas etiam huic usui revera serviisse, credibilius existimetur, quod postea simulacra *Cherubim* dicta, ceu præsentiæ Angelicæ monimenta, in Taberoaculo ponerentur.

(2°.) SOLA nominis & census hujusce simulacra pluraliter in Scriptura semper efferuntur: cum alia idola nomine numeri singularis, plerunque denotentur. Assertionis hujusce veritatem, *Chemosh*, *Baal*, *Milchom*, *Adrammelech*, *Moloch*, *Nergal*, *Dagon*, *Nisroch*, & eorum cognata, probant. Hujus autem discriminis ratio hinc solum petenda videtur: Imagines, *Theraphim* titulo cognitæ, τοῖς *Seraphim*, Ordini cœlesti,

a *Nam occurrit* Seraphim in *Targ. Jonath.* in *Ezec.* 1. 8. *&* *Targ. Hierosol.* in *Gen.* 30. 22. & alibi. b *Mor. Neb.* P. 1. cap. 49. c *Genes.* 3. 24. d *Lexic. Heb. & Chald.* in voc. שרפים. e Lib. ult. de *Rep.* p. 342. f Οἱ μὲν ἄνδρες οἱ διάπυροι, ἀγγέλους αὐτῷ βούλονται. L. 5. p. 700. g *Not.* ad *Ps.* 68. k & 89. b & 104. c & 138. a & in 1 *Cor.* 11. 10.

nullo

nullo cum discrimine; idola vero cætera, Heroi vel Divo alicui singulari, consecratæ fuerant. Sect. VII.

(3°.) Constat e *Judic.* 17. 4, 5. Micham *Ephod* & *Theraphim* comparasse, diu antequam ad sculptile & fusile effingendum animum appulisset. Quid autem, nisi quod Theraphim angelicæ præsentiæ symbolum esset, adeoque nota & character domus religiosæ peculiaris haberetur?

(4°.) Ex historia sacra satis elucet, Deum, per frequentem Angelorum apparitionem & oraculorum eorum ministerio traditionem, commercium & consuetudinem quandam cum antiquissimis mundi Patribus exercuisse. Hoc etiam favoris divini pignore in ea usque tempora gaudebant Hebræi, quibus propheta *Zachariah* rebus humanis exemptus erat: nam tum primum [a] οὐκ ἴσχυον οἱ ἱερεῖς ἰδεῖν ὀπτασίαν ἀγγέλων, *non poterant sacerdotes amplius visiones Angelorum cernere.* Non est itaque dissimile vero, Patres illos instrumenta quædam, decora specie ficta, quasi parvula quædam sacella & habitacula, cœlestibus illis hospitibus dedicasse; vel ut eorum præsentiam significarent, memoriam celebrarent, iis honorem deferrent, vel ut ex iis Angelorum responsa honesta quadam solennitate traderentur. Capit hæc opinio fidei nonnihil ab exemplo Jacobi, qui Angeli sibi apparentis memoriam, statuæ (quæ proxime abest a Theraphim) erectione, celebrasse [b] dicitur. Est etiam per se credibile, Patres antiquiores Angelis sibi frequenter apparentibus honorem, ratione aliqua peculiari, deferre voluisse.

(5°.) Quamvis *Theraphim* imagines fuisse, & in usum frequentem apud idololatras & alios abiisse, res confessa sit & manifesta; ea tamen ab omnibus ordinis & nominis cujuscunque simulacris, nomine proprio semper distincta & separata reperiamus. Nam *Josiah* [c] dicitur *abstulisse* את התרפים ואת הגללים *Theraphim & simulacra:* prædicit [d] Propheta populum mansurum *sine* מצבה *statua* —— *& sine Theraphim:* Michæ etiam [e] *Theraphim* semper ab illius sculptili & fusili verbis disertis discernuntur. Textibus hisce, ni fallar, affinis occurrit 1 Sam. 15. 23. *Quia peccatum divinationis rebellio, & transgressio* און ותרפים *sicut idolum & Theraphim.* Sic textum transferendum censeo: nam vocem און [f] vim illam aliis in locis obtinere, norunt omnes qui vitæ aquas ex ipso fonte haurire norunt: & si significatum eundem hic voci און assignemus, loci sensus emphasi spirituque plenior erit, & conjunctio τοῦ און cum affini *Theraphim* magis concinna & rationi consentanea, videbitur; quam si vocabulum illud, cum interpretum vulgo, de *iniquitate* interpretemur. Ab hoc itaque sensu non multum abit vulgata versio, *quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatria, nolle acquiescere.* Ex omnibus hisce proclive est colligere, Theraphim simulacra fuisse non minus usu quam nomine, ab imaginibus aliis distincta & separata; adeoque non ad cultum numini alicui (prout alia simulacra,) sed honorem innocuum Angelis per ea tribuendum, primitus instituta, fuisse. Nullam enim ipse rationem solidorem excogitare potis sum, cur *Theraphim* ab aliis imaginibus nomine peculiari discernerentur. Atque hæc ea ratio videtur, cur seri veterum Hebræorum nepotes umbram aliquam discriminis hujus inter Theraphim & alia simulacra retinuerunt, etiam cum ab honestis patrum suorum moribus, & primævo τῶν Theraphim usu & fine, recessissent.

(6°.) Sententiam Cl. *Grotii* de Veterum Theraphim a nostra non multum discrepasse, patet e verbis ejus in *Judic.* 17. *Theraphim est vox media, ad bonas & malas imagines pertinens. Hanc interpretationem si sequimur, dicemus* Michæ *Theraphim vocari* אלהים i. e. *Angelos, quia Angelos significabant.* S. *Hieronymum* etiam hac in re nobiscum facere, liquet e verbis ejus quæ suo in loco Lectori reddimus.

Tertio: *probabile est, Angelos præsentia sua testimonia circa* Theraphim *quandoque præbuisse, atque inde veri Dei cultores, seculis antiquioribus allocutos fuisse.* Male metuo, ne lectores nonnulli, primis eorum cogitationibus plus æquo tribuentes, mihi talia dicenti temeritatis haud exiguæ notam imprimant, & me figmento ne specioso fidem accommodare censeant. Eos itaque primos illos animi fervores atque impetus temperare velim, ut assertionis hujusce rationes eo felicius æstimare valeant. Eas autem in Sectionem sequentem differre visum est, quod sermonem prolixiorem desiderent, qui præsentis Argumenti methodum nimis interrumpet & obscuram reddet.

Quarto: *in probabilium etiam classem referendum censeo, quod simulacra hæc in Angelorum, quorum symbola & quasi tripodes erant, nomina tandem successerint, & a*

a *Epiphan* in vit. *Zachar.* p. 249.
b *Genes.* 28. 18.
c 2 *Reg.* 23. 24.
d *Hos.* 3. 4.
e *Judic.* 7. 5. & c. 18. 14, 17, 18.
f *Vox* און aven, *quod* mendacium *significat, sæpe pro idolo mentiente ponitur.* Bonfrer. comment. in Judic. pag. 382.

Sect. VII. *Syris, aut aliis Chaldaismo tinctis*, Theraphim, *loco* Seraphim, *appellata fuerint.* In hanc autem sententiam pedibus eo liberioribus me venire fateor, quod rerum significatarum nomina non raro signis earum apud Hebræos ioderentur; & quod simulacra in Sancto Sanctorum posita (Angelorum ibi præsentium, & oracula inde edentium, symbola) titulo Angelico *Cherubim* insignirentur. Nec mihi desunt honesta satis (Veterum & Modernorum) testimonia, quæ novitatis odium & invidiam a sententia mea, de primævo Theraphim usu & nominis imponendi ratione, amoliri possint. Ex antiquis, duos (ni falsis imaginibus me ludant oculi) video partium mearum studiosos: nempe primo, *D. Hieronymum*, qui, loco [a] illi *Hoseæ* lucem afferens, hæc habet; *Theraphim proprie appellant* μορφώματα, i. e. *simulacra, quæ nos possumus in præsenti loco, Cherubim & Seraphim — dicere. Cedrenus* etiam (quod dixi modo) historiam Michæ referens, pro Theraphim semper habet Seraphim. E Modernis, [b] *Cornelius a Lapide* eumprimis opinionem meam ita confirmavit: *suspicari quis potest, Theraphim ortum habere a Cherubim & Seraphim. Cum enim gentes viderent Hebræos tanta veneratione prosequi Cherubim & Seraphim, tum post fabricam Arcæ & Cherubim per Mosem, tum ante eam; (nam ante eam Genes.* 31. *Rachel dicitur furata Theraphim, id est, idola patris sui: atque ab initio mundi Cherubim positi erant ad custodiam Paradisi; denique ex traditione Adæ, Noæ, Abrahæ, filii & nepotes eorum ante Mosen cognoscebant & venerabantur angelos Seraphim & Cherubim) inde Gentiles suspicati sunt hæc esse eorum numina & deos tutelares. Unde ipsi pariter suos Lares & Penates nonnihil immutata & corrupta voce (uti fieri solet, cum voces e primæva lingua in aliam peregrinam transferuntur) pro Seraphim & Cherubim vocasse videntur Theraphim; præsertim Chaldæi, qui litera T gaudent, & S in T* sæpe *commutant.* Hisce *Cornelii a Lapide*, subjungam verba [c] *Ludovici de Dieu*, qui veritatem fugientem propius a tergo premere videatur: *fortasse* Teraphim *Angelorum fuerunt imagines, aut Angelis dicata. Unde Spiritus Angelicus eas subibat, & oracula per ea consulentibus edebat. Ex hac conjectura,* תרפים Theraphim *mihi idem esset quod* שרפים Seraphim, *notissimum Angelorum nomen; mutato ex Syrorum more* ש *in* ת *Constat autem ex hoc loco, imagines* תרפים *e Syria ortum ducere. Videntur autem ex hoc loco &* 1 Sam. 19. 13. *fuisse Dii Penates, qui ad tuendam amplificandamque rem domesticam colebantur.* De quibus viri doctissimi verbis, illud silere non sustineo, quod in iis *constantiam* & *modestiam* ex æquo requiram: *constantiam* quidem, quod Theraphim in ordinem Oraculorum, e quibus Angeli voces fatidicas edebant, primo assumenda senserit; & vix novo spiritu hausto, ea in vilem Larium tantum & Penatium classem deturbarit: *modestiam* vero, quod Theraphim origini Syriacæ (Syri Labanis ea usurpantis gratia) tanta cum fiducia vindicaverit. Sed ad institutum redeo, & inter testes meos locum infimum assigno [d] *Guilielmo Stuckio*, qui sententiam meam tantum hæsitanter asserit: *quid*, inquit ille, *si Theraphim dicti, quasi Seraphim: quod nomen est Angelorum?*

Hæc ea sunt quæ de prima Theraphim origine; & nominis illius vexati simulacris ad divinationem factis imponendi ratione, maxima cum veri specie dicenda censeo. Utcunque, non adeo gravate feram ipse, si quis harum imaginum usum & originem ad solos idololatras ablegandum senserit; & dæmones tantum in iis latitantes candidum Angelorum nomen (ut fucum imposturis eorum facerent) sibi dolo malo arrogasse dixerit; atque inde jam dictas imagines nomen Theraphim aut Seraphim accepisse. Nam sive Dæmonum technis, sive bonorum Angelorum præsentiæ, τῶν Theraphim titulum & originem tribuamus, hæc tamen immota & extra litis vias manebunt; nempe veteres titulum Theraphim vel Seraphim, cum respectu ad Angelos aliquos, hujusce generis imaginibus imposuisse; harum etiam imaginum loquentium vocem & famam in terram pene omnem, Chaldæam, Syriam, Ægyptum, tandem exiisse. Hæc ad primæ Objectionis aciem hebetandam dixisse sufficiat.

Obj. 2. Secundo: ad rationum mearum vires frangendas objici potest, quod, si *Theraphim* & *Seraphim* vocabula Hebraica sint, & ea significationis affinitate conjungantur; proculdubio linguæ sanctæ & nominis primævi *Seraphim* ratio & religio tantum apud antiquos mundi patres valuissent, ut id nomen, potius quam *Theraphim* (in Chaldaismi confinio situm) symbolis eorum Angelicis impertirent. Nam si vis una eademque utrisque fuerit, causam expedire quis novit, cur vocabulum *Theraphim*, gentilismi vitio notatum, voci *Seraphim*, quam puritas & antiquitas sua non parum commendarunt, præferendum senserint?

a Cap. 3. col. 1256. b *Comment.* in *Hos.* 3. 4. c *Not.* in *Gen.* 31. 19. d *De Sacrif. Gentil.* p. 52.

Ut huic objectinni plene satisfiat, rationes aperire conabor, cur *Theraphim* in locum purioris *Seraphim* assumptum fuerit. SECT. VII.

Hoc itaque (1°.) dicendum arbitror: Orientalibus plerisque, Chaldæis, Arabibus, Syris, usitatum erat, in vocibus ab Hebræo deductis, ש & ס in ת vel ט mutare. Hinc pro שב *rediit* Chaldæi habent תב, pro שלוש *tres* illi תלת scribunt; quod Hebræis שר *mamma*, Chaldæis תר, e קשר *ligavit* illi פתר faciunt; pro אשה *fæmina*, illi אתא dicunt. Exemplis aliis haud opus est, nam *quis nescit*, inquit, [a] Schickardus, *Hebræorum* Schin, *tam apud Chaldæos quam Arabas in* Thau *mutari frequentissime?* eundem apud Syros olim literas ha'ce permutandi morem incessisse, eo credibilius est, quod illi Hebræorum ש cum puncto sinistro non agnoscant. Gentes etiam alias, Græcos, Latinos, Germanos, hujusce literæ sibilantis aura minus delectatas, in illius locum T quandoque suffecisse, exemplorum messe (si tanti esset) ostendi posset. Ea [b] *Vossius* & [c] *Bochartus* plena manu Lectori studioso dabunt. Cum itaque litera ש Chaldæorum præcipue linguis minus ad gustum fuerit, eamque in ת usu tam frequente permutarint; mirum videri nequit quod imagines illæ, Theraphim potius quam Seraphim audirent, cum præsertim usus earum apud Chaldæos, Syros & alios ex Oriente populos, obtinuerit. Sol.

(2°.) Ii forte qui primi nomen *Theraphim* Angelorum symbolis addidere, illud larvatum & obscuritate quadam involutum proponere studuere. Nam imagines omnes, quibus cum respectu ad Angelos appellatio facta est, nominibus augusta quadam caligine velatis, in Scripturis innotescunt. Imagines enim in Sancto Sanctorum & Pectoralis duplo positæ, ab Angelis nomina *Cherubim & Urim* mutuatæ sunt; eorum autem nominum rationes tam crassis tenebris involutæ sunt, quod perspicacium virorum oculos hactenus effugerint, nec quicquam de iis, supra ingenii sui lusus & conjecturas precarias, proferre potuerint.

(3°.) Cum Angeli, sæpius apparentes, frequenter in hominum ore, eorum etiam symbola vel imagines non minus frequenter in usu, versarentur; usus exigebat, ut Angeli ipsi ab eorum symbolis aut habitaculis vocabulo peculiari (non multum interim discrepante) distinguerentur, & illi *Seraphim*, hæc *Theraphim*, nomine vocarentur. Alias enim hominum sermones homonymia frequenti laborarent, nec satis intelligerent, de Angelis an symbolis eorum sermo fieret, si quis de *Seraphim* forte loqueretur. Non est itaque, cur quis opinionem meam tam levi de causa falsitatis arguat, quod Angelos, a Chaldæis, nedum Hebræis, *Theraphim* dici, nullo exemplo probatum viderit.

Tertio: nonnulli forte sententiæ meæ repugnabunt, quod hactenus eruditi vocem *Theraphim* a fonte longe dissimili fluxisse judicarint. Multi scilicet originem vocabuli תרפים a singulari תרף *imago* petendam censuerunt, alii vocem eam e תרפא *turpitudo* natam arbitrati sunt. Sic enim [d] Talmudici vocis etymologiam explicant: *quare vocantur Theraphim?* לפי שהן מעשה תורף ומעשה טומאה *quia sunt opus turpitudinis, & opus fœditatis.* Obj. 3.

Hæc equidem auctores eruditione præstantes asserunt, Scriptura licet & Ratione prorsus adversante. Nam singulare תרף *imago* per totam Scripturam non datur invenire, adeoque vocem eam, hoc sensu captam, ingenii alicujus audaculi figmentum fidenter habeamus. Simulacra quævis alia numero singulari quandoque veniunt, at imagines quæ *Theraphim* nomine censentur, semper pluraliter exprimuntur. Cur autem Talmudici vocem *Theraphim* a תרפא Grammatica plaoe reclamante, derivarint, me nescire fateor, nisi quod Talmudici sint, & eorum labris quævis pene lactuca placere soleat. Cum enim Scriptura quodvis idolum, nunc [e] *abominationem*, nunc [f] *pudorem* aut *ignominiam*, vocet; nulla constat ratio, cur Theraphim id nominis accepisse censeantur, quasi simulacra quævis alia turpitudine vincerent, & digna essent quæ התרפים *turpitudines illæ* signanter vocarentur. Reprehenditur.

Quarto: noonulli forsan τῶν *Urim & Thummim* synonymiam in dubium vocabunt, quod Urim *nomen substantivum* sit, & Theraphim aut Seraphim *adjectivum;* cum Urim *ignes*, Seraphim autem *urentes* aut *flammantes*, notet. At scrupulus ille opera levissima tolli possit, cum *Urim* (quod alibi probabo) non nominis tantum, sed etiam participii, formam & sensum ferat; eique, nunc nominis, nunc participii, sensus & potestas a LXX tribuatur. Obj. 4.

a In *Tarich* pag. 101. b De *Idolat.* l. 1. cap. 37. & *Tract. de liter. permut.* c *Geogr. Sacr.* pag. 82, 257, 273. d *Buxtorf. Lex. Talmud.* col. 2664. e *Deut.* 27. 15. f *Hos.* 9. 7.

Sect. VIII. Obj. 5.

Unica jam superest Objectio, quæ causam meam vultu minaci intuetur. Sic autem se habet: neutiquam credibile est, Utim & Theraphim potestatis & significationis consimilis vocabula esse, cum nulla nobis occurrat ratio, cur Deus vocabulum *Theraphim*, cui longa dies bonorem & gratiam apud populum dederat, abdicaret; & novum *Urim*, vocem (ni mea Lectorem fallant) plane synonymam surrogaret.

Imo vero rationes mutationis hujusce nec paucæ fuere, nec contemnendæ: eas autem Capite quinto, utpote loco aptiore, reddituri sumus.

Argumentum e dictis elicitur.

Urim & Theraphim voces esse cognatas, & significatione simillima convenire, jam luculenter ostendisse, & tertiam pensi mihi propositi partem absolvisse, videar. Huic autem operi eo majore contentione incumbendum censui, quod hæc nominum eorum affinitas & significationis similitudo, argumenti gravissimi locum non immerito habeat, quo probemus, *Urim* non minus natura quam nomine cum *Theraphim* convenire, & per utraque vocabula imagines figuræ & usus cognati censendas esse. Cum enim Deus novum nomen *Urim*, ejusdem cum vetere *Theraphim* valoris & potestatis, fatidico Pectoralis instrumento dederit; nihil credibilitatis habet, Eum, rem ipsam eo nomine designatam, imaginem nempe divinandi gratia factam, prorsus abdicare voluisse. Proculdubio Deus rei illi bellum indicere noluit, a cujus nomine tam exiguo recessit intervallo.

SECT. VIII.

Ad fidem certiorem hypothesi conciliandam, ostenditur Deum quandoque per Theraphim *Oracula tradidisse.*

Ne præsentis Argumenti rationibus aut postulatis ullis defuisse videar, ostendere conabor proximo, Deum quandoque per Thetaphim responsa reddidisse; cum scilicet Urim nondum institutum esset, aut forte temporis iniquitas omnem ad Pontificis Utim aditum prohiberet. Veritatis aurem hujusce probationi diligentius incumbendum censui, quod ad sententiam meam de natura & origine τῶ Urim confirmandam, momenti non parum habeat. Nam si Deus, ante Legem scriptam & postea nonnunquam, oracula e Theraphim [imaginibus Angelorum titulo & præsentia animatis] dederit; nil causæ est, cur oraculum divinum ex Urim, icuncula quadam Angelica, rraditum, monstri vel figmenti loco habeat consultus quispiam. Ut itaque præsens Argumentum oratione pressiore prosequar, rationes eas in medium afferam, quæ sententiam hanc inter summe probabilia numerare suadeant.

Ratio 1a. Harum prima petitur e diserto Scripturæ testimonio. Cum enim Danitæ de Michæ Theraphim famam accepissent, & an Deus eorum cœptis affuturus esset prorsus ignorarent; ad Michæ sacerdotem consilii divini exquirendi gratia se statim conferunt, rogantes eum, [a] *ut consuleret Dominum, ut scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum.* At proculdubio Danitæ non eo stultitiæ desipuissent, ut oraculum divinum e Theraphim expectarent, nisi Jehovæ responsa, eo medio quandoque reddita, eos in oraculi sic obtinendi spem aliquam adduxissent. Neque spes ea Danitas frustrata est, hoc a Sacerdote [b] responsum accipientes; *ite in pace, ante Dominum est via per quam ambulabitis.* Hujus autem responsi veritatem, adeoque cœlestem originem, felix itineris eventus abunde comprobavit. Deum etiam hujusmodi responsum mediante Theraphim edidisse, non facile dubitandum est; cum Danitæ, fama de Michæ Theraphim accepta, [c] Jehovam consultum irent, & ministerio sacerdotis ejus ad responsum eliciendum uterentur. In hanc sententiam ivit [d] *Bonfrerius*, Historici verba (*Rogarunt eum ut consuleret Dominum*) sic interpretatus: *hic habetur vox Elohim, & vers. seq. nomen tetragammaton: utroque tamen nomine Theraphim responsans intelligi debet.* Sed Theraphim Oraculum quandoque sacrum fuisse, & inde Deum, responsis Ejus, consilium divinum petentibus adfuisse, paulo luculentius e jam citatis [e] *Hosea* verbis innotescat; *quia dies multos sedebunt filii Israel, sine rege, & sine principe.——& sine Ephod & Theraphim.* Hoc enim in loco, LXX vocem Theraphim per δήλων vertunt, & hic Interpretes plerique *Theraphim*, vel Utim ipsum, vel instrumentum aut imaginem illius locum occupans, denotare sentiunt. Cur autem LXX Theraphim per δήλων hic ver-

a *Judic.* 18. 5. b Vers. 6. c *Judic.* 18. 4. 5. d *Comment.* in *Judic.* 18. 15.
e Cap. 3. 4.

tant, aut Deus per Theraphim Oraculum Urim exprimat, [a] difficulter intelligendum eft; nifi Deum olim oracula per Theraphim edidiffe, & Urim in locum & nomen τῶ Theraphim fucceffiffe, adeoque Deum Urim ibi nomine fuo primævo denntaffe, concedatur. Quemvis enim judicem inregrum & a præjudiciis alienum appello, an credibile fit, Deum URIM titulo Theraphim velare, vel Theraphim eum Ephode jungere, voluiffe; modo refponfa divina per Theraphim olim minime redderentur, fed ethnicæ tantum imagines effent, infigni turpitudine dehoneftatæ? SECT. VIII.

(2°.) PLURIMOS Dei veri cultum profeffos, imagines Theraphim titulo notas magno in pretio & honore habuiffe liquet; qui tamen idolis aliis omnibus inimicitias longe maximas iodixerunt. *Labanem* enim Theraphim maximi feciffe conftat, qui tamen prona femper & fubmiffa reverentia Jehovæ nomen ufurpavit. Hinc etiam Laban ab idololatriæ fufpicione, & ejus Theraphim ab infami *idolorum* nomine, liberantur; quod illius fororem Ifaacus, utrasque filias Jacobus, duxerit, cum eonjugia cum Cananæis ob idololatriam folummodo vitari [b] voluerit Abrahamus. *Rachel* etiam (quam nemo hactenus idololatriæ rcam fecit) tanta Theraphim habendi cupiditate & zelo arfit, quod ea, furto licet & mendacio redemta, chara non duxerit. *Micha* infuper effufiffimo in Theraphim ftudio & affectu ferebatur, quod e dictis factisque fuis in hiftoria memoratis apetre conftat; cum tamen a fumma illa idololatriæ & perfidiæ in Deum infamia, qua ftetit hactenus, eum fatis vindicaffe videar. *Danitæ* etiam, veri Dei cultores, ea Theraphim habendi cupidine accendebantur, quod ea manu facta armisque fumptis eripere non dubitarint; quafi imaginum earum fanctitas furtum eorum in virtutis nomen adoptare potuiffet. Tribus etiam duas, Jehovæ licet cultui devotas, Ephodis & Theraphim defiderium aluiffe, ex *Hofeæ* 3. 4. luculenter intelligitur. Cum itaque tot perfonæ, ab omni eultus alieni fpecie & odore abhorrentes, tanto ftudio Theraphim fibi compararint, vel affectu religiofo ea profecutæ fuerint; non eft adeo facile dictu, qua mente ita fecerint, nifi quod Theraphim Angelicæ præfentiæ pignora crederent, & inde refponfa de arcanis & futuris (quorum defiderio ad infaniam usque flagravit mundi ruditas) quandoque redderentur. 2°.

(3°.) SENTENTIA noftra, duplici illo titulo Angelico [*Theraphim* & *Elohim*] fimulacris hifce tributo, non parum firmari videatur. Cum enim Theraphim idem cum Angelico nomine Seraphim fuiffe, jam dicta probent: quidni nomen *Seraphim* eadem de caufa fatidicis illis imaginibus, qua *Cherubim* Sanctuarii fimulacris inditum cenfeamus; quod fcilicet Angelorum fymbola effent. & inde Angeli, Dei nomine & vice, quandoque refponderent? Veteres etiam nomen illud auguftum Elohim icunculis hifce tribuiffe, dubitare non finunt Laban & Micba, quos Theraphim fuos, *Elohim*, i. e. *Deorum*, titulo decotaffe [c] legimus. Cum autem jam dicta Labanem & Micham a πολυθείας macula puros & immunes afferant; fuader Ratio, ut eos titulum illum, Angelorum folummodo gratia, τοῖς *Theraphim* impertire voluiffe crederemus. Nam *Elohim* antiquiffimum fuiffe apud Hebræos Angelorum titulum, ex iis præcipue Scripturæ [d] locis intelligitur, quibus Chaldæus Hebræum אלהים per אנגלי vel מלאכיא *Angelos* interpretatur. Apud Græcns etiam vocabulum ἀγγέλοι vocem אלהים non femel reddit, ut *Pfal.* 97. 7. & alibi. Hi textus, & eorum affines, verbis illis [e] *Origenis* occafionem adminiftrarunt; εὑρίσκομεν [ἀγγέλους] διὰ τὸ θεῖοι εἶναι, καὶ Θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς ποτὲ ὀνομαζομένους γραφαῖς. Huc faciunt & [f] *Grotii* verba: *Hebræi fpiritus iftos qui inter Deum rerum opificem hominesque funt interpofiti, modo* אלהים *modo* מלאכים *vocant: quorum illud Græce* Θεοὶ, *iftud* ἄγγελοι *fignificat. Atque inde eas appellationes fumpfit Pythagoras*, &c. Cum itaque nec Laban nec Micha, nec ulli [g] forfan alii, Theraphim cultu divino profequerentur; inde cognofcatur, eos nomen *Elohim* impofuiffe gratia Angelorum, qui in iftis *Theraphim* oracula & alia quædam præfentiæ fuæ documenta frequenter ediderunt. Certe nominis hujufce tationem probavit *Grotius* in *Explicat. Decalogi*, ubi inquit. *Ob communem opinionem inclufi fpiritus divini, Labani, illa quæ modo nominavimus Theraphim, vocantur* אלהים *Dii Labanis*

(4°.) E Scripturæ fide eerto cognofcitur, Deum confilia fua per Angelum aliquem fæpius ante Legem enunciaffe; cum nempe rudiora mundi fecula Deum in templis colere vel propitiare nondum didiciffent. Ideoque verifimile eft, Angelos, cum inter-

a *Cur LXX Theraphim per δήλους vertant, fateor me ignorare.* Druf. not. in loc. b *Genef.* 24. 3. c *Gen.* 31. 30. *Judic.* 18. 24. d *Pfal.* 86. 8. 1 *Sam.* 28. 13. *Zech.* 12. 8. *Job.* 1, 6. *Pfal.* 82. 6. & 89. 6. e Lib. 5. cont. *Celf.* p. 233. f *Annot.* ad *Mat.* 1. 20. g *Utrum ut Dii colerentur Teraphim, utcunque Dii dicti, an vero divinationis tantum inftrumenta haberentur, vetus eft inter Magiftros controverfia.* Seld. de Diis Syr. Synt. 1. cap. 1.

Sect. VIII.

pretum divinorum partes agerent, e simulacris quibusdam (Deo & Ordini Angelico sacratis) taoquam parvulis sacellis, respondere solitos: ut cum simulacro aliquo tanquam velo obducti essent infirmi hominum animi oculique a præsentiæ Angelicæ majestate & splendore vehementi minime læderentur. Cum enim compertissimum sit, Angelos ex Arca parvula & angusto Pectoralis duplicati panno responsa quandoque tradidisse; nihil infra Ordinis illius cœlestis dignitatem positum meditor, si sentiam eos ex imagine parvula sibi sacrata, quandoque voces propheticas edidisse. Neque est quod infame simulacri nomen, opprobriis & maledictis onustum, opinioni meæ objiciat quispiam; si quid enim mali vel inhonesti hodie in imaginis sacræ nomine situm sit, superstitiosis bominum moribus, aut eorum animis præjudicio puerili occupatis, in solidum tribuendum est.

(5°.) Plurima Seripturæ Veterumque testimonia, passim in hoc opere citata, fidem haud incertam faciunt, Dæmonem per responsa ex imaginibus, Theraphim aut Seraphim titulo donatis, edita, populi fidem sæpe fefellisse. Suadet autem ratio, ut tutam & frequentem illam, sub amico τῶ *Theraphim* nomine, populi fallendi viam, ex hac sola oecasione initium habuisse crederemus. Nempe Deo Opt. Max. sub antiquiora mundi tempora, solenne erat, e simulacris Therapbim titulo distinctis verba facere; ut hominum animis Numinis præsentis sensum incuteret, eosque rebus in angustis cadentes & consilii inopes erigeret & illuminaret. Cum itaque Diabolus populum imaginibus hisce propheticis faeili fide & affectu adhærere senserat, ipse tandem (ut nubem eo densiorem fraudibus ejus objiceret) auctor extitit, ut illius mystæ statuas consimilis figuræ fabricarent; curavit etlam, ut iisdem (quantum fingere datum) divinitatis insitæ signis, & recepto *Angelorum lucis* nomine (Theraphim aut Seraphim) inelarescerent. Norat scilicet egregius ille fallendi artifex, rudiorem populum (quorum judicii acies vix ultra rerum superficiem & nomen penetrat) mendaci specie & auspieati nominis omine delusum, Theraphim prooa fide & affectu semper amplexari velle; quanquam nihil e dignitate pristina, præter nominis bonesti speciem retinuissent. Nec veri similitudioem habet, Diabolum ex imagunculis oraeula sua fundere, vel eas ab Ordine τῶ Seraphlm denominare, voluisse; nisi quod probe norat, nomen *Seraphim*, & imagines eo tirulo claras, primam apud populum gratiam tenere, & se facilius populo imponere posse, si nomen illud Angelicum oraculis ejus mendacibus honesta specie prætenderetur: prout nec adultera monera *Cæsaris* tirulum vultumque, tam vivis expressum characteribus, ad populum fallendum gerere voluit; nisi quod aurum & argentum sincerum, tam augustis signata typis, bominum studia fidemque demereri soleant. Huic etiam de prima *Theraphim* origine conjecturæ succurrit, quod vix credi possit, populum insaniam tam crassam insaniro potuisse, ut simulachra parvula Angelorum titulo condecorarent, & eorum responsa animo tam seeuro inde expectarent; nisi quod Angelos olim sic respondisse, indiciis haud obscuris compertum habuissent; adeoque Dei veritas (ut fieri amat) Diaboli mendaciis & populi erroribus colorem & occasiooem aliquam præbuisset.

(6°.) In eandem mecum sententiam concurrunt Auctores aliqui, non idigni qui in prima doctorum classe collocentur. Nam Jacobus [a] *Gaffarellus* opinatur, "Therophim figuras fuisse a Mose Legislatore permissas, a Labane aliisque Orientalibus ante "Legem pie usurpatas; quibus mediantibus voluntatem suam Deus non raro patefecit: "& Cherubinorum & Seraphinorum figuras fuisse generis ejusdem. Sed hujusce dogmatis gratia, tanquam impii & precarii maxime, eum verbis acetn tinctis perstrinxit [b] *Rivetus*. Ei tamen sententiæ subscripsit Auctor quidam Persicus (translatus a *Rab. Chomer*) cui *Hama-al zel* nomen, qui ln hæc verba laudatur a *Gaffarello:* "proculdubio, Patriarcharum temporibus erant imagines aut statuæ quædam mirabiles, per quas Deus "voluntatem suam populo revelavit. Hic iterum [c] Auctoris notæ celebrioris verba iogerere, Lectori non ingratum futurum arbitror: *fortasse* Theraphim *Angelorum fuerunt imagines, aut Angelis dicatæ. Unde spiritus Angelicus eas subibat, ac consulentibus per eas oracula edebat. Ex hac conjectura* תרפים Theraphim *mihi idem esset quod* שרפים Seraphim, *notissimum Angelorum nomen.* Si quid bæc e vero trahant, crederem veteres Arabes moris hujus antiquissimi memoriam altam, sed superstitione vitiatam retinuisse. Nam illi, [d] *idola quæ vel a Deo vita inspirari credebant, vel Angelo-*

a Lib. *inaudit. curiosit.* c. 3.
b *Exercit.* 133. in *Genes.*
a *Ludov. de Dieu* in *Gen.* 31. 19.
d V. *Pocock.* in *Abul. Farai. de Arab. Morib.* pag. 89.

rum

rum sacella esse, ac ab iis animari, DEI FILIAS *vocabaut.*. Sed hæc omnia logi for- SECT. IX.
san & somnia videbuntur iis, qui tempora antiquissima e seculi præsentis ingenio moreque solent æstimare. Ad alia itaque, Lectoris fidei minus difficilia, jam transeat sermo.

SECT. IX.

Ostenditur, Urim *&* Theraphim *res etiam cognatas fuisse, & natura similitudine conjunctissimas.*

URIM & Theraphim *voces* esse cognatas, & eandem pene notionem gerere, Sectione 7ª. & 8ª. luculenter ostendisse videar. Ut autem sententiæ meæ probatio paulo firmior evadat, evincam proximo, Urim & Theraphim *res* etiam affines fuisse, & eandem pene naturam & formam habuisse. Hac de re nullus erit dubitandi locus, si Urim & Theraphim una conferamus, & ad circumstantias eorum maxime geminas & simillimas attendamus.

NAM (1°.) Theraphim imagines aut simulacra quædam fuisse censeantur. Nam a Græcis interpretibus, aliquando [a] μορφώματα, quandoque [b] γλυπτά, nonnunquam [c] εἴδωλα, nuncupantur. Chaldæus Theraphim per רמאין reddit, vocem *imagunculas* significantem. [d] *Elias Levita*, toto pene Rabbinorum cœtu comprobante, Theraphim צלמים *imagines* interpretatur. Nec dissentit Scriptura, [e] qua תרפים pro simulacro quovis figuram humanam imitante ponitur. Urim etiam in imaginum numero ponendum esse, fidem haud incertam facit [f] ille textus Hoseæ, quo Urim per Theraphim exprimi, testimoniis & aliis argumentis non facile refellendis evicisse videar. Quoniam tamen in sacro textu nusquam *imagines* appellantur, Lectori integrum sit, Theraphim, prout & Urim, instrumentis concavis aut simulacris parvulis annumerare. Nam,

(2°.) THERAPHIM simulacra plerunque parvula, & mole perquam exigua, fuisse videntur. Alias enim Rachelis vires τὰ Theraphim, quæ patri suo furtim subduxerat, in itinere ferendis impares fuissent: nec ea sub exiguo corporis sui tegumento dissimulare, patris ea sedulo quærentis os tam facile sublinere, & Jacobum ipsum, itineris comitem, ea tam diu celare, potuisset. Huic argumento fiduciæ nonnihil addunt eruditi [g] *Riveti*, in hanc historiolam ita disserentis, verba: *apparet ex toto contextu, formas aut figuras illas*, Theraphim, *fuisse parvas, & qua facile occuleari possent: quales sunt -- imaguncula quibus virgines in atate infantili ludere solent.* Ab illis non multum abludunt Cl. nostri [i] *Medi* verba, quæ, qua possum fide, ex Anglicanis Latina faciam: *Theraphim, consentientibus Judais aliisque, fuerunt imagines perexigua, in certo syderum concursu composita, quibus olim ad consulendum usi sunt in rebus dubiis & futuris ob virtutem fatidicam, ex influentia quadam cœlesti (uti vulgo creditum) in illas derivatam: quarum & similitudinem ferunt imaguncula illa, e cera vel simili materia ficta, quibus venefica in finem non dissimilem etiamnum utuntur.* Eidem sententiæ calculum dedit Scriptor nuperus, qui nomen inter literatos meruit: *Theraphim*, inquit ille, *erant genus tantum simulacrorum parvulorum & portatu facilium; larium instar & penatum domesticorum.* His omnibus veri colorem allinit *Chaldaus Paraph.* (Theraphim רמאין *imagunculas* quandoque transferens) & [h] historia Levitæ fugam a Michæ domo adornantis. Legimus enim quod illius Ephod & Theraphim, sculptile & conflatile, mora omni præcisa, secum asportaverit: quæ sane omnia, si justo grandiora, humeri sui ferre recusasset. Hæc etiam firmant (modo ipsa sint firma) [i] *Kircheri* verba; *idola* Theraphim *fere semper forma* fasciis *involuti pueri, & ad portandum idonea parabantur: hinc sine manibus & pedibus fere videntur constructa; timebant enim Ægyptii maxime simulacrorum defectum ex ruptura quapiam provenientem: cujusmodi figuram quoque habuisse* Serapes [quas inde res easdem sub diverso nomine fuisse colligit] *testantur statuuncula illa partim fictiles, partim lapidea & lignea, quarum ingens copia quotannis a mercatoribus, ex antiquis Ægypti monumentis eruta, in Europam devehitur.* In hujusmodi simulacrorum censum referre licet icunculam illam quam *Nero*, si *Suetonio* credamus, penes se habere, cujus etiam monitu se

a Exemplaria quædam Græca, pro ותרפים *Hos.* 3. 4. habent καὶ μορφώματα. b *Ezec.* 21. 21. c *Gen.* 31. 19. d In *Thisb.* ad voc. תרפים e 1 *Sam.* 19. 13. f Cap. 3. 4. g *Exercit.* in *Gen.* cap. 389. p. 516. h *Judic.* 18. 20. i *Oedip. Ægypt.* T. I. *Syntag.* 4. c. 3.

i Lib. I. *Serm.* 38. p. 183.

SECT. IX. futurorum scientiam assecutum jactitavit. Ejusdem familiæ fuisse videntur εἴδωλα illa, i. e. *simulacra brevia*, apud Latinos, [a] *quæ a veteribus quondam in lectieis portabantur, & ab ipsis mota effundebant vaticinationem.* Neutiquam inficias iverim, sua fuisse Gentibus, ut majorum gentium Deos, ita & majoris molis imagines, Deorum responsis tradendis inservientes: quarum numern celebris illa *Memnonis* statua, vocalis facta cum primum Solis percussa radiis, ascribenda videatur. Harum vero pleræque, utpote templis & locis publicis affixæ, cum non semper præsto essent, ut iis cultum deserre vel inde responsa Deorum petere liceret; Gentes imagunculas hasce, Majorum veluti vicarias excogitarunt. Neque *Theraphim* tantum, sed & *Urim*, rem parvulam fuisse, probat ipsum Pectnrale, Urim & Thummim recondendis destinatum, quod palmi solius amplitudinem habuisse dicitur.

(3°.) Theraphim imagines fatidicæ fuerunt, i. e. unde oracula & sortes divinæ ducebantur. Huic assertioni (quam nonnulli fidei prorsus expertem habent) Scriptores sacri testimonium perhibent. [b] Legimus enim, Regem Babylonis, cum res ejus in incerto essent, *in capite duarum viarum stetisse*, τῦ μαντεύσασθαι μαντείαν, καὶ ἐπερωτῆσαι בתרפים ἐν τοῖς γλυπτοῖς, prout LXX locum transferunt. Quod sane Regis factum non tantum impietatis, sed & stultitiæ maximæ merito damnari posset, nisi sagax Dæmon spem principis creduli lactasset, oraculis e Theraphim quandoque traditis. [c] Zechariah etiam de Theraphim testatum reliquit, quod (etiamsi *vanitatis* verba) subinde loquerentur. Hinc factum, quod Theraphim cum [d] Pythonibus & Ariolis (qui divinandi facultatem præ se ferebant) ceu res ejusdem facultatis & loci, numerantur. Neque Scriptura tantum, sed etiam Interpretes antiquissimi, hanc de simulachris hisce sententiam suffragiis suis ornare videntur. Nam a LXX Theraphim non tantum locuti dicuntur, sed ab iis [e] ἀποφθεγγόμενοι i. e. *breviter & concise loquentes* appellantur. Hac autem voce concinne exprimunt oraculorum ingenium inde per Dæmonem editorum, quæ semper concise, ideoque sæpius ambigue, tradebantur. Targum *Hosea* Theraphim per מחוי i. e. *indicantes* vel *annunciantes*, futura nimirum & arcana, interpretatur. Hic etiam nobiscum facit Magistrorum Judaicorum senatus integer, *R. Eliesar*, *R. Salomon*, *R. David Kimchi*, *R. Abraham*, *R. Levi Ben. Gerson*, *Aben-Ezra*, *R. Mos. Ben. Maimon*, *R. Mos. Ben Nachman*, & alii, quorum testimonia fuse tradita apud [f] *Buxtorfium* videat Lector, qui ipsa eorum verba consulendi voluptate sollicitatur. Testimoniis hisce divinis & humanis hoc unum a nonnullis opponi video, quod nempe Judæi omnes & Christiani non pauci locum illum *Zacharia* figurate tantum [de idolorum prophetis, Ariolis, Astrologis, somniorum interpretibus, & ejusdem familiæ nugivendulis non de idolis ipsis,] intelligendum arbitrentur. At hac de causa pati non possum, ut *Zachariah* e testium meorum albo deleatur: cum in illius textu, *imagines vanitate loquentes*, ab omnibus vanitatum doctoribus & idolorum vatibus, verbis expressis distinguantur. Sic enim se habet textus integer, *Theraphim, locuta sunt vanitatem, Divini viderunt mendacium, & Somniantes rem vanam narraverunt.* Quibus verbis (ut hoc obiter moneam) tres præcipuos divinandi modos (per *Theraphim*, per *Divinos*, per *Somnia*) apud gentes [g] olim in usu & pretio, tribus aliis apud Hebræos ex adverso respondentes, observare licet. Hos autem enumerant verba illa de Saulo dicta, 1 *Sam.* 28. 6. *Deus non respondit ei, vel per Urim, vel per Prophetas, vel per Somnia.* Cum itaque Theraphim vocale quid esset, & spiritus alicujus instinctu consulentes alloqueretur; liquidum est, illud in hac etiam circumstantia cum Urim convenisse, quo mediante Deus illius consilium & voluntatem suam exquirenti respondebat.

(4°.) Verisimile est, eos qui ad Theraphim, aliave gentium idola vaticina, consulendi animo se conferebant, responsa plurimum ab eorum sacerdotibus vatibusque (proximo & immediate scilicet) accepisse: nempe ut hac ratione honori vatis simul & idoli, profanum vulgus procul arcentis, prospiceretur. Et apud Hebræos, cum populus a Deo consilium per Urim quæreret, certum est interrogandi potestatem sacerdoti (non plebi) datam fuisse; & populum a Pontifice responsa, prout revelationes alias a propheta, fraudis omnis securum, retulisse. Moris hujusce [h] Scriptura significationem haud obscuram præbet.

a à *Auctore Servio. Æneid.* 6. v. 68. b *Ezec.* 21. 21. c *Cap.* 10. 2. d 2 *Reg.* 23. 24. 1 *Reg.* 15. 23. e *Zach.* 10. 2. f In *Lexic. Talmud.* col. 2661. *&c.* g Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα, — ἢ καὶ ὀνειροπόλον. — *Homer. Iliad.* A h *Numer.* 27. 21. *Judic.* 18. 5, 6. 1 *Sam.* 23. 9.

Cum

Cum jam dicta, consensum τῶν Urim & Theraphim in tot insignis notæ circumstantiis, tam aperte probent; inde facili conjecturæ locus est, ea cognatione proxima conjuncta fuisse, & Deum novum Urim, leviter mutatum, in Theraphim antiqui locum substituisse. SECT. X.

SECT. X.

Sententia nostra veritas, e communi institutorum Mosaicorum origine confirmatur.

Sæpius a me dictum est, Urim in vicem τῶν Theraphim venisse, & Deum veterem illum responsa e Theraphim petendi morem (reformatum tamen & quasi circumcisum) sub novo Urim nomine, Israelitis, veterum omnium tenacissimis, indulsisse. Ut autem huic assertioni fidem paulo certiorem afferam, usus exigit ut sermonem breviusculum de communi institutorum Mosaicorum origine præmittam, & inde deducam argumentum, haud leve momentum apud Lectores æquiores habiturum.

Ut itaque prima pensi mei defungar parte, monendum est institutorum Mosaicorum partem multo maximam e consuetudine aliqua, quæ apud Ægyptios, aut alias e vicinia gentes inveteraverat, ceu fonte præcipuo dimanasse. Deus enim seculi mores haud paucos, vitii nullius facile postulandos, Israelitis integros pene reservavit, eosque legis divinæ sanctione cohonestavit; ne si res novas tantum & inopinatas in morem & cultum induxisset, Hebræorum vulgus [a] perturbaret, qui moribus aliis vivere solebant, & in mores gentium ardore præcipiti ferebantur. Multas Hebræorum leges & ritus ab hac origine derivandas esse, tot exemplis, testimoniis, & aliis argumentis ostensum est; quod ea de re dubitationem omnem sustulisse videar. Multorum institutorum legalium origo detegitur.

Cum itaque Deum multa seculi mori populique ruditati dedisse, & plurima Legis instituta e gentium antiquiorum usu primitus effluxisse, pateat; quidni & ritum consulendi Urim, e vetere seculi Mosaici responsa a Theraphim petendi more principia petiisse, & inde in Hebræorum legem cultumque transiisse, crederemus? Nam proculdubio ritus ille non majorem impuritatem ab usu gentium hauserat, quam alii ritus iisdem orti natalibus contraxissent: & Israelitæ *Theraphim* non minus arcte tenuisse, nec minore desiderio & admiratione harum imaginum loquentium, quam aliarum consuetudinum ducti fuisse videantur. Imo forte longe majore: nam,

(1°.) Theraphim vel imaginum propheticarum usus, seculis antiquissimis obtinuisse censeatur. Harum enim imaginum originem nonnulli *Mercurio Trismegisto*, venerabili illi ob summam antiquitatem & sapientiam apud Ægyptios capiti, tribuendam sentiunt. Sic enim illum hujusmodi simulacra laudantem [b] legimus: *statuas, o Asclepi, videsne quatenus tu ipse diffidas? statuas animatas, sensu & spiritu plenas, tanta & talia facientes, statuas futurorum præscias*, &c. Librum autem illum, tanquam genuinam [1] *Trismegisti* sobolem, *Kircherus* fide & affectu propensissimo amplectitur & exosculatur. Utcunque, librum eum, & alios omnes qui magnum *Trismegisti* nomen in fronte ferunt, ceu fœtus spurios exponunt viri docti quamplurimi, & sub exeuntis gentilismi tempora scriptos arbitrantur; cum scilicet imaginum veterum magicarum ludibria, Diabolus, ut Oraculorum jam deficientium desiderium apud suos levaret, nulla non arte & fraude studeret revocare. Minus itaque a vero distare credimus eorum sententiam, qui imagines hasce futurorum conscias ab antiquissimæ memoriæ populis, Chaldæis, Syris, Ægyptiis, inventas aut usitatas asserunt. [c] *Maimonides* enim imagines istas oraculа fundentes, apud nominis antiquissimi gentes, Zabios aut Chaldæos, fidem & pretium invenisse refert: *erexerunt stellis imagines, Soli quidem aureas, Lunæ vero argenteas — Deinde, sacella ædificaverunt, imaginesque in illis collocarunt, arbitrantes stellarum vires influere in illas imagines, easque intelligendi virtutem habere, hominibus prophetiæ donum largiri, ac denique, quæ ipsis utilia & salutaria sunt indicare.* Istiusmodi simulacra apud Syros etiam locum & fidem invenisse dubitari nequeat, cum Laban Syrus Thera-

a *Ipsa mutatio consuetudinis, quæ etiam adjuvat utilitate, novitate perturbat.* S. Aug. Ep. 54. Tom. 2. b In *Asclep.* cap. 9. c *Mor. Neb.* P. 3. c. 29.

1 Vid. pag. 870.

Sect. X. phim ſuorum deſiderio flagraverit, & vulgo per ea divinaſſe cenſeatur. Sed nil opus eſt, ut litem illam, de prima Theraphim origine, inter ſummos viros hactenus agitatam, noſtram faciamus: cum enim e doctis, alii Theraphim a Nachor & Serug derivent; a Zoroaſtre, Triſmegiſto, vel Chamo, alii; aliqui ab Ægypriis, alii denique a Syris aut Babyloniis; ea diu ante Moſis ætatem in uſum veniſſe, doctorum omnium conſenſu confirmatum eſt.

(2°.) Imagines illæ quæ Oraculorum vice ſungebantur, ſeculis antiquis apud omnes pene gentes in uſu verſabantur. Imagines illas *Aſſyriis* haud ignotas fuiſſe docet [a] *Iſaiah*, qui *Nabo* vel *Nebo* memorat, idolum Aſſyriorum, cui [b] nomen a נביא *propheta* fecerant. Nec ulla dubirandi ratio ſubeſt, quin hujusmodi imaginis oracularis uſus ab Aſſyriis & Chaldæis, primis illis idololatriæ parentibus, ad ſeros nepotes transmiſſus fuerit. Similem oracula recipiendi morem apud *Zabios* etiam (quo nomine *Phœnices*, *Arabes*, & Orientales alii, veniunt) receptum fuiſſe reſtatur [c] *Maimonides*, qui ſe dum integra Zabiorum volumina *de imaginibus hiſce loquentibus & earum fabricatione* perlegiſſe refert. Quamvis (ut hoc in tranſitu moneam) *Iamblichus* inter primos a nonnullis numeretur, qui librum *De divinis idolis*, *præſentia numinum animatis*, *eorumque mirandis effectu*, in lucem edidit. Ægyptios etiam (quod nemo facile dubitabit) ejusdem cum Aſſyriis & Chaldæis criminis affines fuiſſe, verbis conceptiſſimis teſtatur [d] *Abenephius:* ſic autem ſe habent: *erant Ægyptiis ſimulacra quadam puerili forma, Ægyptiace dicta* Serapes, *quæ adorabant, de futuris & abſconditis interrogantes. Paſſim in celebrioribus urbium locis collocabantur, ſolebantque ante ea adolere, eaque contra mala eventa ſecum portare. Similia his* Theraphim *erant, quæ colebant Iſraelitæ, quæque Laban in Scripturis adoraſſe memoratur. Abenephii* hæc de Ægypriis referentis fidem, eo minus ſuſpectam habeo; quod Propheta de Ægyptiis, jam animo labantibus & de futuro ſollicitis, [e] prædicat, quod *quærent*, אל האלילים *ad idola:* id eſt, interrogabunt, de more gentis & ætatis, ſimulacra ſua, quid rebus in anguſtis facto opus eſſet.

(3°.) Israelitas, ad quos miſſus erat Moſes, imagines haſce fatidicas in uſu & pretio habuiſſe, non ſine ratione ſatis gravi creditur. Eos enim in Ægypto, per plurimas annorum vices, idola coluiſſe, [f] Sacræ literæ nos certos faciunt: ab idolis itaque, juxta ſeculi locique conſuetudinem, eos reſponſa petiiſſe, non facile dubitandum eſt. Hoc & eo ſimilius eſt vero, quod apud Ægyptios, a profundiſſima rerum ſuarum memoria, *Serapum* uſus obtinuerit, id eſt, imaguncularum ejusdem muneris & figuræ cum Theraphim; quæ & Moſis ætate, *templa*, *vicos*, *angulos*, *domos*, *ſemitas*, *omnia*, impleverant, niſi quis [g] *Kircheri* fidem, hæc e Scriptoribus & monumentis Ægypti vetuſtiſſimis teſtantis, vacillare cenſeat. Sed nil opus eſt ut hæc incerto conjecturæ ſolius filo ſuſpendantur, cum *Philo*, [1] Auctor ille *Biblic. Antiq.* diſerte referat, eos olim *interrogaſſe*, *Amorrhæorum more*, *idolorum Dæmones*, *& inprimis Nymphas illas aureas*, *quæ invocata per ſingulas horas oſtendebant facienda aut fugienda.* Huic itaque malo, quod indies invaleſceret, ut obviam iret Deus, [h] præcepto ſecundo *ſculpta omnia animalis alicujus formam habentia inhibuit; facilius enim Spiritus capacia ſimulacra illa videbantur ob receſſus abditos.*

Cum itaque jam dicta probent, hujusmodi ſimulacra non tantum Oraculorum traditione, ſed antiquitate ſumma, receptione catholica, & uſu longo, tanquam triplici fune, hominum affectus & deſideria ſibi devinxiſſe; credi non poteſt, rudem Hebræorum plebeculam repentina ab iis divortia animo æquo facilique ferre potuiſſe. Ideoque ſeculi Moſaici mores atque indoles magis ſuadebant, ut Deus antiquiſſimum τῶν Theraphim uſum, paulo tamen emendatum, in pectoralis Urim conſervaret Iſraelitis, quam forſan omnes alios ritus Moſaicos, quos e ſeculi illius conſuetudine aliqua pertinaci originem habuiſſe comprobatum eſt. Sed, ut hæc omnia paulo fortius urgeant, addo,

(4°.) Si monumenta ſacra animis attentioribus evolvamus, obſervatu facile eſt, viros & fœminas, Judæos & Iſraelitas, bonos juxta & malos, quovis ſeculo, ſummo τῶν Theraphim affectu & admiratione ductos fuiſſe. Cum enim Rachel ſe fuga

a Cap. 46. 1. b *Nabo ipſum idolum eſt, quod prophetia & divinatio interpretatur.* S. Hieron. in loc. c Ub. ſupr. d Ap. *Kircher. Oedip. Ægyp.* T. 1. *Synt.* 4. c. 3. e *Jeſ.* 19. 3. f *Joſh.* 24. 2. *Act.* 7. 43. g *Oedip. Ægyp.* T. 1. p. 258. h *Grot.* in *Explicat. Decal.*

1 *Antiquitates illæ Biblicæ*, (ab Adamo ad Saulis Regis mortem) Latine tantum extant. Alii volunt *Philonem Jud.* alii *Phil. Byblium* eſſe auctorem: tempora autem ſapiunt ſequiora, & nugarum plenæ.

furtiva

furtiva Patri subduxerit, Theraphim ejus affectu religioso (vel, si magis placeat, superstitioso) prosecuta, dolo plusquam fœmineo usa est, non ut Patris aurum, monilia, vel alia aliqua in domo pretiosi nominis, sed ut illius Thersphim possideret. Nam veritati prorsus dissimile est, Rachelem, ea suffuratam fuisse, ut Labanis animum ab idololatria avocaret, (quod [a] *Theodorito* placet aliisque) vel ne eorum inspectione augurando cognosceret ille, quodnam iter institueret Jacob: nam Laban alia sibi idola parvo negotio comparare poterat, & Rachel, longe minore, ea vel in via abscondere, vel in *Euphratis* profluentem abjicere: neque si eo tantum fine id fecerit, opus erat ea septiduum integrum, non itineris tantum sed & fugæ suæ impedimenta, retinere. Quali vero (ut ad viros ascendat oratio) ægritudine afficitur Laban, jam (deliciis ejus) *Theraphim* spoliatus! quam omni ratione obnixe id agit ut ea denuo recuperaret! quam increpat Jacobum, quasi violatis justitiæ & hospitii legibus ea possidentem! *Quare*, inquit, *furatus es Elohim*, maximos Deorum meorum? prout versio *Copt.* testante *Kirchero*, emphatice verba reddit. Neque Jacobum ipsum, quem Laban illius furti reum fecerat, *Theraphim* nullius æstimasse, probat responsio ejus, [b] *apud quemcunque inveneris ea, capitis pœnam ab eo exigas.* Quasi credidisset, tanti sacrilegii maculam, modo familiæ suæ illatam, non nisi furis ipsius sanguine deleri potuisse. Neque hoc Jacobo convitium dicit, cum [c] historia sacra testetur, Theraphim in ipsa Davidis familia locum invenisse; quamvis alia simulacra facere, docti præcepto secundo Judæis interdictum sentiant. *Micham* etiam, (quem veri Numinis cultui devotum probavi supra) animi valde discruciatum & religiosis quibusdam intemperii agitatum legimus, cum Danitæ *Theraphim* ejus manu armata surripuissent: omnia statim clamoribus & querelis miscet; imo ea vel vitæ periculo redimere non grave habuisse [d] videtur. Populum etiam Israeliticum a primis usque gentis incunabulis, Theraphim rerum sacrarum & desiderabilium numero posuisse, inde probabiliter intelligendum est, quod constet Rachelem (& forte Jacobum) unde genus Israelitæ repetebant, non parvi æstimasse: adeo ut eorum filii usum & amorem τῶν Theraphim cum ipso lacte & primis parentum monitis hausisse censeantur. Sed rei hujusce fides inde magis manifesta est, quod *Danis* filii, cum de Michæ Theraphim famam accepissent, eum statim adierint, ut consilium a Deo de rebus suis in ambiguo sitis impetrarent. Ex itinere vero reduces, jus in viribus habentes, consilia de iis auferendis repente ineunt, [e] facto agmine in illius domum irrumpunt, & inde Micha inviro eripiunt Theraphim. Deinde: Propheta *Hoseas* inter cætera quæ Israelitas plurimi facere, & quorum desiderium eos ægre laturos, norat, [f] Theraphim numeravit. Nec Israelitis solis, sed etiam Syris, Babyloniis, aliis, sua fuisse Theraphim, sat liquet e Scripturis alibi in medium allatis, non sine quorundam nausea forte reponendis. Cum itaque clare pateat, omnes, cujuscunque census & ingenii, homines affectu propensissimo τοῖς Theraphim adhæsisse; facile credatur, Deum, antiquum & (per se spectatum) innocuum illum oracula e Theraphim petendi morem, sub certis tamen conditionibus, seculi mori populique pertinaciæ concessisse; cum præsertim alibi probatum sit, Deum plurima olim in usu, etiam in mali confinio posita, ob ferreum populi nervum in meliora minime flectendum, Israelitis indulsisse.

SECT. XI.

Probatur hypothesis nostra omnes alias redarguendo.

UT sententiæ meæ veritas eo magis elucescat, consultum habeo, dogmata adversa, quæ doctorum fidem hactenus obtinuerunt, hic juxta ponere, & eorum vanitatem (quod laboris haud magni fuerit) redarguere. Hic autem Lectoris otio nimis abuterer, si varia illa in quæ viri docti, in hoc Argumento, scinduntur studia, fusius enarrarem, & singulis mihi ex adverso stantibus litem intenderem. Me causam satis vicisse credam, si tres saltem præcipuæ inter doctos notæ sententias non minus in Scripturam & Rationem, quam sensum meum, peccare probavero.

INTER eas autem primas jure vendicat, tot Scriptorum calculis decorata, Talmudicorum dogma, qui Urim per literarum combinationem futura designasse sentiunt.

a Ὑπολαμβάνω ὅτι καὶ τὸν πατέρα τῆς δυσσεβείας ἐλευθερῶσαι βουλομένη συνέλησεν αὐτὰ [Θεραφίμ.] Interrog. 90. in Gen. b *Genes.* 31. 32. c 1 *Sam.* 19. 13. d *Judic.* 18. 15. e *Judic.* 18. 14, 15. f *Hos.* 3. 4.

SECT. XI. Rem totam paucis accipiat Lector: afferunt illi, duodecim Tribuum nomina pectorali Pontificis insculpta fuisse, Patriarcharum insuper [*Abraham, Isaac, & Jacob*] nomina iis accessisse, una cum hac additione, בל אלה שבטי ישראל *singula hæc* sunt *tribus Israelis;* quod etiam in vocibus hisce conjunctim sumptis, quælibet alphabeti Hebraici elementa, quæ verbo cuivis exprimendo sufficiant, inveniri possint. Cum autem, inquiunt, sacerdos responsum divinum expectaret, faciem ejus in שכינה i. e *Arcam* obvertebat, & literæ in Pectorali tunc temporis plus solito splendescentes, aut virtute divina בולטות i. e. *prominentiores* factæ, Dei arcana & placita tradere censebantur. Quoniam autem haud facile sit statuere, qua arte vel ingenio tot simul splendescentium vel protuberantium literarum ordinem aut puncta genuina teneret Pontifex; Hebræi (ut sunt ingenio ad fingendum audaci) Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς hic inducunt, qui eos hoc nodo impeditos liberet. [a] Tradunt nempe, Sacerdotem vocem divinam, quæ mentem ejus dubiam & errori obnoxiam in rectum duceret, in loco semper accepisse. Afferunt itaque, literas insigni splendore vel eminentia notabiles (per quas responsum Sacerdoti datum est) Urim & Thummim fuisse, eaque ex literis iis, prout *galaxia* e stellularum splendescentium congerie coaluisse.

Qui camelum hunc Talmudicum (quo nihil deformios fingi potest) deglutire nesciunt, sic sensum suum, paulo diversum efferunt: *non absurdum videtur, si dicamus, ex pacto & promissione institutoris, Deum invocatum a sacerdote certo ritu, gemmas illas gestante, respondisse non articulata aliqua voce, sed per illuminationem intellectus illius, & certam persuasionem inditam menti ipsius de veritate responsi: nullam itaque vim fuisse in lapidibus, nisi tanquam in morali causa; a Deo fuisse effectum, qui ad illius præsentiam operabatur occulto quodam modo.* Sic eruditus [b] *Rivetus* judicavit, & cum illo [c] *Salianus*, & [d] *Cornel. a Lapide*. Eadem mente fuit *R. D.* [e] *Kimchi*, qui, in 2 *Sam.* 25. afferit *Summum Sacerdotem, Pectorali suo indutum, Spiritu S. extemplo occupatum fuisse, & hoc suggerente respondisse ad interrogata.* Partibus hisce studet & *R. Bechai*, cujus hæc sunt verba, in *Deut.* 33. 8. אורים ותומים היתה מדרגה מסדרגות רוח הקדש והכהן המלובש בחשן אשר אורים ותומים נתונין בין כפליו היה מתלבש באלו ברוח הקדש i. e. *Urim & Thummim fuit e gradibus Spiritus Sancti: Sacerdos etenim indutus Pectorali, in cujus duplo sita erant Urim & Thummim, indutus erat simul Spiritu Sancto.* Horum censu *Maimonidem* numerare suadent illius verba a *Seldeno* laudata, Lib. 2. de *Succes.* in *Pontif.* cap. 8. §. 10. *Quænam est ratio cur non consulere solerent* Oraculum illud per Urim & Thummim sub Templo secundo? *quoniam non adfuit ibi Spiritus Sanctus, neque enim Sacerdotis alicujus in consulendo opera adhibenda est, qui non loquitur ex Spiritu S. & Majestatis divinæ præsidio.* Sententiam hanc [f] *Antonius Millieus* elegante Musa sic expressit:

——— Quoties de Lege refert responsa Sacerdos
Consultus, regnique vices & publica fata
Aut privata rogant dubiis in rebus egentes
Consilio, ut Numen venerati rite precantur;
Pontifici adsistens Summo præcordia pellit
Spiritus, & gemmas arcano illuminat igne,
Instigatque animi fibras & fata recludit:
Tum linguam moderante Deo, certissima fundit
Effata, & procul omnis abest ambagibus error.

Fundamentum vero quod sententiæ huic sustentandæ par esse creditur, textus ille est, 2 *Chron.* 24. 20. ubi Sancti Spiritus afflatus *Jehojadum* Pontificem in media plebe jam stantem concitasse dicitur; unde & Propheta repente prodiit, & quid pro re nata factu opus esset, Dei nomine populo annunciavit,

UTCUNQUE, apud longe plures, eosque celeberrimos e gente literata viros, sententia tertia fidem & gratiam invenit; quod nempe consilium divinum per solas Pectoralis gemmas innotuerit, easque vultum & colorem quotidianum retinentes, si Deus responsum triste vel negativum, novis autem & insolitis lucis stricturis Sacerdotis oculos ferientes, si responsum lætum vel affirmativum, editurus esset. *S.* [g] *Chrysostomum*

a *Tradunt Talmudici vocem auditam esse qua Pontificem docuit instituitque, ne erraret ex punctorum vocalium defectu.* M. Scheringham. in Cod. Iom. cap. 7. §. 5. b *Comment.* in *Exod.* 28. 30. c *Annal.* T. 2. ad *An.* 2544. §. 550. d In *Exod.* 8. 30. e Ap. *Schindler*. voc. אור f *Moys. Viator.* P. 1. lib. 13. g *Adv. Judæos. Orat.* 6. p. 654. *Ed. Ben.* T. 1.

ita

ita cogitaſſe probant verba illa: *ἐπὶ τῶν λίθων τῶν ἐπὶ τῷ στήθει τῷ ἀρχιερέως, ὅπερ ἐκεῖνοι δήλωσιν, ἐγίνετό τις ἔλλαμψις, καὶ τὰ μέλλοντα ἐσήμαινε* i. e. *e lapidibus qui erant in pectore ſummi Sacerdotis, id vocabant* Declarationem, *relucebat fulgor quidam futura ſignificans.* Ab eo non multum receſſit [a] *Suidas*, qui reſponſum Sacerdoti datum aſſerit, *per adamantem, colorem, pro varia reſponſi conditione, ſubinde variantem.* Com iis nomen ſuum profitentur [b] *Moncains*, [c] *Grotius*, aliique. Hi omnes auctoritate potiſſimum *Joſep i* nituntur, qui [d] duas tantum annorum centurias a ſplendoris illius miraculoſi defect , i ſcribente, effluxiſſe dicit. At ratio, inquiunt, ſuadet, cogit, ut tantarum literarum vi o, e ſtirpe ſacerdotali oriundo, patriæ ſuæ uſus & res geſtas ex profeſſo poſterorum memoriæædituro, in Judæorum moribus, ſacris præſertim, maxime exercitato, fidem & diligentiam omnem tam ſancte & ſæpe profitenti, de re tam celebris notæ & recentis memoriæ ſcribenti, fidem tribuamus. SECT. XI.

E DICTIS manifeſtum eſt, viros doctos in hujuſce dogmatis centro, *quod Urim & Thummim nihil aliud fuerint præter lapides Pectoralis*, ſe mutuo tangere & optime convenire; quamvis cum de ratione quæratur qua reſponſa per lapides hoſce mutos tradita conſulentibus innoteſcerent, non minus a ſe invicem diſtent quam lineæ a centro recedentes. In hujus autem ſententiæ communis ſtudium ducti videntur, (1°.) *Silentio Scripturæ: cum enim*, inquiunt, *Moſes magna religione in deſcribenda ſacrarum veſtium materia & forma verſetur, quo ſingula perſpicue tradat, profecto paulo pluribus deſcripſiſſet Urim & Thummim, ſi aliud quam duodecim lapides per ea intellexiſſet.* Deinde, *Levit.* 8. 8. ubi Moſes novam ornamentorum Pontifici Summo ſacrorum mentionem ingerit, legimus Moſen Pectorale Aaroni induiſſe, & in eo Urim & Thummim poſuiſſe, cum de lapidibus pretioſis ſit altum ſilentium. Unde nominibus iis, Urim & Thummim, lapides illos venire, firmiter concludi ſentiunt. (2°.) *Convenientia nominum:* nam *ideo*, inquiunt, *lapides Pectoralis* URIM *nominantur, propterea quod veluti ignis in pectore Summi Sacerdotis, ut eſt natura tot ſimul conjunctarum* [e] *gemmarum, ſplenduerint, & lucem perſpicuam de ſe projecerint:* אור *enim lucem vel ignem ſignificat: Ideo etiam* THUMMIM, *quod perfecti & integri fuerint, nec ullo vitio notati.*

SENTENTIAS illas quæ doctos hactenus in partes diviſos tenuere, & omoem de Oraculi hujuſce natura meliora cognoſcendi ſitim, per longam ſeculorum ſeriem, penitus extinxere, jam expedivimus. Eas autem talo male firmo ſtare, earum caſus & ruina (ſi vires earom maou levi tentemus) ſtatim comprobabunt. Quod enim ad *Talmudicorum* ſententiam ſpectet, eam non immerito in figmenti ſuſpicionem vocemus; non tantum quod [f] *Morinus* eorum ſcripta vix ſextum aut ſeptimum a Chriſto ſeculum antiquitate ſuperare, argumentis non contemnendis oſtenderit; ſed quod illam fabuloſum & ventoſum Hebræorum ingenium, eorumque quidlibet in ſacris audeodi morem, olere, quivis naſi paulo emunctioris facile perſentiſcat. Unde enim Talmudicis ei nata fiducia eſt, ut tot verba, præter duodecim Tribuum nomina, Pectorali inſcripta fingant, de quibus Moſem nuſquam meminiſſe legimus? Sed & dicant inſuper (quo figmenta ſaltem probabilia referant) quibuſnam Pectoralis partibus tot literæ fatidicæ exarari poterant? an in lapillis pretioſis? at eos, utpote parvulos, Tribuum nomina totos proculdubio occuparunt, niſi ſubtiles admodum & oculorum aciem pene fugientes literarum ſculpturas fingat quiſpiam: an in ipſo duplicati Pectoralis panno? nemo cui niſi vel frontis aliquid hoc dicet, illius enim anguſtam ſuperficiem lapilli duodecim tantum non opplerunt & obſcurarunt. Deinde, literæ illæ duris lapidibus inſculptæ, cæteras eminentia ſubitanea ſuperare, & ſubſidere denuo, non poterant, niſi quis immenſum miraculorum criticorum & uſui nulli ſervientium numerum, in dogmatis hujus, alias ruituri, ſubſidium advocet: at DEUS Naturæ leges fixas & immotas, nec miraculo ullo (niſi raro admodum & in finem optimum edito) reſciſſas, ſervare ſolet: כי הטבע יקר בעיני יי *eſt enim natura* (quod e magiſtris non oemo) *pretioſa in oculis Domini.* Præterea: quid rei erat, quod DEUS (qui compendium facere ſolet) verbis paucis, iiſque apertis, nec novum oraculum ad eorum explicationem poſtulantibus, ſacerdoti reſponſa non dederit potius quam per operoſas illas & tædii pleoas literarum protuberantias, quarum ordinem & puncta genuina non niſi per voces plurimas cœlitus emiſſas capere potuiſſet? Quærerem etiam (oiſi quod Lectorem hujuſmo-

a In voc. Ἐφώδ. b Lib. I. de *Aur. Vit.* c. 19. c *Not.* in 1 *Sam.* 30. 7. d *Ἐπαύσατο μὲν ὅ τε ἐσσὴν καὶ ὁ σαρδόνυξ τοῦ λάμπειν ἔτεσι διακοσίοις πρότερον ἢ ταύτην ἐμὲ συνθεῖναι τὴν γραφήν.* *Antiq.* lib. 3. c. 8. p. 120. 15. e —— *Gemmæ nitidos vertuntur in ignes* Ovid. Met. 8. f Lib. de *Hebr. & Græc. Text. Sinceris.* P. 2. *Exercit.* 6.

SECT. XI. di ineptiarum jam tæderet) quomodo reſponſum, modo plus ſolito prolixius eſſet, & eadem alphabeti elemenra ſæpe repetita poſtularer, per lireras quæ non niſi ſemel in Pectoralis verbis occurrebanc, tradi potuit? Huic nodo hunc cuneum adaptavit Vir e ſacro ordine, ioter beatos jam agens, apud nos Anglos merito celeberrimus: "Fieri, "inquir, potuit, ut literæ e quibus reſponſi verba conſtabant, noo ſimul protubera- "rent; ſed prius una, dehinc altera, donec inregrum reſponſum vigilantior Pontifex "accepiſſet. Ar quam indigna Majeſtate divina & Oraculi gravitate hæc ludicra & pluſquam poetica figmenta! anoe credibile eſt Deum, mimica & perplexa hac nunc eminentium nunc ſubſidentium lirerarum ſalratione, ſacerdoris animum ſerio & cito nonnunquam, in rebus perditis, ſententiam Ejus exquirentis, enecare velle? vel ira cum illo agere, quaſi ad ludum porius puerilem quam Oraculum divinum vocaretur?

SED non opus eſt ulreriore ſpiritus diſpendio ad bullam hanc Talmudicam, crudo tantum aere repleram, ſuaque vanitate ruituram, diſſipandam. Hominis cordati & vigilanris fide, vix unquam abuti poreſt tam craſſæ texturæ fabula; quamvis eam *Judaus Apella* forte, qui intimo pompæ Moſaicæ & gentis ſuæ famæ ſenſu tangirur, parulis auribus & ore hiante accipiet. Nam hiſtoriola hac, quæ perpetuis miraculis, vocibus divinis, & gloria quadam externa, rota intumeſcir, nil fingi poteſt ad gentis Judaicæ honorem auguſtius, aut ad religionis ſuæ admirationem imperitæ plebeculæ incuriendam efficacius.

. HIS itaque Talmudicorum φλυαρίαις & ſplendidis mendaciis valere juſſis, ad ſententiam ſecundam, quæ reſponſi divini cognitionem Spiritui Sancto, Sacerdotis mentem occupanti, refert, pedem promoveamus. At & hæc non minus vitium ſonabir, vel levirer percuſſa: nam Scriptura, nuſquam per Spiritum ſedibus æthereis delapſum & Pontificis pectus implenrem, ſed Ephodis Urim, tanquam verum & proximum oraculi tradendi medium, Deum ſacerdoti ſciſcitanti reſpondiſſe dicit. Hoc multis evinci poſſet, ſed non opus eſt ur longum in re ram clara, tamque probata, faciam. Satis e Scriptura conſter, Deum non per ἀποκάλυψίν τινα τὴν καρδίαν τȣ ἀρχιερέως καταφωτίζουσαν (uti contendit *Severus*, aliique) ſed per vocem formatam, aures ſacerdotis interrogantis blandæ ferientem, reſponſa rradidiſſe. Cum enim David, incertus animl quid ageret, conſilium a Deo, medio Ephode impertiendum, ſupplex poſtularir; DEUS, inquie [a] textus, *reſpondit ei: perſequore* [Amalechiras nimirum] *abſque dubio enim comprebeudes eos, & certo eripies prædam.* Hunc rexrum modo viri bis mille legerent, quorum animos nullæ fabulæ Talmudicæ aur vulgi placira de hoc Oraculo recepta vitiarunt; auſim profecto quovis pignore contendere, quod eum de reſponſo verbis expreſſis reddiro intelligendum eſſe, uno animo atque ore ſtatoere vellenr, nec de oraculo per Spiritus afflatum, gemmarum ſplendorem, aur lireras in Pectorali protuberantes, & in textu illo verbis apertis explicato, vel per ſomnium cogitarent.

NEC opinionis hujuſce patronos in ſpem ullam adducunt texrus ſupra laudati verba: nam Spirirus S. Jehojadæ quidem animum, prout & alios *Dei viros*, aſſeciſſe dicitur; non autem dum oculns in Pectoralis ſui gemmas defixos habuit. Et certe Jehojadam ram auguſto dignitatis ſuæ ſymbolo diſtinctum & illuſtrem in vulgus unquam prodiiſſe, Pontificale faſtigium atrigiſſe, vel Pontificis titulum natalium jure tenuiſſe, facilius credi quam probari poteſt. *Baronius* quidem, *Sigonius*, *Salianus* aliique, Jehojadam in Ponrificum numero collocarunr: eos autem falſos ſaris ſuperque arguunt, illa R. noſtri [b] *Montacutii* verba; *nos* Jehojadam *Pontificem fuiſſe maximum de jure ſucceſſionis non arbitramur. Erat enim lex a Deo lata de Pontifice ſummo, ut non ſolum virginem uxorem duceret, non viduam, aut fornicatione alteri cognitam, verum & de gente ſacerdotali. Jojada vero, quod refert ſacra Scriptura, duxerat uxorem de tribu Juda, Jaſobeam nempe, ſororem Jorami regis Juda. Non eſt autem credibile, Jojadam illum, religionis columen, legis Dei reſtauratorem, & illius cultorem obſervantiſſimum, contra expreſſum legis divinæ tenorem & perpetuam Pontificum conſuetudinem, extra gentem ſuam, hoc eſt ſacerdotalem, voluiſſe ſibi uxorem ſociare. Accedat quod in rebus Joaſhi, nuſquam Pontifex M. (& tamen ille titulus aliis interdum tribuitur) ſed Pontifex, & Pontifex magnus, &* ἀρχιερεὺς *a Joſepho, nominatur: quam vocem ſcimus & aliis convenire quam principibus in familia Aaronis. Sed nec apud Joſephum commemoratur Pontifex; nec in catalogo Pontificum reponitur in Scriptura ſacra.*

a 1 *Sam.* 30. 7, 8. b *Apparat.* 6. p. 222.

NEQUE

NEQUE solidius tinnit, quod alii de Pectoralis gemmis, festiviote jubate radiantibus si quid læti annunciandum; sed vultum tristiotem & qui luctuosæ tetum fututarum scenæ conveniret, si adversa immioereot, induеotibus, serio [a] fabulantur. Quamvis enim gemmarum faciem, cum responsi conditione consensum aliquem coluisse, non pari fronte & constantia negem ipse, qua nonnulli asserunt; Deum tamen responsa sua omnia, pet varios gemmarum vultus, tanquam solos consilii sui interpretes, tradidisse, dogma illud est quod in fabulatum poeticarum numerum (nisi quod sale careat) merito referatur. Cum enim rerum, de quibus Dei consilium expetebant Israelitæ, ea esset obscura sæpe & petplexa ratio, quod responsum paulo prolixius & exptessius postularent; illud oon magis uoico splendoris dicti signo, quam vatii conceptus unica alphabeti litera, exprimi & efferri potetat. Huic atgumento lucem & vites accommodabit exemplum [b] Davidis, Deum per URIM consulentis: ioterrogavit enim, *ad Philisthaos ascenderet necne?* nimitum ad rem atmis decernendam: *respondit Dominus, non ascendes*, recta scilicet, *contra eos, sed circuitum facies pone eos, & venies ad eos ex adverso mororum, & cum audieris sonitum gradientis iu cacumine mororum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam ut percutiat castra Philisthaorum.* Cette responsio tot verbis concepta, tot circumstantiis insuper & cautelis variata, simplici splendotis unius signo nec dari oec accipi potuit: nam ideo literas plurimas excogitavit hominum ingenium, quod notant signum unum non nisi rem unam vel altetam intellectui offette potuisse. His accedat, quod Moses *Urim* & *Thummim* rem aliquam in Pectorali positam fuisse referat: quod de splendore solo, utpote accideote sine subjecto, non nisi pet figuram duram & iosolentem dici possit.

QUONIAM vero nonnulli tationibus bisce, [c] *Josephi* testimonium præponderare credunt; agesis, perpendamus ipsius verba: διὰ τῶν δώδεκα λίθων, οὓς κατὰ στέρνον ὁ ἀρχιερεὺς ἐνερραμμένους τῷ ἐσσῆνι φορεῖ, νίκην μέλλουσι πολεμεῖν προεμήνυεν ὁ Θεός· τοσαύτη γὰρ ἀπήστραπτεν ἀπ' αὐτῶν αὐγὴ μήπω τῆς στρατιᾶς κεκινημένης, ὡς τῷ πλήθει παντὶ γνώριμον εἶναι τὸ παρεῖναι τὸν Θεόν· &c. *Per duodecim lapides, quos in pectore Pontifex insusos Esseni gestat, in bello victoriam prænunciare solebat Deus. Nam priusquam exercitus se moveret, tantus fulgor ex iis emicabat, ut toti populo iunotesceret adesse Deum, opemque & auxilium invocantibus esse allaturum.* Quibus verbis boc a *Josepho* literis & memoriæ consignatum est, quod Pectoralis gemmæ, Judæis signa cum hoste collatutis, splendotem solito lætiorem emiserint; & quod illi, certum victotiæ augurium inde captantes, animos ingentes ad prælium ineundum sumpserint. Neque is sum ego, qui hac in parte falsi notam illi ausim inurere, quanquam in priscis illis subinde vacillet *Josephi* fides. Fortasse Deus, qui divinum illud πανφάρμακον, piscinam Bethesdæ loquor, tanquam quotidianæ incursionis miraculum, Judæis reliquum fecit, ut omnem populi sui curam se non abjecisse testaretur; hunc etiam splendorem divinum, ad firmandos populi sui, cum belli mortisque minæ pavorem incuterent, cadentes animos, tanquam præsentiæ suæ pignus (miraculis & prophetiis jam cessantibus) extare voluit. Splendorem vero illum miraculosum totam rationem τῶν *Urim* & *Thummim* complevisse, non assetit *Josephus*. Eum præsentiæ divinæ tesseram fuisse dicit, unicum consilii divini ouocium perpetuum noo dicit. Nec animum inducere possum ut sentiam, splendotem illum integram Oraculi hujus naturam exhausisse: omnium enim, cum Judæorum, tum Chtistianorum, addo & [d] ipsius Scripturæ, consensu fitmatum est, Urim & Thummim in Captivitate saltem cecidisse; quæ sex annorum ceoturiis *Josephi* scribentis tempora superavit. Deinde si Deus, splendorem illum, vel illius abseotiam, unicum consilii sui interptetem statuisset, cum dubia Otaculo suo solvenda proponerentur; non esset quod Saulus, (jam belli aleam experiri cogitans) Deum sibi per Urim non respondisse [e] quereretur. Nam proculdubio, Saulo consulente, Pectoralis gemmæ vel solito & communi, vel insolito & divino, splendore emicuete.

NE vero in immensum diffundatur setmo, vatia hæc sententiarum capita, una utpote cetvice sustentata, hoc uno ictu demetere possimus. Lapidibus Pectoralis partem & sortem oullam in respoosis Dei Pontifici tradendis habuisse, satis e [f] supta dictis exploratum est. Neque cootrarium evincunt textus illius *Levit*. 8. ab adversariis in sententiæ suæ pattocinium adducti, verba: nam ibi Pectoralis taotum & Urim meotio facta est, vel quia longum esset singulas gemmas nominatim coumerare, vel quod gem-

a *Fabulantur quidam lapidem* in Pectorali *fuisse, cujus color, sive ad adversa sive ad prospera mutaretur, quando Sacerdos intrabat in Sancta.* S. Aug. in Exod. p. 117. T. 3. P. 1. b 2 *Sam.* 5. 23. c *Antiq.* l. 3. cap. 8. p. 120. 5. d *Ezr.* 2. 63. e 1 *Sam.* 28. 6. f Vid. Cap. 3. §. 1.

SECT. XII. mæ indivifæ manerent Pectoralis partes, adeoque Pectoralis nomine facile fupponerentur: at Urim & Thummim Pectoralis appendices potius fuere quam partes, illius ornamenta verius quam membra: unde & facerdotem aliquando fine Urim & Thummim, nunquam vero fine gemmis illis, extitiffe [a] legimus.

Non peccarim forfan in veritatis aut modeftiæ leges, fi rationes allatas aliarum fententiarum vanitatem fatis arguere, fenferim & dixerim. Quidni itaque *hypothefis* noftra in earum locum & fidem fuccedat, faltem quoad aliam, cum feipfa & Scriptura magis confentientem, docti in medium ferant, eamque argumentis affenfu dignis muniant? (Quotufquifque enim eft, literarum non plane rudis, qui opiniones novas, fronte tantum & fiducia firmatas, vitiofa nuce emerit?) Nonnullos hoc Argumentum nullius habituros auguror, eofque fententias hafce veteres (utpote nullo probabili firmatas argumento) facile rejecturos, qui tamen a fententia mea, tanquam profana & vix fani capitis figmento, prorfus abhorrebunt. Iis nempe confultum videtur, Urim & Thummim inter Scripturæ ἀσήματα numerare, & plane pium, hic ignorantiam libenter & fubmiffe profiteri. Utcunque periculum faciam, an horum hominum præjudicium, & ignorantia tam affectata, ratione poffit expugnari.

SECT. XII.

Probatio abfolvitur, addita rationum decade.

CUM fententiam, tot Scripturæ locis & aliis teftimoniis confirmatam, cum feculi Mofaici genio & inftitutionum ceremonialium origine tam amice convenientem, amplectar ipfe; a nigra creduli nimis aut rerum novarum in religione ftudiofi nota, mihi non magnopere metuendum arbitror. Ne quis autem, me Scripturam, Philonem, aliofque teftes, in fenfum partefque meas torquere cenfeat & alia quæ dixi omnia rejiciat, tanquam lufus imaginationis meæ, in re facra & feria lafcivientis; fidens affero, hypothefin meam tam fpeciofam effe, quod, fi ratio, nullo præjudicio vitiata, illam abfolute, & nullo refpectu ad Scripturas jam adductas aut ftatus Ifraelitici circumftantias habito, intueatur; eam fide dignam, eique, ante alias omnes de hoc Oraculo fententias, palmam deferendam effe judicabit. Nam,

Primo: hypothefis hæc vim nullam Scripturis affert, fed mentibus noftris rationes faciles, expeditas, minimeque coactas, fuggerit locorum omnium quibus tenuiffima Oraculi hujus occurrit mentio. Nam liceat mihi hypothefin meam tanquam datam & conceffam ponere, & rationes ftatim in digitis habebo, duplicati pectoralis, phrafeos illius *refpondere per Urim*, confenfus Urim cum Theraphim, Ufus verborum illorum, pluralium tantum, Urim & Thummim. Spondeo infuper & recipio, me nominum eorum, juxta veram & germanam eorum fignificationem, rationes obfcuras hactenus facile redditurum. Et certe, vel hoc folo nomine punctum omne ferre digna eft: nam fi nos, inter crypticas Naturæ methodos & rerum caufas ancipites hærentes; illi hypothefi philofophicæ, ut maxime probabili, accedere confultius exiftimamus, quæ faciliorem colit cum Naturæ phænomenis confenfum, & effectorum naturalium caufas expeditius explicat; quidni & traditam de hoc Oraculo hypothefin ante alias habeamus, quæ cum Scripturis omnibus de eo loquentibus melius confentit, & earum interpretationes molliter & fine falebris fluentes ingerit?

Secundo: hypothefis nulla eft cui Gentium monumenta tam luculentum teftimonium perhibent, & parem veritatis fpeciem inducunt. Neque hæc levioris momenti ratio: *haud* enim *imprudens fuerit*, inquit [b] vir doctiffimus, *cum de vetere Judæorum confuetudine oboritur quæftio, & ipforum hiftoriæ lucem idoneam afferre nequeant; tum Gentium confulere monumenta, & ex eorum ritibus conjectare de Hebræorum moribus.* Quæ fane verba non rudes funt & fine mente foni: maximus enim, ab ultima annalium memoria confenfus, quoad præcipuos religionis ritus & ufus, inter Ifraelitas & Ethnicos orientales intereeffit. Si itaque feculorum hiftorias, varia divinationum genera pofteris referentes, evolvamus; nufquam evanida Oraculi noftri veftigia reperire poffimus, nifi Hebræorum *Urim* in propheticis Chaldæorum & Syrorum *Theraphim* expreffum, mutatis tantum mutandis, inveniamus. Unde Hebraicus ille futura cognofcendi modus, ufus pla-

a Ezr. 2. 63. b Sherlog. Ante loq. in Cantic. II. §. 5.

ne

ne anomalus evadet, cujus solius imaginem & umbram gentes exteræ in facris fuis nullam retinuere.

TERTIO: ratum certumque fecimus, responsa per Urim reddita, non per splendorem solito jucundiorem, vel nutus & signa quædam arte & mysterio plena; sed vocem formatam & captu facilem, prout responsa de Cherubim data, Pontifici innotuisse. Cum itaque Numini visum esset voce articulata e Pectorali data, Oraculum suum scitatum venientibus respondere; a difficillimo profecto qui mihi contingere possit Lectore quærere non dubitem, quodnam instrumentum, ad vocem illam formandam, magis aptum & decorum, quam simulacrum parvulum paululum excavatum, formam humanam referens, & Angelorum nomine decoratum, excogitari possit? Non nemo forsan, plus æquo curiosus & importunus, hic a me quæret, an Deus elata voce vel submissa Pontificem oraculum expectantem allocutus fuerit? At illi quæsito, nisi timide & obnoxie, respondere, parum considerati esse arbitror: quid enim certi in re tantæ vetustatis percipere quis valeat, omni pene literarum, qua sacrarum qua profanarum, luce destitutus? Verisimile autem habeo, Deum voce paulo submissiore & quæ Regem decet, mentem suam interpretari solitum. Nam Pontifici dignitatem summam adderet, cum Deus eum unum interiore familiaritate dignari, & quasi in aurem dicere videretur. Deinde, Deum olim oracula sua, tanquam tot mysteria & sacramenta, voce tenui, vel (quod parum abest) remotis arbitris, admissionis proximæ famulis sæpe tradidisse, e Scriptura colligamus. Nam [a] *Jobus* Oraculi divini auditor factus, קול דממה *vocem silentii*, i. e. tenuem & silentio affinem, se accepisse dicit. In quem locum sic annotavit Mercerus, *ita* olim *oracula edebat Dominus*, *(quod & Gentes in suo Apolline celebrant) voce tacita*. Simili medio, nempe קול דממה דקה voce quieta vel auræ lenioris sibilo, Elijah Dei voluntatem & præsentiam cognovisse [b] dicitur. Huic sententiæ suppetias feret ipse Pectoralis titulus חשן quod nonnulli a חשה *silere* nomen habuisse sentiunt; quasi sedes esset Oraculi quod per קול דממה *vocem silentii* frequentius responderet. Sed velum obliquandum.

QUARTO: Deum oracula sua per vocem de cœlo, missionem Angeli, per somnia & visiones, viris pietate egregiis ante Legem concessisse, omnes extra dubium ponunt: cum tamen de responsis per Urim datis, operosis etiam legis ceremoniis, ante Mosis seculum, altum in Scriptura silentium sit. Non immerito itaque suspicari quis possit, aliquos ejusdem seculi mores, cum ceremoniis tum responsis illis ansam & initium tribuisse.

QUINTO: fat liquet, Deum, vanitati Israelitarum invincibili dedisse somnia, vates, [c] omina, sortes, visiones, monita per genium vel Angelum, [d] oracula ex adytis, instinctum divinum, voces in aëre formatas, & pene omnes occulta cognoscendi modos, qui apud ethnicos invaluere; si demas inhonestas illas & impostura plenas, augurium, ῥαβδομαντείαν, necromantiam, aliasque similis farinæ divinationis species. Cum itaque alia pene omnia revelationum genera Israelitis & Gentilibus communia fuerint, inter mira maxime non immerito poni posset, si solis gentium Theraphim, (quæ nominis sui celebritate impleverant omnia) nihil in toto divinationum Judaicarum catalogo simile daretur & parallelum. Quid enim in causa esset, quod Deus tam variis divinationum generibus curiositatis Judaicæ pruritum scalperet, cum præsertim vox ex adytis, aut prophetia sola, vel somnium, cæterorum omnium vices implere poterat, nisi quod olim diabolus per varia illa res futuras cognoscendi media, vulgi animos novitatis avidos demulcere soleret & inescare? Ideoque Deus ea omnia Judæis, populo supra fidem moroso dedit; ne sub imperio suo quicquam, quod in felicitatis parte numerabant, desiderare viderentur. Quidni itaque sentiamus Deum, ratione simili permotum, Urim loco Theraphim (quorum ingens amor & desiderium imis eorum cordibus inhæsit) Israelitis concessisse?

SEXTO: cum *Israelitæ* incredibili futura cognoscendi, pro temporum [e] antiquorum genio, desiderio tenerentur, iis Oracula de proprio deesse noluit benignum Numen: ne ἐπὶ τὰ τῶν ἐθνῶν μαντεῖα καὶ χρηστήρια, *ad Gentium Oracula & vaticinia* confugeret curiosum genus; uti *Origenes* rationem [f] reddidit. Cum itaque gentes, mediis imagunculis Deorum præsentia animatis, oracula frequenter acciperent; nobis facile persuadeamus Deum populo illi (Israelitis nomine, sed re barbaris) oracula simul & usitatum

a Cap. 4. 16. b 1 *Reg.* 19. 12. c Vid. *Differt. de prodig.* c. 3. Sect. 1. d —— *Cortinaque reddidit imo —— Hanc adyto vocem* —— Ovid. Met. l. 15. v. 635. e Vid. *Lucian.* περὶ ἀστρολογ. f Lib. 1. *cont. Cels.* pag. 28.

SECT. XII. ea recipiendi modum pari facilitate concedere voluisset. Quid enim rem ipsam gentia istius pervicaciæ & infantiæ concedens, rei modum perpetuo denegaret? præsertim cum *Israelitæ* summa admiratione defixi & voluptate perfusi hærere solerent, cum numinis alloquio ex imaginis parvulæ angustiis accepto fruerentur: adeoque ad oracula recepta & recipiendi modum, pari affectus & desiderii calore movisse censeantur.

Septimo: verisimile est rituum Mosaicorum partem multo maximam ex hoc triplici fonte dimanasse. (1°.) E moribus quibusdam religiosis, quibus Patriarcharum exempla & antiquitatis supremæ canities reverentiam conciliarant. Nam titus [a] decimas Deo consecrandi, altaria [b] titulosque in illius honorem erigendi, ea [c] unguenti effusione dedicandi, & forsan mos [d] epulas ex immolati reliquiis instruendi, & consimiles alii, e Patrum antiquorum moribus in posterorum leges & officia transiisse videntur. (2°.) Quidam ritus & leges Mosaicæ e malis seculi moribus, ut bonæ leges solent, nascebantur. Cum enim Israelitarum mores, post curvitatem diuturnam in Ægypto contractam, ad rectum duci, nisi in extremum cootrarium flectendo, non potuerint; leges ritusque multos cum moribus olim receptis e diametro pugnantes instituit Deus. (3°.) Alii originem petiere e consuetudine aliqua quæ apud Ægyptios & alios e vicino populos, inveteravit: quam Deus integram penc reservavit Israelitis, ut eorum animos sibi conciliarer, qui gentium moribus assueverant, & iis ingenia sua penitus immiscuissent.

Cum itaque aliqui seculi Mosaici mores, honesti vel pravi vel medii, legum Mosaicarum parti potiori ortum & initium dederint; quidni & insignem illum Deum per Urim sciscitandi ritum, a more aliquo seculi Mosaici ansam accepisse crederemus? nam rationi minime conveniens est, ut ritum hunc a cæteris omnibus divisum penitus, iisque nulla originis similitudine devinctum, esse statuamus. Ideoque animum sæpe mirari subiit, qui factum sit, quod tot Scriptores eximie docti institutorum ritualium rationes investigantes, ad consuetudinem aliquam seculi vetustissimi, ceu primam eorum occasionem, animum oculosque referant; & latentes legum & rituum aliorum causas certa quadam scientiæ clave referandas doceant: interea vero, in cognitionem τῶν *Urim* & *Thummim*, eos eadem communi cynosura ducendos esse, ne per somnium quidem cogitasse videantur. Nam de eorum origine & natura sermonem habituri, conjecturas tantum vagas, debiles, & e cœco quodam imaginationum fortuitarum concursu oriundas, afferunt. Nil autem firmi video ipse, cur Urim & Thummim non ab eadem, qua & cætera Mosis instituta, stirpe pullulasse, eaque (ad instar Ilinaelis) tabernacula sua seorsum, & quasi e regione fratrum suorum, fixisse censeantur: quid enim Deus ritus legis alios certa quadam ratione, sed Urim & Thummim pro arbitrio, instituisse crederetur? Cum itaque Urim, prout alia pleraque legis instituta, e temporum antiquiorum ritu moreque aliquo principium traxerit, & gentes antiquæ Theraphim ad fata & occulta scienda frequentius usurparent; suadet ratio, ut Hebræorum Urim, mutatis nomine & quibusdam inter consulendum ceremoniis, a veterum Theraphim usu ortum habuisse, & inde in legem fluxisse censeamus. Nam si sacra omnia (quorum memoria nondum deleta est) quæ gentium religionem olim impleverant, excutiamus; nullum præter Theraphim invenire licet, quod Urim ea nominis aut muneris affinitate exprimit & imitatur. Atque hic ipsos adversarios meos, judices haud gravate feram.

Octavo: iis quæ proxime dixi, proindeque toti Argumento, veri colorem aliqualem addit legis de Urim latæ mira brevitas & vix ulla cum contextu cohærentia. Cum enim verba plurima fecisset legislator de sacris aliis rite procurandis, Urim & Thummim cursim & leviter pertransit [e] dicens, *& in pectorali judicii pones Urim & Thummim.* Quod autem Deus tam presse & obscore locutus sit, huic præcipue causæ tribuendum videtur: de rebus iis jam dicturus erat, quarum usum & formam Moses & Israelitæ tam probe tenuere, quod (supra locum quem illis assignari voluit) quicquam de iis monere, minus ex usu futurum norat. Nam summum legislatorem, quasi in hæc verba locutum, intelligendum existimo: "novi, more veteri receptum esse, responsa a "simulacris, *Theraphim* dictis, in dubiis expectare, & imaginibus hisce fatidicis fruendi "desiderium intimis populi medullis fixum insidere. Neque ego nova omnia, populi "moribus & studiis adversa, jam meditor: vetera omnia, præter mores vitio aliquo "infames, eorum ruditati facile daturus sum: neque per me stabit, quo minus ora-

a *Gen.* 28. 22. b *Gen.* 28. 18. c *Num.* 7. 88. d *Exod.* 5. 1, 3. *Deut.* 27. 7.
e *Exod.* 28.

"culia

"culis (quibus æqoo animo carere non possunt) iisque per imaginem fatidicam, pro "seculi more, traditis, etiamnum gaudeant. Hæc tantum cures velim, ut novo U-"RIM nomine de cætero innotescat, & in Pectoralis duplo ponatur; ne cuivis e media "plebe eam intueri liceat, aut illius sanctitatem ineptis quæstiunculis imminuere & violare. SECT. XIII.

NONO: norunt omnes, nisi quibus Scriptura funditos ignota, Deum imagines quasdam, *Cherubim* titulum ferentes, in Tabernaculo & Templo posuisse: atque inde sententiam suam, si quid forte in controversiam venisset, medio Angelorum ministerio protulisse. Quidni itaque Deum imaginem unam saltem, *Seraphim* vel *Theraphim* dictam, in Pectorali collocasse, atque inde responsa, per vicariam Angeli manum, in regni arduis dedisse, sentiamus? Cum enim hæc duo nomina *Cherubim* & *Seraphim* vel *Theraphim*, (sunt enim idem vocabulum) Angelis, ad Ordines (uti plerisque visum) distinctos innuendos, ante multas [a] ætates imponerentur; rationi congruum est, ut existimemus, Deum, per oracula de simulacris tum hoc tum illo titulo Angelico donatis edita, honorem Angelis utriusque nominis & ordinis deferre voluisse. Nec argumentum hoc inter ingenii mei (quod sentio quam sit exiguum) lusus & inconsultos impetus numerari debet, cum Deus id egisse videatur, ut quicquid ornatus & elegantiæ Tabernaculo vel Templo dederat, Israelitæ in Pontificis ornatu, tanquam speculo vel imagine parvula, reflexum denuo contemplari possent. *Notandum* enim (ut [b] *Grotii* verbis utar) *Pontificis* Summi *ornamenta fuisse* σύστοιχα *Templi ornamentis: colores quatuor iidem: septem vestimenta, si laminam annumeres, pro septem lychnis: duodecim gemmæ pro duodecim panibus:* interula Ephodis pro velo & sex cortinis: Deus etiam Pontificis λογεῖον, τῷ דביר Oraculo Tabernaculi, ex adverso respondere voluit. Suadet itaque dispensationis hujusce ratio & analogia, ut sentiamus, Deum curasse, ut Oraculi Pontificii responsa, per imaginem Theraphim aut *Seraphim* dictam, in pectoralis duplicitate reconditam, traderentur; ut Pontificis Oraculum eo concinnius Oraculi in Tabernaculo formam repræsentaret, ubi Dei responsa de medio imaginum grandiotum, quibus *Cherubim* titulus, prodiere.

DECIMO: Hypothesis mea (ut multa paucis compingam) nihil continet notionibus mentis liberæ & idolis vitæ communis non obsessæ dissonum. Nullis ad placitum fictis miraculis, ne ruinam sæpe faciat, tanquam tot fulcris precariis, indiget. Nihil a Dei sanctitate & sapientia, Oraculi divini dignitate, vel populi Israelitici conditione alienum continet. Non Deum aut Angelos rebus exiguis adfuisse dicit, plus quam hypotheses aliæ, aut Oraculi a Deo instituti ratio & necessitas, postularunt. Responsa reddendi rationem infert explicatam, simplicem, & compendii plenam. Dicam verbo: afferit tantum, Deum e Pectorali voce formata respondisse, mediante simulachro præsentia Angelica animato, & in hominis forte speciem efficto; utpote organo, quo nullum, ad vocem formandam vel præsentiam illam indicandam, magis aptum & decorum, aut Oracula tradendi modo in Sancto Sanctorum usitato magis conforme fingi potest.

SECT. XIII.

Adversariorum exceptiones explorantur.

CUM sententiam meam nemo hactenus e doctorum Senatu, quod sciam, vel oppugnatione vel defensione justa dignam duxerit; necesse habeo, ut ipse Actoris simul & Rei personam capiam, & ea argumenta in me suscipiam diluenda, quæ mihi saltem causam meam maxime premere videntur.

ARGUMENTA vero contra partes meas militantia in aciem duplicem digerantur. Ex iis enim quædam ima sententiæ meæ fundamenta petunt, & quasi cuniculos agunt; alia in illam ipsam viribus infestis ruunt, eique ruinam magis aperto Marte minitantur.

PRIORIS aciei principia non immerito ducat hoc argumentum: sæpius a me dictum est, *Urim* in vicem venisse τῶν *Theraphim*, id est imaginum, e quibus responsa, oraculorum fidem & sanctitatem præferentia, Veteres frequenter accepere. At e gentium monumentis non adeo constat, istiusmodi imagines garrulas, de quibus mihi tam Excep. 1a.

a *l. 6. 2. Exc.* 10. 19. b *Comment. in Exod.* 28. 4.

SECT. XIII. frequens sermo, usquam gentium extitisse. Idolorum equidem vates responsa sæpius edidisse, & iis, ad ludendum populum, oraculorum ab idolis acceptorum speciem & nomen indidisse, minime diffitendum est: sed ipsa idola, quamvis iis ora non deessent, interrogantibus unquam locuta fuisse, fidem haud adeo certam faciunt Antiquorum paginæ. Ethnici, consilii capiendi gratia, Delphicum Apollinem adierunt: Apollo vero oraculum edidit, non per os idoli, sed vatem Pythiam. Alexander M. Jovem Ammonem consultum ivit, & illius statuam, oraculi impetrandi gratia, multis ceremoniis honoravit: oraculum autem accepit non a statua, sed a vate.

Ut huic objectioni responsum adaptemus, minime necesse est ut vivos ungues rodamus. Nam Diabolus, cum idololatria jam altas radices egisset, haud forte frequentius per ejus *Theraphim* locutus erat, quam Deus per ejus *Urim*, cum radicitus pene evulsa esset e Judæorum animis. Dæmonem vero, sub idololatriæ præsertim primordia λόγια φωνῆς per idola effudisse, ut mundi juventutem, nondum consilio & ratione firmatam, in eorum cultum pelliceret; iis testimnniis probari potest, quibus qui nolit credere, non rationem fidei suæ mensuram statuir, sed sensum. Profecto, vox tonitrus vix superat historiæ, hac de re quovis seculo testantis, vocem. Nam de imaginibus hisce Dæmonum intus latitantium voces referentibus, præter eos quos alibi passim laudamus, testimonium afferunt, *Tertullianus* in *Apolog.* c. 22. *Eusebius* l. 5. de *Præparat. Evang.* c. 2. *Athanas.* in *Orat.* contra *Gentes.* *Athenagoras* in *legat.* pro *Christianis* p. 30. *S. August.* l. 8. de *Civit. Dei.* cap. 23. [1] *Just. Mart.* in *Quæst. & Resp.* ad *Orthod.* n. 24. [a] *Macrob.* in *Satur.* l. 1. c. 23. *Maimonid.* in *Mor. Neb.* P. 3. c. 29. *Christoph. Castrus* lib. 2. de *vaticin.* c. 11. 12. *Isaac Maronit.* apud *Kircher.* in *Oedip.* Tom. 1. p. 257. *Pocock.* in *Abul. Faraj.* de *Arab. Morib.* p. 89, 95, & 142. *Grot.* in *not.* ad *Apocalyp.* c. 13, 15. & in *Explicat. Decal.* p. 39. *Medus* noster pag. 632. *D. Hammondus* & *Auctores* ab eo citati in *Psal.* 115. [b] *Theoph. Spizel.* de *re literar. Sinensium*, *Sect.* 10. Testes alios taceo, ne plura nomina Lectori tædium afferant. His autem omnibus fidem demere, hominis solius est, qui contradictionis studio pene insanit; vel qui vanitatis suæ sibi conscius, cæteros pede suo metitur, nec ullos inveniri sobrios, cordatos, & fide dignos, arbitratur.

Excep. 2ª. Secundo: hoc etiam in adversum dici possit, quod sacra monumenta nos certos faciant, usum τῶν Theraphim vel ipso Labani seculo, cum superstitio in cunis adhuc vagiret, increbuisse; eaque plurimos ingenii & nominis non mali viros, tanquam Angelorum symbola & primi loci sacra, magni æstimasse. Ideoque vero dissimile est, Israelitas in Ægypto agentes, imaginum earum propheticarum usum & amorem primo imbibisse, iisque tam tenaci constantia adhæsisse, quod necesse habuerit Deus earum loco *Urim*, tem veterem sub nominis novi larva, rudioris populi moribus indulgere. Rationi, & Hebraicæ vocis Teraphim origini, magis consentaneum est, ut ea cum Israelitis ipsis in Ægyptum descendisse, & inter alia, a primis usque gentis patribus longo usu recepta, in sacrorum Mosaicorum locum & dignitatem assumpta statuamus.

Respondeo: difficile est nobis in tanta vetustatis caligine positis, & a Patriarcharum seculo tam longe dissitis, eorum mores religiosos tam clare & distincte percipere, ut de prima τῶν *Theraphim* origine quicquam audacter & quasi ex cathedra determinare valeamus. Id unum tamen in certorum numero ponere non dubito, quod scilicet Objectio allata causam meam non multum premat. Si enim Jacobi filii τῶν *Theraphim* usum (cum nondum a Diaboli præstigiis labem & infamiam hauserant) a Patribus suis traditum accepissent, eumque una cum posteris suis in Ægypto propagassent; animum eo facilius inducat quispiam, ut credat Deum hujusmodi imaginum propheticarum usum crasso illi & obfirmato populo concessisse; utpote quibus non tantum annorum plurimorum usus, futura cognoscendi desiderium, sed & Majorum suorum pietas & exemplum, affectus suos devinctos tenuissent. Si vero Ægyptii imaginum vaticinarum usum & cultum ab antiquissimis illis idololatriæ magistris, *Chaldæis* & *Syris*, mutato paululum nomine accepissent; facile fieri potuit, ut Israelitæ qui Ægypti cœlum & morem pariter hauserant, istiusmodi imagines fide cæca consulerent & affectu

a *Videmus apud Antium promoveri simulacra — ad danda responsa.* b *Præcipuum medium quo nominis sui cultum Orbi olim inculcare laboravit Cacodæmon, responsa fuere, quæ vel e terra cavernis, vel mutis statuis, edebantur.*

1 In Libro illo, *Quæst.* ad *Orthodoxos*, mentio facta est *Ignai*, *Origenis*, & *Manichæorum*: & multa sunt quæ seculum Arianum sapiunt. Doctissimus *Cave* conjecturam facit, *annon sit idem Liber, sed misere interpolatus, de quo Photius*, Cod. 125. hoc titulo, *ἀποριῶν τῆς εὐσεβείας κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις.*

impo-

impotente complecterentur. Ideoque *Biblicarum Antiquit.* [1] Auctor satis ad veri speciem ornavit fabulam, cum Israeliras Ægypro nuper egressos, peccata sua verbis hisce confirentes introduxit; *nos voluimus interrogare per dæmones idolorum, si manifeste annunciarent,* &c. SECT. XIII.

Tertio: ad dictorum fidem labefactandam objici potest, quod non constet, Ægyptios illos quibus cum *Israelitis* totannorum usus intercesserat, Chaldæorum & Syrorum more, Numinis alloquia e parvulis idolis expectasse vel accepisse. Quod enim ad *Serapes* attinet, icunculas illas quibus virtutem vaticinam Ægyptii tribuebant; sat liquet Ægyprios, tum primum, cum ad ultimam superstirionis lineam pervenissent, eas loco aliquo habuisse. Nam *Serapis*, unde nomen traxere, Deus erat novus, & post multa a Mose secula in Numinum suorum album relatus. Ita nos docet primus inter Reip. literariæ proceres, [a] *Jos. Scaliger; Sarapis*, inquit ille, *non est Deus origine Ægyptius sed Sinopensis, χθὲς καὶ πρώην in Alexandriam civitatem tanquam inquilinus receptus.* Et post pauca. *Sarapis non erat* Αἰγυπτίων Θεὸς πάτριος *sed* ἐπίθετος· Atque huic sententiæ non parum firmitatis conciliavit, additis *Epiphanii* & *Theophili* ad *Autolycum* testimoniis. Unde pateat me sententiæ meæ fundamentum in arena posuisse, cum dixerim Israelitarum Urim imaginum propheticarum usui in Ægypto frequenti principia debuisse. Excep. 3ª.

Sed non opus est ense ut nosmet hoc nodo impeditos liberemus. Nam,

(1°.) Nulla satis gravis dubitandi ratio subest, quin *Ægyptiis*, vel *Mosis* seculo, sua fuerint idola; quæ ob Numinis præsentiam & oracula edendi facultatem, nullo non honore digna habuerunr. Nam Israelitæ, *Ægypto* haud ita pridem liberari, nihil animo votisque prius habuere, quam ut *Aaron Deum sibi præiturum faceret*, הוא כבוד חונה בצור־ת גויה *hoc est*, Ab. Ezram audis, *corpoream aliquam imaginem in qua Deus resideret*. Eam autem eo impensius desiderarunr, [b] quod *Ægyptiorum, quibuscum diu vitam egerant, scientiis ac superstitionibus imbuerentur: qui Ægyptii arte quadam imagines seu figuras* (חלסמאור־ת Talismanas *vocabant*) *ita effingebant, mira agendi vis iis ut inesset, ex influxa scilicet e corporibus superioribus virtute*, &c. Quæ quidem eo minus a vero distare existimo, quod *Ægyptii*, Israelitarum seculo, Numina quæ infra vilem brutorum sortem cadebant adorarent, & pessima quæque superstitionis Chaldaicæ exempla, nova & affectata quadam insania superarent. Neque cum verbis meis pugnant Scaligeri vel Auctorum suorum testimonia: nam facilis agnosco, Plutonem quidem a *Sinopensibus* prius adorarum, ab Ægyptiis in Deorum suorum societatem sub Ptolemæi tertii tempora vocatum fuisse; eosque Numen illud novum, diu antea recepri apud suos, tituli *Serapis* honore & dignitate cohonestasse. Idem [c] *Plutarchi* fide confirmatum inveniat Lector.

(2°.) Res nostræ flumine non minus fecundo uterentur, modo nullas numeri vel nominis hujus imagines, Mosis seculo apud Ægyptios in usu & honore fuisse concederemus. Eas enim apud Syros, Chaldæos, ne dicam Patriarchas aliquos, locum & pretium invenisse, extra dubium ponunt Codicis sacri testimonia. Cum itaque leges aliquas tuleritDeus, non minus Chaldæorum & aliarum in vicinia gentium, quam Ægyptiorum, pravis moribus adversantes; quidni & Eum mores aliquos innocuos, non minus apud Chaldæos & Syros quam *Ægyptios* invalescentes, in rituum suorum sanctitatem evexisse crederemus? Sed ut primos horum Theraphim auctores, aut fautores omnes, e vetustaris tenebris eruamus, non est quod anxie laboremus: cum præsertim edax tempus monumenta, seculorum antiquiorum gesta moresque referentia, pene totadeglutierit. Molem meam sat stabili & firmo fundamento surgere credam, quoad Theraphim apud Syros aliosque diu ante Legis datæ tempora obtinuisse, & Israelitas ea plurimi semper habuisse, satis e Scriptura constet.

Quarto: hoc telo forsan contra sententiam meam pugnabunt Adversarii, inde sententia mea de Oraculo Urim vanitatis arguatur, quod in Hebræorum scriptis plerisque nec vnlam nec vestigium illius reperire liceat. Nam si quid sani contineat, si tot Scriprturæ loca & rarionum momenta illius veritatem afferant; mirum & portenti simile est, Hebræorum doctores rerum sacrarum tam ignaros fuisse hactenus, & quasi domi hospires, quod ex iis *duo vel nemo* hujus Oraculi naturam perceperit, aut quicquam *Rabbini* titulo dignum de illo scripserit. Excep. 4ª.

a *Animadv.* in *Euseb. Chronolog.* p. 131. b *Simeon* de *Muis Var. Sacr.* ex *Exod.* 32. c Lib. de *Isid. & Osir.* p. 362.

1 Vid. pag. 966.

SECT. XIII. RESPONDEO: nemo eſt qui craſſam apud Judæos Oraculi hujus ignorantiam mirari poteſt, qui non & propriam proditurus eſt. Gens enim nulla eſt tam incerti laris, & quam (ceu pilam) huc illuc adeo jactari fecit *rebus in humanis ludens* divina providentia: nulla eſt quæ in famæ aucupium vetera omnia tam ſplendidis mendaciis obſcuravit: gens nulla quæ tam flebilem veterum hiſtoriarum jacturam fecit: nulla quæ, juſto Dei judicio, in omnibus pene ad Legem illis datam ſpectantibus, tam male, tam nihil videt. Non itaque de nihilo ſententiam hanc ſeveram de iis tulit [a] Scaliger: *manifeſta eſt Judæorum inſcitia, qui cum uſu veterum rituum, etiam eorum cognitionem amiſerunt: ut multa quæ ad eorum ſacra & hiſtoriam pertinent, longe melius nos teneamus quam ipſi.* Hujus ſententiæ veritatem nimis aſtruunt eorum ſcripta quamplurima, in quibus eſuriens Lector פסולת תחת הסולת *furfurem pro farina* (quod illi proverbio dicunt) ſæpe reperturus eſt. Sed ut rem acu tangam: Gens nulla eſt quæ ab imaginis ullius in ſacris uſu, quaſi a ſpectro quodam, adeo tota refugit & abhorret: qua de re fuſe & erudite diſſeruit [b] *Grotius*. Inde præcipue factum crediderim, quod quamvis Hebræorum Magiſtri in ſenſus parteſque plurimas circa naturam τῶν Urim & Thummim ſciſſi fuerint; vix tamen veſtigium imaginis alicujus in omnibus eorum de hoc Oraculo ſententiis in unum comportatis reperiamus.

Excep. 5ª. QUINTO: Ad hypotheſin meam loco movendam, dicet forte non nemo, quod inde pateat eam non eſſe *veri* affinem, cum nulla cognatione *bono* conjungatur. Nam injuriarum in Majeſtatem divinam & Religionem agenda eſt merito, cum tremenda cœli reſponſa, per idola, exoſa illa DEO & bonis omnibus nomina, non tam data quam polluta fingat. Eam itaque piaculi loco habet [c] *Rivetus*, qui nos & ſententiam noſtram, per latera *Chriſtophori Caſtri*, ſtylo nimis acuto ſic confodit: *quod idolula a Deo fuiſſe inſtituta & in Rationali Sacerdotis conſervata comminiſcitur, & quod per ea Deus vel Angelus voce formata oracula fuderit*, &c. *ea ſane ferri non poſſunt, maximam partem impia & profana, vana & falſa in totum.*

BONA verba quæſo: neque enim per imagines quas colendi animo quiſpiam fabricarat, aut cultu divino affecerat; ſed eas quæ huic ſacro muneri dicatæ fuerant, & forſan a Dei formantis manu religionem traxerant, oracula divina data contendimus. Nihil autem de profano trahit, nec cœli Majeſtatem violat, aſſerere hujuſmodi ſacratas imagines voces conſilii divini interpretes, Angelo animante, quandoque protuliſſe: niſi aurum aut argentum aliquid profani contrahere, ſimulac formam humanam induerint, ridicule ſomniemus. Deinde: certum eſt, Deum habitantem inter *Cherubim* (imagines ad formam præcipue vitulinam factas) Moſi in dubiis ſciſcitanti reſpondiſſe: at ſi quid infamiæ aut piaculi imaginis nomini adhæreſceret, Majeſtas divina & Religio non minus per imaginem in Tabernaculo quam Pectorali læderentur. Non eſt itaque quod quiſpiam ab hac ſententia, quaſi ſacra pollueret & impietatem ſaperet, religioſe caveat, præſertim cum Numen cœleſte per *Theraphim* ſe conſulentibus reſponſa dediſſe conſtet. Nam Danitæ a Michæ Sacerdote, *Theraphim* Deo vero ſacratis inſtructo, reſponſum accepere; quod Levitæ religio, & ille rerum eventus qui reſponſi fidem liberavit, divinitus datum fuiſſe comprobarunt.

Excep. 6ª. SEXTO: hoc etiam telo nos petit eruditus Rivetus: non *credibile eſt, Deum, qui imaginum ſacrarum quas vocant uſum tam ſevere prohibuerat, inſtituiſſe idolula, quæ loquerentur. Nihil enim fuiſſet efficacius apud populum ad idololatriam propenſiſſimum, ad eam rurſus inclinandum & confirmandum.*

AT ab hoc telo, utpote non adeo acuto non multum metuendum cenſeo.

NON enim magis timendum erat, ne Pectoralis *Theraphim* idololatriæ anſam darent, quam ne *Cherubim* in ſacrario poſita; e quorum tamen medio Deum oracula fudiſſe, norunt ex infima claſſe Prophetarum filii: Imo longe minus: Deus enim Pectoralis icunculam conſulendi, & fortaſſe videndi, copiam non niſi Sacerdoti Summo fecit: reſponſa etiam ab eo, non niſi poſtquam Deum verum precibus humillime coluiſſent, expectanda fuerant. Ita nos doceat exemplum Davidis, Deum medio [d] Ephode conſulentis; & Phineazi, niſi *Biblie. Antiquit.* [1] auctor fide parva ſcriptor ſit, qui illius, cum Urim conſultum iret, precationem bene longam [e] literis conſignavit.

NEQUE facile credi poſſit, *Iſraelitas* ingenio tam infelici natos, quod pulchræ cujusvis imaginis aſpectus eos ad fornicationem ſpiritualem allicere potuerit: ſi enim

a Lib. 6. de *Emendat. temp.* p. 568. b *Not.* in *Mat.* 24. 15. c *Comment.* in *Exod.* 28. 30.
d 1 *Sam.* 23. 9, 10, 11. e Pag. 328.

1 Vid. pag. 966.

ea

ea indole fuissent Israelitæ, Salomon ipsum Dei templum in cultus divini damnum & præjudicium struxit, cujus ostia & parietes tam frequentibus *Cheruborum* imaginibus exornavit. SECT. XIII.

Sed si demus eorum aliquos animi habitu tam pravo & in morbos eorum antiquos proclivi fuisse, quod eorum vitia vires & incrementum ex ipso superstitionis remedio, Pectoralis Urim, sumptura essent; res nostra nihil inde detrimenti caperet, cum, ad idololatriam ejusque speciem omnem præcavendam, Sacerdos Urim consulens, versus Arcam aut Tabernaculum faciem suam direxisse videatur. Sacerdotem hunc ritum inter consulendum observasse, ex [a] historia sacra probabiliter intelligitur: *& filii Israel interrogabant Dominum (nam Arca fœderis Dei erat ibi in diebus illis) & Phinehas filius Eleazar, filii Aaronis stabat ante eam in diebus illis; dicentes, an addam ultra egredi ad bellum contra filios Benjamin fratris mei, an desistam? Respondit Dominus, ascendite.* Hic locus Israelitas res suas Dei consilio permissuros, coram Arca stare solitos, extra dubium ponit: eos autem Dei consilium, mediante Urim & Eleazari ministerio dandum, tunc temporis expectasse, pro certo habeont interpretes ad unum omnes. Saulus etiam, cum ei in animo esset Dei responsa per Urim quærere, [b] Arcam Dei sibi propius admoveri jubet. Illic autem *Aream*, plerique de Arca fœderis intelligendam sentiunt. Hæc sententia probabilior habeatur, quod, *com.* 36. & 37. cum Ahijah sacerdos, in aleæ periculosæ negotio, consilium divinum petere statuisset, *appropinquemus*, inquit, *huc ad Deum*; h. e. Arcam ni fallor, aut aliud aliquod præsentiæ divinæ symbolum. Israelitæ etiam ad Shilo, ubi Arca Dei posita erat, se contulisse, & a Deo consilium in re bellica per Urim (uti plurium fert opinio) petiisse, [c] dicuntur. Atque hunc ritum eo sacratiorem forsan habuerunt Sacerdotes populique dues, quod mandatum dedisset Deus, ut Eleazar [d] *interrogaret de judicio Urim* Coram Domino i. e. *coram Arca* vel Tabernaculo: nam Textus sacer hunc sensum phrasi illi, sæpius alibi usurpatæ, tribuendum docet. viz. *Exod.* 16. 33. *Accipe urnulam — & repone eam* Coram Domino: quorum verborum vice, *coram Testimonio*, h. e. *coram Arca Domini*, vers. præced. legimus Et 2 *Sam.* 6. 5. ubi Davidis coram Arca gestientis occurrit historia, dicitur, quod *David & universus populus ludebant coram Domino*, i. e. *Arca*, sine dubio. Sensu simili phrasis ea sumi creditur, *Josh.* 4. 13. Lector (ut nos feriemur) exempla plura e [e] *Bertramo* petat. Coram Domino *vel* Ad Dominum inquit ille, *sunt formulæ loquendi quæ fere semper de Arca sunt intelligendæ, ut Josh.* 24. 1. *Judic.* 2. 5. *&* 11. 11. *&* 20. 11. *&* 1 *Sam.* 6. 20. *&* 10. 17, 19. *& cap.* 11. 15. *&* 14. 36. *vel de Tabernaculo*, 1 *Sam.* 21. 7. Ne vero quod de hoc *Ephodis* consulendi ritu dictum est, quispiam in suspicionem falsi traheret, ob exemplum Davidis, quem responsa a Deo per Ephod frequenter accepisse constat, cum magno terrarum intervallo ab Arca & Tabernaculo disjungeretur; recolendum est, Davidis in exilium jam missi conditionem, Davidis personam omni crimine liberare. Cum enim necessitas urgeret, viri sancti extra locum lege præscriptum sacra facere, & ulla legis ceremonialis vincula solvere, fas olim habuere. Non obstat itaque Davidis profugi exemplum, quo minus directionem faciei versus Arcam aut Tabernaculum, ritibus aliis a sacerdote, cum Oraculum Urim scitatum iret, plurimum observatis annumeremus.

Hujus autem ritus, cum sacerdos e Pectoralis Oraculo responsum exspectaret, observati, rationem hanc unicam cogitationes meæ secundæ reddendam suggerunt. Deus antiqua *Theraphim*, sub novo *τῶ Urim* titulo, Israelitis (pro more seculi) consulenda reservavit: ne vero sacerdos, cum Pectoralis sui *Theraphim* interrogaret; a Dæmone, stellarum influxu, aut incerto numine, more gentium, responsa prophetica petere vel accipere videretur; curatum est ut sacerdos, sacro illo defungens munere, versus præsentiæ divinæ symbola vultum dirigeret; ut ipse corporis sui situs se *Theraphim* ejus, Deo solius nomine interrogare, & a Deo vero responsum expectare testaretur. Atque hanc rationem basin eo firmiorem habere censeo, quod Israelitæ ritus alios, qui a vetere aliquo seculi usu originem accepere, *coram Domino*, i. e. Arca vel Tabernaculo, peragere tenebantur: quo nempe se, non in Dæmonis ultra, sed Dei honorem, sacra illa vetera celebrare testatum facerent. Hanc assertiooem variis exemplis probare possem, nisi quod pedes mei per aurea illa poma nimis extra cursus destinati limites ducerentur.

a *Judic.* 20. 27. 28. b 1 *Sam.* 14. 18. c *Judic.* 20. 18. d *Numer.* 27. 21.
e De *Rep. Jud.* cap. 15.

SECT. XIII. SEPTIMO: & hoc forsan nomine apud aliquos male audiet sententia mea, quod insolens sit, & ab omnibus intellectus nostri de rebus divinis judicandi normis disjuncta penitus & aliena. Deum quidem e cœlesti gloria, vel Tabernaculi adytis auri fulgori micantibus, aliquando locutum fuisse, Eumque consilia sua per manum Angeli, vel Prophetæ ab omnibus *seculi viis separati*, humano generi tradidisse, Majestati suæ mentisque nostræ *ἀφελεία* congruum est. At numen cœleste per imagunculam in panno parvulo reconditam respondisse, nemo unquam vel febri laborans somniavit, nec quisquam, nisi fidei plane prodigus, rei tam inopinatæ fidem unquam habiturus est. Suam secum refutationem affert sententia monstrosa adeo, & extra omnes nostras sentiendi vias tam longe posita.

HUIC præjudicio potius quam argumento respondeo, (1°.) Sententiam hanc me vel hac sola ratione doctorum calculis digniorem habere fateor, quod hominem minime sapiat, nullos ingenii humani characteres gestet, & quod præ omnibus aliis opinionibus, tam tenuem primo intuitu veri speciem ferat. Inde enim probabile fiat, me illam non ex vano hausisse vel proprio finxisse ingenio: nam quæ fabulæ speciem ferunt & ad figmenti poetici exemplum concinnata sunt, hominum moribus & ingeniis adblandiri solent, non adversari. Deinde, si oculos ad plurimos alios ritus sub fœdere veteri sancitos convertamus, eos non minus insolentes, & ab hominum ingeniis & moribus, ut nunc habent res humanæ, dissitos & abhorrentes inveniamus. Res enim non minus mira est, & ab usu sensuque hodierno remota, quod summo Deo visum esset habitare inter Cherubinos, imagines quasdam figura tam anomala & monstrosa fictas, quod [a] Josephus *earum similes nemini unquam visas* afferat. Et quis, nisi quod Scriptura referat, credere possit, Arcam, cistam parvulam, tanti a Deo populoque suo æstimatam fuisse; quod elogiis & titulis tam augustis illam decorarine (eam enim, *roboris divini Arcam, Gloriam Israelis, Arcam fœderis*, [b] *Laudes Israelis*, appellarunt) quod Israelitæ de ea, tanquam prima gratiæ divinæ arrha, gloriati sint; quod [c] loci omnes, ab illius præsentia sanctitatem hauserint; quod populus, sacrificia, & alia cultus munia facie ad Arcæ situm versa, peregerit; quod etiam crimen Arcæ violatæ, per tactum locum, aut aspectum minus religiosum, non nisi peccantium sanguine expiatum fuerit? Nobis etiam admirationem hodie movere solet, quod Deus populum Judaicum, signum fœderis cum seipso percussi, in corporis partibus vix honeste nominandis gestare jusserit: cujus rei gratia jocus & fabula facti sunt apud Ethnicos, & convitiorum plaustris conspurcati. Et ut alia jam taceam, non minus novum & mirandum videri possit, quod cum Deus tam augusta consilia sua cognoscendi media Judæis dederit, se tamen (quod nemo diffiteri queat) per Pectorale, latitudine palmari panniculum, consulendum præbuerit. Ideoque mentis propriæ idola & seculi sui mores nimis submisse venerantur, qui ea sola ratione ducti nostram de *Urim* hypothesin vanitatis arcessunt, quod iis forte monstrosa, & nihil cum temporum præsentium usu commune habere, videatur. Ea proculdubio ratio est, cur tot perspicaces viri de Oraculi hujusce natura parum sinceri perceperunt hactenus, quod scilicet mentis oculos præjudiciis, quæ a seculi moribus vel Judæorum scriptis acceperant, vitiatos, ad Scripturas legendas attulerunt. Quid enim in causa esse possit, quod, quamvis literis uncialibus scriptum extet, [d] *Deum per Urim respondisse*, *secundum judicium Urim consultum fuisse*, *& Aaronem judicium filiorum Israel*, i. e. per metonymiam, *judicii sui indicem*, URIM *portasse*; alii tamen per sonum vocalem e propitiatorio, alii per Spiritus afflatum, alii per splendorem adamantis, alii per literas in Pectorali sculptas, Deum respondisse dicant; nisi quod mentis propriæ idolis & aliorum placitis precatiis se totos addicant, & in hoc Argumento divinare malint quam discere? Sed me de via paulisper declinasse sentio.

(2°.) SI rationem sinceram, de singulis aliis in Argumento præsenti opinionibus judicem constituamus; proculdubio pro hypothesi nostra, tanquam minus insolente & humani generis sensui repugnante, sententiam feret. Annon enim rationi magis consentaneum est credere, Deum per voces, optimas rerum tesseras, e Pectoralis simulacro datas, consilia sua declarasse; quam per miraculosam & operosam, ne dicam ludicram, illam eminentiam & subsidentiam literarum, quam Talmudici fingunt, non nisi novo oraculo interprete, fatentibus ipsis, intelligendam? aut per Spiritus afflatum, signo nullo ab imposturæ suspicione vindicatum, animum sacerdotis (viri non raro nequam)

a *Antiquit.* lib. 3. c. 6. b *Dicitur Deus inhabitare* laudes Israelis, *i. e. Cherubinos & Arcam, qua vocantur gloria Israelis.* De Dieu in Psal. 22. 4. c 2 *Chron.* 8. 11. d *Exod.* 28. 30.

e vesti-

e vestigio occupantem, cum Pectoralis gemmas contemplaretur? Certe modos ille revelationis medio Pectorali factæ, cui ipse faveo, magis expeditus fuit, captu facilis, & nullum de responsi origine divina dubitationi locum reliquit. Atque inde natum videtur, quod quamvis Prophetæ non pauci supplicio extremo affecti fuerint, quasi crebri sui somnia prophetiarum titulo fucata in vulgus sparserint; & Ahimelechus capitis causam coram Saulo dicere coactus fuerit, quod Urim suum ad consilium divinum gratia Davidis, eliciendum usurpavit; nullum tamen e Pontificum ordine in jus vocatum aut infami impostoris labe notatum legimus, cum se monitum cœleste ex Oraculo suo acceptum habuisse constanter affirmarit. CAP. IV. SECT. I.

OCTAVO: hic forte doctorum sensum ab opinione mea prorsus aversum objicient aliqui. Jam diu est enim ex quo *Rivetus* eam *profanam & falsam* appellavit: eam alii nuper, *opinionem immanem*, *idololatricam* alii, *prorsus absurdam* plerique, & inter portenta potius quam dogmata numerandam censuerunt. Excep. 8ª.

PROBE novi, non defuisse, ex quo [a] primum hæc in publicum prodiere qui bilis maxime commotæ documentum ediderunt, & opinionem meam convitiis omnibus insectati sunt. At ab hominibus illis (modo bilis eorum detumesceret) ipse pacate quærerem opinioni meæ quid inest, quod eorum animos tam graviter offendit, & ab ea tam aversos reddit? An quod Pectoralis oracula, mediis idolulis aut imaginibus, edita contendit? at oracula Sanctuarii inter duas imagines, quod notum est omnibus, edebantur. An quod Angelos, *Seraphim* vel Theraphim dictos, e pectorali respondisse dicit? at apertum est, Angelos, *Cherubim* appellatos, Dei vice & nomine in Sanctuario responsa tradidisse. An quod originem τῶ Urim a veterum Theraphim deducendam doceat? at ex alibi dictis apparet, Cherubim etiam, Ægypti vel gentium aliarum imaginibus symbolicis originem & institutionem suam debuisse. An denique sententiæ meæ fundamentum offendit Adversarios, quod nempe Mosis institutiones haud paucas e moribus ab antiquo receptis, & ab populi veterum omnium tenacissimi ruditatem toleratis, emanasse dixerim? At e plurimis Antiquorum hoc in Opere conjunctim aut sparsim adductis testimoniis, abunde constat, vix ullam opinionem (novitatis insimularam) Veterum suffragiis magis gloriari, vel a seipsa novitatis infamiam facilius amoliri posse.

CAP. IV.

Origo, Natura, & Usus, τῶ Thummim explicantur.

CUM manum ultimam disquisitioni meæ de natura τῶ URIM jam imposuerim, superest ut ad comitis sui individui THUMMIM naturam & originem explicandam me statim conferam. Haoc autem provinciam ut eo felicius administrem, e re mea futurum arbitror, varias doctorum opiniones de *Thummim* in medium promere; quod firmitatis, aut saltem lucis aliquid sequentibus accommodare possint.

SECT. I.

Opinionibus vulgaribus de natura τῶ Thummim repudiatis, asseritur illud ab Ægypti moribus desumptum fuisse.

VIRI docti qui in hoc dicendi campo seipsos exercuerunt, in varias partes & sententias abierunt.

SENTENTIA prima est, *Thummim* quiddam numero quidem, non autem usu & officio, ab *Urim* discretum & separatum. Huic opinioni manum dedit *Christophorus Castrus*, qui de hoc Argumento cum primis meruit. Nam *Urim & Thummim*, inquit [b] ille, *erant duo parvula simulacra — per quæ Deus, aut Angelus Dei nomine, clare & distincte respondebat.* E verbis hisce facile colligendum est, eum Urim & Thummim numero quidem & nomine distincta credidisse, Deum vero *per* utraque, vel *inter* utraque, (prout inter Cherubinos) voces futurorum nuncias emisisse; adeoque simulacra illa muneris & usus affinitate & similitudine se mutuo attigisse. Opin. 1ª.

a *An.* 1669. b Lib. 3. de *Vaticin.* c. 3.

SECT. I. SECUNDA fententia eft, quod Thummim munere quidem, vix autem numero, ab Urim diftingueretur: cum idem Oraculum (prout idem oceanus ob varias illas quas
Opin. 2ª. alluit oras) munerum diverforum gratia, nomina diverfa fortiri potuerit. Ita judicavit (aut mentem ejus male capio) Vir fummus [1] *Jofephus Medus.* Poftquam enim varias Magiftrorum fententias de Oraculi hujufce natura & refponfis tradendi modo enumeraffet; quid fibi vifum effet, fie paucis effert, quæ Latine verbatim reddidi. "Si quid ipfe fentiam effari licuerit; dixerim, *Urim* & *Thummim* duplicis generis Oraculum fuiffe, & muneri plane duplici inferviiffe; & quod *Urim* Oraculum illud fuerit vel Oraculi pars, qua Deus refponfa dedit iis, qui illum in arduis & dubiis vitæ communis cafibus confulebant; — *Thummim* vero Oraculum illud vel medium erat, quo Summus Sacerdos certior factus erat an Deus oblatam hoftiam æqui boni-que confuleret necne. His ad examen revocandis immotari, nobis in præfeotia nec opus nec otium.

Opin. 3ª. TERTIO: alii fe perfuafos habent, nihil omnino difcriminis, vel quoad numerum vel quoad ufum, inter Urim & Thummim interceffiffe; fed quod res una eademque fuerint, quæ ratione proprietatum & effectorum diverforum titulos diffimiles obtinuere. Atque hæc opinio eorum animos habet, qui Urim & Thummim cum Pectoralis gemmis confuodunt, & mutos illos lapides, unieos Oraculi divini interpretes fuiffe contendunt.

Opin. 4ª. QUARTA fententia, eui me totum dedi, ea eft; quod Thummim res fuerit non minus numero & officio, quam nomine, ab Urim divifa & feparata. Sententiam hanc nihil quæftionis apud Lectorem habituram arbitror, modo in rationum earum memoriam redeat, quas [a] alibi ad illius veritatem afferendam attuli. Ne tamen ulla refideat hac de re dubitandi ratio, alia nonnulla fuperaddam argumenta, quæ opinioni meæ certitudinem paulo majorem afferent.

(1°.) DEI lege curatum eft, ut quævis Pectoralis duplicati latera fpithamæ menfuram æquarent. Quid autem Deus menfuras tam amplas & accuratas Pectorali dari voluit, nifi ut imaginibus aut inftrumentis duobus, figura moleque paribus & quafi gemellis, in illius utero ferendis, expeditius infervirct? Una enim ieuncula tam amplo duplicitatis illius fpatio complendo par effe non poterat, nifi pectoralis artifices imaginem Urim pene monftrofam, & parum ad concinnas proportionis leges exactam, de manibus projeciffent, cum tamen opera fua alia arte & ingeoio divino perfeciffent.

(2°.) CUM Scriptura de Urim & Thummim, in genere tantum, nulla refpectu ad ufum aliquem peculiarem habito, fermonem habet; ea tanquam eomites individuos, femper conjuncta reperiamus. Cum vero de Deo pectorali mediante confulendo, adeoque de Urim quafi in actuali muneris exercitio, fermo inftituitur; ea femper ab invicem divifa in Scripturis inveniamus. Hanc obfervationem exemplo uno & altero confirmatam dabo: *Num.* 27. 21. *Eleazar confilium petet pro eo, juxta judicium Urim coram Domino:* & 1 *Sam.* 28. 6. *Dominus non refpondit ei per fomnia vel per Urim:* quibus in locis Spiritum S. pede filente Thummim præteriiffe, juvet obfervare. *Sirachides* etiam ἀκριβείας hujus exemplum, de hoc Oraculo dicturus, [b] edidit; ἄνθρωπος συνετὸς ἐμπιστεύσει νόμῳ, καὶ ὁ νόμος αὐτῷ πιστὸς ὡς ἐρώτημα δήλων· Ubi voce δήλων utitur, qua LXX Urim transferunt, mentione nulla eognatæ vocis, ἀληθείας facta, qua Thummim exprimunt. Ideoque τὸ Urim folummodo, in negotio interrogandi Deum, locum & ufum habuiffe, Thummim vero fini alicui diffimili miniftraffe non immerito cenfeatur.

(3°.) SATIS e fuperius adductis intelligitur, Syrorum aut Patriarcharum Theraphim τῷ Urim Hebræorum oecafionem dediffe, & inter res eas, quoad formas, officia, nomina, fummam eonjunctionem & concordiam interceffiffe. Ut itaque Urim exemplar fuum (Theraphim) fimilitudine proxima reddidiffe, & quafi tranfcripfiffe, eenfeatur; Ratio exigit, ut ei formam & officium, æque ac nomen, ei uni proprium & peculiare vindicemus. Nam Theraphim, quamvis nomine plurali gaudet, res una fimplexque fuit; nomine, munere, & (ni me veri fpecie ludam) forma, ab aliis Antiquorum fimulacris adeo divifa & feparata, quod imaginum aliarum oomine communi nunquam in Scriptura veniat.

a Cap. 3. §. 1. b Cap. 33. v. 3.

1 Lib. 1. Serm. 35. p. 185.

(4°.) CUM

(4°.) Cum Urim & Thummim res vere distinctas, & numero (uti loquuntur Logici) differentes, jam dicta probent; ea munere discrepasse, & partibus naturæ dissimilis functa fuisse, firmiter inde concludamus. Nam Deus proculdubio non magis duo diversa organa ad voces Ejus divinas, quam homo ora duo, ad voces suas naturales, formandas postulavit. SECT. I.

Hæc omnia quæ de usu τοῦ *Thummim* proprio, ejusque natura peculiari jam dixi, fide firmiore tenebit Lector, si a generalibus hisce ad magis distinctam & pressam naturæ & originis suæ explicationem descendat sermo. Huic autem incœpto quo fœlicioribus auspiciis admoveam manum, hoc unum necessario præmittendum arbitror; quod argumenta in hoc & sequente capite adducta speciose probent, ne dicam luculenter ostendant, antiquissimam Ægyptiorum, aut aliarum ex Oriente gentium, consuetudinem, primam τοῦ Urim originem & occasionem præbuisse, & sensum vocabuli *Theraphim* sub vocis illius *Urim* velamine mystice latuisse. Mentem itaque non difficulter induxi credere, nos per hujus arcani jam revelati filum, in rei & nominis alterius *Thummim* recessus abditos, vestigio non errante, perducendos; & *Thummim* etiam a secul: ejusdem consuetudine aliqua principium petere, & vocabuli alicujus Ægyptiaci sensum & potestatem dissimulare. Quid Thummim erat, pressius explicatur.

Si itaque consuetudines omnes pure Ægyptiacas, cum ipsis, uti verisimile est, regni primordiis ortas, quantum per semesas historiæ veteris reliquias scire concessum, recolamus; una cogitantibus nobis se obviam præbet, quæ nobis multa nocte circumfusis facem præferet, & forsan ad latentes adhuc rei & nominis hujusce rationes recta ducet. Eam vero sic nobis descriptam dedit [a] *Ælianus:* δικαςαὶ τὸ ἀρχαῖον παρ' Αἰγυπτίοις ἱερεῖς ἦσαν· ἦν δὲ τούτων ἄρχων ὁ πρεσβύτατος, καὶ ἐδίκαζεν ἅπαντας· ἔδει δὲ αὐτὸν εἶναι δικαιότατον ἀνθρώπων καὶ ἀφειδέστατον· εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα Ἀλήθεια· i. e. *Apud Ægyptios, a prima antiquitate, qui judicabant Sacerdotes erant. Eorum autem princeps fuit qui cæteros ætate anteibat. Ille in omnes jus dicebat. Eum autem esse oportebat omnium & justissimum & parcentem nemini. Gerebat autem de collo imaginem ex sapphiro, eaque imago* Veritas *dicebatur.* Quo minus autem quispiam Æliano soli hæc posteris referenti fidem abnuat, ad partes ejus, *Diodorum Siculum*, qui ab eo non multum abit, vocare visum est. Ille vero, in rebus *Ægyptiorum*, [b] describit ἀρχιδικαστὴν ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου, *summum Judicem qui haberet de collo pendentem Veritatem.* Atque iterum postea, συντάξεις δὲ τῶν ἀναγκαίων παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς μὲν δικασταῖς ἱκαναὶ πρὸς διατροφὴν ἐχορηγοῦντο· τῷ δὲ ἀρχιδικαστῇ πολλαπλάσιαι· ἐφόρει δ' οὗτος περὶ τὸν τράχηλον ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἠρτημένον ζῴδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ προσηγόρευον ἀλήθειαν· τῶν δ' ἀμφισβητήσεων ἤρχοντο ἐπειδὰν τὴν τῆς ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικαστὴς προσθοῖτο· i. e. *Salaria præbebantur, amplissima vero Summo Judici. Gestabat autem ille in collo ex aurea catena pendens e lapillis pretiosis simulacrum, cui* Veritas *nomen: hoc autem Veritatis simulacrum Judiciorum principi aptatum, causas cognoscendi auspicium fuerat.*

Horum Historicorum verba satis indicant, Hebræos & Ægyptios, quoad mores aliquos singularem inter se animorum sensuumque concordiam coluisse. Nam Ægyptiis in more erat Pontificem suum litibus plurimis disceptandis præficere; Hebræi etiam morem & legem consimilem observabant. Ægyptii Pontifici suo dignitatem singularem, ornatu splendido & eleganti afferebant: nec Hebræi pietati & prudentiæ simili defuere. Bullam, splendore & titulo mystico Ἀλήθεια celebrem, ei in muneris sui tesseram decreverunt Ægyptii: Hebræorum etiam Pontifex bullam, mystico *Thummim* titulo & formæ decore claram, in ornamentis habuit. Gemmæ plurimæ Pontificis Ægyptii vestes & pectus illuminabant: Pontificis etiam Hebraici vestes & pectus auro tota lucebant & lapillis pretiosis. Antistes Ægyptius muneris sui tesseram aurea catena de cervice pendentem gestare solitus est: & ut Hebræorum Pontifex bullam suam e catena aurea suspensam gereret, [c] Legis præscriptum postulavit: *facies in rationali*, [cui Thummim inerat] *catenas sibi invicem cohærentes ex auro purissimo, & duos annulos aureos sibi invicem cohærentes, quos pones in utraque rationalis summitate, catenasque aureas junges annulis qui sunt in marginibus ejus*, &c.

Quod autem Ægyptii & Hebræi tot morum conspiratione consentirent, nemo facile casui aut fortuito syderum similium influxui tribuendum senserit. Ideoque Scriptores plerique hic Ægyptios simiarum partes egisse, & Hebræorum mores, ea gratia & venustate conspicuos, obviis ulnis & studiis æmulis accepisse, securi hactenus asseruere,

a *Hist. Var.* l. 14. cap. 34. b *Biblioth. Hist.* l. 1. p. 45, 68. c *Exod.* 28. 22.

Sect. II. In eam sententiam loquitur *Grotius:* priusquam enim Ægypti pontificem simulacrum, cui *Veritas* nomen, ex adverso cordis appensum gestasse, *Diodori* & *Æliani* verbis enarrasset; [a] dicit, *imitati* sunt *Ægyptii* pectorale sacerdotis summi, *sed ut pueri res virorum imitantur.* Eadem sententia [b] *Johannis Schefferi* mentem occupavit: nam Sapphiri illius pontificiæ mentione facta, *ornamentum* illud, inquit, *sumptum fuit ab Hebræis: idem enim fuit quod apud illos Sacerdos summus gestabat. Et arguit primum, quod ex gemmis fuit: deinde quod* Veritas *nominatum est. Ita namque interpretantur Septuaginta id quoque, quod in Rationali sacerdotis Urim & Thummim est:* δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν *appellant.* Huic sententiæ, doctorum calculis onustæ, animum & ipse lubens adjicerem, nisi quod eum tot rationum evidentia partem in adversam rapiat, & hunc morum consensum e fonte dissimili manasse mihi penitus persuadeat; e sapientissima nempe Dei indulgentia cui summo apud Israelitas rerum divinarum procuratori ἄγαλμα, e catena aurea pendens & synooymo Thummim titulo insignitum, concedere visum est; ne populus ille quicquam ornatus & elegantiæ in Pootifice suo requireret, cujus iogens admiratio teneros eorum animos in Ægypto fascinarat.

SECT. II.

Assertio illa multis argumentis confirmatur.

RATIONES quæ mentem meam huic sententiæ devinctam tenent, sunt hujusmodi:

Argm. 1m. PRIMO: Ἀλήθεια vocabulum illud est quo LXX *Thummim*, [c] locis plerisque omnibus, interpretantur. Unde factum est autem quod vocabulum illud ad *Thummim*, exprimendum toties usurparint, cum τελειότης a vero vocis hujusce sensu propius absit, eamque minus coacte interpretetur? Hoc fateri videntur ipsi LXX, qui Thummim * semel per [1] τελείως reddidere. Certe causam ipse vel probabilem afferre nequeo, cur ita verterint, nisi quia probe norant, ἄγαλμα cui *Thummim* nomen, de Pontificis Judaici cervice pendens, ab Antistitis Ægyptiaci simulacro, per interpretationem ἀλήθεια dicto, originem accepisse; adeoque rationi consentaneum existimarint, ut Thummim imaginis illius Ægyptiacæ, ceu primi sui exemplaris nomen, inter Ægyptios saltem retineret. Nam proculduhio rem divinitus institutam, & quæ nomen ejus jure divino tenuit, imaginis ethnicæ titulo dehonestare, instar piaculi habuissent; nisi quod rem simul & nomen initiis ethnicis orta esse, pro certo credidissent. Hanc rationem eo firmiorem censeo, quod LXX *Thummim*, unum si demas *Ezræ* locum, per Ἀλήθεια semper interpretentur, cum tamen *Urim* per [d] δήλωσιν, [e] δήλοις, [f] φωτίζοντας, incerta vice verterint. Quid enim *Urim* tam remisse, *Thummim* vero tam stricte, redderent; nisi quod Thummim originis Ægyptiacæ simulacrum, adeoque oomine exemplaris & quasi parentis sui semper exprimendum, existimarent?

Argm. 2m. SECUNDO: nullum veri colorem præ se fert, Ægyptios antiquos ἄγαλμα illud, cui nomen ἀλήθεια factum est, a moribus Hebræorum mutuari voluisse. Nam Ægyptii veteres ea sapientiæ, religionis, & antiquitatis suæ opinione intumuere; quod alias gentes, quasi mera hominum nomina & nmbras, ingenti cum fastidio præterirent. Imo vero absurdum aliorum omnium fastidium gentem illam ita tandem transversam egerat, quod exterum aliquem communi secum mensa accipere, vel ulla morum rituumque societate generi humano conjungi, nomine & natalibus eorum indignum existimarent. Fanaticum illud Ægyptiorum ingenium noravit olim [g] *Pomponius Mela*, cum ait, *suis literis perverse utuntur. Lutum inter manus, farinam calcibus subigunt. Forum* & *negotia fæminæ, pensa ac domos viri curant.* Vanitatis hujusce gratia sale comico asperguntur ab [h] *Anaxandride.* Vero itaque plane dissimile est, Ægyptios ad mores Hebræorum se componere voluisse; cum præsertim iis, tanquam servis vilissimis & ad onera tantum natis, non ita pridem uterentur. Deinde: modo Ægyptii, simulacrum Ἀλήθεια nominatum pontifici suo concedentes, ad Sacerdotis Summi Thummim imitandum animos appulissent; proculdubio & aliis Hebræorum legibus se conformes præstitissent, & ani-

a *Not.* in lib. 1. de *Verit. Rel. Chr.* sect. 16. b *Syntag.* de *torquib.* cap. 5. c *Exod.* 28. 30. *Levit.* 8. 8. *Deut.* 33. 8. * *Ezr.* 2. 63. d *Exod.* 28. 30. e *Deut.* 33. 8. f *Ezr.* 2. 63. g Lib. 1. de *Sit. Orb.* cap. 9. h Ap. *Athen.* pag. 299.

1 *Aquila* & *Theodotion* reddunt *Thummim Levit.* 8. 8. τελειώσεις

mi

mi morum Judaicorum æmuli & ſtudioſi multa alia documenta dare voluiſſent. Nec facile dubitandum eſt, quin nomen plurale (quale eſt Thummim) & quod ſenſum vocis illius aptius exprimeret, ἀγάλματι ſuo impertire voluiſſent. Nec minore religione proculdubio curaſſent Ægyptii veteres, ut titulus ille δήλωσις [τῷ Urim reſpondens] imagini ſuæ, vel alteri, illi quaſi in comitem aſcitæ inderetur. Nam æquum eſt opinari, Ægyptios, modo Judæorum ſimii ſuiſſent, quasvis, aut ſaltem præcipuas, exemplaris ſui circumſtantias imitando exprimere voluiſſe. Dicendum itaque ſupereſt, imaginem cui titulum ἀλήθεια fecerunt Ægyptii, τὸ Thummim Hebræorum inſtituendi cauſam attuliſſe; Deum autem, cum nominis & loci conſimilis ἄγαλμα in pontificis ornamentum conſecrarit, paululum a more apud Ægyptios uſitato, ob rationes occaſione apta vocante proferendas, deflexiſſe. SECT. II.

Tertio: non obſcúrum eſt, Deum vetera pene omnia, in pontificis ornatu præcipue, Iſraelitis conceſſiſſe, quorum admiratione & deſiderio, in Ægyoto viventes ducebantur, imo novam exemploque carentem pompam & venuſtatem ritibus ab Ægypti conſuetudine mutuatis addidiſſe: ut ſcilicet ea facilitate rudes Iſraelitarum animos invitaret, & cultus ſui decus & gloria, cultus vel regiminis Ægyptiaci ſplendorem, quem in animis oculisque ferebant Iſraelitæ, penitus extingueret & obſcuraret. Nam, Arg.m 3m.

(1°.) Deus Templum conceſſit Iſraelitis, *quod materiæ magnificentia, artis elegantia, & ſtructuræ forma, templa omnia per orbem terrarum facile ſuperavit;* ὥστε αὐτοὺς μηδέποτε εἰς ἐπιθυμίαν τῶν Αἰγυπτίων, ἢ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἐλθεῖν, *ne unquam poſtea Ægyptiorum, aut eorum quæ apud Ægyptios experti fuerant, cupiditate tangerentur.* Hanc rationem, per ſe probabilem, multo probabiliorem reddit [a] *S. Chryſoſtomi* auctoritas, & argumenta quibus eam ab Adverſantium cavillis [b] alibi vindicavi.

(2°.) Deus ſacerdotibus Iſraeliticis, Ephod (id eſt, [c] ἱερατικὸν ἔνδυμα) cum ſacra munia peragerent, geſtandum dedit: ne quid forte dignitatis aut ſplendoris quem in ſacerdotibus Ægyptiis admirari ſolebant Iſraelitæ, in propriis deſiderarent. Nam ſacerdotes Ægyptii ſacra ſua, *linteæ veſtis candore puro luminoſi*, (uti loquitur *Apuleius*) de more perantiquo celebrabant; eo quod veſtis hujuſce color, puritatis omen) & Ægyptus ipſa, lectiſſimi lini laude per orbem celebris, veſtis hujus inprimis uſui gentis illius animos facile conciliaret. Atque inde *Linigeri*, tanquam ſacerdotum Ægyptiacorum character proprius, a poetis frequenter uſurpatur. Ægyptios autem ad hujuſce veſtis uſum chorum duxiſſe, ut credam, ſuadet [d] *Tertullianus* (qui *linteum* appellat *propriam Oſiridis veſtem*) & rationes multæ graveſque, quas hic tacite prætermitto, ne cramben [e] recoctam ingererem, & extra præſentis Argumenti limites nimis evagarer.

(3°.) Zona illa variegata, qua Sacerdotis Summi veſtis linea conſtringi debuit, ab Ægypti moribus deſumpta videatur. In eam ſententiam veni, non tantum quod ex [f] *Apuleio*, [g] *Heliodoro*, aliisque pateat, ſacerdotes Ægyptios aliosque, zona cinctos & illuſtres, Deorum cultui miniſtraſſe; ſed quod zonæ pontificalis ornatus & elegantia morem Ægyptium imitari, & gentis illius artem & ingenium olere, cenſeatur. Nam Pharaonis Ægyptii filia ſponſo ſuo adducta [h] dicitur, *induta* ממשבצות *veſtibus ocellatis*, & [i] לרקמות *picturatis* aut *variegatis:* & in tunica zonaque pontificali non abſimilis artis & ornatus veſtigia facile deprehendi poſſunt. Nam Moſes Pontificis ornatum referens, duas ejusdem familiæ voces uſurpavit, *Exod.* 28. 39. ושבצת *& ocellatam facies tunicam byſſinam,* —— *& baltheum facies* מעשה רקם *opere plumarii* vel *acu-pingentis.* Rem accurate deſcribit [k] *Joſephus*, cum de zona loquens, ἄνθη, inquit, εἰς αὐτὴν ἐνυφαντά, φοίνικι καὶ πορφύρᾳ μετὰ ὑακίνθου καὶ βύσσου πεποικιλμένα· i. e. Interprete Gelenio, *floribus puniceis, purpureis, hyacinthinis, & byſſinis picturatur.* Nulla vero conſtat ratio, cur Deus Pontifici ſuo veſtem & baltheum tam curioſe & ad morem Ægypti factam daret; niſi quod Ægypti more receptum eſſet, ut loci primarii viri (principes & ſacrorum antiſtites) veſtibus teſſellatis & zonis variegatis ornarentur; & a Deo curatum eſſet, ne quid ſplendoris & ornatus, cultui, vel præcipuo cultus ſui miniſtro, deeſſet, quod in Ægypti ſacris & ſacrificulis æmula Hebræorum natio magnopere mirabatur.

(4°.) Stola, vel veſtis Pontificis extima, *Rationali* & *Ephode* inſignita, quam etiam

a *Homil.* in *diem natal. Chriſti*: p. 358. T. 2. *Ed. Bened.* b *Differt.* 6. c *Heſyc.* in voc. Ἐφώδ. d Lib. de *Coron. milit.* p. 105. C e V. Lib. 3. *Differt.* 1. cap. 5. f *Met.* lib. 11. g Τὸ μὲν ζῶσμα ἐπὶ τῷ χιτῶνι λινοῦν εἰς ἀγκύλην ἀνέστελλε *Æthiop.* l. 3. p. 127. h *Pſ.* 45. 13, 14. i LXX πεποικιλμένη. k *Antiq. Judaic.* l. 3. c. 7. p. 112. 25.

SECT. II. Scriptura מעיל appellat, ab Ægyptiis ad Hebræos translata censeatur. Huic opinioni forma vestis hujus & mores Ægypti favent: nam vestis hæc e variis constabat partibus, quæ (more scriptorum de re [a] vestiaria) a [b] LXX πτέρυγες dictæ sunt. Atque inde vestis integra, in aliquibus Græcæ versionis exemplaribus, nomeo πτερύγιον invenisse putetur: sic enim locum illum *Danielis* 9. 27. apud [c] *S. Basilium Seleuciæ* citatum legimus, ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυσιαστήρια καὶ θυσίας, ἕως πτερυγίου, &c. Hoc autem vestimenti genus inter Ægypti sacerdotes tam frequens erat, iisque pene peculiare, quod inde πτεροφόροι & πτερυγοφόροι dicebantur. Hoc e verbis *Hesychii* discitur: πτεροφόροι —— καλοῦνται δὲ οὕτως καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων τινές *Aligeri —— sic etiam vocantur quidam in Ægypto sacerdotes.* Hanc autem lacunulam *Claudius Dausqueius* sic explendam censuit: πτεροφόροι, ἢ καὶ πτερυγοφόροι Et hinc in sententiam nostram ex improviso labitur, hoc [d] addens; *nisi scirem hanc vestimenti pontificii formam a Deo præscriptam, Judæos ab Ægyptiis olim mutuatos dicerem. Ecquis vero scit an Deus formam eam non præfiniverit, uti & sacrificia, ne veri Dei cultus falsorum Deorum Ægyptiorum cultu videretur populo duro & incredulo inferior?*

(5°.) Non est incongruum opinari, Sacerdotis Summi campanulas ab usitata cultus Ægyptiaci pompa, tanquam exemplari primo principia petiisse. Nam apud [e] Ægyptios & alios instituto vetustissimo comparatum erat, ut omnia sistris & crepitaculis inter sacra late personarent: & Israelitarum infantia proculdubio ab hujusmodi crepundiis & crotalis non potuit exemplo ablactati. Huic opinioni [f] *Plutarchus* testimonium, non plane spernendum, dicit: nam sacerdotis Maximi mentionem faciens, κώδωνες, inquit, πολλοὶ κατακρέμανται τῆς ἐσθῆτος, ὑποκομπῶντες ἐν τῷ βαδίζειν, ὡς καὶ παρ' ἡμῖν ψόφοις χρῶνται περὶ τὰ νῦν τέλεια *Multa tintinnabula dependent de veste pontificali, quæ inter ambulandum strepitum edunt, prout apud nos hodie sonitibus utuntur inter sacrificia.* Hoc autem asserit Auctor ille, cum id ageret ut instituta illa varia recenseret, quæ Judæos ab Ægyptiis aut aliis gentibus accepisse credidit.

Cum itaque Deus tot cultus & pontificis sui ornamenta ab institutis Ægypti sumpserit, & Ægypti pontifex imaginem Ἀλήθεια dictam, e catena aurea de collo pendentem, gestare solitus sit; non potest non probabile videri, Deum ἄγαλμα simile, *Thummim* nomine decoratum, pontifici suo concessisse; ut quælibet ornatus & magnificentiæ exempla quibus Ægypti sacra vel sacrificuli superbire solebant, pontifici suo adjicerentur, eumque unum, veluti מכלל יפי *consummationem pulchritudinis*, Israelitæ suspicere discerent & admirari.

Argm. 4m. Quarto: si varios Gentium mores (quantum in historiæ antiquissimæ crepusculo videre datum est) oculis intentioribus perlustremus, gentem nullam præter Ægyptiam unam inveniamus, quæ Sacerdotum suorum principem symbolo aliquo, consensum vel minimum cum Hebræorum *Thummim* habente decoravit. Chaldæi quidem, Syri, aliæque gentes, unum aliquod Pontificis Judaici ornamentum, [tunicam lineam, cidarim, tiaram, & forsan *Urim*] æmulati videantur: at illius *Thummim*, in tota Sacerdotum ethnicorum pompa scenica, nisi in simulacro quod diximus Ægyptiaco, ne rudioribus umbellis expressum deprehendere possimus. Quod autem Ægyptii soli (qui tamen Judæis [g] *inimici ex tota anima* semper erant) in hujus ornamenti sacerdotalis usu cum Dei populo tam amice convenirent; huic tantum causæ tribuendum videtur; Ægyptii moribus & ingenio eleganti populus, virum qui in foro & templo primas habuit, aliquo muneris sui symbolo ornari voluere, cujus splendor eique conjunctus titulus religionem & reverentiam dignitati suæ debitam conciliarent. Cum autem Hebræorum Pontifex duplicem illam, *Judicis* & *Sacerdotis*, personam apud suos sustineret, & Israelitæ proculdubio non minus ornatus quam cultus Ægyptiaci studio ducerentur; verisimile est Deum & suo Pontifici ἄγαλμα in ornamentum concessisse, quod fulgore & titulo imaginem illam Ægyptiacam plurimum excederet & superaret. Et certe nisi consensum Ægyptiorum solummodo cum Hebræis in ornamenti consimilis usu, affectui illi quo moribus Ægyptiis adhæserunt ascribendum sentiam; causam ipse nullam excogitare potis sum, cur inter gentium aliarum sacrificulos, nominis & formæ consimilis ornamentum sacerdotale reperire non liceat; & labiis ejus osculum figam, qui me, ratione vel speciosa reddita, jam impeditum explicare novit.

Argm. 5m. Quinto: Sacerdos Magnus ornamenta omnia, quæ divisa gentium aliarum sacer-

a Μέρη δὲ ἐσθῆτος πτέρυγες μὲν, καὶ πτερύγιον, τὸ ἥμισυ τοῦ χιτωνίσκου *Jul. Pol.* l. 7. c. 14. b *Num.* 15. 38. c *Orat.* 38. p. 200. d *Not.* in *D. Basil. Seleucid. Orat.* 38. p. 371. e V. *Alex. ab Alex.* l. 4. c. 2. f *Symposiac.* l. 4 *Qu.* 5. p. 672. g איבי בנפש *Psal.* 17 9.

dotes

dotes venerabiles effecere, collecta tenuit. *Quis enim non legerit* (inquit, [a] *Prideauxius* noster) *apud Herodotum, Plinium, Plutarchum, alios, Ægyptios suas tunicas lineas & hyacinthinas, sua Pectoralia, sua etiam sistra argutum tinnitu constrepentia, in sacris solennioribus adhibuisse? lapidibus duobus onychinis super humeros Aaronis conspicuis, corollia quædam inter sacerdotes Indicos analoga fuisse memorat Alexand. ab Alex.* l. 2. c. 8. *Infulæ, mitra, & tiara, quam obvia sunt apud Apuleium & alios profanos auctores vocabula? femoralia a nullis fuisse neglecta existimat Guilielmus Stuckius, in sacrorum Gentilium descriptione.* E monumentis etiam sacris non minus apparet, Deum ornamenta ea omnia, novo tamen decore & cultu aucta, Pontifici suo concessisse; eique στολὴν καυχήματος (uti loquitur [b] *Sirachides*) *consummationem gloriationis* induisse. Ex hoc autem ornatu, numeris omnibus absoluto, promptum est colligere, ornamenta pene omnia, quæ Sacerdoti Summo gratiam & majestatem addidere, genere ethnico nata fuisse, eaque Deum ad deliniendos rudium Hebræorum animos in sacrorum suorum ordinem adscripsisse. Nam dici nequit cur Deus pontificem maximum tam splendidn, pene dixerim theatrico, vestium apparatu onerari, eumque cultu supra principum & sacerdotum ethnicorum glotiam eleganti fulgere voluerit; nisi qund curarit, ne cultus Ægyptiaci splendor, qui Israelitarum animos futili voluptate titilavit, divinum superaret; & ne Israelitæ, religionem simplicem & venustate tantum naturali allicientem fastidientes, ad meretriciam Ægypti pompam & fucum ducerentur. Deinde: si gentium monumenta vigilantes evolvamus, unum aut alterum e jam dictis ornamentis sacerdotalibus apud Ægyptios aliosve in usum venisse facile percipiamus; dum unus Hebræorum Pontifex ornatus omnes, quibus gentes aliæ Sacerdotibus reverentiam & mysteriis suis teligionem conciliarunt, complecteretur. Ideoque rationi magis congruum est existimare, Deum omnibus Sacerdotii insignibus quæ usquam gentium, apud Ægyptios imprimis in usu erant, Sacerdotum principem decorasse; quam Ægyptios aliosve unum aliquod ornamentum a Sacerdote Judaico mutuatos fuisse, ut rudem & imperfectam illius imaginem in Pontifice suo contemplarentur. Si enim Sacerdotis Israelitici ornatum cæteris ex ethnicismi fæce sacerdotibus ornandi normam & mensuram existimassent; ethnici proculdubio non unum aliquod ornamentum Pontificale, sed ad unum omnia apud Hebræos usurpata, pari cum religione retinere voluissent. Hoc argumentum eo minus contemnendum censeo, quod rationem tam aptam facilemque suggerat, cur קדש ליהוה *sanctitas Jehovæ* [c] fronti pontificis inscriberetur. Cum enim ipse Pontifex Maximus, veste linea, coronula, campanulis, imagine pectori appensa, multisque aliis ornamentis, ab Ægypti more petitis insigneretur; Israelitæ [populus in religione varius, lubricus, & ad quemvis Æoli flatum versatilis] inde forsan ad cultum Ægyptiacum deficiendi causam & aosam sibi oblatam existimarent; nisi inscriptio tam celebris, ornamenta Pontificis, origine licet Ægyptia, jam usu sacra, & se suaque omnia Jehovæ & cultui suo separata esse, clare loqueretur, & populum hac de re sæpissime commoneret. Hæc omnia probabiliora videantur, quod phrasis illa, *Sanctitas Jehovæ*, [d] aliis scripturæ locis haud absimili sensu capiatur.

Sexto: ad sententiæ meæ fidem firmandam, observare juvat, Ægyptios aliquam τοῦ *Thummim* similitudinem, in imagine Ἀληθείας nomine donata expressisse; eos autem nullam τοῦ *Urim* (quod scimus) rationem aut umbram babuisse. E contra vero, *Laban, Micha, Gideon*, & Israelitæ, impensam quidem τοῦ *Urim* curam habebant, & illud affectu sollicito prosequebantur; sed ne quidem evanida vestigia τοῦ *Thummim*, vel rei cujuspiam titulo analogo donatæ, in eorum sacris inveniamus. Hujus autem studii tam dissimilis ratio hæc unica assignanda videtur: Ægyptii simulacrum Ἀλήθεια vocatum, una cum aliis patrum suorum moribus, ad seros usque nepotes arcte tenuere: at *Urim*, quod rem novam forsan & ex Hebræorum ingenio natam habebant, omnino repudiarunt. Sed Micha & Israelitæ, *Urim* vel (quod eodem recidit) *Theraphim* affectu tam prono accepere; quod iis, Patriarchatum aut saltem seculorum veterum usus, & responsorum inde acceptorum probata veritas, affectus suos addictos & mancipatos tenuerunt: *Thummim* vero, ceu rem patribus antiquissimis ignotam penitus, ex Ægypti moribus & populi ruditate nuper oriundam, nec utilitatis magnæ nomine commendatam, minoris (ne dicam insuper) babuisse videantur.

Septimo: Israelitæ semper in mores splendidiores, & cultum omnem corporis aut animi, apud alias gentes, Ægyptios præsertim invalescentes, impetu præcipiti fere-

SECT. II.

Arg.m 6m.

Arg.m 7m.

a *Orat. de Vest. Aaron.* b Cap. 45. 8. c *Exod.* 28. 36. d *Jes.* 23. 18. *Jerem.* 2. 3. *Zachar.* 14. 20.

bantur.

SECT. II. bantur. Nam ideo effrænatum Regis desiderium eos tenuit, non quod eo opus haberent; sed ut gentium vicinarum more, viris glorioso Regis nomine illustribus gauderent, qui ante eos egrederentur. Nec eos regem solummodo, sed [a] principes etiam & consiliarios a latere sub rege constitutos, postularunt, *ne gentibus vicinis splendore & regis auctoritate cederent, quibus alioquin se minores futuros putabant;* prout voti illius rationem non inscite reddit [b] *Jo. Frischmuth.* Salomonem forsan hæc gentis propriæ vanitas occupavit, qui [c] uxores sibi septingentas & coocubinas trecentas comparasse videtur, ut regum vicinorum morem & pompam imitaretur & superaret. Nam reges Orientales non mediocre gynæceum alere solitos, e verbis [d] *Ciceronis* edocti sumus: *anno tertio Verres consuetudine usus est regia. Solere ajunt barbaros reges Persarum & Syrorum plures uxores habere,* &c. Ex ea peregrioa omnia æmulaodi prurigine natum arbitror, quod [e] *vestes peregrinæ*, id est, ad luxus & moris ethnici formam coocinoatæ, Judæis adeo in deliciis essent; & quod [f] mulieres peregrinas tam insane deperirent, ut præ iis alias omnes ex animo delereot formas. Nec impetu languidiore in sacra peregrina, Ægyptiaca præcipue, ruebant Hebræorum animi: nam eorum idola pene omnia ritusque vetitos in Scriptura memoratos, ab Ægypto, taoquam perenni superstitionis fonte, profluxisse, [g] *Kircherus* opera destioata comprobavit. Cum itaque eodem fastidio mores taotum patrios, quo Ægyptii peregrinos, repudiarent; & rituum Ægyptiacorum pompa perstricti, prout aviculæ vitri fulgore, in perniciem suam tam facile allicerentur; ratio suadet opinari, Deum cultum suum nitore & elegantia omnisaria ornare voluisse, ut Israelitæ, religiooe tam splendida satiati, meretricium ethnicismi fucum & lethalem venustatem contemnerent & conculcarent. Cum etiam Sacerdos Ægyptiacus tam illustrem loci sui tesseram, a collo aurea catena suspensam gereret; facile credamus, Israelitas & illam gemmam ab Ægyptiis mutuatos fuisse, Deumque symbolum, *Thummim* appellatum, Pontifici Israelitico in ornamentum concessisse, quod gemmæ Ægyptiacæ Ἀλήθεια dictæ titulum & splendorem æmulari & excedere videretur.

Arg^m. 8^m. Octavo: ex ipsis imaginis hujus Ægyptiacæ notis & circumstantiis, titulo, materia, catena annexa, & gestandi modo, eam ingenii pure Ægyptiaci figmeotum fuisse, non obscure colligendum est. Nam,

(1°.) Titulus ipse quem præfert ἄγαλμα illud indolem geniumque sapit Ægyptiacum. Nam Ægyptios a prima gentis origine, genius quidam subtilior tenuit: quo factum est, ut eorum doctrinæ [ethicæ, physicæ, politicæ] symbolis, figuris, hieroglyphicis, literis sacris, titulis mysticis, & id genus sacramentis sæpiuscule traderentur. Huic itaque gentis indoli moribusque perantiquis apprime consonum est, ut imaginem hanc, quæ unico verbo gestaotis dignitatem & virtutem indicavit, ad Ægyptios tanquam primos auctores referamus.

(2°.) Ex ipsa imaginis hujusce materia, Sapphiro gemma, de illius origine Ægyptiaca conjecturam faciamus. Sapphirum enim summo inter gemmas dignitatis gradu collocavit Veterum superstitio, quasi pravis affectibus resisteret; quibus Judicem vacuum esse oportet. Sic enim Antiquorum sensum refert [h] *Fr. Rueus: Devotionem, pietatem, constantiam, pacis ambitionem, Deorum munera, opimaque, quod ad hanc vitam spectat, beneficia invitare conciliareque fertur* Sapphirus. — *Addunt & contra iracundiam, invidiam, fraudes, & tristitiam, pollere. Adeo contra effrænes animi mores efficax est credita.* Modo veterum Ægyptiorum animi superstitiosa illa de Sapphiro sententia vitiati fuerint, nobis facile persuadeamus, eos Sapphirum illam ad Judicis æqui, partibus & affectibus nullis obnoxii, ingenium tanquam in symbolo exprimendum, Sacerdoti judicanti gestandam statuisse. Sed nonnulli forte tam corruptam de Sapphiri viribus opinionem e temporum multo recentiorum fæcibus ortum habuisse dicent. His autem ipse litem intendo nullam: nam Sapphirum Mosis ætate plurimi saltem æstimatam fuisse, satis e verbis *Epiphanii* cognoscatur; γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ νόμῳ, &c. *Scriptum est in lege, visionem quæ Mosi apparuit in monte, & legem datam, in gemma Sapphiro fuisse expressam.* Lib. de XII. *Gemmis.*

(3°.) Sententiæ meæ vim paulo majorem affert catena vel torques ille aureus e quo pendebat simulacrum illud Ægyptiacum. Nam hujusmodi insigni collum ornandi morem, apud Ægyptios, primis illis quibus res eorum maxime florebant seculis,

a *Hos.* 13. 10. b *Discurs.* de *Reg. eligend.* c 1 *Reg.* 11. 3. d *Orat.* 5. in *Verrem.* e *Zeph.* 1. 8. f 1 *Esdr.* 8. 92, 93. g *Oedip. Ægypt.* Tom. 1. *Syntag.* 4. & T. 3. *Synt.* 1. c. 2. h Lib. 2. *de gemmis.* c. 3.

obti-

obtinuisse, eosque torquem dignitatis pene regiæ indicem habuisse, testatur Moses, de Pharaone [a] loquens; *Tulitque annulum de manu sua, & dedit in manum ejus*, Josephi, *& collo torquem aureum circumposuit*. Horum etiam torquium usum apud Ægyptios antiquissimum asserit *Pignorii* mensa, non ita pridem edita, desumpta a tabula quadam antiquissima, olim in Isidis templo reposita; quæ Isidis & Osiridis imagines circulis vel torquibus bene latis, in quibusdam ad humeros pertinentibus, bullasque ferentibus, ornatas exhibet. Inde etiam adducor, ut sentiam Ægyptios & Babylonios omnium primos torquem in ornamentis habuisse, quod Tertullianus, de variis summæ dignitatis insignibus agens, gentes omnes Ægyptiorum & Babyloniorum nomine complexus sit, cum [b] ait, *purpura illa & aurum, cervicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios & Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc prætexta, —— & corona aurea.* SECT. II.

(4°.) AD sententiam meam, de imaginis hujus origine Ægyptiaca confirmandam, momenti nonnihil habeat ipse gestandi modus. Eam enim judiciorum præses de collo in pectore, cordis regione, pendentem gestare solebat. Hunc autem morem ab Ægypti philosophia, quæ [c] cor, animæ, virtutis, & sapientiæ domicilium statuit, ansam primitus accepisse, nemo facile denegaverit.

SATIS quæ dixi probant, imaginem cui titulus Ἀλήθεια, gentis Ægyptiacæ genium atque indolem olere, eamque vividis quasi characteribus sibi impressam exhibere. Si itaque filiorum ora & oculos parentum simillimos, non vanos natalium nuncios habeamus: ipsis naturæ Ægyptiacæ quas præfert notis, imaginem illam ex ingeniis pure Ægyptiacis natam esse facile convincamus. Eorum itaque sententia non minus probabilitate quam probatione destituitur, qui Ægyptiorum ἄγαλμα cui nomen ἀλήθεια datum, puerili τῶ Thummim imitationi principium debuisse sentiunt.

NONO: hujus ornamenti pontificalis usus tam antiquus erat apud Ægyptios, quod Mosis ætatem superasse censeatur. Hoc eo minus dubitanter assero, quod mihi Scriptura, Ratio, & historia, fiduciam faciant. SCRIPTURA quidem, in qua morum Ægyptiacorum, quorum *Diodorus* & *Ælianus* locis antea citatis meminerunt, obscura quædam vestigia percipiamus. Nam e [d] sacro Instrumento manifestum est, Ægyptiis suos fuisse sacerdotes diu ante Legem datam, Regem ipsum sumptus ad vitam necessarios iis ex publico quandoque præbuisse, & eorum aliquos principum titulum & dignitatem in Ægypto tenuisse, adeoque Judicum munera nonnunquam exercuisse. Sed & Scriptura Ægyptios moribus tam concinnis & limatis, vel Josephi seculo fuisse refert; quod catenam auream, tanquam loci & dignitatis summæ indicium clarioris notæ viris gestandam dederint. Est itaque fidei consentaneum, sacerdotem primarium muneris sui tesseram inter judicandum habuisse, licet Scriptura (cum occasio non ferret) nullam illius mentionem ingerat. Suadet etiam RATIO, ut credamus summos in regno tam florente viros, splendido aliquo muneris & virtutis suæ symbolo conspicuos, in populum prodiisse. Mos enim apud omnes pene gentes, non plane barbaras, antiquitus inolevit, ut viros qui dignitate supra cæteros eminebant, quibusdam honoris insignibus (quæ Moderni *bullas* vocant) e cordis adverso suspensis, torquibus insuper aureis, donarent, & a fæce Romuli distinguerent. Nam [e] *Schindlerus* & [f] *L'Empereur Anac* & *Anacim* viros fuisse celebres opinantur, ita dictos a torque, quo colla superbe cingebant: nam ענק proprie est *collum torque cingere*. De hoc Veterum usu fuse & erudite disseruit modo laudatus [g] *Schefferus*, cujus opera mihi otium faciat. Nec minus HISTORIA sententiæ meæ firmitatem præbet: nam [h] *Ælianus* de moribus Ægypti sermonem habiturus, τὸ ἀρχαῖον eosdem, apud Ægyptios, judices & sacerdotes fuisse, & ex iis ἀρχιδικαστὴν bullam sapphirinam dignitatis insigne gestasse refert. Nihil autem probabile præ se fert, *Ælianum* verbis tam lati & incerti significatus uti voluisse, nisi moris hujus originem, perantiquam, & a præsentis ævi memoria remotissimam, esse credidisset. Sed & [i] *Ælianus* assertioni meæ fidem paulo certiorem facit, cum ornamentum illud pontificium inter ea recenset instituta, quæ Ægyptios a Mercurio accepisse dicit. Mercurium autem Ægyptium Mose antiquitate superiorem fuisse, ethnici & Christiani plerique non inviti confitentur. Arg^m. 9^m.

SI quis jam dicta rationis haud iniquæ lance pensitaverit, proculdubio sententiam meam de natura τῶ Thummim magnam veritatis speciem præ se ferre, nec temere

a *Genes.* 41. 42. b Lib. de *Idolat.* p. 96. B c Ἡ καρδία κατ' Αἰγυπτίους ψυχῆς περίβολος. *Hor. Ægypt.* l. 1. *Hierogl.* 7. d *Genes.* 47. 22. *&* cap. 41. 50. e *Lexic. Pentaglot.* in ענק. f *Not.* in *Benjam. itiner.* p. 136. g *Syntagm. de Torquib.* h *Histor. Var.* lib. 14. c. 34. i Ibid.

SECT. III. rejiciendum esse, judicabit. Quid interim ad hæc omnia respondet [t] Adversarius meus, qui me coram illustribus patriæ suæ proceribus tam acriter accusavit? *Græcis*, inquit, *interpretibus libuit Hebræum* Thummim, *Græco* Ἀλήθειας vocabulo *exponere*, sed *ob quas causas, ipsi dixerint*: Risum teneatis? *Vetteriores, ut* Herodotus, Manethos, Sanchuniathon, *quantum quidem nobis constat*, ἄγαλμα illud Ægyptiacum *silentio prætermittunt. Historiæ silentium, in quæstione facti, meris farcire conjecturis, nescio an prudentis sit.* Et, *cum nullo historia-- testimonio constet, Sapphirinum illud insigne ante Mosis ætatem usurpatum fuisse; temere asseritur, ex Ægyptiorum ritibus in Hebræorum sacra τὰ* Thummim *transumta fuisse.* Quamvis autem hæc, & alia multa, satyram potius quam responsum mereri censeam, ea tamen sine virga censoria prætermittam, & Auctorem illum cogitationibus suis secundis corrigendum tradam.

SECT. III.

Rationes cum sententia mea de natura τοῦ Thummim pugnantes enervantur.

RATIONES in medium adductæ Lectorem quemvis, nisi hypothesi alicui serviliter addictum, facile persuasum faciant, me genuinam τοῦ Thummim naturam & originem, obscuram hactenus, in lucem protulisse. Ne tamen leviores aliquæ dubitandi causæ superfint, & lectoris animo scrupulum injiciant, Objectionibus nonnullis mihi necessario occurendum est.

Obj. I. PRIMO: ad fidem hic & alibi dictis abrogandam, objici possit, quod *Æliani, Diodori Siculi*, vel Scriptorum aliorum testimoniis imprudens nitar; cum de Veteris Ægypti moribus, aut rebus ante Historicorum eorum tempora, imo libros furtasse scriptos, gestis judicandum est: cum præsertim verisimile non sit, Ægyptios sub regum suorum primorum tempora, moribus tam cultis & elegantibus fuisse; ut imaginem eo splendore tituloque conspicuam, tanquam insigne muneris, a summo litium suarum arbitro gestatam censeamos.

Sol. RESPONDEO: horum Historicorum meritis & communi hominum fidei hoc saltem debemus, ut credamus eos de rebus eorum tempora longe superantibus nihil posteris referre voluisse, quod a constante apud Ægyptios traditione, vel antiquissimis quibusdam monumentis (quæ tempus, maximus librorum helluo, jam devoravit) non accepissent. Utcunque, ipse forte *Diodori* & *Æliani* de primis illis Ægypti moribus testantium, auctoritatem fide tam prona revereri nollem, nisi quod morum eorum fugientia quædam vestigia io Scripturis ipsis percipiam; & Ratio, Ægypriorum ingenia rite æstimans, facile judicet, eos eandem pene cum ipso regno Ægypriaco æram habuisse. Cum enim Ægyptiis a remotissima rerum suarum memoria mos esset, doctrinas suas non orationis flumine, sed verbi vel symboli alicujus gutta tradere; populi genio morique consonum est, quod Historici jam dicti de symbolica pontificis Ægyptiaci bulla, ἀλήθεια, titulo inscripta referunt. Deinde: cum gentes antiquiores, notæ celebrioris homines, torquibus aliisque publici muneris insignibus, plerumque bullis a collo pendulis, exornarent; ipsa hæc Ægypti consuetudo, per se probabilis, antiquitati etiam & veritati suæ testimonium præbere censeatur.

Obj. 2. PRIMO hoc ictu in irritum cadente, hoc secundo forte me petent Adversarii: fides non nisi timida & languida *Diodoro* & *Æliano* tribuenda est, eo quod male secum constent, & verbis commissis antiquos Ægypti mores referant. Nam *Diodorus* Pontificis Ægyptiaci ornamentum ζώδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, *simulacrum e lapidibus pretiosis*; Ælianus vero, ἄγαλμα ἐκ σαπφείρου λίθου, *simulacrum e Sapphiro gemma* factum asserit. His itaque testimoniis minime innitendum, quæ eadem opera quispiam collidere possit & frangere.

Sol. RESPONDEO: fateor equidem *Diodoro* & *Æliano* dissidii aliquid intercedere, quum hic Pontificis Ægyptii ornamentum e gemma unica, ille vero e pluribus conflatum dixerit. At profecto historias pene omnes uno difflemus spiritu, & in fabularum ordinem abire jubeamus, si Historicis, levicula facti alicujus circumstantia ab invicem discrepantibus, fidem statim omnem detrahendam putemus. Neque tamen necesse est, ut Historicos nostros plusquam specie pugnare fateamur: nam amicas statim jungent dextras, si *Ælianum* pectoris tantum ornamentum respexisse, *Diodorum* vero gemmas etiam

[t] Vid. *Wits Ægyptiaca*. Lib. 3. cap. XII.

quibus

quibus Pontifex Ægyptius fulgebat alias, in ejusdem census & tituli communionem vocatas intellexisse asseramus. SECT. III.

TERTIO: hoc etiam argumento nonnulli sententiæ meæ fidem labefactare student. Obj. 3. Antiquiotes, inquiunt, Historici, *Herodotus*, *Manethos*, & *Sanchuniathon*, hoc sacerdotis Ægyptiaci simulacrum sapphitinum intactum prætermittunt: eorum autem silentium opinari suadeat, gestamen illud sacerdotale recentioris ævi figmentum fuisse, cum scilicet Ægyptiotum mores & ingenia seculi Mosaici ruditatem longe superarent.

RESP. De Veterum eorum historicorum silentio hac in re non est quod multum Sol. laboremus: nam *Herodotum* quod attinet, eum rerum Ægyptiacarum rudem admodum fuisse testatur [a] *Diodorus Siculus*, qui *Herodotum* Ægyptiaca referentem, μύθους πλάττοντα ψυχαγωγίας ἕνεκα, *fabulas* non raro *voluptatis gratia comminisci* dicit; & [b] *Josephus* [1] πολλὰ γὰρ Ἡρόδοτον τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐλέγχει ψευσάμενον, *Herodotum frequenter in Ægyptiacis ex ignorantia mentitum* asserit. *Manethonem* etiam rerum Ægypti veteris initium probant aniles illæ fabulæ, quas ille, antiquitatis veræ nomine, mundo obtrudere nitebatur. *Sanchuniathon* res Phœnicias potius quam Ægyptiacas memoriæ tradidit: & animum suum ad fabulas concinnandas, potius quam veras rerum origines investigandas appulisse videatur. Temporis insuper invidia horum Historicorum fragmenta tantum nobis superesse voluit. Sed si ad manus nostras integri pervenissent, nihil est cur eorum silentium hac in re nos a sententia tantillum dimoveret; cum præsertim testetur [c] *Ælianus*, Ægyptios antiquos, inter νόμιμα illa plurima quæ ab ipso Mercurio profecta jactitant, ἄγαλμα illud sacerdotale numerasse.

QUARTO: objiciet forte non nemo, quod vox Hebræa *Thummim* sensu & numero Obj. 4 dissideat plurimum ab antiquo illo nomine, quo Pontificis Ægyptiaci simulacrum vulgo vocabatur: nam Thummim *perfectiones* sonat, Ἀλήθεια vero *veritatem*: vox illa numeri secundi est, hæc autem singularis. Cum itaque tam exigua sit inter eam & *Thummim* convenientia, originem τοῦ Thummim Hebræorum ad imaginem illam Ægyptiacam, ceu primum exemplar ratione reclamante referre videamur.

RESPONDEO: hæc duo vocabula, quamvis dissidii alicujus speciem præferant, significationis affinitate propinqua conjunguntur. Sol. Nam proculdubio doctores Ægyptii, Ἀλήθειαν, nomen bullæ Ægyptiacæ datum, non tantum logice sed & ethice, de cordis nempe veritate, id est, integritate & ab omni dolo immunitate (essentiali [d] judicis & sacerdotis ornamento) intelligi voluere. Consentit [e] *Ælianus*, de hoc Ægypti judice sic loquens: ἔδει δὲ αὐτὸν ἄρα δικαιότατον ἀνθρώπων καὶ ἀφειδέστατον, &c. *Eum omnium hominum esse justissimum & sincerissimum oportebat, qui circa collum imaginem e sapphiro gemma confectam gestabat, quæ vocabatur Veritas.* Atque hoc sensu vox ea sæpius in Scriptura, juxta loquendi consuetudinem quæ seculis antiquissimis obtinuit, interpretanda venit, ut *Exod.* 18. 21. ubi Jethro Mosi auctor erat, ut אנשי אמת *viros veritatis*, id est, integros animi scelerisque puros, populi judices constitueret. Ita sumitur *Psal.* 51. 7. *Ecce*, אמת *veritatem voluisti in renibus:* & *Psal.* 145. 18. *Propinquus est Dominus omnibus invocantibus eum* באמת *in veritate*, id est, exponente *Chald. Paraphr.* בקשוט *in integritate.* Hinc אמת a Deo cum cordis rectitudine 1 *Reg.* 3. 6. & ἀλήθεια ab [f] Apostolo cum εἰλικρινείας *sinceritate*, sociatur. Non itaque sine causa, LXX vocem illam per [g] δικαιοσύνη exprimunt, & *Hesychius* ἀληθὴς per δίκαιος explicat. E contra, more non minus frequente, vocabulum שקל *mendacium* pro iniquitate in Scripturis usurpatur. Observavit itaque [h] *R. D. Kimchi, hæc tria*, עמל ׳שקל׳ & און *idem in sacris significare, & esse* המלות שונות *dictiones permutatas.* Ideoque שקר quod *mendacium* notat, LXX [i] sæpius ἀδικίαν vertunt: & *S. Lucas* voci ἄδικος opponit ἀληθής, Cap. 16. 11. Jam vero vocabulum *Thummim* hujus naturæ mendacio frontem adversam gerere, & ejusdem generis veritatem, quam & אמרת id est, integritatem, & ab omni injustitia partiumve studio immunitatem, significare, nullum fugit cui ullus Scripturæ usus, aut cui tenuis literaturæ Hebraicæ afflavit aura. Nam ideo cum *veritate*, tanquam ejusdem valoris nomine, conjunctum occurrit, *Josh.* 24. 14. *Servite Domino* בתמים ובאמרת *in integritate & veritate.* Inde etiam vox illa τέλειος in Novo Test., quæ respondet Hebræorum תמים de hominibus intelligitur bonitate vera & sincera

a Lib. 1. p. 63. C b Lib. 1. contr. *Apion.* c *Hist. Var.* l. 14. c. 34. d *Deut.* 16. 18, 19, 20. e Ub. supr. f 1 *Cor.* 5. 8. g *Genes.* 24. 49. *Jes.* 38. 19. h *Comment.* in *Psal.* 7. 14. i *Jer.* 5. 31. *Job.* 27. 4. *Deut.* 19. 18.

1 *Josephus* provocat ad *Manethonem*, apud Ægyptios Historicum, qui *Herodotum* ignorantiæ accusat. p. 1336. 45.

SECT. II. præditis, ea nempe quæ fit ἐν τῷ εἶναι, non ἐν τῷ δοκεῖν. Non diffitendum tamen, Hebræorum *Thummim* Ἀληθείας Ægyptiacæ vim & potestatem non adeo accurate & ad amussim exprimere: nam Deus non minore libertate & (si Latini ferent) latitudine usus est, cum nomen Ægyptiacum (quod multa dies jam delevit) in *Thummim*, quam cum vocem Chaldaicam *Theraphim* in *Urim*, permutarit. Cur autem Deus paululum a nominis Ægyptiaci sensu germano, prout & vocis numero, deflexerit, nec Thummim & Ἀλήθεια sibi mutuo tam exacte responderint; nil hic attinet dicere: capite sequente, ubi aptior occasio se dabit, dicturi sumus. Interea temporis, id unum ab Adversariis quæro, cur bullam illam Sapphirinam *a Mosis instituti manifesto sumptam*, & *Ægyptios hac in re Thummim Hebræorum imitatos fuisse*, tam fidenter asserant, si convenientia tam exigua inter Thummim & ἄγαλμα jam dictum intercesserit? Certe ubi vix ulla convenientia, ibi nullam imitationem fuisse liquido colligamus.

Obj. 5. QUINTO: nonnulli forte sententiæ meæ repugnabunt, quod illius fundamenta Scriptura ipsa convellere videatur. Legimus [a] enim *Tirshatham* sacerdotes incerti generis a sacrorum communione cohibuisse, *quoad staret sacerdos cum Urim & Thummim*: qui scilicet oraculo ex utrisque misso dubium de eorum natalibus ortum determinaret.

Sol. AT hoc argumentum, aërem, non me ferit: nam textus ille probat forsan Pontificis Oraculum lites omnes olim circa sacra composuisse, & populum Hebræum sub Templo secundo Sacerdotem τοῖς Urim & Thummim ornatum expectasse: at male constat inde, Deum Oraculo suo utentibus non minus per Thummim quam Urim respondisse. Satis etiam e jam dictis efficitur, Urim & Thummim res numero diversas esse, & usui diverso ministrasse: patet insuper, nomen *Urim*, substantias, *Thummim* autem, accidentia denotasse; nec probabile est, Deum nomina tam diversa, nisi rebus natura & usu differentibus imponere voluisse.

Obj. 6. SEXTO: & hæc forsan Objectio sententiam meam vexabit, eamque in suspicionem vanitatis adductura est, quod scilicet Hebræorum Thummim & Ægyptiorum ἄγαλμα, cui nomen Ἀλήθεια, non tantum nominaliter sed & realiter ab invicem discreparent. Nam Hebræorum Thummim in pectoralis duplo recondebatur, dum Sapphirus hæc Ægypti decantata semper hominum oculis exponeretur: Hebræorum Thummim Pontificis tantum ornamentum erat, Ἀλήθεια Judicis cujusvis insigne temporarium habebatur: Hebræorum Thummim, a gemmarum pontificalium vicinia novam sibi dignationem & reverentiam conciliavit; Ægypti bulla sapphirina sola mansit, nec ullam sibi a gemmarum sociarum radiis lucem & honorem acquisivit. Cum itaque Judicis Ægyptii symbolum sapphirinum & Pontificis Hebræi Thummim ab invicem tam lato discrimine dividerentur, posterius a priori non minore temeritate quam fiducia derivasse videar.

Sol. HIC equidem sibi plaudunt Adversarii mei, & hoc argumentum, non gloriandi tantum, sed & convitiandi materiam sibi præbere sentiunt. At non opus est, ut discriminis hujusce causa, de sententia tot argumentis firmata decedamus; cum præsertim operæ non adeo molestæ sit, tantæ differentiæ rationes speciosas assignare. Nam (1°.) Si quis ad alia Legis instituta, quibus Ægypti vel Gentium aliarum usus occasionem dedit, advertat animum; ea pleraque mutationem insignem subiisse, & plurimum ab exemplari suo recessisse facile persentiscat. Curavit nempe Deus, ne Gentes & Hebræi perfecta morum conformitate sibi mutuo jungerentur, ne conformitas illa mutuæ societati, & societas illa motum corruptelæ portam aperiret. Deinde: mores & ritus a Gentibus acceptos, Deus a superstitionis fæce purgavit, aut iis novam elegantiam & splendorem addidit, aut eos ad usum sensumque sacratiorem evexit & accommodavit. Adeo ut ipsum hoc argumentum causam meam adjuvet, si res ex merito pensitetur. (2°.) Gemmæ illæ non tam Thummim quam Urim gratia, pectorali accessisse videantur. Cum enim vaniloquæ Gentium imagines iis quandoque gemmis radiarent, quibus intuentium animos horrore quodam religioso perfunderent; commodum erat, ut gemmæ plurimæ Pectorale (Oraculi divini sedem) illuminarent, ut Urim non minus splendore quam veritate fatidicas imagines ethnicorum superaret. Veritatis hujusce gemmam, radio licet obscuriori emicantem, in *Philonis* antea laudati fabularum sterquilinio forsan offendere possimus. Nam [b] ille, [1] viros de tribu *Asser*, peccata in Ægy-

a *Nehem.* 7. 65. b *Antiquit. Biblic.* lib.

1 Vid. pag. 956.

pto

pto admissa hac humili confessione expiasse refert: *nos invenimus simulacra illa aurea, quæ vocabant Amorrhæi sanctas Nymphas, & auferentes eas cum septem preciosissimis lapidibus, qui superpositi erant eis, abscondimus illa*, &c. Et post pauca, Deum in hæc verba *Kenaz* alloquentem introducit: *Angelo meo præcipiam, & accipiet mihi duodecim lapides ex eo loco unde ablati sunt isti septem, quos tu accipiens, pones eos super Epomiden — in logio sanctificabis eos.* Quibus verbis innuit, gemmas illas quæ propheticas gentium imagines illustrarunt, primam Pectoralis gemmis occasionem præbuisse. Sed forte *Philonem* illum, ut nugacem & nullius fidei scriptorem, non pauci repudiabunt. SECT. IV.

SEPTIMO: ad invidiam sententiæ meæ conflandam, dici potest, eruditos alia omnia sentire, hanc morum & ornamentorum sacerdotalium communionem Ægyptiorum æmulationi tantum tribuentes Cæterorum loco loquatur [a] *Grotius*, qui de Oraculo pectoralis agens, חשן inquit, LXX *vertunt* ἀλήθειαν. *Imitati* hoc, *sed ut pueri virorum res imitantur, Ægyptii.* Obj. 7.

HIC autem a doctis dormientibus ad eosdem vigilantes merito provocemus: cum jam dicta probent, Ægyptios non minus moribus quam bonis suis contentos fuisse, & ab exterorum ritibus & personis pariter abhorruisse. Ne quis autem Ægyptios hac una in re, ab ingenio & usu suo recessisse putet, & hoc ornamentum Sacerdotale, rerum Judaicarum studio ductos instituisse; observare juvet, Ægyptios non Judici tantum sacerdotali causam cognituro, sed Actori vel Reo causam acturo, hujusmodi ζῴδιον τῆς ἀληθείας applicare solitos. Hoc e *Diodori Siculi* fide refero, qui testatum reliquit, [b] *supremo causarum arbitro* VERITATIS *effigiem alteri litigantium parti applicandi officium incubuisse.* Cum itaque non Judici tantum, sed & populo, simulachrum hujusmodi gestare concessum esset; inde liquido constet, Ægyptios, hoc gestamen instituentes, de Thummim Hebræorum (soli sacerdoti maximo datum) ne per somnium cogitasse; sed illud eo animo statuisse, ut Judices & Litigantes ad veritatem edicendam quasi sacramento quodam adigerent; & omnes ζῴδιον illud in foro gestantes, se πρὸς μόνην βλέπειν ἀλήθειαν *ad solam respicere veritatem* (uti simulacri mentem explicat [c] Historicus ille) palam quidem, sed symbolice, pro gentis usu symbolis addictissimæ, declararent. Sol.

ALIAS Adversariorum objectiunculas tacite prætermitto, ne Dissertatio præsens in molem crassiorem excrescat, & ipse nugas loco aliquo habuisse videar.

SECT. IV.

Usus τῶ Thummim quis esset, breviter indicatur.

LECTOR ad præcipuos τῶ Thummim usus jam dictorum luce facile dirigatur. Ne tamen aliqui, minus attente jam scripta perlegentes, inde *Thummim* otiosum fuisse, & usui nulli serviisse, colligant, quod oracula per Urim solummodo traderentur; usus τῶ Thummim apertius paulo declarare, opus non plane supervacaneum arbitror.

PRIMO itaque, Thummim huic usui ministravit, ut nempe dignitatem & officium Pontificis, oracula per Urim accipientis, quasi in symbolo exprimeret, eumque Judicis æqui, nullis affectibus mancipati, partes peragere moneret, & peractorum indicaret. Hoc equidem per se probabile est, & eo probabilius evadit, quod Thummim a significatus & usus affinis ornamento apud Ægyptios usitato genus & originem derivaret.

SECUNDO: Sacerdotis Hebraici *Thummim*, sacerdotis Ægyptiaci simulachro, cui nomen ἀλήθεια, respondebat & quicquid imagini illi symbolicæ, sapientiæ vel splendoris inerat, in se uno complectebatur. Erat itaque populi Israelitici desideriis & ingeniis accommodatum, qui mores Ægyptios inprimis in votis & deliciis habebant, & nihil in sacerdotum suorum ornatu desiderari volebat, quod apud Ægyptios usitatum erat, & sapientiam vel elegantiam aliquam præ se ferre videbatur. Deum autem hac in re ad populi morosi modulum Seipsum attemperasse, proclivius est opinari; quod e jam dictis appareat, Deum ea pleraque ad cultus & sacerdotum suorum ornatum transtulisse, quæ populus ille puerilis in Ægypti sacris & sacrificulis admirari solebat.

a Not. ad lib. 1. de Ver. Relig. Christ. §. 16. b Τὸν ἀρχιδικαστὴν τὸ ζῴδιον τῆς ἀληθείας περιτίθεσθαι τῷ ἑτέρῳ τῶν ἀμφισβητούντων. Bibl. l. 1. p. 69. C c Ub. sup. pag. 45. D

CAP. V. SECT. I.

Tertio: Thommim in Pontificis pectorali positum, potestatis suæ judicialis argumentum erat, eumque [a] *Reipubl. præsidem ordinarium* indicavit. Alias enim, quid in pectorali judicii locum invenit, quid etiam oroamenti illius sapphirini, Ægyptiotum judici primario concessi, locum occupavit? Sat scio nonnullos Pootificem hujusmodi potestatem judicialem unquam habuisse vel exercuisse, plane denegate. Sed eos vehementer errare probabo, de petsooa dictutus cui Urim & Thummim gestandi provincia concedebatur.

Quarto: cum Thummim *perfectiones*, uti & Urim *lumina* denotatet; usui mystico ministravit, & sacerdotem sumoium vitture simul & cognitiooe præstare debere, & non mious animi quam corporis otoamentis Hebræotum vulgo præfulgere significavit. Ad religionis honorem & integritatem conservandam multum intererat, ut sacerdos summus, si quis alius, vittute præcelleret: ideoque lege cutatum est, ut in fronte simul & pectore, officii non minus quam dignitatis suæ monimenta gereret. Atque hac io re, Thummim Hebræorum cum Ægyptiorum ornamento sacerdotali ἀλήθεια dicto belle conveniebat: illud enim symbolice denotavit sacetdotem primatium, [b] *omnium hominum justissimum & sincerissimum esse oportere.*

Quinto: Tū Thummim usus haud postremus erat, ut cum Urim sociatum, Pontificem typum Christi, sacerdotis nostti maximi vividum & expressum tedderet. Cum enim Thummim & Urim *perfectiones* & *lumina* denotarent, Ponrifex hæc duo sociata gerens, Christum, luminum & perfectiooum fontem, eo clarius & expressius adumbravit.

Hæc omnia, quæ jam levi digito tacta prætereo, lucis & firmitatis haud parum e statim dicendis acceptura sunt.

CAP. V.

De ratione nominum, Urim & Thummim.

NATURAM & originem τῶν *Urim* & *Thummim*, quatenus per creperam Scripturæ, Historiæ, & Rationis, lucem petcipere concessum, dilucide jam expedivi. Monet jam promissionis qua teneor fides, & ptovinciæ durioris ratio, ut nominum eorum rationibus e caligine vetustatis erueodis operam fetiam & religiosam impendam.

SECT. I.

Nominum eorum notio grammaticalis explicatur.

CUM genuina nominum ipsotum significatio sit certissima illa (post retum naturam jam perspectam) scientiæ clavis, qua reconditas adhuc appellationum earum rationes resetare possimus; par est ut per eotum explicationem breviusculam, aditum ad sequentia facilem & inoffensum faciamus.

Nomina Hebræa primo,

Ut itaque ab Urim auspicemur, cettum est, vocem illam, modo ad intentiooem illius primariam attendamus, non tam *lumina*, quam *ignes*, eosque *flammantes* indicate. Nam eo sensu, vox singularis אור unde ottum habet, in sctipturis [c] usurpatur: sensum eriam affinem fundit vox ea pluralis אורים *Jes.* 24. 15. *Laudate Dominum* באורים *in ignibus.* Ita locum illum exponit [d] *Buxtorfius*, & cum eo concordiam colit versio nostra Anglicana, *Glorifie ye the Lord in the fires.* Eundem huic vocabulo sensum assetunt versionis Persicæ & Arabicæ auctores, qui locum illum, 1 *Sam.* 28. 6. ubi *Urim* occurrit, ad hunc sensum transferunt; *Deus non respondit ei, vel per somnia, vel per* [e] *ignes.* Hanc vocis illius potestatem notavit [f] *Vatablus*, cum dixit, *Urim significare illuminationes seu ignes* Interea minime tacendum est, vocem hanc sensus quasi gemellos ferre: nam *ignes* quidem ptoprie denotat, imptoprie vero & per metonymiam

a *Pectorale judicii symbolum erat potestatis judicialis in sacerdote, tanquam ordinario præside Republica*, Coccejus in Hos. 3. 3. b Test. *Ælian.* ub. supr. c *Jes.* 44. 16. & 50. 11. d *Lexic. H. & Ch.* p. 12. e *Alludunt forsan ad pyromantiam, de qua H. Montacut.* Dæmon. Mimic. c. 22. f *Comment.* in *Exod.* 28. 30.

effecti,

effecti, *lumina*; eo quod ignes fint lucis ἐκλάμματα five δοχαί. Hinc & vox Urim נהורת *lumen* redditur [a] *a Chaldæo Paraphraste*. SECT. II.

CIRCA fenfum vocis alterius Thummim litem haud adeo gravem movere video. Quamvis enim Interpretes a genuina vocis Urim poteftate deflectant fæpe, pauci tamen funt qui a vocabuli Thummim fenfu aberrant, & illud per *perfectiones* aut *integritates* exprimendum effe non arbitrantur. Si quis me vim nominum eorum fide parum integra retuliffe fentiat, provoco ad Hebræorum, Chriftianorum, Pontificiorum & Proteftantium, Lexica, quæ fidem meam abunde liberabunt. His omnibus, figilli loco, accedat [b] *Buxtorfii* teftimonium: *ad nomina quod attinet*, אורים Urim *fignificat ignes vel luces, nec de eo vel dubitatio vel difceptatio*: תומים Thummim, *perfectiones, integritates, a fingulari* תום *& radice* תמם *integrum, perfectum effe*.

CUM in his fimus, non prorfus alienum erit, nominum etiam Græcorum notionem & originem aperire, quibus Septuaginta voces eas Urim & Thummim interpretari folent. Dein & Græca explicantur. Urim autem illi per [c] δήλωσιν, [d] δήλοις, & [e] φωτίζοντας; Thummim per ἀλήθειαν, & τελείους; incerta vice, transferunt. Hæc translatio viris doctis nullo non ævo negotium non leve fecit. Hac de re magni nominis Auctor fententiam fuam fic interponit: *LXX Urim* δήλοις *five* δήλωσιν *reddidere. Quærunt vocabuli rationem: ea vero nequaquam eft difficilis aut obfcura. A* δαίω *five* δάω *uror, luceo, eft* δαλὸς *five* δηλὸς, *quod facem & lampada notat. Quia vero olim, uti etiamnum, facibus uterentur vice nuntiorum, inde verbum* δαλόω *vel* δηλόω. Sed neceffe eft, ut hæc omnia, veluti fomnia ad lucem prolata, ftatim evanefcant; cum LXX Urim nunquam δηλὸς, fed δήλους, δήλοις, δήλων, [accentu penultimam afficiente] femper transferant; & vocem δηλὸς, pro face vel lampade captam, apud ullum notæ melioris auctorem non detur invenire. Hic itaque ab Interpretum omnium latere minime difcedendum cenfeo, qui Græcos *Urim* ideo δήλους & δήλωσιν reddidiffe fentiunt; quod Oraculum illud res obfcuritate velatas, manifeftas efficeret, & vox אורים lucis notionem [f] ferat, quæ res tenebris obductas illuftrat & [g] *manifeftat*. Cur autem LXX vnci Urim vim participii femel dederint, eamque per φωτίζοντας expofuerint, res eft intellectu difficilior. Eos autem ita vertiffe fufpicor, quod vocem אורים eo in loco, pro participio fumpferint, eamque a radice אור *illuxit*, uti קומים (In *Pahul*) a verbo קום *furrexit*, formatam exiftimarent. De hac verfione Græca paulo commodior ftatim fe dabit agendi locus.

NUGIS hifce grammaticis tam diu immorari, non tanti effet, nifi quod ad feria ducant, & voces illas, Urim & Thummim, equuleum fæpe pati, & in fenfum alienum torqueri videam. Inter eos vero, vulgatum Interpretem, & ftrenuos illius affertores, Pontificios, voces illæ non immerito vis illatæ poftulare poffint; dum per *Veritatem* & *Doctrinam*, fibilantibus pene Magiftrorum pueris, eas interpretantur. Utcunque verfionis hujufce zelo ufque eo flagravit *Bellarminus*, quod afferere non dubitaverit, *plus tribuendum effe Hieronymo, qui* doctrinam *vertit &* veritatem, *&* τοῖς LXX *qui verterunt* δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν, *quam Judæis & Judaizantibus*. Sed inftituti recordatio aurem vellit.

CUM jam nominum eorum fignificationes veras & ex ipfo fonte hauftas habeamus, nodus ille vindice non indignus occurrit, cur Deo Pectoralis ἀγάλματα titulis illis *Urim* & *Thummim*, infignire vifum eft?

SECT. II.

Quorundam fententiæ de nominum ratione ad examen vocantur.

CUM de oraculis divinis viva voce traditis Ecclefia tantum Judaica gloriari potuerit, obvium eft exiftimare, Judæos de Oraculo noftro, utpote prima gentis fuæ gloria, attentius paulo cogitaffe, & intimiorem illius cognitionem, traditione fideli vel altiore Scripturarum indagine fibi comparaffe. Cum itaque dubium variis opinionibus perplexum & involutum animos noftros jam exerceat, par eft ut refponfum a tripode Judæorum expectemus, & primo ad eorum fenfum de harum appellationum ratione mentes attendamus. Sententiæ tres:

SENTIUNT autem eorum doctores Talmudici, & cum iis nec pauca nec obfcura Talmudiftarum,

a In *Jef.* 24. 15. b *Hiftor. Ur. & Thum.* cap. 2. c *Exod.* 28. 30. d *Deut.* 33. 8.
e *Ezr.* 2. 63. f Deducta fcil. ab אור *luxit, illuxit*. g *Ephef.* 5. 13.

Sect. II. capita, ſacra illa pectoralis inſtrumenta, vel indicationes divinas eorum miniſterio factas, ideo אורים id eſt, *lumina*, dicta fuiſſe, שהן מאירין לישראל *quod illuminarent Iſraelem:* hoc eſt, populus in rebus obſcuris & humana conſilia ſuperantibus, inde lucem peteret, & reſponſum divinum, veluti doctorum dubitantium freqoenter acciperet: תמים vero vel *perfectiones*, שהן מתימין לפניהם את הדרך *quia coram illis perficerent viam ſuam:* hoc eſt (ni me voces obſcuræ ludant) Iſraelitis, quaſi in bivio ſæpius hærentibus, viam illam rectam & tutam quam inite debebant, indicarent. [a] Paraphraſis illa *Jonathanem* Chaldæum opinione huic non multum diſſimili ductum fuiſſe, probat: &c. ותתן בחשן דינא ית אוריא *& indes in pectorale judicii* Urim, *qua illuminant verba ipſorum, & revelant occulta domus filiorum Iſraelis: &* Thummim, *qua perficiunt operibus ſuis ſacerdotem magnum, qui per ea quarit doctrinam a Domino.*

At certe fides hiſce Judæorum Magiſtellis, fumum ſæpe vendentibus, non niſi lente admodum & fidejuſſore aliquo aſtante tribuenda eſt. Eorum enim omnia pene fabulis anilibus & figmentis audacibus ſcatere, ante multa ſecula prudens ſcienſque pronunciavit [b] *Origenes*. In eorum claſſe nominum horum rationes a Talmudicis aſſignatas ponere non dubiremus: nam,

(1°.) Nihil habet affine vero, Deum tam operoſe nihil agere voluiſſe (adſit reverentia verbis) ut tam ſpecioſa & ſignificationis tam amplæ nomina Pectoralis organis aut reſponſis impertiret, quo rem tam vulgarem & cuivis e poſtrema plebe perſpectam indicaret; quod ſcilicet Oraculum Ejus conſulentes illuminaret, & viam rectam inire doceret: quaſi legis divinæ typi & figuræ, ad inſtar hieroglyphicorum Ægypti, multa cum pompa & negotio, & per ſpeciem myſterii alicujus ſacratioris, rem aliquam lippis & tonſoribus notam ſignificarent.

(2°.) Constat e [c] Scriptura, Deum inclyta illa Pectoralis ornamenta nominibus illis *Urim* & *Thummim* affeciſſe, cum ea in Pectorali nondum poſuiſſet Moſes, vel inde lumen mentis & *via ſua perficienda* rationes accepiſſet Populus.

(3°.) Nomen illud Thummim plane redundans foret & otioſum, ſi quid ſani ineſſet rationi nominum a Talmudiſtis redditæ. Quid enim opus eſſet, monere, Iſraelitas *viam ſuam* juxta Oraculi reſponſa *perfeciſſe;* cum neceſſario ſupponendum ſit, Deum eo tantum fine lumen inde præbuiſſe, & populum eo tantum animo illud petiiſſe, ut in viam rectam tutamque dirigerentur?

(4°.) Hypothesis Talmudica nominum eorum nec formam nec ſenſum explicat. Nam ſi nomina illa pectoralis organis ideo tantum imponerentur, quod Iſraelitæ *mentis lumen* & *via ſua perfectionem* ab Oraculo pectoralis peterent; nulla conſtat ratio cur Deus vocibus pluralibus, quarum una abſtracta eſt, *ignes* altera ſignificat, ad rem tam tritam & vocum earum ſenſui formæque grammaticali parum conſentaneam denotandam uteretur.

(5°.) Sententiæ Talmudicæ forma ſatis illius materiam vanitatis arguere cenſeatur. Cujus enim aures non lædunt duriores iſtæ & ſoni male grati voces, *quia coram illis perficiebant viam ſuam?* Cui non videntur ultima & miſera effugia hominum ab ignorantiæ opprobrio ſeſe vindicate laborantium? Quid eſt quod ſententiam ſuam verbis tam incerti ſenſus & captum peoe ſugientibus involvunt, niſi ut ipſi (more ſepiarum, aquas colore fuſco tingentium) non irretiti elabantur; & homines non mali, ſe myſterii divini *Junonem* in ea craſſiore verborum nube amplexari credant?

Cum itaque in hac Talmudicorum ſententia nec δήλωσιν nec ἀλήθειαν invenire poſſimus, eam non immeritn rejiciamus.

Interpretum vulgarium, Proximum eſt, ut opinionem illam de nominum eorum ratiooe, quæ tot ſeculorum fidem ſecura tenuit, in medium feramus, & in ſtatera rationis expendamus. Quamplurimi ſcilicet exiſtimarunt, nomina illa Urim & Thummim pectoralis organis adhæſiſſe, quod reſponſa inde data, *lucida* & *perfecta*, id eſt, perſpicua & indubitate vera fueriot: unde Dei oracula a Diaboli reſponſis clare diſtinguerentur, quæ verbis ſæpe falſis, ſemper ambiguis & obſcuris, involvebanrur. Hanc autem de nominum ratione ſeotentiam veterum quorundam animis penitus inſediſſe, ſatis teſtantur eorum monumenta. Nam [d] *Sirachides* oroameota Pontificis enumerans, pectoris ſui nitorem depingit, verbis hanc nominum eorum rationem ratam facientibus: dicens, *induiſti eum pectorali judicii*, δήλοις ἀληθείας *& manifeſtationibus veritatis*. Samaritanus etiam

a *Par.* in *Exod.* 28. v. 30. b Ἔστιν ἀληθῶς ἰδεῖν, πάντα μὲν τὰ Ἰουδαίων τῶν νῦν μύθους καὶ λήρους l. 2. *cont. Celſ.* p. 60. c *Exod.* 28. 30. d Cap. 45. 17.

voces

voces eas *elucidationes & perfectiones* reddit: Arabs, *dilucidationes & certitudines*: Syrus. *lucidum & perfectum*: LXX Urim & Thummim δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν vocant: *Aquila* & *Theodotion* ea per φωτισμοὺς καὶ τελειώσεις interpretantur. Ideo vero interpretes illi aliique tot passibus a veritate Hebraica recesserunt, & voces eas a sensu suo nativo detorserunt; quod pectoralis Oraculum δηλώσεως faciendæ & ἀληθείας docendæ virtute præditum fuisse, & inde tantum ea nomina accepisse, pro certo habuere. SECT. II.

NIL opus est autem ut multis contendam argumentis, ad opinionis hujusce famam & fidem minuendam. Nam clare liquet, titulos illos, Urim & Thummim (si juxta genuinam vocum significationem interpretemur) nec oraculis editis, nec instrumentis edendi, convenire posse. Norunt enim omnes, qui literaturam Hebraicam a primo limine salutarunt, Urim non tam *lumina* quam *ignes* notare; & Thummim non *veritatem*, eam nempe quam opinionis hujusce patroni intelligunt, sed *perfectiones* significare. Patet itaque voces eas, nec de lapidibus pectoralis, nec oraculis inde datis, nec rebus aliis præter eas quas statim dicemus, intelligi posse; nisi quis eas a sensu suo nativo atque obvio, ut hominum placitis inserviant, vel invitas trahat. Neque hæc sententia testimoniis jam dictis inniti potest: quivis enim Græcorum filiolus intelligit, δήλοις ἀληθείας, *manifestationibus veritatis* minime significare, adeoque *Sirachidem* voces eas, a LXX mutuatas, ad hunc sensum efficiendum non adeo scite conjunxisse. LXX quod attinet, apertum est, eos voces eas tantum ad claritatem & veriattem ejusdem Oraculi notandam non usurpasse; quod δήλοι, numeri pluralis, & generis tantum masculini vocabulum cum ἀλήθεια, voce singulari simul & fœminina, [a] quandoque sociarint. Non est enim vel simile vero, LXX rei ejusdem proprietates, nulla cogente necessitate, vocibus affinitate nulla conjunctis exprimere voluisse.

HÆC forte secum perpendens Cl. noster [1] *Medus* alia sibi vitula arandum censuit, ut horum nominum ænigmata solverer, rationes obscuriores explicaret. Ille nempe, postquam varias doctorum sententias de Oraculi hujusce natura & tradendi ratione recensuisset, quid sibi visum esset paucis expedit, quæ sic e lingua patria in latinam transfero. D. Medi.
" Si quid ipse sentiam, effari licuerit; dixerim, Urim & Thummim duplicis generis
" Oraculum fuisse, & usui duplici serviisse: & quod Urim Oraculum illud fuerit vel
" Oraculi pars, qua Deus responsa dedit, in arduis & dubiis vitæ casibus illum con-
" sulentibus. *Urim* autem vel *Lumina* ideo dicebatur, quoniam sicut ignorantia quæ-
" dam quasi mentis tenebræ, ita quælibet scientia quædam illustrationis vel illuminatio-
" nis species sit: unde & quod scientiam illam affert, lumen merito appelletur, quod
" mentis tenebras pellat. *Thummim* vero Oraculum illud vel medium erat, quo Sa-
" cerdos Summus certior factus erat an Deus immolatam hostiam æqui bonique consu-
" fulceret necne. Ideo vero *Thummim* nomen habuit, id est, *integritates* vel *perfe-*
" *ctiones*, quod illi quorum sacrificia Deo grata fuere, *Thummim*, id est, *Justi* &
" *Perfecti*, in conspectu Dei habiti sint.—Sine dubio enim Patriarchis & Ecclesiæ
" sub lege medium aliquod ordinarium erat quo cognoscerent, quando Deus eorum
" sacrificia grata & accepta haberet, &c.

MODO hisce omnibus ad examen vocandis impensius incumberem, male metuo ne læsæ nimis patientiæ actionem mihi Lector intenderet; cum opinio illa de origine nominis *Thummim* (quod salva tanti nominis reverentia dictum velim) conjectura debili nitatur, nec minima Scripturæ vel Rationis umbra protegatur. Nam Deum quandoque per ἐμπυρισμῶν, nunquam per Oraculum, favoris sui testimonium sacrificiis præbuisse legimus: nec opus erat oraculo cœlitus emisso, quod personam sacrificantem singularem apud Deum gratiam iniisse, aut sacrificium ei gratum fuisse testaretur; cum præsto semper essent personæ & sacrificii apud Deum accepti characteres in Lege traditi, non minus fida, ubi aderant, favoris divini testimonia. Deinde: si Oraculum aliquod, lætus hujus arcani nuncius, ævis antiquissimis extitisset, illud potius clariore τοῦ URIM nomine notari meruit; cum homines inde *vultus* divini *lucem super* eos *elevatam* intelligerent, & inde gratiæ divinæ testimonia tam clara peterent. Nec ad optimi viri sententiam suffulciendam sat virium habet observatio illa, quod cum de Deo per Ephod consulendo in Scripturis agatur, de Urim solummodo fiat mentio: illius enim rei rationes ab ipsa τοῦ Urim natura petitas jam dedi antea; nec ut eas denuo repetam Lectorum quorundam fastidia patientur.

a Δότε δήλους αὐτοῦ, καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ· LXX in *Deut.* 33. 8.

1 Vid. pag. 982.

SECT. III. MULTIS aliis argumentis, hanc & alias opiniones de nominum ratione refutare possem: ea vero missa facio, quod ea sit victrix evidentia veritatis, quod nuda sua præsentia, lucis ad morem erroris tenebras fugare soleat; & quod hoc sit earum omnium πρῶτον ψεῦδος, quod hæc nomina Pectoralis insttumentis, cum respectu tantum ad oracula inde data tribuerentur. Ut itaque sententias omnes, de nominum eorum ratione, facili conatn reprehendam; luculenter ostendam, eorum rationes non adeo e trivio petendas esse, Deumque majora longe in consiliis habuisse, quam vulgus hominum sentit, cum misso veteri vocabulo *Theraphim*, Urim in illius locum supposuerit. Ne vero Lectori, veras nominum eorum rationes avide forsan expetenti, ambagibus hisce bilem aut nauseam moveam; sententiam cui animum addixi meum jam paucis exprimam.

SECT. III.

Rationes nominis URIM *primariæ proponuntur.*

Rationes duæ: NI Veritas mihi parum propitia fnerit, Deus ob duplicis generis rationes, Primarias & Secundarias, Pectoralis instrumenta titulis illis, Urim & Thummim, insigniri voluit. Rationes illas quo distinctius exequar, a nomine *Urim*, cui Scriptura locum primum reservare solet, initium capiam. Hujus autem appellationis pectoralis Oraculo datæ rationes, quas Primarias voco, duas assignandas existimavi.

Prima: EARUM prima sic se habet: URIM nomen erat quod Angelis, & proinde Pectoralis instrumento, unde Angeli Dei nomine & vice respondebant, aptissime conveniebat. Ne Lectori meo verba jam dedisse videar, tribus hisce Thesibus, e quibus ratio illa conflata est, fidem conciliare conabor.

Tribus thesibus comprehensa. (1°.) NOMEN Urim, quocunque sensu capiatur, Angelis apprime conveniens erat & accommodatum.

(2°.) ANGELI e Pectoralis instrumento, Dei nomine respnnsa Pontifici consulenti præbuerunt.

(3°.) REI hujusce causa, fatidicum Pectoralis organum appellationem illam Angelicam, Urim, sortitum fuit.

A THESI prima telam ordior: *Nomen* Urim, *quocunque sensu capiamus, Angelis apprime conveniens erat & accommodatum.* Nil opus est, ut Thesis illa multum nobis negotii faciat, cum satis in propatulo sit, nomen Urim Angelorum naturam feliciter explicare, eique concinne convenire; sive pro *luminibus*, sive pro φωτίζουσι vel *illuminantibus*, sive pro *ignibus*, illud accipiamus. Sunt enim Angeli (modo Urim *lumina* reddamus) primogeniti lucis filii, ἄγγελοι φωτὸς, primarii secundum sacram Triadem lucis inaccessæ incolæ, *stellæ matutinæ*, quarum societati *Lucifer* olim ascriptus erat. Sunt etiam φωτίζοντες illi, quorum ministerio Mundus scientiæ divinæ & [a] humanæ lumen acceptum debuit, quorum etiam opera vicaria Deus responsa dedit & Oraculum suum consulentes illuminavit. Si vero per *ignes* vocem *Urim* interpretemur, titulus ille cœlesti Hierarchiæ non minns apte congruat & affigatur. Nam,

(1°.) TITULUS ille aliquid conjunctum habet & consentiens cum aliis epithetis & symbnlis quibus Angeli passim in Scriptura descripti veniunt. Eos enim Deus [b] *ignem* [c] *flammantem* fecisse dicitur: hæc autem verba mentem & sensum vocis *Urim*, ignes urentes aut flammantes denotantis, adamussim exprimunt. Atque huc forsan allusum est in Novo Testamento: nam uno in loco Deus, [d] *cum sanctis Angelis*, alio vero, [e] ἐν φλογὶ πυρὸς, ad mundom judicandum venire dicitur. Sed ad institutum redeo: appellantur etiam Angeli שרפים עמדים *Urentes illi qui stant coram Deo*, Jes. 6. 2. & אבני אש *lapides ignei*, Ezec. 28. 14. nisi hic Veterum quorundam errore mihi errare contigerit. Sæpius etiam in sacris oraculis, *ignis* Angelorum symbolum & figura statuitur: nempe primo, *Revel.* 4. 5. Vidi *septem lampades ardentes coram throno, quæ sunt septem spiritus Dei:* nam ibi, per *septem*, utpote numerum propheticum, vel omnes Angeli, vel saltem שרים המלאכים *principes primarii* qui dicuntur *Dan.* 10. intelligendi sunt. Deinde: cum opus illud arduum Judæis incumberet, ut Templum integritati pristinæ restituerent; Angeli operis tam sacri præsides, per [f] *septem aurei can-*

a Οὗτός ἐστι, *scil. Christus*, ὁ δοὺς καὶ τοῖς Ἕλλησι τὴν φιλοσοφίαν διὰ τῶν ὑποδεεστέρων ἀγγέλων. *Clem. Alex. Strom.* 7. p. 832. b *Psal.* 104. 4. c *Bene, nam ibi LXX.* πῦρ φλέγον, *& Symmachus* φλόγα πυρὸς, *habent.* d *Mat.* 16. 27. e 2 *Thes.* 1. 8. f *Zachar.* 4. 2, 10.

delabri

delabri lampades repræsentabantur. Sed & *fluvium* illum *igneum* apud Danielem, [a] *Jachiades* Ordinis Angelici figuram esse contendit, sic textum explicans, והוא עולם המלאכים וגו' *Iste* fluvius scilicet igneus, *est mundus Angelorum, qui thronum portant & ministrant Deo.* SECT. III.

(2°.) ANGELI sub antiquiora mundi secula, specie ignea conspiciendos & alloquendos hominibus se plerumque præbuere. Nam Cherubim, custodes Paradisi, sub imagine [b] *flammantis gladii* Adamo & Evæ repræsentabantur. Animalia illa in *Ezechielis* visione, imagines Angelorum habita, dicuntur aspectum præbuisse, [c] *veluti prunarum ignis ardentium*, & [d] *abiisse & rediisse secundum aspectum fulguris*. De Angelo etiam qui Danieli apparuit, dicitur, quod [e] *facies ejus* esset *velut aspectus fulguris, & oculi ejus ut lampades ignis*. Elishæ etiam Angeli sui tutelares sub forma [f] *curruum & equorum igneorum*, se illi conspiciendos obtulere. Formam eandem Exercitus illi cœlestes [g] Eliæ visi induebant. Splendor ignis cujusdam imperiosi & terrorem inferentis effulsit ab Angelo utrique [h] *Maria* viso. Nam, inquit textus, ἦν ἡ ἰδέα αὐτῦ ὡς ἀστραπή Alia apparitionum Angelicarum exempla, dictis affinia, in Veteris præcipue Test. scriptis, se passim legenti dabunt. Nam species illæ flammeæ, ad animos percellendos aptæ, non tantum naturæ Angelicæ sed & Oeconomiæ Mosaicæ, quæ ad terrorem & *pædagogi* tristitiam tota componebatur, magis consonæ fuerunt & accommodatæ.

(3°.) ANGELUS aliquis e Pectoralis Oraculo, Dei consilia & mandata omnia (quod statim ostendo) Pontifici consulenti declaravit. At e scripturis Angelorum antiquitus apparentium formas referentibus apparet, Angelos, cum Dei personam nomenque tulerint, aut Ejus responsa dederint, hominibus flammea quadam specie plurimum apparuisse. Nam Angelus ille, *Jehova* titulo donatus, quem Deus populi ducem statuisset, in [i] *columna ignea* deliruisse dicitur. Atque eo spectare videntur [k] *Isaia* illa: *Et creabit Dominus super convocationes Ejus nubem per diem, & splendorem ignis flammantis per noctem.* Cœlestem illum Legatum, qui Mosem Dei nomine allocutus est, Scriptura ἐν φλογὶ πυρὸς, *in flamma ignis* ei apparuisse dicit. Angelus etiam, cujus ministerio Deus legem e Sinai dedit, & quem nominis sui dignitate cohonestavit, speciem tantum flammeam populo spectanti obtulit. Hinc & φλὸξ νομοθετοῦσα, *flamma legifera*, cum plurimis aliis quibus Hebræorum natio inclaruit miris, a [l] Concilio *Nicæno* numeratur. Ignearum earum formarum, quas Angeli, Dei consilia referentes, hominum oculis antiquitus objecere, famam ad ethnicos tandem permanasse, ex oraculo illo *Chaldaico* apud *Psellum* intelligamus: Ἡνίκα βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὔιερον πῦρ — λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλου κατὰ βένθεα κόσμου, — κλῦθι πυρὸς φωνήν i. e. *Quando videris absque forma sacrosanctum ignem, lucentem exultando totum per mundi profunda, Audi ignis vocem.* Ubi agit *oraculum*, ni fallat Psellus, *de divino igne a plurimis hominibus sacris conspecto*, a Mose nempe in rubo, & Elia in cœlum rapto, aliisque. Cum itaque (ut institutum repetam) Angeli Dei personam sibi impositam sustinentes, sub augusta ignis flammantis forma se videndos dederint, ut Dei, cujus locum pro tempore tenuere, naturam eximiam decore & concinne redderent; & certum sit Angelos, Dei vicem gerentes, e Pectoralis Oraculo responsa reddidisse; perspicuum est, nomen illud URIM, *ignem flammantem* notans, Angelis, saltem prout Oraculi divini Ministris, apposite convenire.

(4°.) TITULUS ille *Urim* conceptum & imaginem naturæ Angelicæ perfectissimam forte cujus, corporis fæcibus immersi, capaces sumus, mentibus nostris ingerit. Nam igne, flammante præsertim, nihil simplicius, splendidius nihil, nihil a crassa & vili rerum aliarum sorte remotius, aut figuræ determinatæ magis expers, nihil corporum cœlestium conditionem propiore affinitate attingens, nihil agendi facultate nobiliore pollens, capit hæc mortalium regio. Unde quispiam intelligat, quam intimo consensu ignis flammantis & Angelorum naturæ sibi mutuo devinctæ sint, & quam vividam naturæ Angelicæ imaginem ignes flammantes animo repræsentent. Ideoque res nullas, quibus nomen *Urim* tam commode quam Angelis tribui, aut de quibus majore cum veri specie intelligi queat, in tota rerum compage reperire licet.

VETERUM Judæorum, Christianorum, & Gentilium, suffragio affirmatum est titulum *Urim* naturam Angelicam feliciter exprimere, & cum ea maxime consentire.

a *Comment.* in *Dan.* 7. 10. b *Genes.* 3. 24. c Cap. 1. 13. d V. 14. e *Dan.* 10. 6. f 2 *Reg.* 6. 17. g 2 *Reg.* 2. 11. h *Mat.* 28. 3. i *Exod.* 14. 19, 24. k Cap. 4. 5. l P. 1. l. 1. c. 4.

SECT. III. Veteres enim Judæi fenfiffe videntur, Angelos qua bonos qua malos ita effe fpiritus, ut non fint prorfus immateriati, fed ex materia quadam [a] ignea conftare. Hujus fententiæ veftigia quædam evanida percipiamus in [b] *Efdra* fcriptis, ubi nomine Οὐριὴλ, i. e. *Ignis* vel *Lumina Dei*, unus e cœleftibus illis incolis notatus venit & in fragmento illo vetuftiffimo *libri Enoch* (eum enim titulum præfert) a *Scaligero* & *Kirchero* in lucem miffo, ubi Οὐριὴλ in Archangelorum fortem & focietatem evehitur, & primus ante omnes ad Lamechi filium miffus dicitur. Eadem opinio forfan *Chald. Paraphr.* mentem imbuit, qui verba illa, [c] *currus Dei viginti millia*, de Angelis dicta, io hunc modum interpretatur; *currus Dei dua myriades ignis ardentis.* Et vero proximum eft, *Mohammedem* fidem eandem a Judæo illo quo præceptore ufus eft haufiffe, & in *Alcoranum* fuum tranfcripfiffe. Ait enim, [d] *Deum revelaffe Angelis hominis de luto formationem, & ftatim atque anima fua portionem ei infufflaffet, omnes Angelos præter Belzebub, Deo ita jubente, hominem adoraffe: Deum autem Diabolum interrogaffe, cur opus manuum fuarum adorare recufaret? quia, inquit, eum de luto cœnoque nigro, me vero ex igne creafti.* Crambem illam recoquit, *Surat.* 37. Chriftianos aliquos antiquos ab eadem opinione non multum abfuiffe patet: nam [e] *Severinus* Angelos ignes effe, his verbis afferit: ὁ γὰρ μόνον τοῦτο τὸ πῦρ ἐστιν, ἀλλὰ καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις πῦρ εἰσι· καὶ συγγενὲς ἐστι τὸ ἄνω πῦρ τούτῳ τῷ παρ' ἡμῖν Hifce confentaneum eft quod [f] Auctor modo laudatus habet: poftquam enim dixiffet, *Geniorum corpora* מן האש והאויר *ex igne vel aere conflant Hebræi, abutentes* [g] *Pfalmi verbis*, faciens Angelos fuos fpiritus, miniftros ejus flammam ignis; hæc addit: *quæ Dionyfius, Nazianzenus, Bafilius* (lib. *de Spiritu S. ad Amphilochium*, Cap. 16.) *pariter exponunt. Idem etiam fenferunt, S. Juftinus, Tatianus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Origenes aliique, Ordinibus cæleftibus ignea corpora tribuentes.* Eidem opinioni mentes addixere nonnulli e Gentilium fcholis: nam *Plato* Genios aut Deos fuos fuperiores [Angelos malos] [h] *ignes* effe decrevit, eofque Θεοὺς πυρίνους indigitavit. Iis σώματα ἐμπύρια *corpora ignea* donavit *Proclus*, ut alios ex eo grege taceam.

NON eft neceffe (fi quid ipfe video) ut pluribus utar argumentis, ad probandum, Angelos totam nominis hujus *Urim* latitudinem explere, eique exacte refpondere.

Thef. 2a. SECUNDA Thefis hujufmodi erat: *Angelus aliquis, Dei nomen & perfonam ferens, e Pectoralis Oraculo pontifici confulenti refpondere folebat.* Neque eft, quod me capitis proprii vifionem, & machinam aliquam, ne caufa mea ruinam agat, excogitatam, proferre jam fentiat quifpiam. In hanc enim fententiam gradu preffo, non caufæ ftudio fed rationis evidentia motus, veni. Nam,

(1°.) Ex iis quæ dixi modo manifeftum eft, Pontificem refponfa per Urim data, non per figna quædam lubrica, ænigmate & involucro plena, fed voces diftinctas captu & auditu facillimas accepiffe. Cum itaque voces, non figna vel nutus miraculofi, mentis divinæ interpretes effent, fuadet ratio ut eas Angelorum virtute formatas exiftimemus. Eorum enim tam frequente minifterio in negotiis aliis transfigendis ufus eft Deus, quod *Maimonides* fidens [i] afferuit, *non invenies Deum ullum opus feciffe, nifi per manus alicujus Angeli.* Atque inde factum eft forfan, quod, ubi Jehovah quicquam facere dicitur, ab interprete Arabico *Angelus Domini* loco *Jehova* fubftituatur; quod nempe Jehovah beneplacita & mandata fua per Angelos actores & miniftros intermedios exequatur. Sed utut hæc res fit, Communis *erat* Hebræorum veterum *opinio, Deum non loqui nifi Angelorum minifterio;* prout nos docet *Grotius* in textum illum *S. Johannis*, 12. 29. ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν.

(2°.) PERSPICUUM eft, & apud omnes in confeffo ponitur, Angelos malos e Gentilium Theraphim refponfa, originis divinæ fpecie fucata, fæpe tradidiffe. Ex iis etiam quæ Capite tertio dixi probabiliter intelligitur, imagines quafdam titulum eundem præferentes inter antiquiffimos Dei cultores locum & honorem inveniffe, & ex iis, priufquam infamiam a feculi fuperftitione traxerant, Angelos Dei quandoque refpondiffe. Eft itaque rationi confentaneum, ut Angelos ex Urim, Deo provinciam eam iis decernente, oracula profudiffe cenfeamus: præfertim cum Urim & Theraphim, nominibus, officiis, & naturis, conjunctiffima fuiffe, & Urim in locum τῶν Theraphim ceffiffe jam dicta probent.

(3°.) SUB Oeconomia Mofaica, Deus leges, cultus divini ritus, & confilia fua om-

a V. *Jacob. Windet.* de *Vit. Funct.* p. 93. b Lib. 2. cap. 5. 20. c *Pfal.* 68. 17. d *Surat.* 15. e *Orat.* 1. de *creat. Mundi.* f *Windet.* ub. fupr. p. 93. g *Pfal.* 104. 4. h *Auctor. Laert.* in *Plat. & Ariftot.* i *Mor. Neb.* P. 2. cap. 6.

nia,

nia, per vicarium Angeli ministerium populo patefecit. Legem tradidit, non αὐτὸς, sed per manum Angeli internuocii suo nomine agentis, adeoque [a] nomine suo compellati. Ita testatur *S. Stephanus*, *Act.* 7. 38. ita *S. Paulus*, ad *Gal.* 3. 19. & ad *Hebræos*, 2. 2. juxta receptam forte veterum Judæorum fidem. Hanc conjecturam speciosam reddunt [b] *Josephi* verba: ἡμῶν δὲ τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ ὁσιώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθόντων· i. e. *Nos honestissima sanctissimaque Legis præcepta per Angelos a Deo accepimus.* Prophetas etiam visiones & propherias eotum omnes a spiritibus hisce sibi familiaribus aceepisse, eommunem Hebræorum & Christianorum fidem obtinet. Hujus rei confirmationem petat Lector a [c] *D. Thoma*, [d] *Maimonide*, [e] *Vorstio*, [f] *Smitho* nostro, & doctoribus Judaicis quos ipse testes advocat. Non parum etiam jam dicta firmat, ipsa Dispensationis illius humilioris ratio: erat enim Lex tota διαταγεὶς δι' ἀγγέλων [g] *ordinata per Angelos*, & a Deo [h] εἰς διαταγὰς ἀγγέλων *in Angelorum ordinationes* tradebatur; & hoc ab Evangelica Oeconomia [i] differebat, quod ea Christum solummodo nuncium habuerit & dispensatorem. Ut itaque ad rem præseotem paulo propius accedam: Si Deus νόμον βασιλικὸν Israelitis, si cœli arcana Prophetis, si prima eultus sui rudimenta Patriarchis, & eonsilia sua varia viris pietate clatis, [k] non nisi per vicarias & intermedias Angelotum manus tradere dignatus fuerit; haud æquum est opinari, Summam Cœli Majestatem exiguis seeuli præsentis rebus immediate adesse, eumque qui de aureo vellere per Legatos tantum loeutus est, de lana quasi caprina per seipsum respondere voluisse.

(4°.) Nisi Angeli Pontifici Oraeulum ejus eonsulenti præsto fuissent, & illius quasi nutum observassent, ptimum Christi decus & gloriam, in tota rerum cœlestium sciagraphia quam Lex Mosis exhibet, ne rudioribus umbellis depictam inveniamus. Obsequium illud paratissimum quod Angeli Domino nostro in terris ageoti deferebant, & frequentes eorum apparitiones ad illius dignitatem eximiam, velamine carnis obtectam, afferendam; inter primos Christi, dum humilis in terris agebat, honores non immerito numeremus. Ideoque Chtistus ipse, ut opinionibus præjudicatis occurreret, propter natales ejus obscuriores & rem angustam, Discipulorum suorum animis inhærentibus; eos *cæli angelos super Filium hominis ascendentes & descendentes visuros* [l] ptænunciat. Et certe Aogelos vere & proprie (non typice tantum & umbratice, prout in Jacobi somniantis seala) super Christum ascendisse & descendisse, nulli dubiom esse potest. cum toties Ei minisstatint. Nec minus a quæstione omni remotum est, Christum efficere potuisse, ut discipuli sui spectaculum tam divinum oculis suis contrectareot. Vidit enim Elisæi famulus exercitum Angelieum, Stephanus cœlum apertum, & Christum a Dei dextris; Jesaias, Ezechiel, & Daniel, *Seraphim* & *Cherubim* sibi advolantes eonspexere. Christo autem hoc futurum affirmanti tuto credamus, quamvis disertam ejus rei historiam (neque enim omnia de Christo scriptis traduntur) desideremus. Cum itaque ea Angelorum obsequia Messiæ tam frequenter præstita, inter gloriosa Majestatis suæ insignia & testimonia primas habeant; Ratio exigit ut Sacerdotem Summum umbram aliquam propheticam honoris & dignitatis tam eximiæ gessisse, & ptoinde Angelos super Pontifieem quandoque ascendisse & descendisse censeamus. Et sane Judæi sagaciores Sacerdotem primarium, tot ornamentis & singulari muneris sanctitate conspicuum, tanquam imaginem & speculum luculentum a Deo constitutum aeeeperuot, in quo prima Messiæ decora & sacratiora Majestatis suæ exempla expressa eontemplari possent.

(5°.) Non plane otiosum erit ohservate, Gentilium etiam doctores ad δαίμονας quos nuncupant, χρησμοὺς sive oracula sua omnia retulisse. Nam [m] *Plutarchus*, postquam ἁγνοὺς δαίμονας καὶ φύλακας ἀνθρώπων, *bonos quosdam, castos, hominumque custodes*, *Genios* esse docuisset; addit, Πλάτων ἑρμηνευτικὸν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζει γένος καὶ διακονικὸν ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, εὐχὰς μὲν ἐκεῖ καὶ δεήσεις ἀνθρώπων ἀναπέμποντας, ἐκεῖθεν δὲ μαντεῖα δεῦρο καὶ δόσεις ἀγαθῶν φέροντας. i. e. *Plato hoc genus inter Deos atque homines, interpretum administrorumque fungi muneribus ait: quia ab hominibus vota precesque ad Deos perferunt, a Diis ad homines oracula & dona bonarum rerum.* Eidem sententiæ animum adjunxit *Plutarchus* ipse, libro eui titulum dedit, *De Oraculis quæ defecerunt*; ubi inquit, τὸ μὲν ἐφεστάναι τοῖς χρηστηρίοις, μὴ θεοὺς, &c. *Præsidere quidem Oraculis, non Deos: quos a locis terrenis de-*

a V. *Grot. explicat. Exod.* 20. v. 1. b *Antiquit.* l. 15. c. 5. p. 674. 30 c *Sum.* p. 1. q. 111. *Artic.* 1. d *Mor. Neb.* P. 2. c. 41. & P. 3. c. 45. e In *Maim.* de *fund. leg.* c. 7. f *Tract.* de *Prophet.* cap. 5. g *Gal.* 3. 19. h *Act.* 7. 53. i *Hebr.* 2. 2, 3. k V. *Lud.* de *Tena* in Cap. 1. ad *Hebr.* l *S. Jo.* cap. 1. v. 52. m De *Isid.* p. 361. C

SECT. III. *cet, expeditos esse, sed Dæmonas, Deorum ministros, haud male mihi dici posse videtur*, &c. Quæ quidem omnia, de Angelis, mutato tantum nomine uno & altero, narrari possunt: nec abest a veri specie, Græcos e veterum Judæorum scriptis aut scholis ea furtim accepisse, & novis quibusdam formis & nominibus, more furum, impressisse; ne quis eos de bonis non suis gloriari crederet.

Thes. 3. TERTIO: probandum superest, *Divinandi instrumentum in Pectorali positum, nomen* Urim *ab Angelis, inde voce formata respondentibus, reportasse.* Nec desunt firma satis hujusce sententiæ fulcra: Nam

(1°.) IN more erat apud Gentes omnes, antiquitate & morum cultu celebres, statuas suas sacras earum personarum titulis cohonestare, in quarum præcipue gratiam, usum, aut honorem dicatæ fuerant. Ægyptii simulachra sua non animalium eorum nomine, quorum figuras imitabantur, distinguere solebant; Sed *Apin, Anubin*, aut *Isidem*, quorum honori inscripta fuerant, ea vulgo nuncupabant. Statuæ etiam, quas Chaldæi aliique Dominis suis tutelaribus consecrabant, nomine *Baalim* decoratæ sunt: ideoque textum [a] illum, *res Jehovæ sacratas fecerunt in Baalim*, nonnulli de statuis vel idolis ex auro vel argento Jehovæ sacrato formatis, & nomine *Baalim* insignitis, interpretantur. Apud Romanos etiam, teste S. [b] *Augustino, unumquodque Junonis simulacrum Juno vulgo vocabatur:* & morem eum Romanum sapiunt illa [c] *Apuleii* verba, *lapis Parius in Dianam factus.* Gentilium more, Christiani tandem τὰ ἱερὰ σύμβολα τε καὶ ἐκτυπώματα (uti vocat Photius) *sacra sua symbola & imagines*, nominibus ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης, *non a viliore earum materia* mutatis appellare consueverunt; sed religiosum piumque duxerunt, ut ab ipsis eorum [d] Archetypis, Christo vel Apostolis, ὧν τε μετέχει, καὶ πρὸς ἃ παράγεται· ὧν τε ὑπηρετοῦσι καὶ ἀφιέρωται, *quæ participant, ad quæ traducuntur, quibus inserviunt & devoventur, denominationem sortirentur.* Cum itaque fatidica Pectoralis icuncula Angelos præsentes sistere, & tanquam symbolum eorum & χρηματιστήριον inservire crederetur; mores antiqui seculi suadebant, ut decoro illo Angelorum titulo *Urim*, non minus honoris quam distinctionis gratia in eam translato frueretur.

(2°.) LXX. vocem Urim vocabulo masculino, δήλους vel δήλων, interpretari solent. Mihi vero rationem ne quidem comminisci datum est, cur ita verterint, nisi ut Angelos indigitarent, Oraculi pontificii præsides, & voce vel luce *manifestos*, cum eorum ministerio responsa redderentur. Lex enim linguæ Græcæ, uti & Latinæ postulat, ut adjectivum sine substantivo positum sit neutrius generis, nisi forsan ad personas indigitandas usurpetur. Fateor equidem, [e] *Scaligerum*, [f] *Grotium*, aliosque notæ clarioris auctores, voces eas δήλους & δήλων, neutras existimare, easque in δῆλα, plurale neutrum, quandoque vertere. Eos autem hic a Græcorum mente devios, probat locus [g] ille *Deuteronomii*, δότε Λευὶ δήλους αὐτοῦ καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ, &c. Ubi vox masculina δήλους, voces etiam δήλους & δήλων, masculinas ostendit, nec de rebus sed personis (i. e. Angelis) intelligendas. Hoc interim obiter observare liceat: Interpretes illos vocabulum Græcum elegisse, quod Angelos, non minus obscure quam Hebraicum Urim, denotare posset. Hanc enim obscuritatem temporum eorum genius exegisse videatur.

(3°. IMAGINES in Sancto Sanctorum positas, Angelorum symbola fuisse, Angelos Dei mentem vocibus inde datis interpretari solitos, & imagines illas inde titulum Angelicum *Cherubim* obtinuisse, Doctorum suffragiis abunde confirmatur. Cum itaque quæ jam dixi manifestum faciant, Sacerdotis Summi λόγιον imaginem saltem unam continuisse, & Angelos inde voce formata respondisse; suadet Ratio, ut ei nomen *Urim* ab Angelis inde loquentibus accrevisse censeamus.

(4°.) LIQUIDIS argumentis ostendisse videar, Teraphim, Angelis intus agentibus, oracula sæpius effudisse, atque inde nomen illud Angelicum Seraphim vel Teraphim iis adhæsisse. Cum itaque Urim, munere, significationis proximitate, aliisque rationibus, cum Urim congruere, & eorum locum occupare, tot argumentis compertum habeamus; rationi convenit, ut Urim virtutem propheticam Angelis intus latentibus debuisse, & nominis illius originem a beatis illis Mentibus habuisse, censeamus.

(5°.) DIE clarius est, nomen illud Urim rei nulli in Pectorali positæ, nisi quatenus rei alterius signo vel figuræ convenire posse. At ingenium Lectoris maxime mo-

a 2 *Chron.* 24. 7. b *Quæst.* 16. in *Judic.* 2. c L. 2. de *Aur. Asin.* p. 39. d *Test. Photio Epist.* 214. e *Emendat. Temp.* p. 654. f Ad *Eccles.* 45. 12. g Cap. 33. 8.

rosi

rosi din vapulabit, priusquam rem ullam excogitare poterit, cui nomen *Urim* competat, nisi rem eam Angelorum symbolum fuisse, & titulum illum jure quasi vicario tenuisse dicat. Quamvia enim splenderent pectoralis gemmæ, nemo eautus eas *ignes* aut *lumina* nuncupavit. SECT. III.

(6°.) NISI jam dictam nominis hujusce rationem pro vera habeamus, operis petmolesti fuerit causam satis gravem assignare, cur titulua ille pluralis *Urim* icuneulæ singulari affigeretur: at hypothesi nostra data, res facilis & expedita fuerit rationes solidas & evidentia propria commendatas reddere, cur unicum oraculi tradendi instrumentum nomine multitudinis exprimeretur. Nam (1°.) non hujus tantum aut illius Angeli symbolum fuit, nec oracula per illud tradendi partes uni alicui Angelo demandatæ; sed omnibua e cœlesti τῶν *Seraphim* ordine ex æquo dieatum, & nunc hujus nunc illiua Angeli præsentia decoratum fuit: ideoque par erat ut numeri pluralis titulo, veluti usus illius communis indice inscriberetur. Nam & Ethnici ob rationem consimilem (nempe quod Diis hospitalibus consecrata esset) uni nonnnnquam imagini portatili nomen plurale *Penates* decreverunt. (2°.) Sub prima Oeconomiæ Mosaicæ tempora, crassa Hebræorum ingenia postularuot, ut Angelorum symbola vel plura essent, vel nominibus pluralibua innotescerent. Si enim Deus figuram unam & numeri singularis nomine notatam, ad existentiæ & ministerii Angelorum fidem firmaodam, eorumque memoriam celebrandam, instituisset; Gens illa forte (quæ nulla non errorum moostra facile concipiebat) eam Dei veri per eam colendi simulacrum esse, vel naturam Angelicam uoico individuo contineri, crederet. Conjecturæ meæ fiduciam aliquam afferunt illa verba Maimonidis: [a] *præcepit Deus, supra Arcam duorum Angelorum figuram facere*, Exod. 25. 18. *ad existentiam Angelorum in hominum animis confirmandam, quæ secundus est articulus sciendus post fidem existentia Dei, principiumque prophetia & legis. Quod si una tantum figura fuisset*, h. e. *unius tantum Cherubini forma, id facile errandi causam præbuisset. Existimare enim quis potuisset, ac si esset figura Dei colendi, sicut idololatræ faciunt; vel quasi unicum esset individuum, atque ita in multiplices errores induceret.* (3°.) Raro quicquam ab Angelo quovis principe dictum factumve legimus, quio & Angeli alii, ei veluti apparitores adsuerint. Hoc apparet e *Gen.* 18. 2, 13. *Luc.* 2. 9, 13. & ex collatione *Act.* 7. 38. cum *Hebr.* 1. 1. & 1 *Thes.* 4. 16. cum *Mat.* 13. 39, 41, 49. Cum itaque (quod a fide non prorsus alienum) Legatus ille cœlestis qui summi Regia mandata Pontifici deferebat, Angelos alios sibi quasi a latere habuerit; consentaneum erat, ut Pectoralis Oraculum, tot Angelorum unius ministerii societate conjunctorum gratia, nomine plurali *Urim* inscriberetur.

CUM superiua adducta manifeste probent, nomiois hujus *Urim* notionem & formam grammaticalem Angelorum naturæ, muoeri, atque ordini, quam maxime convenire; mihi non temere persuadeo, conjecturæ meæ aleam de prima oominis illiua imponendi ratione non infeliciter cecidisse. Rat. 2a. proponitur.

RATIO secunda, ni me fallat animus, hujusmodi fuit: vnx illa *Urim* quanquam sub sono dissimili, sensum unum & eundem continet, quem & vocabulum Theraphim, cui tot annorum usus honorem & pretium apud plebem fecerat. URIM enim *igues accensos* aut *flammantes* ootare, notius est quam ut probatione careat: & multis probavi supra, vocabulum THERAPHIM seculis aotiquioribus pro Seraphim [*Urentes* vel *inflammantes*] usurpatum fuisse; vel quod litera S nonnullis sonum male gratum præbere videretur, vel ut *Seraphim Angeli*, a Theraphim *simulacris Angelicis* clare discerneretur, oec hominum sermo quotidianus homonymia perpetua laboraret. Io hanc autem leotentiam de vocabuli *Theraphim* origine me consulto iturum arbitror, si nihil eo me duceret præter arctam nominum eorum affinitatem, & apertam opinionum aliarum vanitatem. Satis enim apparet, eoa omnes auram solummodo venatos fuisse, qui operam impenderunt hactenus ut aliam vocia hujus originem indagarent: & male mutuo, ne *Theraphim* significationis ignotæ vocabulum in secula habeatur, adeoque digna, quæ ad *artis*, quæ dicitur, *nigræ*, magistroa (vocum mysticarum aucupes) ablegetur; nisi docti rationi nominia Theraphim a me traditæ locum & fidem dandam senserint.

HANC antem vocum earum, Urim & Theraphim, ἰσοδυναμίαν, aliam nominis *Urim* Oraculo pectoralis imponeodi ratiooem fuisse, argumenta sequentia causam opinandi præbent. Et probatur.

PRIMO: vox *Urim* quaslibet vocabuli *Theraphim* circumstantias imitari, ejusque i-

a *Mor. Neb.* P. 3. c. 45.

Sect. III. maginem, quafi primi fui exemplaris, adamuffim exprimere videtur. Nam (1°.) Utraque nomina non nifi numero multitudinis ufurpantur, eum de inftrumentis ad oracula edenda comparatis intelligenda fint. (2°.) Scriptura raro aut nunquam τῶν *Theraphim* fine nota quadam eminentiæ præmiffa, mentionem ingerit. Ut *Gen.* 31. 34. *Furata eft Rachel* את התרפים & 2 *Reg.* 23. 24. *Tulit Jofiah* את התרפים *Zach.* 10. 2. *Quia* התרפים *locuta funt.* De *Urim* etiam loquens, & illud ejufmodi emphatico diftinctionis & excellentiæ figno dignari folet: ut *Exod.* 28. 30. *& pones* את האורים atque ita paffim. (3°.) *Theraphim* nomen fubftantivum commune eft, quanquam nominis proprii vice fungatur: idem & de *Urim* illæfa veritate dici poteft. (4°.) *Theraphim*, quamvis nominis pluralis formam ferat, vocis tantum fingularis poteftatem in Scripturis obtinet. Nam 1 *Sam.* 19. *Michol* התרפים accepiffe dicitur, hoc eft, unicum proculdubio fimulacrum, ad unius Davidis præfentiam fimulandam. *Urim* etiam, quamvis vox numeri fit, ad unicam folummodo imaginem denotandam ufurpatur; cum Pectoralis anguftiæ plures imagines, *Urim* & *Thummim* titulis infignitas, in latebris illius abfcondi minime paterentur. (5°.) Simulacra a quibus gentes refponfa petiere, fimplici τῦ *Theraphim* titulo vulgo innotuere: cum etiam de refponfo, mediante Pectoralis Oraculo, cœlitus accipiendo fermo inciderit; imaginis fimplici τῦ *Urim* nomine defignatæ mentionem in Scripturis factam effe, jam obfervatum eft. Cum itaque *Urim* antiquioris vocabuli *Theraphim* imaginem, tam claris expreffam gerat characteribus; proclive eft colligere, *Theraphim* illius prototypum fuiffe; & *Urim* ab eo, nomen, formam, & initium accepiffe.

Secundo: humiles & inculti Hebræorum animi nomen Pectoralis Oraculo tributum, quod ab antiquo *Theraphim* non multum recederet, exegiffe cenfeantur. Cum enim vulgi rudioris oculus, titulorum tantum quos res geftant, cortice hærere foleat; modo Deus nominis antiqui *Theraphim* fonum fimul & fenfum abdicaffet, eum & rem illam antiquam quam in finu, in animis, in oculis, ferebant Ifraelitæ, e medio fuftuliffe proculdubio crediddiffent. Deinde: minime probabile eft, Deum nomina obfcura adeo, & a feculi ufu tam longe diffita, Oraculo fuo dare voluiffe, ut meræ effent populi illius hebetis cruces & equulei, & ipfe Dei *interpres egeret interprete:* cum præfertim pleraque alia Legis inftituta, veluti *infirma & egena rudimenta*, ad infantiam & modulum populi, qui altiora non caperet, benignus attemperaverit.

Tertio: ratio nulla reddenda videtur, cur nomen illud Urim, *ignes flammantes* denotans, prophetico Pectoralis organo datum effet, nifi quod fenfum vocabuli antiqui *Theraphim* vel *Seraphim*, per myfticam quandam fynonymiam, haud infeliciter exprimeret. Nam fi Deus *lumina* tantum, juxta receptam opinionem, eo vocabulo intelligi voluiffet; *Orim*, vocem ad fenfum illum exprimendum natam factamque, vocabulo *Urim* fine dubio prætuliffet. Sin autem Angelorum tantum gratia, e pectorali fubinde refpondentium, Oraculum nomine *Urim* vocaretur; mihi magni Apollinis loco futurus eft, qui caufam expedire novit, cur Deus Angelos fuos fenfus tam incerti nomine, & a Scripturæ feculique ufu plurimum recedente defignari vellet.

Quarto: Si Scripturas omnes, quibus hæc duo nomina conjunctim veniunt, collatas intueamur, obvium erit obfervare, eas locum digniorem τῷ *Urim* perpetuo tribuiffe. Hujus autem nominum ordinis nunquam immutati ratio hæc una mihi videtur affignanda: *Theraphim*, a quo *Urim* initium habuit, antiquitate & famæ celebritate, fimulachrum Ægyptiacum ἀλήθεια nominatum, cui *Thummim* ortum debuit, longe fuperavit: ideoque par erat ut nomen *Urim*, eo quod e domo quafi antiquiore & celebriore genus duceret, locum principem femper obtineret. Fateor equidem in textu [a] illo unico, *fint Thummim tui & Urim tui cum viro fancto tuo*, Urim in fecundis confiftere: at eo in loco nominum ordinem præter morem Scripturæ turbavit Mofes, forfan ut oftenderet, fe non tam Urim & Thummmim, quam res eas pretii majoris, quarum umbram folummodo ferebant Urim & Thummim, Tribui Leviticæ comprecatum fuiffe. Neque tamen Mofem eo in loco ufitatum nominum ordinem turbaffe, pro re prorfus indubitata habendum arbitror. Sic enim Græci locum transferunt, δότε Λευὶ δήλους αὐτοῦ, καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ. Unde fufpicioni locus eft, exemplaria quædam antiqua fe aliter habuiffe, & Urim hic, prout alibi femper, τῷ Thummim præpofuiffe.

Quinto: argumenta capite fuperiori producta probant, Oraculum *Urim* ex inveterato refponfa per Theraphim accipiendi more, leviter immutato, principia derivaffe. Eft itaque rationi confentaneum, ut nomen *Urim* a veteri vocabulo *Theraphim* origi-

a *Deut.* 33. 8.

nem

nem accepisse, Deumque a re & nomine veteri passibus æquis abiisse crederemus. Cum enim Deus, gratia consuetudinis tot annos natæ, imaginem virtute prophetica pollentem in Pectorali reponi passus sit; tantum proculdubio valere potuit consuetudinis diu receptæ ratio, ut & nomen olim usitatum, *Theraphim*, in titulum saltem synonymum *Urim* mutatum tolerarer. Non solet enim Numen cœleste, vulgi ritu, nominibus odia infesta denunciare, cum rebus ipsis impense favet. SECT. IV.

SECT. IV.

Objecta contra rationes primarias nominis URIM *diluuntur.*

QUO minus quæ de primariis nominis illius Urim rationibus jam dixi, tanquam mentis meæ parum vigilantis somnia, risu excipiantur, aut Lectoris animus adversantium argumentis in sententias ancipites distrahatur; quatuor Objectionibus mihi necessario respondendum est.

PRIMA in hunc modum formari potest: cum *Urim* & *Theraphim* voces affines sint & pari potestate præditæ, causa nulla vel fingi potest, cur Deus vocabulo veteri *Theraphim* abdicato, cui longa dies gratiam conciliarat, novum *Urim* (vocem plane synonymam) in illius locum & vicem cooptarit. Ideoque Theraphim, antiquum imaginum oracularium titulum, primam nomini Urim ansam & occasionem administrasse, ratione prorsus adversante dixisse videar. Obj. 1.

RESPONDEO: in re facili & explicata nil opus est ut fingat quispiam. Causæ satis graves vel primis hominum cogitationibus se dabunt, cur Deus *Urim*, nomen minus tritum & vulgo notum, titulo priori surrogarit. Nam, Tollitur.

(1°.) ID factum est, quod *Theraphim* forsan nomen esset infame & periculosum: nempe ab usu inter aliquos idololatrico labem contraxerat, & populum in cultus ethnici memoriam reducere poterat: ideoque Deus (ut superstitioni, lubrico ad sui propagationem malo, occurreret) Oraculum suum nomine illo candido, auspicato, & superstitione nulla maculato, *Urim*, signari voluit. Neque novum est, ut nomina, postquam infamiæ alicujus notam subierint, in desuetudinem & contemptum abeant. Deus populi sui [a] *Baal*, ut olim, appellari noluit: quod vox illa, ad Numina fictitia sæpe traducta, [b] mali speciem præberet & occasionem. *Hellenista* (observante *Grotio* in *Mat.* 4.) *Angelos lucis noluerunt appellare Dæmonum vocabulo, sed in detestationem paganicæ superstitionis nomen id proprium esse voluerunt Spiritibus noxiis.* Norunt & pueri nomina illa, *fur, magia, Tyrannus, Missa*, &c. ptimitus non mali ominis, quod a malis hominum moribus infamiam hauserant, locum & usum primævum amisisse.

(2°.) THERAPHIM in nominum propriorum censu Mosis seculo numerabatur, & sensum simplicem & angustum ferebat: *Urim* vero vocabulum erat significationis paulo latioris, *ignes, lumina* & *illuminantes*, designans; ideoque non tantum vices *Theraphim* vel *Seraphim* supplere, sed & mysteriis, postea dicendis, felicius adumbrandis inservire potuit.

(3°.) MINIME novum est apud Hebræos, ut propria nomina in alia ejusdem aut vicini significatus immutentur. Hanc veritatem iis exemplis firmavit [c] *Grotius*, quibus Lectori facile satisfiet.

(4°.) HÆC nova nomina, Urim & Thummim, instituit Deus, forte quod mysterium saperent & vulgi captum excederent, adeoque Legis institutis majestatem & reverentiam adderent. Eo enim ingenio sunt hominum vulgus, quod Divinitatem quandam in nube & caligine expectare, & celata omnia stupida quadam veneratione accipere soleant, conculcare vero quæ præ pedibus jacent & exposita.

(5°.) VOCABULUM *Urim*, utpote purum putum Hebræum, multo magis quam *Theraphim*, quod Chaldaismi vel Syriasmi speciem & tincturam ferebat, populi Israelitici conditioni convenire videbatur. Nam populum illum Deus Nazaræum fecit, & a mundi gentibus, non moribus & privilegiis tantum, sed & linguæ Hebrææ puritate, apud se solum servata, separari voluit.

(6°.) PROUT pauci admodum fuerunt Hebræorum ritus, qui quoad eorum materiam, ex aliquo seculi more in Legem non manarint; ita ex iis longe pauciores, qui

a *Hos.* 2. 16. b *Propter ambiguitatem & verbi similitudinem, quod bene dici potest, dici* non vult Deus, *ne dum* populus *aliud loquitur, alterius recordetur, &* Baal *nominans, idolum cogitet.* S. Hieron. in loc. T. 3. col. 1251.
c *Annot. ad Mat.* 23. 35.

SECT. IV. quoad circumstantias aliquas, correctionem & alterationem insignem non subierint: ne forsan Gentibus cum Judæis necessitudo, nimia morum similitudine conflata intercedens, ingens idololatriæ malum iterum apportaret. Fatendum etiam, Deum antiquum oracula e *Theraphim* vel imagine recipiendi morem Israelitis concessisse, si substantiam spectemus, integrum, multum autem quoad circumstantias immutatum. Eatenus enim a seculi more discessit Deus, quod *Theraphim* non, ut olim, oculos vulgi subire, & ædibus privatis aut templis publicis locari, sed in Pectoralis duplo, tanquam Numen in adyto latere, voluerit: quod *Theraphim* Ejus non cuivis ex humili plebe, sed Sacerdotum principi consulenda dederit: quod ea de regni gravioribus, non vitæ communis casibus interroganda fuerint: quod denique, misso antiquiore vocabulo *Theraphim*, Urim in illius locum suffecerit. Adeo ut Israelitæ, novis his Oraculi sui circumstantiis moniti, facile percipere possent, quamvis ejusdem naturæ Theraphim consulerent adhuc, se tamen ab eodem numine vili, quo gentes, oracula non accepturos.

Obj 2. SECUNDO: nonnulli forte sententiæ meæ, de ratione nominis *Urim*, nigrum præcipites apponent calculum, quod verisimile non habeant, Angelum aliquem in arctam Pectoralis aut icunculæ parvulæ cavitatem, substantiæ suæ capiendæ imparem, coarctari potuisse. Sed nec voluisse sentiunt: cum e dignitate sua non esset, ut in angusto Pectoralis limite æstuaret, ut voces inde fatidicas ederet, quo morbidum populi arcana cognoscendi appetitum satiaret. Ideoque necesse est, ut nominis hujusce rationes, ab Angelis e Pectoralis Oraculo loquentibus petitæ, in fumos & umbras evanescant.

Solvitur. At nemo est quem scrupulus ille diu vexatum dubiumque tenere possit, si jam dicenda dignetur æstimare.

(1°.) CERTUM est Angelos & potuisse & voluisse, terminis haud multo amplioribus, ut munia non admodum dissimilia obirent, sæpe coerceri. Cum scilicet in Arca parvula habitarent, & e medio *Cherubinorum*, Dei personam sustinentes, nunciorum cœlestium partibus fungerentur. Hac de re, fidem pene omnem vincente, paulo fusius * *Buxtorfii* verbis differere, non prorsus alienum arbitror. *Quotiescunque Mosi, pro rebus ad salutem populi pertinentibus, Dei os consulere visum fuit; ex Arca, & nominatim interstitio illo exiguo quod inter duos Cherubinos operculo Arcæ affixos erat, responsum ab eo voce sonora, distincta & articulata acceperit. Miraculo omnem humanum captum superante! Deum nempe infinitum & immensum, qui cœlum, terram, maria, & totum hoc universum, replet & excedit, intra Arcæ unius angustias, quæ non trium integrarum ulnarum erat, imo spithama unius spatio (quod inter duos Cherubinos, unde vox Dei prodibat, notant) in populi sui gratiam se inclusisse & quasi circumscripsisse.* Horum affine est quod scribit [a] R. Bechai: *Porro nostri Mosen audivisse vocem Dei* מבין שני הכרובים מתוך שיעור טפח כי שם וגו׳ [b] *ex inter duos Cherubinos, e medio mensura* [c] *palmi. Illic enim præcise quasi terminavit suam habitationem seu præsentiam, non obstante quod de eo scriptum sit, annon cœlum & terram impleo? dicit Dominus.* Quæ quidem Rabbini verba, eo tantum nomine falsi sunt arguenda, quod id ipsi Deo, quod Angelo tantum, illius vicem titulumque gerenti, Theologorum pars potior tribuendum sentit. Angelus etiam in columna illa, quam Deus Israelitis in terram promissam tendentibus ἡγεμόνα posuit, delituisse [d] dicitur.

(2°.) ANGELOS malos, ut fallendi artes exercerent, angustos τῶν *Theraphim* limites ferre & potuisse & voluisse, (si quid valent tot spectatæ fidei auctorum testimonia) extra dubium posui. Utcunque, ut Lectori difficillimo satisfaciam, non grave fuerit & illud [e] *Arnobii* testimonium addere; *sæpenumero videmus, hæc signa,* Deorum simulacra, *ab artificibus modo parvula fieri & palmarem in minutiem contrahi: modo in immensum tolli, & admirabilem in amplitudinem sublevari.——Ratione hac ergo sequitur, ut intelligere debeamus in sigilliolis parvulis contrahere se Deos, & alieni ad corporis similitudinem coarctari: at vero in vastis porrigere se longius,* &c. Facile itaque sibi persuadere poterit cordatus quispiam, Angelos Dei, ab omni materiæ crassioris impuritate remotissimos, easdem quas spiritus impuri angustias ferre potuisse. Pluribus Lectorem morari in re confessa non opus est.

(3°.) NORUNT omnes, sanctos & benignos illos Spiritus, se tam faciles & propensos ad officia omnia singularis in nos mortales benevolentiæ repræsentanda semper præbuisse; quod & alia munia, non minus infra naturæ suæ dignitatem posita, præ-

* *Exercit.* in *Epist. Ded.* a In *Sect.* תרומה b Vid. *de Dieu* in 1 *Sam.* 4. 4. & *Num.* 7. 89.
c *Eadem amplitudine erat & Pectorale.* d *Exod.* 14. 19. e L. 6. *adv. gent.* p. 204.

stiterint,

ſtiterint, ſi quid inde commodi nos reportaremus. Sunt enim Angeli nobis, animalibus e luto & peccato conflatis, πνεύματα λειτουργικά: pedibus noſtris, ne forte in lapidem offendant, in horas invigilant: in piſcinam deſcendit Angelus, ut aquis virtutem ſalutiferam impertiret: in ſqualidum S. *Petri* carcerem venire ſe non indignum duxit Angelus, ut eum libertati reſtitueret: S. *Paulo* jam naufragium facturo aſtabat Angelus, ut fractis ejus & comitum animis, ſpe vitæ facta, vires & fiduciam adderet: Angelus in *columna nubis* excubias agebat, cum ſtatus Iſraelitici rationes ita poſtularent. Ideoque facile credamus, Angelos de cœlo in Pectoralis Oraculum deſcendere voluiſſe; ne Iſraelitæ, inexplebili oraculorum cupiditate moti, ad gentium idola mortiſque ſemitas allicerentur. SECT. IV.

(4°.) CERTUM eſt, reſponſa de Pectorali data virtuti & præſentiæ divinæ vel Angelicæ tribuenda eſſe: abſit autem ut Deum exiguis Judæorum rebus immediate adfuiſſe, & ſe actionum & conſiliorum omnium arbitrum præbuiſſe dicamus; tantum ne Angelis provinciam ſua indignam eminentia tradere cenſeamur: cum præſertim ſub Oeconomia Moſaica Deum per Angelos, Illius nomine agentes, Eccleſiam adminiſtraſſe conſtet.

(5°.) NOS equidem homunciones miſelli tali faſtu turgeſcimus, & auram popularem tanto hiatu & ambitu captamus; quod religionem & officium Deo debitum inani dignitatis propriæ opinioni & honoris titulo non raro ſacrificemus. At Angeli omnia Dei honore & hominum commodo metiri ſolent. Unicus apud eos honos eſt, Deo obedire & hominum ſaluti miniſtrare: ideoque nihil ſe indignum exiſtimant, quod Deo gratum norunt aut homini ſalutiferum.

TERTIO: contra ſententiam meam, de ratione nominis Urim, & hoc forſan argumento contendent aliqui: veriſimile videri nequit, *Urim* ſignificatum *ignis flammantis* habuiſſe; vel illius uſui, Theraphim aut Seraphim [ſignificatus cognati vocabulum] occaſionem præbuiſſe; cum LXX vocem *Urim*, ſolummodo per δήλους & δήλων vertant, in ea vero voce nihil *igni* vel *flammæ* cognatum invenire liceat. Nam vox δῆλος *manifeſti* notionem habet, & præterea nihil. Obj. 3.

SED & hæc Objectio levi negotio diluatur. Nam δῆλος *manifeſtus* a voce δαλὸς, quæ *lampadis*, *facis*, *ardentis ligni*, notionem continet, ortum ducit; adeoque ſi vocis originem ſpectes, in ea multum igni vel flammæ cognatum inveniri poteſt. Hæc e verbis [a] *Etymologi* firmitatis haud parum hauriant: Δῆλος, ὁ φανερὸς ἐκ τοῦ δαλὸς, τροπῇ τοῦ ἄλφα εἰς η, καὶ ἀναδόσει τοῦ τόνου. Fatendum eſt interim, Græcorum δήλας non adeo exacte τῷ Urim Hebræorum reſpondere: cum enim *Urim* (quod diximus) *ignes accenſos*, *illuminantes*, & *lumina*, denotaret adeoque cum voce Theraphim, Angelis, & Oraculi reſponſis optime conveniret; apertum eſt, Græcorum δήλας Hebræorum Urim imperfecte reddere, & tantum unam & alteram illius notionem obſcurius exhibere. Nec forte vox aptior in tota Græcæ linguæ ſupellectile reperiri potuit. Diluitur.

QUARTO: nonnulli forte jam dicta repudiabunt, quod eam nominis *Urim* rationem omiſiſſe videar, quæ cum vocis intentione, Oraculi fine, & recepta doctorum opinione, maxime conſentire videatur. Nam plerique fatidicum Pectoralis inſtrumentum Urim *lumina* dictum ſentiunt, quod Oraculum Dei, conſulentes in rebus obſcuris illuminaret, cum Dæmonis oracula, lubricis & obſcuris verborum ambagibus involuta, conſulenti tenebras offunderent, & eum incertiorem quam dudum amandarent. Obj. 4.

HANC nominis illius imponendi rationem omiſi quidem, nec conſilii pœnitet; eo quod אורים *ignes* tantum *flammantes*, ex prima vocis intentione ſignificet: nunquam autem *lumina*, niſi ſecundario; quod ſcilicet *ignes*, unde lumen emanat, primario denotet. Utcunque, per me licet, & hæc ratio Primariis accenſeatur: quod recepta vocis *Urim* ſignificatio rationi huic non prorſus adverſetur, & quod imagines illæ propheticæ, Theraphim dictæ, (unde Urim ducit originem) nomen a Seraphim, Angelis luce & cognitione præcellentibus habuiſſe videantur; & ipſe receptis opinionibus, niſi ratione plane cogente, refragari nolim. Solvitur.

a Ad voc. Δῆλος.

SECT. V.

SECT. V.

Ratio primaria nominis alterius, THUMMIM, redditur & vindicatur.

CUM jam causas primarias cur Deus nomen Urim Oraculo pectoralis imposuerit, explicatas & Objectionum nebulis eductas habeamus; eo me jam ducit orationis filum, ut rationi nominis Thummim, lateri τῷ Urim adhærentis, abditæ adhuc & caliginosæ, parem lucem afferam.

HUIC autem oneri priusquam admoveam manum, instituti mei ratio postulat, ut historiolam ex *Æliano* jam narratam Lectori in memoriam revocem. Ab eo vero memoriæ proditum est, Ægyptios, consuetudine ab auctore Mercurio derivata, sacerdotem primarium simulacro sapphirino, cui nomen Ἀλήθεια datum, decorare solitos. Deus itaque simulacrum, mystico *Thummim* titulo celebre, supremo apud Israelitas rerum divinarum ministro gestandum dedit; ne quid mysterii vel elegantiæ, quod eos in Pontificis & cultus Ægyptiaci admirationem rapuit, in Sacerdotii divini capite desiderarent. Cum autem gemma illa, qua Pontificis Ægyptiaci dignitas asserebatur, τῷ *Thummim* Hebræorum initium dederit; inde factum est, quod & nomen (cujus significatio tantum ad posteros transmissa est) Pontificis Ægyptiaci ornamento inditum, in pene synonymum Hebræorum Thummim transierit.

NEQUE rem novam & a gentium moribus alienam jam refero: nam rei hujus exemplum, si quid *Aben-Ezra* credimus, non multum dissimile præbet & Mosis nomen: asserit enim [a] ille, quod Moses Ægyptiorum lingua vocatus fuerit מוניוס *Monios*, a filia Pharaonis cum Ægyptia esset, & Hebræos postea nomen illud in Moses, ejusdem significationis vocem transtulisse. Eodem modo Christiani veteres voces quasdam prout & ritus, a Judæis antiquitus usurpatas, in verba quædam ἰσοδύναμα transferentes, retinuere. Nam Christus a משיח Apostoli a שלוחים Διαθήκη a ברית Evangelium a בשורה ἄγγελοι a מלאכים Ecclesia a כנסת Petrus a כפא ortum traxere. Mihi etiam hæc referenti, exempla aliqua nominum apud Ethnicos in synonyma Græca mutatorum in mentem veniunt. Nam Isaac, qui a צחק *risu* nomen invenit, ab [b] *Alexandro Polyhist.* Γέλως appellatus est. *Herodotus* etiam Hebræorum חם *Cham*, *calidum* vel *adustum* notans, in καίω vel καύω, *vultum adustum* vel *fuscum* significans, immutavit; ni fallat viri doctissimi conjectura. Eodem refero priscum [c] *Sirbes* aut *Sirbon* nomen, amni Lyciæ datum, quod Græci postea in Ξάνθον synonymum commutarunt; nam *Sirbes* a זרבי *Zirba* venit, quod flavum seu rubentem sonat apud Arabes.

NIL opus est ut in latum hunc dicendi campum pedes ulterius proferam, cujus angelos omnes oculis curiosis & sollicitis perlustravi. Cum enim nominis *Thummim* ratio, & rei ipsius natura, tam arcto nexu conjungantur, & ad eorum explicationem mutuas tradant operas; ipsa Argumenti conditio mihi de iis conjunctim differendi necessitatem attulit. Nemo itaque mihi criminis loco objiciat, quod methodi leges paululum violaverim, cum arctioribus necessitatis legibus me constrictum videt.

Vis Adversarii frangitur.

[1] ADVERSARIUS meus hæc, & quæ superius adduxi singula, uno spiritu difflare satagit. Apertum est, inquit, *exiguam inter* Ægyptiorum Ἀλήθειαν *&* Hebræorum Thummim *convenientiam* intercedere: quod *Thummim* pluralis numeri vox sit, Ἀλήθεια singularis; *Thummim* omnis generis perfectiones notet, Ἀλήθεια unam tantum, eamque a perfectionibus illis lato discrimine separatam. Deinde, *Hebraicum* אמת *voci* Ἀλήθεια *respondet, & Græca vocis vim potestatemque accuratius quam Thummim, & magis ad amussim exprimit. Quæ ergo causa dici potest, si Deus ad Ægyptiorum exemplar ornamentum suo dedisset Pontifici, cur non & voce quæ Ægyptiacæ exacte responderet, expressum id voluerit?* Et statim postea chordam eandem tangit: *id primum*, inquit, *expedi, cur Deus, quam vocem haberet Ægyptiaca exacte respondentem ab illius sensu germano deflectere voluerit. Hoc si præstiteris, non Oedipus mihi modo, sed magnus Apollo eris, & de mutato nominis numero verbum non addam.*

QUAMVIS autem hæc nominum eorum quoad numerum & significatum discre-

a Teste *Munster. in Exod. 2.* b Ap. *Euseb.* l. 9. *Præpar. Evang.* cap. 19. c *V. Bochart. Geogr. sacr.* P. 2. lib. 1. c. 6. col. 363.

1 Vid. pag. 990.

pantia,

pantia, lapis ſit ad quem non ſemel offendit adverſarius; mihi ſcrupulus tam tenuis leviſque eſt, quod nec pedes nec oculos pungat meos. Nam, SECT. VI.

(1°.) Dei Thummim & Ægyptiorum Ἀλήθειαν cognatione & ſimilitudine propinqua conjuncta eſſe, multis & claris indiciis compertum habuimus: quibus addi poſſit, quod prout *Urim* nomen ſubſtantivum commune eſt, adeoque formam vocis *Theraphim*; ita & *Thummim* nomen ſubſtantivum abſtractum eſt, & conditionem vocis Ἀλήθεια; æmulari & exprimere videatur. Tot autem ſimilitudinis exempla uni illi diſcrepantiæ facile præponderare poſſint. Ne tamen Lectoris animus, quaſi inter paria dubitandi & aſſentiendi rationum momenta libratus, in partes meas parum inclinet adhuc; addo:

(2°.) Discriminis illius levioris rationes in aperto ſunt, & eas quiſpiam, *Oedipo* nullo in conſilium adhibito, expedire poſſit: nam ortum habuit, vel quod veteres Græci forte nomen plurale Ægyptiorum (cujus memoria jam periit) in vocem ſingularem Ἀλήθεια, utpote ad linguæ ſuæ morem geniumque magis accommodatam commutarint; vel quia Deus nomen alterum plurale eſſe voluerit, ut eo concinnius & elegantius cum comite ſuo plurali *Urim* conjungi poſſet; vel quod ament Hebræi rem ſingularem, præſertim eximiam & ſummo excellentiæ gradu poſitam, voce plurali denotare. Ut Pſal. 9. 9. *jus qui dicet populo* במישרים *in rectitudinibus*. Joſh. 24. 14. *Servite Domino* בתמים *in integritatibus* Jeſ. 26. 7. *via juſtorum* מישרים *rectitudines*, & com. 10. *In terra* נכחות *inique aget impius*. Sufficiat exemplorum manipulum ex ubere meſſe collegiſſe. His addo, quod vox *Thummim*, cum ſignificatu gauderet ampliore, ad myſteria quædam [ethnica & evangelica] denotanda, multo felicius, quam arctior illa vox אמת inſervire poterat.

(3°.) Deus ornamentum illud Ægyptium in Thummim ſuo non ita ſtuduit exprimere vel imitari, ut ne latum unguem ab exemplari ſuo recederet, ſed curaret ut nomen, ſenſus, numerus, omnia, prorſus exacte prototypo reſponderent. Si Deus Thummim ejus ad Ægyptiorum Ἀλήθειαν exactius & adamuſſim accommodaſſet, Seipſum ad eorum imitationem componere, & Iſraelitas ad imitationem conſimilem tacite vocare videretur. Satis habuit ſummus Legiſlator, quicquid ſapientiæ, myſterii, vel dignitatis, Ægyptiorum ἀγάλματι Sapphirino ineſſe viſum eſt, in Thummim ſuum transferre, & ſic exemplar illud imitari, ut etiam longe ſuperaret. Rei ſummam dicam: Deus hac in re, bullam illam Ægypti Sapphirinam, ſed ut viri res puerorum ſolent, imitatus eſt. Solent enim viri conſulti puerorum haud infeliciter inventis addere, conceptus eorum rudiores in formam magis venuſtam lambere, & eorum conatus imbelles manu fortiore promovere. Deus etiam ornamentum illud ſacerdotis primarii, cui nomen Ἀλήθειαν fecerant Ægyptii, in *Thummim* ſuo reſervavit Iſraelitis: ſed ei nomen & ſignificatum auguſtiorem dedit, in uſum ſacratiorem evexit, Oraculi Urim comitem conſtituit, & perpetuam officii Pontificii teſſeram & monimentum eſſe voluit. Hæc omnia fidei faciliora videantur, quod jam ſæpius obſervatum ſit, Deum ritus Legis omnes, a Gentibus arceſſitos, in formam meliorem finxiſſe; nec quicquam, ab Ægypti ſeculive more petitum, niſi multum ab antiquo mutatum, in Legem cultumque ſuum admiſiſſe.

SECT. VI.

Redduntur utriuſque nominis rationes ſecundariæ.

SATIS ex alibi dictis intelligi datur, pleroſque Legis ritus, e fonte præſertim ethnico promanantes, a Deo inſtitutos fuiſſe, *primario*, ut populi Iſraelitici, moribus receptis obnixa pertinentia adhærentis, animos ſibi & ſacris ejus devinciret; *ſecundario* vero, ut σκιαγραφίας, umbras & lineas quaſdam, rerum ſpiritualium in iis exhiberet. Hinc itaque non inepte colligamus, Deum Urim & Thummim Iſraelitis conceſſiſſe, non tantum ut mores aliquos, quos ex incolatus Ægyptiaci memoria, invincibili pervicacia retinebant, eorum ruditati indulgeret; ſed ut myſteriorum quorundam & rerum cœleſtium ſymbola extarent & ſacramenta. Dignum ſane ſapientia Dei multifaria, ut ejus inſtituta non ſeculi vel uſus unius terminis definita eſſe, ſed ad tempora uſuſque varios reſpectum habere cenſeamus.

Ex iis autem myſteriis & doctrinis cœleſtibus, quorum Urim & Thummim ſacramenta,

SECT. VI. menta, typos, & quasi præcones posuisset Deus. Primum erat, quod mensura luminis & perfectionis plane singularis, personæ quæ sacrum dignitatis pontificiæ gradum tenuit, esset inprimis necessaria. Neque me talia dicentem ingenio lascivienti frænum laxasse censeat quispiam: nam antiqui Judæi & Christiani, Urim & Thummim doctrinæ hujusce moralis tesseras & quasi nuncios habuisse videntur. Quod veteres Judæi ea sic habuerint, [a] *Diodori Siculi* verba nos persuasos faciant: ἐπέτρεψε [Μωσῆς] τὴν τοῦ πλήθους προστασίαν δίδοσθαι διὰ παντὸς τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν· τοῦτον προσαγορεύουσιν ἀρχιερέα, &c. i. e. *Præcepit* Moses *ei primatum in Sacerdotum plebem deferre, qui cæteros intelligentia & virtute antecellere visus est. Hunc Sacerdotum principem vocant.* Quæ quidem verba misera rerum Judaicarum ignorantia Historicum ethnicum laborasse produnt: nam Sacerdotum principi, non virtutis eminentia, sed nascendi sorte, Pontificatum adire contigit; aliquas tamen in iis, prout in moneta vitiata argenti aliquid, traditionis Judaicæ notas & lineas deformatas facile percipiamus. Ethnici scilicet a Judæis forte traditum acceperant, Pontificem suum peculiaria quædam muneris locique sui insignia, Urim & Thummim, i. e. *lumina* & *perfectiones*, appellata, gestare solitum; & illa monitoris usum præbuisse, qui scientiam & perfectionem egregiam in Pontifice requisitam indicaret, eique in memoriam subinde revocaret. Atque ea forsan traditio errori jam dicto ansam dedit apud ethnicos, qui se parum curiosos personarum aut rerum Judaicarum æstimatores perpetuo præstitere. In eandem cum Judæis de Urim & Thummim opinionem, & Christianos aliquos antiquos conspirasse, fit credibile, quod Vulgatus Interpres locum illum [b] *Ezræ*, ubi nomina illa occurrunt, repugnante veritate Hebraica, in hunc modum transtulit, *donec surgeret sacerdos doctus & perfectus:* quasi nominum eorum usum potius quam sensum versionis suæ normam statuisset.

SECUNDO: illius etiam mysterii præcones erant Urim & Thummim, quod lumina & perfectiones omnigenæ in Sacerdote illo Optimo Maximo, *Messia*, reconderentur. Nam Lex integra [c] παιδαγωγὸς εἰς Χριστὸν, prima docens doctrinæ Christianæ rudimenta: atque hoc non tantum majore Scripturæ lumine patet, sed & minore Rationis: nam *demonstratu facile est* (inquit [d] *Just. Mart.*) πάντα ... τὰ ὑπὸ Μωϋσέως διαταχθέντα, τύπους καὶ σύμβολα καὶ καταγγελίας τῶν τῷ Χριστῷ γίνεσθαι μελλόντων, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πιστεύειν προεγνωσμένων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ὁμοίως γίνεσθαι μελλόντων· Præ aliis autem legis institutis, summus Hebræorum Sacerdos, cum splendidissimo pontificalium suorum apparatu insignitus esset, imaginem Christi prætulit; eamque expressam & luculentam adeo, quod ne lippientes Judæorum oculos effugere potuerit. Hujus rei fidem firmant illa cedro digna [e] *Philonis* verba: λέγομεν τὸν ἀρχιερέα, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ λόγον θεῖον εἶναι, πάντων οὐχ ἑκουσίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκουσίων ἀδικημάτων ἀμέτοχον, i. e. *summum sacerdotem dicimus, non hominem, sed* in effigie *Verbum Divinum esse, omnium tam voluntariorum quam involuntariorum peccatorum expers.* Atque fides hæc eo magis apud eos invaluit, non tantum quod Pontificem arctioribus puritatis ceremonialis legibus teneri cernerent, quod ei soli ad Majestatis divinæ thronum pateret aditus, quod circa Pontificem nihil non venerabile & quasi cum aliquo Numine se ostentaret; sed quod is unus mentis divinæ interpres esset, eique soli Urim & Thummim *gestare* datum: eas autem voces non hominem tantum, sed aliquid supra mortalitatis sortem & capacitatem positum, sonare crediderunt.

URIM & Thummim rerum tam cœlestium figuras fuisse, & doctrinas sacratiores mystice & quasi in ænigmate continuisse, quæ dixi manifestum faciunt. Nec desunt mihi rationes bene firmæ, quibus evincam, Deum Pectoralis instrumenta ideo nominibus illis inscripsisse, ut mysteria jam dicta sapientiæ filiis enunciarent. Nam

PRIMO: ipsæ nominum eorum circumstantiæ, *novitas*, *numerus*, *conjunctio*, *significatio*, & *gestandi modus*, validum nobis ad hujus sententiæ veritatem firmandam suppeditant argumentum. (1°.) Titulorum eorum *novitas:* quis enim probabiliter dixerit, cur Deus nomen Theraphim, veterum sermonibus usitatius, missum fecerit, & novum Urim in illius locum vocarit; nisi quod sensum vocis Theraphim satis apte exprimere, Angelis non minus convenire, sed & mysteriis illis adumbrandis (cum *lumina* simul & *ignes* notet) multo felicius inservire, potuerit? nam nemo sobrius dixerit, ipsam vocem Theraphim vitii alicujus manifestam fuisse; vel *Theraphim* & *Thummim*, modo conjuncta fuissent, sonum æque suavem & concordem ac Urim & Thummim efficere

a Lib. 40. b Cap. 2. 63. c Gal. 3. 24. d Dial. cum Tryphon. p. 222. e Libr. de Profug. p. 466. B

non

non potuisse. Neque ratio satis seria reddi potest, cur Thummim in locum & vicem vocabuli Ægyptiaci, ἀλήθεια olim significantis, a Deo substitutum fuerit; nisi quod *integritatem*, veritatem illam in corde sitam, tanta cum luce & evidentia exprimat. Nam si Deus vocabulum אמת (quod *veritatem* sonat) ad nominis Ægyptiaci vicem repræsentandam accepisset, illud de veritate logica vel intellectuali intelligendum esset, adeoque mysterii designati veritas & concinnitas corrumperetur. (2°.) Ipse nominum *numerus*, eorum rationem jam datam asserit. Si enim nominum rationes quas dedi alias attenta cogitatione repetamus, constabit, nullam postulasse ut utraque Pectoralis instrumenta nominibus multitudinis efferrentur. Dicendum itaque superest, Deum hujusmodi nomina iis imposuisse, ut lumen & perfectionem eximiam, & quasi numero singulari vix exprimendam, in Pontifice requisitam, vocibus pluralibus indicarent. (3°.) Jam dictis veri speciem conciliat horum nominum *conjunctio*: nisi enim nomina illa ad res duas affinitate proxima conjunctas, *scientiam* loquor & *integritatem*, denotandum indita fuissent; rationi magis congruum esset, ut res titulis illis ornatæ, non minus loco, quam usu, origine, & natura, ab invicem dividerentur. (4°.) Nominum eorum *significatio* rationi nostræ pondus afferat: cum enim Urim & Thummim *lumina* & *perfectiones* præ se ferant, certum est hominum vulgus (qui rerum exteriora tantum & quasi cutem vident) ea ad egregias illas animi dotes Pontifici præsertim necessarias indicandum imposita sentire voluisse. Ne itaque nomina illa τὸν αὐλὸν luderent, voluit proculdubio Deus, ut eam sui causam quasi in frontispicio, dum aliam in penetrali & a plebis oculo remotiorem, gererent. (5°.) Rationi meæ favet & ipse titulos eos *gestandi modus*: haud enim promptum est dicere, cur Lege præceptum sit, ut Urim & Thummim in Pectorali tantum, ejusque intimo centro, reconderentur, adeo ut supra ipsum cordis domicilium requiescerent; nisi quod Deus iis hæc nomina tribuisset, ut *luminis* & *perfectionis* illius symbola essent, quibus Sacerdotum Princeps instrui deberet. Nam apud Antiquos *cor* sapientiæ & virtutis sedes habitum erat: hinc *Thaddæo*, spectata integritate vel prudentia viro, *Lebbæus*, id est, *cordatus*, cognominis vice accessit; & *Nasica* apud Romanos, ob rationem non dissimilem, *Corculum* vulgo audiit. SECT. VI.

SECUNDO: nihil apud Hebræos frequentius quam ut rei significatæ nomen signo ipsi tribuatur. Nam agnus, *Domini pascha*; panis & vinum in sacra Mensa, Domini corpus & sanguis; & altare, *Exod.* 17. *Jehova-Nissi*, quorum non nisi signa fuere, nuncupantur. Ex eodem Hebræorum usu venit, quod vitulus aureus, [a] Deus qui populum Ægypto eduxit; Michæ Theraphim, illius *Elohim*; & Prophetæ baculus, [b] *Chobelim* vocentur. Huc faciunt verba [c] Pet. Martyris: *tanta fuit dignitas & majestas Arcæ fœderis ut appellaretur* Deus Tzebaoth. *Neque hoc aut rarum cuiquam, aut novum videri debet: sacramenta enim gerunt nomina earum rerum quas significant.* Quidni itaque & Pecturalis simulachra appellationes eas, Urim & Thummim, tulisse existimemus; quod Luminum & Perfectionum signa & symbola fuerint a Deo instituta?

TERTIO: non est quod dubitemus, quin Ægyptii, symbolis & hieroglyphicis impense dediti, Pontificis sui simulacrum, mystico ἀληθείας titulo decorarint, ut symbolum & signum extaret fidei & integritatis illibatæ, in persona pro tribunali judicante cumprimis requisitæ. Atque hæc eo veritati propiora censeo, quod & veteres *Medi*, Ægyptiorum exempla æmulati, Judicibus suis ornamenta quædam dederint, *e margaritis facta, & ad collum de lineis pendentia, quæ & Pilaticia vocabantur*: referente [d] *Scheffero*, ex Curopalate. Ille vero, *Pacium* secutus, Græcum πιλατίκια exponit *disquisitionis & accuratissimæ cognitionis monimentum, quam a Judice opus est adhiberi, antequam judicet aut ferat sententiam: quia* Pileata *Orientalibus est rerum ignotarum & obscurarum disquisitio & pervestigatio.* Cum itaque Pontificis Ægyptiaci simulacrum, ἀλήθεια nominatum, Pontificis Hebraici ornamentum, cui Thummim titulus, instituendi causam dederit; suadet ratio, ut censeamus ornamentum illud titulum suum assecutum fuisse, ut monitoris locum teneret, qui Pontificis (si quando dormitantis) aurem vellicaret, ut in acrem personæ suæ dignitatem, morum integritate, tuendi curam evigilaret.

QUARTO: quamvis Micha, & Israelitæ forsan, ad Tabernaculi & Templi formam & usum seipsos accommodarint, & imaginem τοῦ *Urim* expressam in sacra sua transtulerint; nomen tamen *Theraphim* antiquitus usurpatum consulto retinuerunt. Norunt scilicet *Urim & Thummim* nomina seposita esse, religione & mysterio plena, & a Deo

a *Nehem.* 9. 18. b *Zach.* 11. 7. c Ad 2 *Sam.* 6. 2. d Lib. de *Torquib.* cap. 8.

SECT. VI. Pectoralis icunculis indita, ut rerum cœlestium figuræ & umbræ, prout alia Legis instituta redderentur. Ideoque nomina illa ut θαύματα potius quam ῥήματα venerati sunt, & a consecratis illis titulis, prout ab unguento Sanctuarii, religiose videntur abstinuisse; ne & ipsi novas figuras & sacramenta cudere, adeoque Majestatis divinæ jura sibi sumere, crederentur. Nisi enim a nominum eorum usu, religione quadam tacti temperaverint; me nescire fateor, cur nomen & figuram *Ephodis* retinuerint, τὸ *Urim* etiam similitudinem effinxerint, & ritus alios Mosaicos æmulati sint; hæc autem nomina, ne tenui expressa susurro, in sacris eorum omnibus percipiamus.

Quinto: ritus Legis vix ullus erat, a seculi vel Ægypti moribus acceptus, quin in formam & speciem, antiquæ suæ dissimilem, ita flectebatur, ut e ligno illo Mercurius quasi cœlestis fieret, & e veteri Ethnicismi ritu, novum prodiret rei alicujus divinæ symbolum & monimentum. Cum itaque Deus *Urim* & *Thummim* ex Ægypti seculique moribus in sacrorum suorum album transcripserit; non vani credimus eum icunculas illas in rerum divinarum figuras & symbola transtulisse, & eorum antiqua nomina sic immutasse, ut essent sacerdoti summo διηνεκοῦς διδασκαλίας (uti loquitur Chrysostomus) *pro jugi magisterio*, & doctrinæ cœlestes cuivis τῷ ἔχοντι per ea traderentur.

Nil opus est aliis argumentis, ad mysticam & typicam τῶν Urim & Thummim intentionem sensumque confirmandum. Nam proclive est observare, plerosque typicis institutorum Mosaicorum sensibus tam pronam facilemque fidem adhibere, quod *Typorum* quos vocant interpretibus, conjecturas licet mere precarias afferentibus, aures patulas accommodent, nec ab iis argumenta petant vel expectent. Adeo ut vix dixeris, an Scriptores hujusmodi magis *fingere* norint, an eorum Lectores *credere*.

Conclusio capitis. Hæc ea sunt quæ de nominum eorum, cum divisim tum conjunctim spectatorum, rationibus, maxima cum probabilitatis specie dicenda censui. Ex his autem omnibus obvia est conclusio, Deum egregium sapientiæ suæ specimen in nominum eorum electione præbuisse. Nam si linguæ sanctæ copias omnes oculis curiosis perlustremus, vocabulum nullum nobis occurrit, quod nominis antiqui *Theraphim* sensum & formam tam perfecte quam *Urim* refert, quod Angelis tam apte convenit, & quod, ob significationis suæ amplitudinem, mysteriis quæ diximus adumbrandis tam commode inservire potuit. Nomen etiam *Thummim* illustre præbere sapientiæ divinæ documentum, e jam dictis abunde constat, hoc in loco minime reponendis. Er profecto eo præcipue nomine sententiam hanc, de natura τῶν Urim & Thummim, & ratione nominum, arcte adeo me tenere fateor; quod egregia sapientiæ & bonitatis divinæ exempla mentibus nostris objiciat, & adyta quædam in institutis hisce divinis reserat, quibus hominum vulgo non pateret aditus. Cum interim sententiæ quævis aliæ (fautorum pace dixisse liceat) humile & plebeium spirent, nullas artis aut mysterii notas ferant: sed quædam trita adeo atque obvia ingerant, quod io pueri oscitantis animum cadant; vel tam frigida, quod catarrhum provocent; & (ut paucis omnia colligam) quædam adeo miraculosa, ut hominis consulti fidem longe excedant; alia vero tam frivola, jejuna, & ab omni sapientiæ vel mysterii specie remota, ut multum infra Oraculi divini & mentis vere virilis dignitatem subsidant.

Si paulo vehementius quam natura fert mea in modo dicta Talmudicorum figmenta, & frigidas aliorum conjecturas, jam declamaverim; non ex eo factum est, quod *de sententia mea tam gloriose sentiam*, uti non-nemini mihi conviciari visum est; sed quod animo vix æquo feram, ut viri nonnulli (si quis nodus urgeat) ad Judæos, gentem ignaram & in θαυματολογίας propensam maxime, statim confugerent, & eorum dictata somnolenta fide tam servili reciperent; nec ut auctores alii sapientiam divinam, in his & aliis legis institutis elucentem, conjecturis suis frivolis & mere precariis obscurarent; dum interim a me, de rebus licet ante-Mosaicis differente, *demonstrationes* tantum *claras*, aut testimonium aliquod expressum postulant; & mea pleraque, ratione licet non debili communita, *conjecturarum leviorum* nomine fastidiosius aspernantur.

CAP.

CAP. VI.

De Persona cujus erat Urim & Thummim circumferre.

CUM hanc pensi mei partem implevisse videar; methodi mihi præscriptæ lege devinctus, ad Personam jam stylum converto cui Urim & Thummim gestandi provincia tradebatur. Hic autem multum laborare non patitur veritas aperta & apud omnes eruditos in confesso posita. Deum enim sacerdotum principi Urim gestandi facultatem concessisse, eumque unum voluntatis suæ per Urim revelatæ nuncium & interpretem ordinarium constituisse, unanimi doctorum suffragio confirmatur. Ut autem hac de re methodice procedat sermo, eam in quæstiones pauculas conjicere visum est. Princeps ista sit,

SECT. I.

Cur, Ordinarie, Sacerdotum principi solummodo fas erat Urim gestare & consulere.

SI in hoc perplexo Argumento veritatem pene captum fugientem conjectura probabili venari licuerit, dixerim, Deum Urim gestandi & consulendi partes Pontifici soli concredidisse.

PRIMO: *Suiipsius gratia:* ne populus Israeliticus, in idololatriam præceps, a sacris ejus ad ethnicorum ritus & oracula defectionem faceret. Nam si Deus responsum a Theraphim vel icuncula sacrata petendi morem antiquum Lege sustulisset, insulsus ille populus, a lege divina, utpote moribus animisque suis parum conformi, plane recedere voluisset. Si vero Deus integram nullisque restrictam cancellis huic mori veniam indulsisset, fieri vix potuit, quin Dæmon responsis origiois divinæ speciem habentibus plebem imperitam falleret; aut Israelitæ, legis nullius fræno cohibiti, privatas aliquas imagines, ritu moreque Gentium consulendas sibi compararent. Deus itaque Theraphim, vel imaginem in dubiis interrogandam, interdici vel e medio plane tolli noluit, ne ex ipso idololatriæ remedio vitia nascerentur: sed solutam nimis & effervescentem antea Theraphim consulendi licentiam arctioribus constrinxit vinculis; dum lege sua cautum esset, ut populi duces aliique propheticam Pectoralis imaginem, supremi tantum Religionis ministri interventu consultum irent: ut per illum, sub oculo Pontificis, obnoxium & quasi censuræ metuentem consulendi modum, quævis idololatriæ vel impostura diabolicæ species & ansa præscinderetur.

ANIMUS meus eo promptius in hanc sententiam ducitur, quod Deus ritus alios Mosaicos e principiis ethnicis ortos, quoad locum, tempus, aut personas, restrictos & ligatos, & sub certis legibus observandos, Israeli dederit; ne ritus illi, quos jam suos fecerat Deus, veteris idololatrici cultus speciem retinere, vel ei occasionem aliquam præbere, viderentur. Cum enim veteres idololatræ, animalia ad cibum commune mactantes, Dæmonibus ἐγχωρίοις vel idolis suis se animal hoc vel illud mactare & nuncupare testarentur, & Israelitæ nefandis eorum ceremoniis initiati & addicti essent; Deus motem illum carnibus tantum immolatis vescendi non prorsus abdicavit, sed Israelitas oves & boves in cibum destinatos ad ostium Tabernaculi adducere, suo quasi in conspectu mactare, & Sibiipsi offerre [a] jussit: ne secreto vel in apertis campis occideotes, se animal illud, aut ejus sanguinem partemve, Dæmoni vel Genio alicui sacrum voverent, adeoque cibis cultu vel consecratione idololatrica pollutis se contaminarent. Cum etiam Israelitis, more seculi, dies quosdam festos & solennes agere permissum esset; lege capitali cautum est, ne quis eos nisi temporibus & locis a Deo ipso præscriptis observaret; ut ipsæ festorum eorum circumstantiæ docerent, se stata illa sacra in Dei solius honorem celebrare. Cum etiam Sacrificia præcipuas in Gentium antiquiorum cultu haberent partes, victimas & sibi voluit immolari supremum Numen: eas autem offerendi munus, non cuivis ex illota plebe sacrificulo (quod gentibus in morem abiisse testatur [b] Scriptura) sed sacerdotibus natalium sanctitate claris, demandavit:

a *Levit.* 17. 3, 4. b 2 *Chron.* 13. 9.

SECT. I. davit: ne forsan Israelitæ victimarum sanguine Dæmonum aras aspergerent, si Deus antiquam sacra faciendi potestatem, liberam nullisque legibus restrictam iis concessisset. Quando itaque Deus antiquum oracula a Theraphim petendi morem Israelitis conservarit, iis autem non nisi medio Pontifice Theraphim consulendi potestatem dederit; consulto creditur, Deum potestatem illam in hunc modum restrinxisse, ut furtivi omnes ad lares & idola gentium aditus populo præcluderentur; & Israelitæ se Pectoralis Theraphim, Dei solius nomine in dubiis interrogare clare testarentur.

SECUNDO: *Christi gratia*: ut nempe Pontifex legalis eo illustrior typus evaderet Christi Domini, Pontificis Evangelici. Quoniam enim nondum apparuerat sacerdos vere maximus, cœlestis consilii nuncius; Deus Pontificem Mosaicum beneficiorum & perfectionum suarum omnium prophetica quædam symbola gestare voluit, ut in eo purgatiores oculi Messiæ speciem & imaginem aliquam contemplari possent. Nimis autem ab instituto aberrarent orationis meæ pedes, si per omnes illas similitudinis instantias irent, quæ sacerdotem summum Messiæ typum fuisse, & primum ejus exemplar apte reddidisse probant. Satis in præsens erit, hæc pauca cum argumento meo conjunctissima leviter attigisse. Quemadmodum sacerdos primarius, negotium populi ad Deum, & responsum Dei vicissim ad populum, per *Urim* referens, inter utrumque mediatoris personam sustinuit; ita & Christus, qui causam nostram apud Deum agit, & Dei consilium nobis exponit, Dei atque Hominum mediator est. Deinde: quemadmodum Pontifex τρισμέγιστος erat [nempe Sacerdos maximus, Judex aut * Rex in gente maxime & Propheta per Urim maximus] ita & Christus, Sacerdos, Rex, & Propheta maximus erat; omnes longe post se relinquens qui titulis illis unquam inclaruere. Præterea: prout sacerdos summus Dei voluntatem, ei per *Urim* aut Angelos divinæ mentis interpretes enunciatam, populo patefecit; ita & Christus arcana cœli, sub Vet. Fœdere per Angelos, sub Novo per Apostolos, illa mundi *lumina*, Dei Israeli revelavit. Quemadmodum denique, mystica illa ornamenta, *Haurim* & *Hathummim* dicta, in Pontificis unius pectorali locum invenerunt; ita & in Christi tantum pectore lumina & perfectiones omnes, excellentiæ gradu sitas invenire licet. Certe pulchra hæc inter Pontificem verum & umbratilem tot exemplis probata similitudo, indicio est, Deum Christum Dominum ob oculos habuisse, cum sacerdotis summi ornamenta, pectorale præcipue, præscriptum ivit; & id ante alia curasse, ut sacerdotis nostri summi perfectiones, in Pontificis ornatu, tanquam in parvula tabella, primis quasi lineolis adumbratæ proponerentur. Neque est quod sentiat quispiam, me jam figmenta tantum pulchriora tradere, cum [a] Deus, in *tota priorum temporum œconomia, Christum ejusque res gestas, ut pulcherrimam ac perfectissimam speciem, perpetuo velut ante oculos habens, cætera omnia ad illius instar effinxerit.*

TERTIO: Deus, *Israelitarum* forte *causa*, fatidicum Urim in Pontificis tantum arbitrio & potestate situm esse voluit; ut scilicet animos & affectus eorum pueriles, ab ullius Oraculi desiderio sensim sine sensu graviore avocaret. Cum enim futura & arcana cognoscendi ardor inexplebilis Hebræorum animis insideret, certum est, Deum eorum præcipue vanitati & [b] stultitiæ (tempore & arte quadam, non consilio vel præcepto corrigendæ) Oracula tradidisse. Quo itaque Deus ardorem illum restingueret & populum suum ad indolem magis virilem aliquando perduceret; hanc viam inivit, scopo suo & populi conditioni egregie accommodatam. Theraphim, vel icunculas oraculis insignes, ipsas populi delicias & desideria, repente sacris ejus eliminari noluit; ne lubricæ nimis ad fidem mutandam gentis animos offenderet, & populi vitia importune vetando irritaret. Neque tamen Theraphim in domibus aut sacellis quibusvia locari vel in conspectum publicum effundi passus est, nec ea vili cuivis e vulgo capiti consulenda tradidit: sed in abdito, prout Templi Cherubim, ea latere voluit Deus, & soli Pontifici dubia proponendi, & responsa referendi potestatem dedit: nimirum ut Pectoralis Oraculum, quod tam difficiles & impeditos habebat aditus, esset quasi δῶρον ἄδωρον, beneficium pene absens præsens; adeoque populus illius desiderium moderate ferre discerent, & illud inter admiranda potius quam expetenda numerarent. Deinde: propheticum Urim inter Pontificatus insignia relatum, dubios & mobiles Hebræorum animos in veri Numinis cultu firmare potuit; quatenus favoris divini in Pontificem, & sacra quibus ille præcipue ministravit, tam fidum & ipso sensu percipien-

* V. Sect. 3.

a Grot. annot. ad S. Mat. 1. 22.

b Μαντικὴν ἀφροσύνῃ Θεὸς ἀνθρωπίνῃ δέδωκεν. Plat.

dum

dum præbebat argumentum. Nemo enim, cui fanum finciput, cœleftem cultus Mofaici originem, vel pontificis gratiam apud Deum, in dubium vocare potuit; cum fupremus cultus illius minifter Deo quafi a manu effet, & facra cœli confilia ex ipfo fuo Pectorali traderentur. SECT. I.

QUARTO: *Oraculi* ipfius *gratia*, Deus non nifi Pontifice mediante fefe confulendum præbuit: ne frivolis & ineptis de lana caprina dubiis Oraculi fui majeftatem læderet profanum & curiofum vulgus. Satis enim ex annalium ethnicorum fide conftat, ingenio tam craffo & ad omnem pietatis & modeftiæ fenfum hebeti fuiffe infulfam plebem, quod Deos fuos importunis quæftiunculis quafi obtundere vellent, & *fortes* (uti loquitur Lucretius) *fatigare*. Ut itaque Deus ingeniis male curiofis fibulam imponeret, & Oraculo fuo nodi tantum fe vindice digni folvendi proponerentur; Urim penes Pontificem effe voluit, eumque *arboris fcientiæ* quafi cuftodem conftituit, ne quis per levioris momenti dubia, Oraculi fui religionem violaret, & Oraculum illud connatum, rationem intelligo, in pectore proprio pofitum, ofcitanter negligeret. Hifce confonum eft, quod e gentilium philofophis aliqui, refponfa circa res nihili vel humana ratione facile determinandas expectare, Deorum fimul & rationis opprobrium habuere. Hoc e [a] *Plutarcho* & [b] *Simplicio* non obfcure colligendum eft. Deinde: ad Oraculi dignitatem in confpectu populi tuendam plurimum conducebat, quod perfonæ tantum cæteris dignitate fuperiori datum effet, Dei confilium per Urim petere. Profecto fi cuivis viliffimæ fortis homuncioni *Urim* adire contigiffet, fieri vix potuit quin oracula Dei, *præ margaritis pretiofa*, alga tandem viliora haberentur. Hoc e regum moribus intelligendum: non folent enim regis facillimi limina ruftici cujufvis pedibus illotis teri, ne fi male morata plebe familiariter utatur, gratia regia tandem evilefcat, & benigni facilifque principis fama majeftatis imminutæ pretio redimatur. Ut itaque regibus eorumque placitis fuus conftet honos & reverentia, admiffionum facilitatem non ferunt, fed eos per proceres tantum & perfonas primæ dignitatis adire conceffum. Deus etiam, ut reverentiæ fibi & Oraculo fuo debitæ profpectum effet, illud perfonæ tantum, cujus locus, ornatus, fanctitas, hominum plebi religionem incuterent, confulendum dedit. Rationis hujufce veritatem eo minus fufpectam habeo, quod ad rerum omnium facrarum dignitatem & honorem illæfum confervandum, fummi Legiflatoris cura (fit verbo venia) maxime vigilaverit. Præcepit enim, ut *caro fancta*, ultra terminum illius efui deftinatum relicta, [c] igni traderetur. Hujus autem præcepti ratio, Judæorum magiftris referentibus erat הגדלת דבר הקרבן *magnificentia facrificii*: fi enim ultra diem tertium manfiffet, munus Domini forfan ob odorem fuum graviorem eviluiffet. Lege cautum eft etiam, ne Sacerdotes, [d] capillitium promiffum more lugentium habentes, Sanctuarium ingrederentur: finem autem & hujus præcepti ftatuunt Judæi הגדלת הבית *magnificentiam templi*, a cujus dignitate alienum erat, ut illius limina facra quifpiam fchemate lugubri tranfiliret. Quidni itaque cenfeamus, *Oraculi magnificentiam* in caufa fuiffe, cur Deo vifum effet Urim interrogandi munus facerdoti tantum fupremo, non fordido cuivis & abjecto capiti demandare? Ratione non plane diffimili honori *Velledæ* fuæ, fatidicæ Virginis, a Germanis confultum erat: nam auctore [e] *Tacito*, populo *coram adire, alloquique Velledam, negatum. Arcebantur afpectu, quo venerationis plus ineffet. Ipfa edita in turre. Dilectus e propinquis, confulta refponfaque, ut internuncius numinis, portabat.*

QUINTO: *Pontificis ipfius caufa*, Deus ei foli Urim geftandi & confulendi poteftatem conceffiffe videatur.

NAM oraculum divinum, illius minifterio traditum, fe pontificatum jure divino occupare teftabatur: adeo ut locus nullus relictus effet iis, qui, tam auguftæ dignitatis confequendæ gratia, regnum in ftudia partefque diftraherent: nec quifquam fufpicari poffet, Mofem gratiæ & affectibus humanis nimis indulfiffe, cum Aaronem & primogenitos omnes ab eo generis feriem ducentes, neceffarios & confanguineos fuos, Pontifices defignaffet. Nam *id Mofis factum non caruit calumnia*, inquit [f] *Philo*, ὡς τοῖς μὲν χρησμοῖς ἐπιφημισάμενον, ποιησάμενον δὲ τὴν αἵρεσιν διὰ τὴν οἰκειότητα καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὔνοιαν i. e. *quafi prætextu Oraculi, plus valuiffet domeftica gratia, quam utilitas publica.* Huic jam tum nafcenti malo, aliifque, remedium mature idoneum providerat Deus, cum virum illum quem pontificatu fungi voluit, oracula divina tradendi facultate, quafi facro quodam figillo & charactere, ab hominum vulgo difcrevit & feparavit. Nemo

[a] Lib. περὶ τοῦ EI. [b] In Epict. c. 39. [c] Levit. 7. 17. [d] Levit. 21. 10. Ezec. 44. 20.
[e] Hiftor. l. 4. p. 106. [f] Lib. 3. de Vit. Mof. p. 679. D

SECT. I. enim jus illud, qoo Aaron aut alios quifpiam Pontificis dignitatem tenuit, in dubium vocare, vel eum taoquam honoris non fui iovaforem loco movere poterat: cum Deus eum Oraculi fui interpretem acciperet, Ephodi fuo prophericum Urim conjungeret, eique pontificatum exetcenti refponfis manu fua traditis annuere videretur.

Nec inftrumentum propheticum, *Urim* nuncupatum, ad pontificis tantum officium a cujufvis iniqui poffefforis injuria, fed & illius perfonam a populi cootemptu, vindicandum iofervire poffet. Tam ioiqui rerum æftimatores funt οἱ πολλοί, quod fieri vix poteft, qoin facrorum honos & revereotia cum ipfo facerdotum honore ruat, & Religio maculas eoncipiat ex ipfis quas illius mioiftri ferunt fordibus. Omnes itaque gentes, quas ullus Religionis amor aut ftudium tenuit, id primis in curis pofuere, ot populus eo quo par eft cultu & obfequio facrorum miniftros obfervarent. Nec minus Dei præceptis & inftitutis curatum erat, ut Ifraelitæ αἰδεῖσθαι ἱερά difcerent. Proue enim Prophetis miracula, Regibus unctionem folennem, ad eorem dignitatem afferendam conceffit Deus; ita & facerdoti fummo fplendida pontificatus iofignia, quæ decus & majeftatem illi conciliarent. Inter alia, fatidicum *Urim* pectori fuo affigi voluit, ut illi, coram populo κατ' ὄψιν judieaote, gratiam & honorem adderet. Et certe Deus honore magis infigni Pontificem dignari vix potuit (mote hominum loqui liceat) quam qood locum Angeli quafi terreftris ei dederit, cujus minifterio cœli eonfilia populo fuo revelaret. Judæos antiquiores ita cenfuiffe, mores eorum luculenter indicaot. Poftquam enim [a] *Diodorus Siculus* in Hebræorum originem, jura, ritus, alia, curatius inquifiviffet; perfonæ inter Sacerdotes meminit, cui Mofes προστασίαν *præfidentiam* decreviffe dicit, de qua, veterem Ægyptiorum traditionem fecutus, hæc memoriæ tradit; τοῦτον προσαγορεύουσιν ἀρχιερέα, καὶ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων. Τοῦτον δὲ κατὰ τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰς ἄλλας συνόδους φησὶν ἐκφέρειν τὰ παραγγελλόμενα, καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος οὕτως εὐπιθεῖς γίνεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, ὥστε παραχρῆμα πίπτοντας ἐπὶ τὴν γῆν προσκυνεῖν τὸν τούτοις ἑρμηνεύοντα ἀρχιερέα· i. e. *Eum fummum facerdotem nuncupant, & NUNCIUM exiftimant oraculorum divinorum. Eundem ferunt in cœtibus Ecclefiafticis, & aliis conventibus* fibi a Deo *aununciata proferre, & Judæos ei ita plurimum obtemperare, ut defubito*, ad primum ejus obtutum, *proni in terram cadentes, Pontificem* Dei mentem, *iis interpretantem venerentur.* Hæc autem *Diodori* Siculi traditio proculdubio non ad noviffima pene, quibus ipfe floruit, Judæorum tempora refpectum habet, cum res eorum in pejus indies inclinarent, Oraculum URIM fileret, adeoque Pontifex Max. honoris & poteftatis fuæ jacturam haud levem feceret; fed ad ea quibus res eorum integræ ftabant, & Pontifex Oraculum vocale pectoris fui velamine geftabat, cujus etiam refponfa in regni gravioribus expectabant, & cujus gratia reverentiam pontifici, tanquam Dei legato, plane fingularem exhibebant. Quis enim hominis illius ora, nifi horrore quodam religiofo perftrictus, intueri potuit, qui numen eircumferre, veftes folius futurorum præfcias gerere, regni fata ex ipfo finu promere; verbo, qui primus inter homines & ultimus inter Angelos effe videbatur. Nam caufis non nifi feriis & altis proculdubio tribuendum eft, quod tanta populum Judaicum religio inceffefit olim, ut cultu tam prono & humili Pootificem exciperent, eumque *nuncii divini* titulo & hooore cohoneftarent.

SEXTO: *Decori gratiâ*, probabile eft Deum *Urim* interrogandi poteftatem facerdoti primario detuliffe. Nam fi liberæ rationis examini & arbitrio res tora fubmittatur, fine dubio Judæorum hierarcham perfonam huic muneri fungendo maxime idoneam judicabit. Quis enim (hominum rationem appello) magis aptus haberi poteft, cui cum ipfo numine commercii quicquam intereedcret, & qui fummi Dei eonfilia Judæis annunciaret, quam perfona fanctitate fingulari clara, & religionis muniis obeundis ratione fpeciali feparata? Cui *Seraphim* aut Theraphim confulendi munus magis convenire potuit, quam ei cui foli propinquus ad *Cherubim* aditus eoncedebatur? Rationem fimplicem hanc fententiam facile laturam, mores Geotilium indicant, e oaturæ folius fenfu de honefto & decoro judicantium. Apud eos enim in legem abiit, imaginum facrarum refponfa per facerdotes folummodo, expiata illa & numini devota capita, tradenda expectare. Solis facerdotibus & vatibus (quod ftatim oftendo) Deorum alloquio gaudere, & eorum quafi confiliis intimos effe eonceffum erat. Nec dubitandum tamen, quin erhnici eodem confilio quo facerdotes ante alios, pontificem ante facerdotes, fi forfan adeffet, facratiori huic Deos confulendi muneri præpoocrent. In hujus

a *Eclog. ex Lib.* 40. p. 922.

rei

rei confirmationem & argümenti totius illustrationem, non pigebit inclytum *Luciani* testimonium, e libro suo de *Dea Syria* depromptum, in medium dare. Illic autem plurima refert de Templo illo Deæ Syriæ dicato, quod nominis sui famam per orbem terrarum propagarat: inter alia vero, quod in eo fuerint ἀρχαῖα ἀναθήματα καὶ πολλὰ θαύματα, καὶ ξόανα θεοπρεπέα, καὶ θεοὶ δὲ κάρτα αὐτοῖσι ἐμφανέες, &c. i. e. *Donaria antiqua & miraculosa multa, & statuæ religiosæ, & Dii quoque ex ipsis manifestam significationem dantes. Siquidem & sudorem*, inquit, *emittunt quæ ibi sunt statuæ, moventur & oracula edunt.* Præ cæteris vero Apollinis statuam vaticiniis & quibusdam consulendi ritibus peculiaribus notabilem memorat. Nam, inquit, εὖτ᾽ ἂν ἐθέλῃσι χρησμηγορέειν, &c. *Cum illi libitum sit oracula fundere, in sede sua primum movetur:* quo signo dato, *sublimem tollunt sacerdotes.* Et post pauca, addit, ὁ ἀρχιερεὺς ἀντιάσας ἐπερέεταί μιν περὶ ἁπάντων πρηγμάτων. *Summus sacerdos supplex accedens, interrogat illum de omnibus in dubio positis.* Alias etiam gentes Pontifici Max. Deorum Oracula consulendi & prophetandi partes assignasse, [a] *Juliani* verba causam opinandi præbent: ἐγὼ τοίνυν ἐπειδή περ εἰμὶ κατὰ μὲν τὰ πάτρια μέγας ἀρχιερεὺς, ἔλαχον δὲ νῦν καὶ τοῦ Διδυμαίου προφητεύειν, ἀπαγορεύω σοι τρεῖς περιόδους σελήνης μήτε τῶν εἰς ἱερέα μηδὲν ἐνοχλεῖν. *Ego itaque quoniam sacrorum patriorum factus sum Pontifex, & Oraculi Didymæi præfecturam jam sortitus sum; edico tibi, ne quid eorum quæ ad sacerdotem magnum spectant totis tribus mensibus attingas.* E quibus facile colligendum, Julianum, *prophetandi* vel Oraculi voces propheticas enunciandi partes Pontificis Maximi proprias existimasse, & inde præfecturam Oraculi, jure pontificatus sui, sibi soli vindicasse. Cum his affinitatem colit inscriptio vetus a [b] *Grutero* memorata, qua *Onias* quidam, ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΠΡΟΦΗΤΗΣ *Sacerdos Summus & Propheta* nuncupatur.

Septimo: Deus *Regiminis causa* Pontifici soli Urim consulendi copiam fecisse videatur. Rationis hujusce valorem quo distinctius intelligamus, sciendum est primo, Deum, simulac Moses e vivis emigrasset, sacerdotem summum, supremum regni præsidem & Vicarium ejus ordinarium statuisse. Hoc e variis Scripturæ [c] locis innotescit, quibus Pontifici, in jure dicendo, causis cognoscendis, & rebus regni moderandis, partes primæ tribuuntur. Idem etiam loquuntur ipsa pontificis ornamenta, potestatis cujusdam regiæ documenta. Inter ea *Philo* mitram imprimis imperii summi tesseram asserit, hæc inter alia de dignitate pontificali [d] loquens: καὶ ὅτι τὴν κεφαλὴν οὐδέποτε ἀπομιτρώσει, τὸ βασίλειον ἐκ ἀποθήσεται διάδημα, τὸ σύμβολον τῆς ἐκ αὐτοκράτορος μὲν, ὑπάρχει δὲ καὶ θαυμαστῆς ἡγεμονίας. i. e. *Ex eo etiam quod caput ejus mitra nudandum non est, regium diadema non est ei exuendum: hoc autem insigne est potestatis, non quidem imperatoriæ, sed tamen gubernatricis, & præfectura admirabilis.* His verbis *Philo* Pontificis mitram diadematis regii vicem occupasse, & potestatem regiæ proximam indicasse, consultius asserit; cum Deus ideo mitram aut cidarim capitis sui ornamentum posuerit, [e] κιδάρει γὰρ οἱ τῶν ἑῴων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι *quod & Orientis reges cidari, vice diadematis, uti solerent*, modo hæc *Philonis* ratio quid veri ferat. Nec minus luculentum & indubitatum loci pene regii signum extitit Pectorale, quod pontifici in ornamentis erat illustrioribus. Nam Israelitæ ipso illius titulo edocti, facile intelligere possent, Pontifici soli secundum Deum jus dare & dicere concessum esse, eumque Judicem supremum (saltem in pacato rerum statu) constitutum. Hæc paulo firmiora redduntur [f] *S. Chrysostomi* testimonio: ἡ μὲν τιάρα τὴν ἐξουσίαν ἐδήλου, ἥν τε αὐτὸς [ὁ ἀρχιερεὺς] ἦχε τοῦ λαοῦ Quod ornamenta jam dicta voce submissa, *Josephus* clara & distincta, testatur, cum βασιλείαν *potestatem regiam* [g] appellat τὴν πρότερον τοῦ κατὰ γένος ἀρχιερεῦσι διδομένην τιμὴν, *honorem quo primitus pontificale genus honestabatur.* Testimonium hisce cognatum perhibet [h] *Diodorus Siculus*, qui de Judæorum rebus disserens, ait *Mosem* βασιλέα μὲν μηδέποτε τῶν Ἰουδαίων, &c. *non ordinasse Judæis regem, sed ei imperium populi censuisse committendum, qui prudentia & virtute inter sacerdotes aliis præstare videretur: atque hunc*, inquit, *Pontificem summum appellant*, &c. Populus Israeliticus itaque non immerito *Sacerdotium regale* in Dei scriptis audit, quod rerum suarum arbitrium *ordinarie* penes sacerdotem regium fuerit. *Ordinarie* cautus dixi: Si enim שפט *judex* aliquis (quem scriptores Romani *Suffetem* dixissent) immediato Spiritus impulsu ad imperii habenas capessendas excitatus esset; ei, utpote potestatem ἀνυπεύθυνον habenti, sacerdotes, atque adeo Pontifex ipse, cedere cogebantur.

a *Epist.* 62. p. 451. b *Inscription. thesaur.* p. 326. c *Num.* 27. 19, 20. *Josh.* 14. 1. *Deut.* 17. 12. *Josh.* 17. 4. d Lib. περὶ Φυγάδων. p. 466. C e Lib. 3. de *Vit. Mos.* p. 671. A f Ap. *Phot. Biblioth.* p. 1553. g *Antiq. Judaic.* l. 14. c. 4. p. 615. 35. h Lib. 40. ub. sup.

SECT. II.

Cum itaque facerdos primatius, fub prima gentis Ifraeliticæ tempora, Reip. caput effet, & non folum Jehovæ fed etiam Gentis rebus præeffet; rationi maxime conveniebat, ut hoc Oraculum politicum Pontifici, prout oculus capiti, perpetuo conjungeretur: cum præfertim Antiquitatis fide receptum effet, eandem perfonam, eamque folam, Dei confilium & Dei locum juxta tenere. Atque inde forte *Jofephi* verba fratres ejus alloquentis, anfam accepere; [a] *an ignoratis quod talis vir, qualis ego fum,* qui [b] fummum poft Regem locum habeo, *fciat divinare?* Non opus eft ut affirmationis hujufce fidei aftruendæ operofius incumbam ipfe, cum gratum mihi otium hic faciant appofitiffima *Grotii* verba in textum illum [c] *S. Johan.* τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν· ἀλλὰ ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου προεφήτευσεν, &c. *Apud Homerum de fomnio quodam dicitur, contemnendum fuiffe nifi evenisset Ducum Duci Agamemnoni. Et apud Spartanos folis Ephoris licebat fomnia referre. Et Hebræi aiunt ominis loco effe quod viro principi etiam ignoranti exciderit.— Docet fcilicet ratio, fi quid publici negotii fignificari vellet Deus, id fignificaturum maxime iis qui populo præfunt. Sic Pharaoni, fic Nabuchodonoforo ventura per fomnium patefacta funt. Etiam Urim & Thummim confulere Regum erat aut fummorum Magiftratuum in populo. Quia vere Caiphus in eo populo fummam obtinebat dignitatem, & quafi princeps erat populi, ideo ejus ore tanquam inftrumento utitur Deus.* Cum etiam (fi *Grotii* purpuræ laciniam meam affuam) Pontifex rerum fummæ præeffet, & fupremo populi Domino vicariam navaret operam; loci fui dignitas poftulavit, ut oracula publica tradendi munus, illi utpote perfonæ publicæ mandaretur. Privato alicui circa regni negotia non licuit effe tam prophetico. Apud veteres itaque fomniorum interpretes axiomatis auctoritatem tenuit, ἰδιώτας καὶ πένητας [ἐν] ἄλλοις ὀνείρασι δημοσίοις, nemo *humilis & privatæ fortis homo fomnia publica vidit;* prout nos docent celebris inter eos magifter, [d] *Artemidorus.*

Octavo: verifimile eft, Deum Urim in folam Pontificis manum tradidiffe, refpectu habito ad mores Gentium quos Ifraelitæ fufpicere folebant, & ipfis quafi cordibus infculptos retinere. Nam (1°.) Gentium facerdotes Deorum altaribus & confiliis pari propinquitatis gradu admoti credebantur, & eædem perfonæ populi facrificia ad Deos & Deorum refponfa ad populum ferre folebant. Aptum itaque & feculi mori confentaneum erat, ut Deus facerdoti fuo fatidicum Urim concederet, & eum alloquio frequenti dignaretur; ne aliter facerdos ejus gentium facerdotibus inferior, oracula divina non ea qua gentium religione accipienda, & Deus facerdotes & facra fua minoris, quam Dii gentium facrificulos & ritus fuos habere videretur. (2°.) Temporum antiquiorum ufu receptum videtur ut in quavis familia, *Theraphim* confulendi jure & privilegio *major domo* folummodo frueretur. Nam Laban, Micha, Gideon, omnes, quos Theraphim habuiffe legimus, in familiis fuis principatum tenuerunt. Cum itaque facerdos fummus domus Leviticæ princeps effet, & ordinariæ toti Hebræorum genti præfideret; ufus poftulaffe videatur, ut Theraphim [vel Urim] penes unum Pontificem effet, & Pontifex (utpote magnæ familiæ caput) Urim interrogandi jure folus uteretur.

Rationes alias fortaffe ftatim leviter attingemus, cur Deus facerdotum tantum principem Oraculi fui cuftodem & interpretem ordinarium conftituerit.

SECT. II.

An Regi, vel Sacerdoti plebeio, quandoque licitum effet Urim geftare & confulere?

Quæ de pontificis partibus in Oraculo τοῦ Urim fcifcitando jam dixi, huic etiam quæftioni occafionem præbeant, *annon Regi, vel facerdoti alicui vulgari, Urim confulendi licentia* quandoque *concedebatur?* Plerique fentiunt Deum pontificem folum Oraculum Ejus confulendi privilegio cohoneftaffe, nec regi vel facerdoti alicui plebeio aditum ad Urim immediatum conceffiffe. Et lubens agnofco fententiam illam fpeciofam effe, & veritatis aliquid, uti palea tritici nonnihil, fibi admiftum continere. Noftrum erit verum a falfo tribus hifce Thefibus feparare.

a *Gen.* 44. 15. b Olim *principatui & publicæ adminiftrationi prophetiam adeo conjunctam intelligemus; ut affirmare liceat, Regibus & principibus, tam jura dare quam etiam divinare, munus fuiffe.* Fortun. Scac. Myrothec. P. 1. c. 38. col. 191. c *Cap.* 11. 51. d *Oneirocritic.* lib. 1. cap. 2.

Primo:

PRIMO: *pro indubitato habeamus, Deum voluntatis suæ per Urim patefactæ nuncium & interpretem ordinarium, Pontificem solum constituisse.* Nam Urim & Thummim inter illius tantum ornamenta [a] recensentur. Et *Numer.* 27. ubi Deus Mosi præcipit, ut suo loco Joshuam pnpulo Ducem præficeret; inter alia [b] dicit, quod *stabit coram* [c] *Eleazare sacerdote, & interrogabit eum de judicio* (h. e. sententia) *Urim, juxta os ejus egredientur* &c. [d] Legimus etiam, Saulum postquam Philisthæorum copias fudisset, Pontifice jam præsente, consilium a Domino quæsivisse; cum in eo rerum articulo parum ei constaret, quid ageret aut quonam signa sua verteret. David etiam cum res ejus in ancipiti loco essent, ad [e] Ahimelechum Pontificem se contulit, qui Davidis gratia Deum interrogasse dicitur. Hujus autem officii præstiti causa, Saulus ei convitia ingerit, majestatis læsæ postular, eique capitis pœnam decernit, vers. 16. E jam dictis tria nascuntur corollaria, quæ Argumento huic obscuriori lucis nooihil afferant. SECT. II. Thes. 1.

(1°.) NULLI privato, qualis erat David Saulo nondum extincto, ad Oraculum Urim oisi Pontifice mediante dabatur aditus. Cum enim Davidis animum sententiæ dubiæ torquerent; ut oprimam salutis suæ expediendæ rationem iniret, ad Pontificem oraculi impetrandi causa se supplex contulit. Ideo vero Pontifex [Ahimelechus] Davidis causa Deum consulens, iras tam graves Saulo concitavit, quod probe norat Rex nullum alium in facti tam ingrati partem venire potuisse; adeoque per Ahimelechum solum stetisse, quo minus consilia sua contra Davidem inita prospere & ex voto cederent. Si enim alicui de plebe Dei Urim interrogare licuisset, Ahimelechus peccatum magis veniale commisisset, nec Sauli bilem adeo commovisset.

(2°.) CUM privatæ cooditionis homines consilium a Deo per Urim quærerent, in Pootificia potestate situm erat, iis (si visum esset) Oraculi sui usu peoitus interdicere. Nisi enim sacerdos sui arbitrii esset, & lege nulla ad muneris sui exercitium astrictus, cum res tantum privata ageretur; non esset quod Saulus Ahimelechi factum tam moleste ferret, & illud aoimi rebus ejus parum faventis argumentum existimaret, eumque morti adjudicaret, tantum quod Davide poscente Oraculum Domini consuluisset.

(3°.) CUM virum aliquem regni gubernaculis admotum, Oraculum adeundi cupido teneret, ut super imperii rebus Dominum consuleret; graviter peccasset Pootifex, si muneri suo & magistratus desiderio defuisset. Cum enim Deus id Joshuæ in mandatis dederat, ut ex Oraculi sui sententia quidvis ageret; simul etiam Eleazaro [f] præcepit, ut re postulante, *de judicio* vel sententia *τῶ Urim* Joshuæ loco *interrogaret.* Qui itaque primas in regno tenuit, sacerdotem summum & illius Oraculum suo pene in arbitrio habuit, & sacerdotem ad Oraculum sciscitandum, mandato, eum voluit, absoluto devincire potuit. Hujus rei testem dabo *Josephum* qui regem jus illud obtinuisse dicit. [g] ea *Sauli* verba, *fac accedere Ephod*, in hunc modum [h] explicans; καλέσας ὁ βασιλεὺς τὸν ἀρχιερέα, ἐκέλευσεν αὐτὸν γνῶναι, &c. *Accito -- pontifice,* JUBET *eum rex divinam super hoc voluntatem quærere, an sibi reliquum hostilem exercitum delere permittatur,* &c.

SECUNDO: *credibile est sacerdotes, quibus prima post pontificem sacrorum cura demandata est, Deum aliquando & extra ordinem per* Urim *consuluisse.* Huic assertioni Scriptura simul & ratio suffragari videatur: Thes. 2.

(1°.) SCRIPTURA Sacra: legimus enim *Numer.* 31. 6. Phineazum, patre suo nondum defuncto, ad bellum contra Midianitas prodiisse, manu gestantem כלי הקדש *vasa* vel *instrumenta sanctitatis:* id est, organa illa parvula [Ephod & Urim, cum pectorali] ad Dei consilium exquirendum, prout belli casus postularent. Hanc interpretationem textui maxime convenire censeo, quod verisimile non sit Phineazum solum, cum Israelitarum manu tam parva prodeuntem, vasa omnia majora, ad sacrum rite faciendum requisita, secum ferre vel voluisse vel commode potuisse. Est itaque consentaneum opinari, Phineazum pro ea viee Patris sui partibus functum fuisse, & Oraculorum instrumenta secum tulisse (quæ magnum, in bello præcipue, sui usum præbuere) cum nempe pater ejus, morbo fractus aut annis gravior, officio suo satisfacere minime potuisset. Hic textus hujusce sensus eo mihi gratior est, quod eum *Jonathani Chald. Paraphr.* placuisse constet: sic enim textum integrum [illegible] *misit Moses Phinees filium Eleazar ad bellum,* ואוריא ותמיא דקודשא למשיולא בהון i. e. *Et Urim & Thummim*

a Exod. 28. 30. Lev. 8. 8. b Vers. 21. c Vid. Jonathan. Paraph. in Num. 3. 32. d 1 Sam. 14. 37. e 1 Sam. 22. 10. 15. f Num. 27. 21. g 1 Sam. 14. 37. h Antiq. Judaic. l. 6. c. 6. p. 241. 30.

SECT. II. *fancta ad interrogandum per ea.* Quamvis enim dubium nullum de felici belli eventu Phineazi animum folicitum habere potuerit, cum Dei juffu fufceptum effet; multa tamen in bello fæpios evenire norat, quæ non nifi refponfo divino expediri poterant: ideoque Phinehaz vafa illa fanctiffima prudens in bellum geftavir, ut confilia haberet cafus ad omnes paratiffima. Hic forfan objiciet aliquis titulum illum, כלי הקדש *vafa fanctitatis*, ne minimum cum inftrumentorum, de quibus ipfe textum intelligo, natura confenfum profiteri. Sed culicem illum facile deglutiamus: nam vox ea כלי prout etiam σκεῦος, & *vas*, (fignificatus cognati vocabula) fenfu latiore accipi, & res omnes mobiles & inftrumenta fortis cujufcunque denotare, folent. Neque primus ipfe fum, qui cum nomine illo inftrumentis hifce bene convenire cenfui: nam Pectorale, Ephod, & annexa Urim & Thummim, ἐν σκεύεσιν ἰσχύος *vafis virtutis* aut *fanctitatis* a [a] *Sirachide* numerantur. Quidam etiam e Judæorum fcholis, *Buxtorfio* referente, [b] textum illum, *en abfconditus eft* אל כלים *ad vafa*, de Urim & Thummim expofuere; *quo* inquiunt, *fe fubduxit Saulus*, quoad ex iis de electione fua ad munus regium & officii fui poftulatis quid certius haberet & exploratius. Nihilo plus valet eorum fententia, qui *vafa fancta* de tubis, quibus in bello uti folebant interpretantur. Nihil enim credibilitatis habet unum Phineazum *tubas* [duas aut plures] in manu geftare voluiffe, cum præfertim exercitu non adeo magno ftipatus ad bellum progrederetur. Sed hoc textu miffo, ad exemplum *Michæ* procedat fermo, quod caufam aliquam conjectanti præbet, facerdotibus aliquando Urim confulere licuiffe. Prout enim cum nullum e domo Levitica haherer, primogenitum fuum, more majorum in facerdotem confecravit; ita cum fibi facerdos magnus deeffet, facerdotem, imo Levitam vulgarem, perfonam fatis idoneam habuit, quæ facra faciendi fimul & Oraculum confulendi munere fungeretur. At proculdubio *Micha* (quem veri numinis cultui devotum fuiffe, & nullo fuo merito in idololatriæ fufpicionem incidiffe dixi) munus tam facrum perfonæ vulgari mandare noluit; nifi quod norat Deum iis facerdotum vulgarium minifteriis obicem nullum pofuiffe, fi forte pontifex abeffet aut aliquid humani pateretur. Nam fi Deus lege perpetua & immobili, cuivis e Levitarum ordine omnem Oraculi confulendi facultatem ademiffet; Micha cum Levitam ordinarium tanti muneris miniftrum conftituiffet, Deum certe non beneficii, nedum Oraculi largitorem, fed legis fuæ fpretæ ultorem expectare debuit voluitque. Hic præterire non convenit, quod Saulus Deum per Urim interrogaffe fertur, cum Abiathar facerdotum princeps ad Davidem cum Ephode fe contuliffet: inde vero liquido fatis intelligitur, aliud Ephod in Tabernaculo, aliud etiam facerdotum fuiffe, quorum ope Saulus in abfentia Pontificis Deum confulebat. Hoc vulgatus interpres in animo forfan haboit, cum, hiftoriam Sauli Deum per Urim interrogantis transferens, locum [c] illum infignem fic verterit, Deus *non refpondit ei*, vel *per fomnia*, vel *per* [d] *facerdotes*, vel *per prophetas.*

(2°.) THESIS noftra probabilitatis aliquid, non a Scriptura tantum, fed etiam Ratione mutuari poteft. Nam Pontificis aliquando decumbentis, aut gravibus diftricti negotiis abfentia, poftulavit proculdubio, ut aliquis e facerdotum vulgarium ordine Oraculum illud confulendi munere, faltem pro tempore fungererur. Et publica res tantis fine dubio in anguftiis & mediis periculorum imminenrium minis quandoque verfabatut, quod confilii divini Pontificis folius minifterio poftulandi moras minime pateretur. Deinde: nihil apud alias gentes [Hebræos antiquiores, Arabes, Ægyptios, Græcos, omnes,] ufitatius, quam ut facerdotes, prnphetæ, divinatores, Oraculorum interpretes effent, & refponfa Deorum eorum minifterio redderentur. Id moris apud Hebræos, lege Mofis antiquiores obtinuiffe probabile habeatur, quod [e] *Jobus* & Prophetæ vocem ברים [lina proprie, vel facerdotum veftes e lino factas, indicantem] ad divinatores & oracula notanda ufurpaverint. Quid autem veteres Hebræi fenfum utrumque huic voci dederint, nifi quod viri linteati, vel Ephode veftiti, i. e. facerdotes, plerumque vares effent, & oracula veftibus illis induti confulerent & enunciarent? Moris ejufdem apud Arabes etiam antiquos invalefcentis argumentum haud obfcurum eft vox eorum כהן *Kahan*, quæ utroque illo fignificatu gaudet, *divinavit* & *facerdotio functus eft*. Ægyptios eorum facerdotes pro prophetis & Numini a fecretis habuiffe, non male colligitor ex [f] *Epiphanii* verbis, παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις προφήτας καλοῦσι τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγούς. Apud Græcos etiam aliofque omnes, facerdotibus Deorum alloquio gaudere, & Oraculorum refponfa tradere licuiffe, [g] *Luciani* teftis oculati verbis abunde

a Cap. 45. 9, 10. b 1 *Sam.* 10. 22. c 1 *Sam.* 28. 6. d *Cum. in Hebræo fit*, Urim.
e V. *Loc. cit.* apud *Avenar.* & *Schindler.* in voc. בד. f Lib. 3. Adv. *Hæref.* g Lib. de *Dea Syr.* p. 1070. A

abunde confirmatur: μαντεῖα πολλὰ μὲν παρ' Ἕλλησι, πολλὰ δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις· τὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ ἐν τῇδε Ἀσίῃ πολλά ἐστι· ἀλλὰ τὰ μὲν ἄτερ ἱρέων ἄνευ ἄτερ προφητέων φθέγγονται i. e. *Oracula quidem multa tum apud Græcos tum apud Ægyptios sunt, multa autem & in Africa, & in Asia item multa. Sed illa quidem neque absque sacerdotibus, neque absque interpretibus responsa dant.* Cum itaque Geotium sacerdotes Deorum alloquio gauderent, & eorum Oracula consulendi privilegio fruerentur; rationi convenie ut Deum suis etiam sacerdotibus (si necessitas urgeret) Oraculum ejus interrogandi facultatem indulsisse sentiamus; ne illi præcipuum sacerdotii privilegium prorsus amisisse, & a sacerdotibus ethnicis bonore superari viderentur. SECT. II.

TERTIO: *probabile habeo, Deum faciles & immediatos ad Oraculum suum aditus Regi concessisse: adeo ut vicariam Pontificis opem, ad responsum inde petendum, decori potius quam necessitatis ergo postularet.* Ad sententiam illam amplexandam rationes multæ & speciosæ alliciunt animum: Thes. 3.

EARUM agmen ducat [a] *Cunæi* suffragium, argumento probabili communitum, quod verbis ejus traditum accipiamus: *ipse David quem pridem antea vates regem fecerat, adeo veritus non est summi Pontificis decus usurpare, uti sacrum ejus amiculum, quod* Ephod *appellant, induerit sibi, ac mox quæsiverit ex Numine an auspicato educturus copias in hostem esset. Locus ille illustris extat in commentariis Samuelis, quem omnino perverterunt nuperi interpretes, viri hercle eruditissimi; sed qui hic dormitasse, aut aliud egisse videntur. Judices ego omnes fero qui vel leviter has literas attigerunt. Ecce illa verba,* 1 Sam. 30. 7. ויגש אביתר את־האפוד אל דוד *quæ sic reddita ab illis sunt:* applicavit sibi Ebiathar amiculum Davidis causa; *cum plane illud significetur quod nos diximus, Davidem, accepta Ebiatharis sacra veste, Oraculum consuluisse.* Hucusque *Cunæus.*

SECUNDO: constat Saulum regem, cum periculum a Philisthæis immineret, Dei [b] Urim sua in persona consuluisse. Ea nempe tempestate nemo e gente linigera Saulo adsuit, cui sacrum illud officium deserre poterat. Eum enim e sacerdotibus octoginta morti addixisse [c] legimus, quod eos a partibus ejus aversos, & consilia cum hostibus suis sociare crederet: unde sacerdos magnus & alii cum eo proculdubio, ad Davidem se recepere, ne suspicioois & odii sui victimæ & ipsi caderent. Neque hic Hebræi audiendi, qui Saulum nuocios ad Pontificem exulem & sacerdotes misisse dicunt, qui rogarent supplices, ut Ephode applicato, sibi a Domino consilium quærerent. Nam a vero prorsus abludit, Saulum ab iis quos odio capitali prosequebatur, malorum suorum levamen petere voluisse, vel quicquam læti a sacerdotibus expectare potuisse, cum nuper sacerdotum sanguine manus suas tam immaniter polluisset. Sed & Sauli animus inter spem metumque erucifixus, & periculum imminens, quo Saulus eo tempore versabatur, itineris hujusce tædium & moram minime paterentur. Hic forsan objiciet aliquis, absente Pontifice, Saulo non tantum *potestatem* Deum per Urim consulendi, sed & ipsam *potentiam* defuisse; cum Abiathar ad Davidem fugieos, [d] Ephod & anoexum Urim secum asportarit. At nodus ille facili negotio solvitur: nam dici potest, vel plura fuisse instrumenta, ejusdem nominis & figuræ, quibus in oraculis eliciendis sacerdotes utebantur; vel Saulum Deum per Theraphim interrogasse, quæ tameo titulo *Urim*, utpote voce synonyma bic designantur. Nisi enim Deus ita quandoque responsa dedisset, non est credibile Micham & Danitas, rationem & religiooem omnem ita decoquere potuisse, ut in spem certam oracula e Theraphim accipiendi se tam facile induci paterentur.

TERTIO: quamvis antiquæ gentes, a Templorum adytis, antris & imaginibus fatidicis homioum vulgus arcere solerent; Regibus tameo ad imagines, adyta, locos insuper alios oraculis illustres, aditum liberum & immediatum, prærogativæ loco, reservasse videantur. Nam [e] regem Babylonis consilium a Theraphim de regni dubiis quæsiisse legimus: idem & Ephode facto fecisse Gideonem, multo probabilius est, quam quod sentit *Bonfrerius*, eum oempe Pontificem e vicinia semper accersivisse, cum Dei consilia scitari cuperet. Apud alias gentes præter sacerdotes nulli ad adyta vel simulacra prophetica, nisi reges & principes consultores admittebaotur. Moris hujus exemplum io *Alexandro Magno* notemus, de quo [f] *Callisthenes* hæc memoriæ tradidit: μόνῳ δὲ τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ἐπιτρέψαι παρελθεῖν εἰς τὸν νεών, &c. *Soli vero regi a sacerdote concessum erat, ut in templum habitu consueto ingrederetur: cæteros vestem mutare jussos, & foris omnes Oraculum audivisse, dempto Alexandro qui ingressus intus fuerat.* No-

a Lib. 1. de *Rep. Hebr.* c. 14. b 1 *Sam.* 28. 6. c Cap. 22. d 1 *Sam.* 23. 6. e *Ezec.* 21. 21. f Ap. *Strabon. Geogr.* l. 17. p. 1168. C

SECT. II. bis exemplum haud abſimile præbet [a] *Tacitus* cum ait, *altior in Veſpaſiano cupido adeundi ſacram ſedem* [nempe Satapidis apud Alexandriam] *ut ſuper rebus Imperii conſuleret. Arceri templo cunctos jubet, atque ingreſſus, intentusque Numini*, &c. Simili privilegio & regem Iſraelis gavisum fuiſſe, non male conjiciamus: motes enim Gentilium, ubi retum Judaicarum hiſtoria ſilet, modulum optimum non immetito ſtatuit vir doctiſſimus, quo motes Hebræotum nobis ignotos hodie metiamut & æſtimemus.

QUARTO: privilegium illud quo regi ſoli uti conceſſum, vitio vel incommodo nulli pottam aperite potuit. Cum enim Deus Pontificem Oraculi ſui miniſtrum & interpretem ordinatium conſtituiſſet, ſatis Illius honori & dignitati proſpectum erat, populo ad idololattiam tuituro aditus omnes intercluſi, & curatum ſatis ut ſacerdos maximus effigiem Meſſiæ in ornamentis ejus exhiberet. Quidni itaque tegem quandoque in muneris illius pontificalis communionem aſſumptum, eique voces divinas ex Urim datas ptoptiis autibus hautite conceſſum fuiſſe cenſeamus; cum inde nihil mali Eccleſiæ Judaicæ, honoris autem & dignitatis perſonæ tegiæ plurimum adveniret?

QUINTO: vix ullæ leges Moſaicæ de ſacris, certo titu, loco, perſonis, aut tempote obeundis ferebantur, quæ ſuam obligandi poteſtatem integram ſemper & immutatam tetinuere. Lex enim omnes niſi proſapia Levitica otiundos a ſacrificiis offerendis atcebat; cum tamen alios pietatis laude celebres, ea teligionis officia præſtitiſſe conſtet. Lex etiam *panes*, qui vocantur, *propoſitionis* ſolis Dei famulis, ſacerdotibus, comedendi jus eſſe voluit; eam tamen legem *David & qui cum eo erant*, fame urgente, violare non dubitarunt. Et quamvis Deus ſacrificia *in loco* tantum *quem ipſe eligeret* celebrari juſſerat, Iſraelitas tamen in locis editis, & vitos ſanctiſſimos ubique locorum, prout occaſio ſe daret, altaria Deo ſactata ſtruxiſſe legimus. Quamvis itaque Deus *Urim* Pontifici ſoli dederit, & omnes rebus in incettis conſilio egentes cotam ipſo, veluti tegis ſummi interprete ſtate juſſerit; facile tamen credi poſſit, & legis illius vincula laxiota temporis progreſſu facta fuiſſe, nec tegem aut ſacerdotes tam arcte devinxiſſe, quin & ipſi, ſi res ferret, e ſuis aut Pectoralis *Theraphim* teſponſa peterent, & Pontificis vice quandoque fungerentur. Nam lex ea, prout omnes aliæ quæ de minotibus curatunt, naturas æquales habuiſſe, & a ratione mutabili, malo aliquo ſeculi mote rationem & otiginem petiiſſe videantur.

SEXTO: ſententia conttaria doloſis & infitmis admodum fulcimentis nititur. Nam Cl. *Buxtorfius* officium conſulendi Urim, ſummi ſacerdotis ptoptium fuiſſe, his argumentis confiſus, aſſerit.

(1°.) HOC *Oraculum*, inquit [b] Buxtotfius, *ſolummodo in Sancto Sanctorum ad Arcam coram Domino conſulebatur: & ſolus ſacerdos Sanctum Sanctorum ingredi, & coram Arca miniſtrare* potuit. Sed hoc argumentum ictu levi atque irrito ferit opinionem cui ipſe ſtudeo: quamvis enim Pontificem Oraculum ſuum coram Arca, vel facie ad Arcam verſa ſæpe conſuluiſſe, non inficias iverim; *Buxtorfium* a veritate plutimum abiiſſe patet, cum illum intertogandi ritum ſemper obſetvatum aſſerit. Nam Davidem profugum adeoque longe disjunctum ab Arca & Tabernaculo, medio Ephode conſilium divinum accepiſſe [c] conſtat. At veritatem ſibi minus amicam habuit ſummus vir, cum Oraculum hoc *in Sancto Sanctorum ſolummodo* conſultum dixit. Nam inde ſequetur, Pontificem raro admodum ab Urim teſpoofum accepiſſe, cum illi ad Sanctum Sanctorum non niſi [d] ſemel in anno daretur aditus.

(2°.) REPUGNAT *huic opinioni*, inquit vir doctiſſimus, *locus ille* Numer. 27. 21. *unde Hebræi arguunt, ipſum regem per ſacerdotem ſummum conſulentem Urim & Thummim, coram eo ſtare debuiſſe.* Imo vero ſpecie magis quam re nobis adverſatur hic locus: nam durante quidem Theocratia, ſacerdos ſummus ad imperii clavum ſedebat, & primus a Deo (jure ſaltem & ordinarie) ipſe erat. Ideoque ſacratioris illius imperii conditioni congruum erat & conſentaneum, ut teſponſa publicum ſpectantia, per Pontificem, Dei vicarium & omnibus in gente ſuperiorem tradetentur. Poſtea vero Reſpublica novam regiminis formam ſubiit, eamque Reges habuere, qui non tantum in vilia vulgi capita, ſed Pontificem ipſum (nam David [e] *Zadochi* dominum ſe vocat) imperium exercuere. Cum itaque Deus regem imperii illius pontificalis hæredem quaſi ex aſſe conſtituiſſet, quidni Deum imperii illius pignus, facultatem ſe in arduis conſulendi, ei dediſſe ctederemus; cum

a *Hiſtor.* lib. 4. p. 111. b *Hiſtor. Urim.* p. 270. & 295. c V. 1 *Sam.* 23. 6. & 30. 6, 7. & 2 *Sam.* 5. 19, 23. *collat. cum* cap. 6. 2. d Ad *Hebr.* 9. 7. e V. 1 *Reg.* 1. 32. & 1 *Sam.* 22. 12, 15.

præſertim

præsertim Regem a precaria Pontificis ope & arbitrio ad Dei coosilia cognoscendum pendere, majestate sua & imperio quo erat absoluto indignum videatur. SECT. III.

(3°. At *officium*, inquit auctor laudatissimus, *hoc erat proprium summi sacerdotis, ut Urim consuleret, in quod absit ut dicamus regem involasse, vel sacerdotem summum id ei indulsisse.* Sed & ipse libens agnosco munus illud ita sacerdotis summi proprium fuisse, quod nemini ex humili vulgo in illud involare fas esset; non vero quod nullus e Regum ordine eo licite fungi posset. Davidem itaque, dum in subditis tantum & plebeiis ei locus esset, Dei responsa ministerii sacerdotalis beneficio sæpius accepisse [a] legimus: sed postquam Saulus ioter vivos agere desiisset, & David solio potitus fuisset; ille quasi jure regio jam usus, mediam Pontificis operam, cum Deum consultum iret, nusquam quod memini postulasse dicitur: eum tamen sæpius in angustiis Deum sibi coosiliarium quæsivisse, sacri testantur [b] commentarii.

Rationes quas dedi hactenus animum inducunt ut *Cunai* sententiam in probabilium saltem numero habeam: quamvis (ut aperte loquar) argumentum quod ei tantam in re tam obscura fiduciam fecit, eum ultra meritum illius æstimare sentio. Nam voces illæ, הגישה נא לי האפוד sensum quem ipse spectat vix tortæ fatebuntur; & si totam Scripturam evolvit, vocem נגש eo sensu sumptam ægre reperturus est. Si vero textum Hebræum vere & ad verbum transferamus, hunc solum dabit sensum *affer nunc Ephod mihi;* qui Græcorum, Chaldaici, Syriaci, & Arabici, interpretum auctoritate satis asseritur & confirmatur. Deinde: loquendi formula non absimilis, ubi de Deo per Ephod consulendo agitur, alibi non semel occurrit, ubi sensus allus e verbis ne fidiculis quidem exprimendus est. Nempe 1 *Sam.* 14. 18. *Et dixit Saul & Achijab,* הגישה הארון *fac accedere Arcam*, vel τὸ Ἐφὼδ, uti LXX transferuot. Et 1 *Sam.* 23. 10. *Dixit David ad Abiathar sacerdotem*, הגישה האפוד *applica* vel *admove Ephod.* Ideu vero Saul & David sacerdotem cum Ephode suo sibi propius admoveri voluere, forte quod Joshua (in cujus vicem succedebant ipsi) coram Eleazare sacerdote, eum sententiam τῶ Urim illius causa quæreret, stare teneretur; vel quod moris esset ut persona responsum expetens vocem ex Oraculo prodeuntem propriis auribus acciperet, ne quis imposturam oraculi larva tectam, sibi oblatam suspicari posset; vel forte quia Saulo & Davidi, potestatis suæ regiæ jure & privilegio, licitum esset, Ephod sibi ipsis induere; vel saltem dubia sua Deo solvenda proponere, Pontifice tantum Oraculi instrumeota præferente.

Hæc autem & ea quæ de prompto facilique ad Urim aditu Regi dato, ejusque eum vellet consulendi potestate peculiari, dixi alia, in medio & sub Lectoris arbitrio relinquo. Nec opus est ut stylum meum in hanc cootroversiam altius immergam, cum hoc Oraculum (quod statim ostendo) sub prima Salomonis tempora conticuerit.

SECT. III.

Cur soli Pontifici THUMMIM *gerere concedebatur.*

CUM circa personam adhuc versetur sermo, cui pectoralis instrumenta gestandi provincia demandata est; hanc quæstionem solutione non indignam arbitror, *cur soli Pontifici* Thummim *gestare concedebatur?* Huic autem quæstioni hoc brevi responso satishat: perquam probabile est Deum Pontificem solum hoc honore dignatum fuisse, ut Thummim index esset & insigne muneris illius Judiciarii, quo Pontifex, ordinarie & de jure fuogebatur; integritatis etiam in Judice, præcipue supremo, requisitæ mooimentum. Ne sententia mea levis & temeraria tantum conjectura videatur, evincere conabor, Primo, sacerdotem summum Judicis officium obiisse, eumque sæpe rerum sacrarum simul & civilium arbitrium habuisse: Secuodo, Thummim muneris illius judicialis insigne fuisse, & integritatis, in Judice præcipue, requisitæ monimentum: Tertio, rationes adversas infirmare conabor.

Ne quid in prima pensi mei parte requiratur, ostendam Pontificem Judicem quandoque *supremum* fuisse, & sacerdotis simul & *Suffetis* aut regis cujusdam officium obiisse; Sacerdotem Summum fuisse Judicem,

a 1 *Sam.* 22. 9. 10. & cap. 23. 6. 9. & 30. 7. b 2 *Sam.* 2. 1, 2. 2 *Chron.* 5. 19. 2 *Sam.* 21. 1. 2 *Chron.* 14. 10, 14.

SECT. III.

ſæpiſſime vero Judicem *ſubordinatum*, & cauſas graviores, ſacra præcipue ſpectantes, ad illius arbitrium rediiſſe, cum ſcilicer Iſraelitæ regum imperio ſubjicerentur.

Quandoque ſupremum,

(1°.) QUANDOQUE Pontifex Judex ſupremus erat, & ſacerdotis ſimul & *Suffetis* aut regis cujusdam officio fungebatur. In hoc Argumento veteres & recentiores in ſtudia plane contraria ſciſſos obſervare liceat. Vereres, [a] *Diodorus Siculus*, [b] *Trogus Pompeius*, & ex ethnicis alii, principatus & pontificatus conjunctionem apud Hebræos perpetuam fuiſſe non dubitarunt affirmare. Erroris hujuſce fontem [c] *Seldenus* detegit. Ex adverſo, recentiores plerique, regni & ſacerdotii poteſtatem unquam in ſacerdore primario coaluiſſe, plane negaſſe vel hæſitanter aſſeruiſſe videantur. Nos viam mediam tutius ineundam rati, præfecturam utramque nonnunquam coaluiſſe diximus, & Pontificem QUANDOQUE ſacerdotis & judicis ſupremi perſonam ſuſtinuiſſe. Nec invita veritate: nam poſt captivitatem, Pontifices ſummæ rei præfuiſſe, & utrumque [Pontificatus & Principatus] honorem ſæpe tenuiſſe, [d] *Seldenus* noſter tot illuſtribus teſtimoniis comprobavit, quod ad illius doctas paginas digitum intendiſſe ſufficiat. Sub ipſa rei Iſraeliticæ principia, perſonas eaſdem poteſtatem Pontificalem & Judicialem aut imperatoriam ordinarie tenuiſſe, non obſcure colligitur e celebri [e] illo *Deuteronomii* loco, *vir autem qui ſuperbe egerit, nolens obedire ſacerdoti qui ſtat ibi ad miniſtrandum coram Domino Deo tuo, vel judici,* [f] quicunque fuerit in diebus illis, *interficiatur*, &c. Hæc autem argumento ſunt, omnes imperio Judicis obedire & illius dictaris acquieſcere debuiſſe, modo Deus extraordinarie talem excitaſſet; ſi vero talem non exciviſſet, ad ſacerdotem coram Domino miniſtrantem, id eſt, Pontificem, rerum ſummam rediiſſe, eum ordinarie jura dediſſe, & magiſtratus omnes inferiores illius imperio faſces ſubmittere debuiſſe. Suadet enim contextus in loci cohærentia, ut voces eas [*ſacerdoti qui ſtat ibi*] de Pontifice capiamus, qui [g] *in loco quem Deus elegit*, [Shilo primum, dein Hieroſolyma] ſemper habitavit & miniſtravit. Ad hoc imperii genus inter Iſraelitas, Moſe defuncto, conſtitutum, alluſum videtur *Exod.* 19. 5. *Et eritis mihi* ממלכת כהנים *regnum ſacerdotum*, ſeu *regnum ſacerdotale*, uti Vulgata, vel βασίλειον ἱεράτευμα *regale ſacerdotium*, uti LXX. Hæc autem imperii forma, qua ſacerdotes, Princeps imprimis, rerum publicarum adminiſtrationi, tanquam tot reges præfuere; longo tempore ad regum uſque tempora duraſſe videatur. Hiſce conſentanea [h] *Syneſii* verba: *Hebræi & Ægyptii* χρόνον συχνὸν ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐβασιλεύθησαν *longo tempore ſacerdotum regalium imperio uſi ſunt.* Nil opus eſt ut hæc me diutius detineant, cum [i] alibi poteſtatem hujuſmodi judicialem & regiæ proximam teſtimoniis & aliis argumentis Pontifici vindicaverim.

Quandoque ſubordinatum.

(2°.) HEBRÆORUM hierarcha judicis quandoque ſubordinati & ſub Rege conſtituti vice fungebatur. Hac de re nullum dubitandi locum relinquit [k] *Joſephi* teſtimonium: οὗτος [1] μὲν πρὸ τῶν ἄλλων ἱερῶν, θύσει τῷ Θεῷ, φυλάξει τὰς νόμους, δικάσει περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, &c. *Hic*, Pontifex nempe, *præ ſacerdotibus aliis, Deo ſacrificabit, cuſtodiet leges, de dubiis judicabit, & puniet lege convictos*, &c. Idem e [l] *Philone* colligendum, qui de Principis & aliorum in Judiciis officio verba faciens, hæc habet: *quoties ille non ſatis cauſas perſpicit, propter earum perplexitatem & caliginem*, παραιτείσθω τὰς κρίσεις, καὶ ἀναπεμπέτω πρὸς ἀκριβεστέρους δικαστάς *recuſet officium judicis, & litigatores ableget ad judices accuratiores;* οὗτοι δὲ τίνες ἂν εἶεν, ἢ ἱερεῖς, καὶ ὁ τῶν ἱερέων ἔξαρχος ἡγεμών; *hi vero quinam alii fuerint, niſi ſacerdotes, & ſacerdotum princeps?* Horum teſtium fidem eo minus ſuſpectam habeo, quod e Vet. [m] Teſtamento conſtet, homines e genere plurimum Levitico ad tribunal evectos fuiſſe: ideoque fidei conſentaneum eſt, ſacerdotem ſummum Judicis officium ſæpius obiiſſe, cum ille Tribus Leviticæ caput eſſet, & ille ſtudiis juridicis præ aliis vacaſſe cenſeatur. Hac de re paulo fuſius agendum eſt, cum methodi mihi præſcriptæ ratio me ad hoc Argumentum revocaverit.

Thummim muneris judiciarii nota.

PROBANDUM eſt proximo, THUMMIM hujuſce præfecturæ judicialis inſigne fuiſſe, & integritatis in judice præcipue ſupremo requiſitæ monimentum. Hoc autem citra pulverem & ſudorem fieri poteſt. Nam,

(1°.) THUMMIM poteſtatis hujuſce notam & inſigne fuiſſe, vel inde cognoſcatur; quod URIM illius comitem individuum toties in Scriptura reperiamus. Cum

a Lib. 40. ub. ſupr. b In *Juſtin. Epitom.* lib. 36. c De *Succeſ.* in *Pontificat. Heb.* l. 1. cap. 13. d De *Synedr.* l. 2. c. 15. §. 12. e Cap. 17. 12. f Ὃς ἂν ᾖ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις LXX. g Vid. *com.* 8. & 10. h *Epiſt.* 57. & 121. i Vid. *capit. hujus ſect. prim.* k Lib. 2. contr. *Apion.* p. 1380. 15. l Lib. de *Creat. Princip.* p. 728. D m 1 *Chronic.* 26. 29. 2 *Chron.* 19. 8, 9, 10.

1 *Euſebius Præp. Evang.* Lib. 8. cap. 8. p. 365. ita legit *Joſephum*: μετὰ τῶν συνιερέων θύσει &c. In quodam MS. (inquit *Hudſon*) μετὰ τῶν ἄλλων ἱερέων.

enim Urim Dei consiliis & responsis referendis inserviret, adeoque Pontificem ordinarium regni judicem & præsidem a Deo constitutum indicaret; quid Thummim (res naturæ plane diversæ) cum Urim eadem in [a] lege, eodem etiam in pectorali, conjungeretur; nisi quod usu salrem generali cum eo conveniret, & Ponrificem in omnibus causis, tam sacris quam civilibus, summum (secundum Deum) judicem & moderatorem declararet? Idem paulo luculentius intelligirur, ex ipso loco vel sede [[b] pectorali nempe] quem Deus τῷ Thummim assignavit. Nam pectorale illud, חשן המשפט λόγιον τῆς κρίσεως *pectorale judicii*, nomen tenuit, quod inde Dei judicia traderentur, & quod summum Pontificem judicia exercere debere significaret. Quid autem Thummim in Pectorali illo solummodo sedem inveniret, nisi quod inter ea cnguationis aliquid intercederet, & id etiam pontificem Judicis supremi locum occupare significaret? SECT. III.

(2°.) THUMMIM erat etiam integritatis, in Pontifice præcipue (utpote supremo rerum sacrarum & civilium arbitro) requisitæ monimentum. Cum enim imaginem Ægypriacam Ἀλήθεια nuncupatam, institutioni τῶ Thummim ansam dedisse pateat, & ea Pontificis Ægypriaci collo aprata eum in conrroversiis dirimendis se justum & integrum præstare, & πρὸς μόνην βλέπειν ἀλήθειαν, moneret & indicaret; obvium est inde colligere; quod simulacrum Pontificis Hebræi, titulo Thummim celebre, eum etiam sincerum esse debere doceret, & in causis cognoscendis fide inregra & illibata versari commonefaceret. Deinde: cum Urim *lumina*, & Thummim *perfectiones* aut *integritates*, notet; quid symbola nomioibus illis insigoita in pectorali tam arcte jungerentur, nisi ut lumen & perfectionem, scientiam & integritatem in Judice præsertim supremo, præter alia desiderari significarent?

PROXIMUM est, ut Adversantium tela [rationes objectas] confringamus. Horum autem primum, cui multum acuminis inesse creditur, ita formavir [1] Adversarius meus; *Ægyptiorum Pontifex gemmam* ἀλήθεια *dictam gestabat qua Judex, ad illius officii sinceritatem designandam. Verum e Judicibus aliquem, qua talem, Thummim gestasse, nullo patet indicio.* Pontificis *hic apparatus erat, populi personam apud Deum sustinentis, non* Judicis. *Neque quemadmodum apud Ægyptios, sacerdotum Maximus supremi dicasterii præses erat, ita apud Judæos semper: tantum enim abest ut Pontificatus sui nomine semper Princeps fuerit. ut ne quidem illius pars aliqua foret nisi propter rerum agendarum peritiam adsciseeretur.* Patet itaque me multum a vero discessisse, cum Ponrifici Judicis supremi locum assignaverim, & Thummim a Judicis Ægyptiaci simulacro sæpe memorato principium accepisse dixerim. Objecta refelluntur.

OBJECTIONI huic obvio facilique responso satisfiat: animo lubente fateor, sub expirantis Judaismi tempora Pontifici minime cootigisse, semper Synedrii parrem aut principem esse, vel Judicis publici locum occupare. At cauto opus est, ne quæ de Synedrii potestate, vel Pontificis imminuta dignitate, re Judæorum inclinanre dicta sunt, primis Reip. surgentis temporibus obtinuisse censeantur. Tunc enim sacerdos maximus locum principem in Republica tenebat, nisi Deus extra ordinem Judicem excitasset; quo tamen sublato, rerum summa redibat ad Pontificem, & ille sacerdotis & Judicis officio fungebarur. Regiminis hujusce figuram quandam propheticam exhibuit Moses, qui partes suas Aaroni demandavit, quoties a populo diutius abesse cogebatur. Deus etiam hanc imperii formam non parum confirmavit, cum ordinarie soli Pontifici & [c] Judici Urim consulendi licentiam dederit, & omnes (in dubiis gravioribus) ad Pontificem aut Judicem ad [d] *veritatem judicii* capiendam amandaverit. Cætera causam meam non mulrum urgent, nec ea speciali responso digna judico.

SECUNDO: forte regerer hic aliquis, non esse verisimile Thummim sacerdoti maximo concessum, ut monitoris vice esset, & integritatem aut perfectiooem, in loci tam clari viro præcipue requisiram, in illius animum subinde revocaret. Nam doctorum (forsan & ætatum omnium) fide receptum est, nomina illa Urim & Thummim, non respectu aliquo ad Pontificis personam aut officium, sed illius Oraculum habito, Pectoralis instrumentis indira fuisse, & responsi cujusvis inde dati *perspicuitatem* & *sinceritatem* aut veriratem μυστικώτερον indicasse. Object. 2.

FATENDUM est quidem, sententiam hanc doctorum longe plurimorum calculos obtinuisse; quibus & ipse libens astipulari vellem, nisi sensus vocabuli Thummim apertissime reclamaret, & animum in sententiam plane contrariam cogeret. Cum enim vox Thummim *perfectiones* notet, quis paulo nasutior opinari potest, Deum vocem il-

a *Levit.* 8. 8. b *Exod.* 28. 30. c *Num.* 27. 21. d *Deut.* 17. 9. & 12.

1 Vid. *Witsii Ægyptiaca*: L. 3. cap. 11. p. 258.

CAP. VII. lam, adeo reluctantem & invitam, ad *veritatem* significandam trahere voluisse? Quis etiam animom inducere potest, ut sentiat Deum oraculorum suorum veritatem titulo tam solenniter imposito declarare voluisse; quasi quis e gente sancta rem tam tritam, & Natura magistra notam, ignorare vel de ea tantillum dubitare potuisset?

Obj. 3. TERTIO: minime probabile esse, dicet forsan alius, simolacrum Sapphirinum, quo Ἀρχιδικαστὴς Ægyptius inter judicandum ornabatur, τῷ Thummim originem tribuisse; quod illud in propatulo esset, & collo illius adaptatum, in populi conspectu perpetuo versaretur; cum Thummim ab oculo vulgi longe remotum, in Pectoralis duplicitate latitaret, & hac in re multum ab exemplari suo discreparet.

RESPONDEO: nihil est cur hoc leve discrimen inter Hebræorum Thummim, & (illius exemplar) Ægypti simulacrum pontificale, sententiæ meæ fidem labefactare censeatur; cum summus Legislator, quicquam e Gentium moribus in Legem transferens, nunquam id studio habuerit, ut ritus omnes in sacrorum suorum familiam adoptati, moribus antiquis unde sumpti fuerunt exacte & per omnia responderent. Deinde, ratio suasit, ut hac in re ab Ægyptiorum exemplari discederetur: cum enim Judex Ægypti sacerdotalis Deum verum, injustitiæ & perjurii vindicem ignoraret; par erat ut ille pro tribunali sedens, simulacrum ejus Ἀλήθεια nuncupatum, apertum & hominum oculis obvium gestaret; ut publica & realis illa justitiæ professio eum ad jus dicendum & veritatem solummodo in judicio sequendum arcte devinciret. Cum autem Hebræorum Pontifex, si a veritatis & justitiæ semita deflecteret, Deum ultorem expectaret; satis erat, ut ille Thummim ejus in Pectoralis latebris, tanquam secretum officii sui monitorem, gereret.

PLURA hic addi possent, si conjecturis indulgere, vel Lectorem, in hoc Argumento satis nauseæ jam passum, enecare vellem.

CAP. VII.

De Oraculi hujus duratione & defectu.

Oraculum Urim sub Salomonis ætatem defecisse. AGENDUM est proximo (cum id mihi pensi proposuerim) de Oraculi hujusce duratione, & ætas (qua licet) investiganda qua primum Urim defecisse censeatur. Mihi vero de re tam obscura sæpe mecum deliberanti verisimile visum est, Oraculum Urim sub ultima Davidis, aut prima Salomonis tempora siluisse; cum nempe sacrum illud Imperii genus, *Theocratia* dictum, ad extrema venisse videatur.

Probatur sex argumentis. HANC autem sententiam, non levibus inductus argumentis, amplectendam sentio.

HORUM primum a silentio Scripturæ petitur. Postquam enim Hebræorum reges natalium jure solium occuparant, quenquam Deum per Urim consuluisse vel eum ita respondisse nusquam reperitur. Deus equidem a Josuæ ad Davidis tempora sæpe per *Urim*, raro autem per *Prophetas*, voluntatem suam de re aliqua unde salus populi pendebat, revelavit: at secolis sequentibus (cum nempe Deus regis civilis partes agere pene desiisset) eum quandoque per *Prophetas*, nunquam per *Urim* aut *Ephod*, consilii de regni rebus tradidisse legimus. Hoc autem Scripturæ silentium, pro sententia mea ponderis haud exigui præbet argumentum: quid enim Urim, sæpe quidem *ante* Salomonis tempora, nunquam autem *postea*, consultum legimus; nisi quod Oraculum illud sub ea quæ dixi tempora conticuerit?

SECUNDO: ipsa rerum gestarum conditio, cum primum ad Salomonem regni jura delata sunt, argumento non obscuro est; Deum pectoralis Oraculo, sub imperii Salomonici principia, silentium perpetuum indixisse. Tunc enim Pontifex *Abiathar*, aliique se læsæ majestatis crimine imprudentes obstrinxere: quod forte nunquam admissuri essent, si Oraculum hoc ad manum habuissent, e cujus infallibili responso lites & dubia omnia de vero Regni hærede dirimi poterant & determinari. Nec veritatis imaginem aliquam præ se fert, Salomonem *Abiatharem* loco & dignitate pontificali, exemplo plane novo, dejicere voluisse; si vocale adhuc Pectoralis Oraculum, quod eximiam Pontifici venerationem & majestatem regiæ proximam addere solebat, eo tempore superfuisset.

TERTIO: hinc etiam adducor ut sentiam, Pectoralis Oraculum sub prima Salomonis tempora siluisse, quod primarius illius usus & instituendi ratio cum ipsa regiminis

CAP. VII.

minis forma & conditione quam Israelitæ postularunt, male conveniret. Illi nempe regem sibi proponendum desiderarunt ככל הגוים *sicut omnes* in terræ confinio *gentes*; hoc est, (prout mentem eorum interpretatur [a] *Abarbanel*) *qui rex esset simplicem & absolutam habens potestatem:* qui nempe pro arbitrio suo, Regum vicinorum more, leges ferre, bella gerere, magistratus inferioris subsellii constituere posset; non Dei, multo minus populi suffragium aut consensum præstolatus. Eo jure regio, Saulum, [b] Davidem, aliosque reges, nullos autem e *Judicum* ordine, usos fuisse constat. Hæc autem potestas Regia, cui leges & consilia nulla extra Principis ipsius arbitrium modum & limites posuere, cum primaria τῶ Urim instituendi ratione, ejusque usu quem Deus præscripsit, adversa fronte pugnare videatur. Ideo enim Urim oracula reddendi facultate donatum erat, ut inde populi Præsides in rebus difficilibus & impeditis, Dei voluntatem explorarent, nec quicquam propriis tantum auspiciis aggrederentur. Nam Deus Joshuæ, vel ulli qui *Judicis* tantum titulum gessit, fas esse noluit *ingredi* vel *egredi*, i. e. alicui genti bellum indicere, vel quicquam in regni arduis pro arbitrio suo constituere; sed Pontificis Oraculum sciscitari, & per illud, tanquam cœlestem cynosuram, consilia & actiones suas omnes dirigere, tenebantur. Pontifex [c] *Abel* ille fuit, quem in consilium [d] advocabant prius, *& sic rem omnem graviorem perficiebant*. Nec hoc argumentum inde vanum & elumbe redditur, quod constet Saulum & Davidem Oraculum Urim consuluisse, & res suas illius sententiæ submisisse, quamvis cum imperio & jure regio præessent Israelitis, nam Saul & David non erant reges nati, sed a Deo designati; unde patet Theocratiam, cui ministravit Oraculum illud, quanquam moriturum quidem, tunc temporis haud prorsus expirasse.

QUARTO: hisce ponderis aliquid addit exemplum *Hilkiæ* pontificis, [e] *Huldam* Prophetissam consulentis, cum regis animus in dubio hæreret, & ille aliique, de rerum eventu solliciti, inter spem metumque vacillarent. Neutiquam autem credibile est, *Hilkiam* consilii circa regni dubium impetrandi causa, *Huldam* adire voluisse, si Pectoralis Oraculum suo saltem tempore non conticuisset. Hæc enim submissio Pontificis officio, locique sui dignitati minus consentanea videatur.

QUINTO: Urim Oraculum politicum erat, a viris tantum qui rerum publicarum regimini præerant, circa regni totius negotia consulendum. Rem hanc, ejusque rationem præcipuam, verbis Cunæi paulo clarius & felicius exprimo: Ille postquam Urim interrogandi modum enarrasset, [f] *ea consulendi ratio*, inquit, *non privatis, aut de plebe hominibus, sed regibus duntaxat, summisque judicibus, aut iis qui publice missi a populo essent, usurpata fuit. Quoties enim res magna agebatur itum illuc est. Privatorum negotia votis precibusque relicta sunt, ne Oraculi sanctitas evilesceret.* Jonathan ea mente fuisse videtur, qui celebrem [g] illum *Exodi* locum sic illustravit; *& pones in pectorali judicii* URIM, *quæ illustrant res ipsorum, & manifestant abscondita domus Israel.* His ulterius astruendis hic immorari non licet, cum iis fidem satis apertam [h] alibi fecisse videamur. Cum itaque URIM Oraculum publicum & politicum esset, ad publica dubia solvenda, resque regni moderandas institutum; neutiquam probabile est, illud ultra Salomonis tempora durationis suæ terminos protulisse. Tunc enim Deus, ut populi votis annueret, reges ei concessisset, iisque regni totius arbitrium integre delegasset; nec Oraculum, semper in rebus publicum spectantibus interrogandum, cum potestate illa regia & arbitraria stare potuisset.

SEXTO: Pontificis Urim, sub tempora Salomonis, usibus & finibus illius omnibus abunde serviisse. Ex iis duos tantum in præsenti memorabo, ne rei ejusdem repetitio frigida & molesta censeatur.

HORUM primus erat, ut honorem & dignitatem adderet Hebræorum Pontifici, adeoque sacerdotum genti, quos solos Deus alloqui dignabatur; quorum etiam ministerio, in Dei responsis eliciendis, Judices uti cogebantur. Hoc veri speciem haud exiguam præ se ferre, probat [i] *Riberæ* testimonium: cum enim observasset, Deum Joshuæ & Davidi sæpe per Urim respondisse; *non putandum est*, inquit, *semper ita Dominum respondisse, nam cæteris postea regibus non legimus respondisse per Urim, sed per Prophetas: respondebat tamen aliquoties prioribus illis temporibus, cum opus erat, ut sacerdotalem dignitatem commendaret.* Cum itaque Deus ad Davidis usque tempora per Urim respondisset,

a *Comment.* in 1 *Sam.* 8. b 2 *Sam.* 21. 1. c 2 *Sam.* 20. 18. d *Num.* 27. 21. e 2 *Paralip.* 34. 21, 22. f De *Repub. Hebr.* l. 2. *cap.* 2. g *Paraph.* in *Exod.* 28. 30. h V. Pag. 924, 925. i De *Templo* lib. 3. cap. 12.

CAP. VII.

Salomonis ævo non magis opus erat oraculis e pectorali datis ***ad facerdotalem dignitatem commendandam***, quam ætate nostra miraculis ut inde fides Christiana confirmetur.

(2°.) PONTIFICIS Urim in Θεοκρατίας indicium, pignus, & instrumentum, a Deo institutum est. De assertionis hujusce veritate non est quod quispiam ambigat, cum Deus durante divina illa politia, de rerum summa, de belli casibus, de regni gravioribus, responsa per Urim pene semper dederit; & primariis tantum regni sui ministris, si quando futurorum ambigui vel consilii inopes essent, Oraculum illud consulendi potestatem fecerit. Deinde: clarum est Deum per prophetas quidem, visiones, voces etiam cœlitus emissas, consilia sua cum Patriarchis communicasse: de responsis vero publicum spectantibus, per pontificis alicujus Urim, ante Theocratiam editis, Literæ sacræ altum silent: nec postquam Hebræorum reges natalium jure solium occuparant, quenquam Deum per Urim consuluisse, vel Deum ita respondisse reperimus. Adeo ut Oraculum hoc cum ipsa hac Theocratia initium accepisse, & cum ea prorsus expirasse videatur. Illam autem cœlestem regiminis formam cum ipsa Hebræorum Republica principium habuisse, neminem in Scriptura sacra versatum latet: eam etiam plurimum imminutam & morti vicinam, cum Deus Saulum & Davidem ad solium evexisset, non immerito asseramus: ea vero sub Salomone qui primus hæreditario jure principatum tenuit, extremum pene spiritum efflasse censeatur. Cum enim homines, nascendi sorte, non (uti *Judicum* seculo) calculo divino principatum obtinerent; eo manifestum erat potestatem regiam in Davidis familia firmatam fuisse, Deum solio suo civili cessisse, & regis politici personam & jura deposuisse.

CUM hæc omnia mecum reputo, magistris Hebræorum (in quorum verba jurant *Galatinus*, *Serarius*, aliique longe plurimi) consentire nescio, qui Oraculum hoc in captivitate Babylonica primum cessasse contendunt. Veritati propius videtur, quod per eadem tempora quibus & Theocratia, cui ministravit, e rebus sublatum fuerit. Atque inde factum arbitror, quod quamvis Judæi moderni morum aliorum antiquiorum traditiones aliquas probabiles & secum constantes retinuerint; de hoc Oraculo verba facturi, nil nisi fabulas aniles, & dogmata cum Scripturis & semetipsis male convenientia in medium proferant. Nempe tot secula, a novissimo illius usu elapsa, in quibus Judæorum res misere afflictæ fractæque fuere, facile Oraculi hujusce, præ aliis institutis Mosaicis, memoriam & scientiam omnem abolere possent.

Objectionum nebulæ discutiuntur.

SENTENTIA mea tot argumentis communita, id unum jam postulat officii suscepti ratio, ut argumentationes ei forsan objiciendas enervare conarer.

Obj. 1.

Ex iis prima sic habet, probe notum est, non deesse plurimos, eosque summos in Rep. literaria viros, qui Oraculum Urim cum primo tantum templo cecidisse sentiunt, & sententiam suam ex [a] illo *Ezræ* loco, multa cum fiducia probare satagunt; *dixit eis Athirsata, ut non comederent de Sancto Sanctorum, donec surgeret sacerdos cum Urim & Thummim.* Nam e verbis hisce constare dicunt, *Ezram* & alios e Synagoga magna viros, in memoriam Urim, utpote ante annos haud adeo multos vocalis rediisse, & spem lætam Oraculi illius, templo jam restituto concepisse, quod a templo tantum vastato desiderassent.

AT pace doctorum, locus ille nullum tantæ fiduciæ fundamentum præbet. Nam vox illa עד *donec*, apud Hebræos ad personam fortiter negantem & rem nunquam futuram indicandam sæpiuscule usurpatur. Ex. gr. *1. Sam. 15. 35. Non vidit Samuel ultra Saulum*, עד יום מותו *usque ad diem mortis suæ*, id est, nusquam postea vidit: *Jes. 22. 14. Si expietur iniquitas ista donec moriamini:* Job. 27. 5. *Donec expiravero, non amovebo integritatem meam a me.* Genes. 28. 15. *Non deseram te donec perfecero.* Loca cognata occurrunt, *Mat. 12. 20. 2 Sam. 6. 23. Mat. 1. 25.* quæ otium agentibus consulenda trado. Sane Judæis adeo notum & observatum est hoc loquendi genus, ut doctissimi inter ipsos vaticinium [b] Jacobi ita conentur interpretari. Nec causæ quicquam video ipse, quo minus voci עד *donec* eadem pernegandi potestas hoc in loco tribuatur; ita ut hic textus innuat atque indicet, Urim & Thummim ante secula tam multa defuisse, quod ea præcipue adeo in perditis & desperatis haberent *Ezra* aliique, quod sermo ille [*donec surgeret sacerdos cum Urim & Thummim*] pene in proverbii consuetudinem abierat, & rem aliquam ad Græcas calendas futuram denotaret. Hunc autem textus hujusce sensum præ aliis me habere fateor, quod minime probabile sit, Dei consilium & illius seculi conditionem Ezram & populi præsides ita fugere potuisse, quod spe vana Oraculi illius postliminio redituri se duci paterentur. Neque pede fir-

a Cap. 2. 63. b *Genes. 49. 18.*

miore

mioce ſtabit ſententia receptа, modo textus hujusce verba ſenſu vulgari accipienda eſſe, & Ezram aliosque Judæos patriis laribus redonatos ſpem credulam Oraculi illius denuo reſtituendi aluiſſe dederim: nam & hodierni Judæi animos ſuos eadem ſpe vana paſcere ſolent, quamvis certum ſit ætates, ex quo Oraculum Urim defecit, quam plurimas effluxiſſe. CAP. VIII.

Secundo: hic forte dicet aliquis, Urim Oraculum tantum publicum aut politicum fuiſſe, adeoque ſoli Theocratiæ miniſtraſſe, me contra omnem veri ſpeciem aſſeruiſſe. Quis enim conſultior paulo ſibi perſuadere poteſt, Deum Oraculum aliquod de rebus ſolummodo publicum ſpectantibus conſulendum inſtituiſſe? Moſes ipſum Oraculum Sanctuarii ſcitatum ivit, cum res tantum privata, filiarum nempe [a] *Zelophehad* ageretur. Nihil eſt itaque cur Urim Theocratiæ pignus & inſtrumentum fuiſſe putetur, & utraque per eadem tempora quaſi vixiſſe & expiraſſe cenſeantur. Obj. 2.

Huic argumento non eſt quod multum virtutis ineſſe cenſeatur, eum liquido ſatis oſtenſum ſit, Urim Oraculum fuiſſe, de rebus tantum publicis, & viris munere publico fungentibus interrogandum. Atque hoc eo minus a fide vel ratione remotum haberi debet, quod etiam gentibus antiquis Oracula quædam, de rebus publicum ſolummodo ſpectantibus conſulenda, fuerint. Moris hujusce teſtis ſit [b] auctor nuperus in hoc Argumento verſatiſſimus: *ut autem Germani -- Oraculum ſibi publicum ac proprium habebant in* Velleda, *ſic fere cuncta Regna ac Reſpublica, præter illa quæ fere commune vulgus, ac de rebus quibuscunque conſulebat -- ſua ſibi propria; ac quæ Reipublicæ cauſa ab ipſis conſulebantur, habebant.*

Tertio: nonnulli forſan auctoritate *Joſephi* contra ſententiam meam pugnaturi ſunt. [c] Refert enim ille, Deum per duodecim gemmas Pectoralis, ſplendorem ſolito lætiorem emittentes, Judæis cum hoſte congreſſuris victoriam prænunciare ſolitum: & gemmas illas fulgorem eum emittere deſiiſſe, annis tantum ducentis priusquam illius hiſtoria condebatur. Inde vero probabiliter intelligitur, Urim ad extrema pene Judaiſmi tempora durationis ſuæ limites protuliſſe. Obj. 3.

Respondeo: eum ſub ea tempora, miracula & prophetiæ in Eccleſia Judaica defiiſſent, nonnulli hic Joſephi fidem deſiderant; eoque magis, quod obſervatum ſit eum gentis ſuæ famæ ſæpius inſervire; adeoque veriſimile eſſe, eum hiſtoriolam illam, ad augendam nominis Judaici gloriam apud exteros inſeruiſſe. Sed quomodocunque iſta ſe habeant, non eſt perſuaſio facilis, Urim nihil præter gemmas illas fuiſſe, vel Deum omnia per gemmas illas lætius effulgentes indicaſſe. Sed rem hanc ad accuratius examen [d] alibi me vocaſſe memini.

C A P. VIII.

Differtatio concluditur, addita textus illius affinis explicatione, Thummim tua & Urim tua Viro ſancto tuo. *Deut. 33. 8.*

POSTQUAM Moſes pœnas ſine exemplo graves, quas populus ob læſam fœderis cum Deo initi religionem, juſtitiæ divinæ daturus erat, fuſe [e] prædixiſſet; tandem etiam fœlicem Tribus cujusque ſortem prænunciat, eamque in ſecula duraturam, modo fidem ſuam Deo datam & obſignatam inviolate conſervarent. Ea vero omnia precatione quadam prophetica prænunciat: forſan ut hinc intelligerent Hebræorum poſteri, quali apud Deum gratia floruit Legiſlator ſuus, qui res eorum florentiſſimas non prævidiſſe tantum, ſed & precibus ejus impetraſſe videbatur. Præ cæteris autem Gentis Iſraeliticæ familiis hic a Moſe memoratis, Tribus Levitica & benedictio illa (conditionis plane ſingularis) quam ei propriam vovet, primam Lectoris curam & attentionem ſibi jure vendicat. Nam prima fronte mirum videri poſſit, quod Moſes precationis ſuæ materiam, non pedem in oleo tinctum fecerit, non facilem & obſequentem populum, non aras opimis ſacrificiis calidas; ſed id imprimis a Deo contenderit Vir ille Dei, ut *Urim* & *Thummim* ejus tribum Tabernaculi miniſterio dicatam perpetuo decorarent.

Cum autem hic locus difficillimus ſit, & ingeniis optimis negotii non parum attulerit; in id totis viribus incumbendum eſt, ut illius nodos diſſolvamus, & ſenſum ejus integrum [literalem ſimul & myſticum] luculentius intelligamus. Sermo noſter initium a ſenſu literali capiet.

a *Num. 27. 4, 5.* b *Anton. Van Dale Differt. 2. de Oracul. p. 473.* c *Antiq. Jud. l. 3. c. 8. p. 120. 5* d *Pag. 971.* e *Deut. c. 33.*

Sect. I.

S E C T. I.

De sensu textus hujusce literali.

ID jam agimus ut horum verborum seosum genuinum aperiamus, תמיך ואוריך לאיש חסידך quæ sic sonanr, ex Hebræo versa, *Thummim tua & Urim tua viro sancto tuo.* Eam aurem provinciam quo magis ad vorum ornemus, & viam apertam ad sequentia muniamus, de sensu vocum earum, תמיך ואוריך & חסירך לאיש in primo limine differendum est.

Sensus vocabuli לאיש.

Quod itaque ad לאיש attinet, monendum est, eam esse adorandam textus hujusce plenirudinem, ut vocem illam *Disjunctive* simul & *Collective* sumendam postulet.

Primo: vox ea *Disjunctive* capienda est, id est, de persona singulari (proxime & immediate) Aarone scilicet, & quovis e familia sua filio oatu maximo, cui natalium jure munus Pontificium in posterum eederet. Constat enim, Urim & Thummim Aaroni, & cuivis in sede Pontificali ei succedaneo concredita suisse. Deinde: vox illa חסיר sensu suo maxime famoso & usitato sumpta, de ulla persona cui Urim gestare datum est, vix porest intelligi, nisi de Aarone, cui Urim & Thummim primo concessa sunr, & qui a [a] Psalmista *Sanctus Domini*, & a [b] *Sirachide* signanter ἅγιος appellatur. Nec his obstat quod Aarnn in humanis esse desiisset, cum Moses hanc favoris divini tesseram in illum conferendam petiit; nam Aaronis filii in vivis eraot, in quibus ipse (suo quasi fato superstes) vixit. Aaroni itaque, qui filiorum ope supererat adhue, Urim & Thummim comprecatur Moses. Hinc etiam vocis hujusce sensus astrui potest, quod ad Messiam summi sacerdotis aotitypum, respectum habeat; prout occasione data suse deinceps nstensuri sumus.

Secundo: necesse est ut significationem etiam *Collectivam* huic vocabulo tribuamus. Nam significationis tantum prioris angustias rationes sequentes minime patiuotur: (1°.) Moses pro benedictione toti Tribui Leviticæ, æque ac cæteris omnibus, impertienda, hoc in loco preces concipit. (2°.) Viro illi felicia omnia precarur Moses, qui *patri & matri dixit, non novi vos:* id est, qui nulla sanguinis communinne teneri potuit, quo minus Dei jussa in idololatras exequeretur. Hæc autem verba de filiis *Levi* oecessario sunt intelligenda, qui capitis pœnam sumpserunt de [d] vituli cultoribus, quamvis iis eognato sanguine jungebantur. (3°.) Urim & Thummim hoc in textu, non tantum ut nomina propria, Pectoralis instrumentis indita, sed ut appellativa sumi pnssunt & debent; ut nempe lumina & perfectiones denotent, quibus Moses noo Pontificem solum, sed Tribum Leviticam imprimis donari voluir.

Vocis חסירך

Vox חסירך quæ proximo venit explicanda, nunc adjectivi communis, nunc proprii, locum in Scripturis obtinet.

Quandoque ut nomen eommune sumitur, & tunc *Active* nonnunquam, aliquando *Passive*, in scriptis divinis usurpari soler. (1°.) *Active*, pro viro benefico, misericordi, sancte pieque vitam instituente: ut *Psal. 12. 1. Nam desiit* חסיר *beneficus*, & *Psal. 149. 1.* studiosi pietatis audiunt קהל חסירים *Congregatio Sanctorum.* Vocem eam hoc sensu frequenter inrelligendam esse, Interpreres Græci exemplo suo docuere, qui eam tnties active transtulerunt: Ex. gr. *Psal. 18 25.* Ubi verba Hebræa עם חסיד תתחסר LXX reddunt μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ· *Prov. 2. 8. Custodiet viam* חסידיו transferunt εὐλαβουμένων αὐτῶν, & sic alibi passim. Hinc חסירים *pii* dicti sunt olim, qui singulari Legis & pietatis studio sese supra cæteros e Judæorum gente commendarunr. (2°.) *Passive* etiam accipitur, pro viro quem Deus savore & gratia singulari, nullo suo merito prosequitur, & insigni aliquo beneficio in eum eollato sibi devinctum habet. Vocem ita sumptam optime interpretatur Græcorum [e] κεχαριτωμένη· Quando autem hunc sensum capiat, malim [f] *Schindleri* verbis tradere, quam propriis: cum verbum חסיר *usurpatur ad Deum relatum, significat eum qui a Deo beneficium accepit; cui Deus bene vult & bene facit.* De hac voce, passive usurpata, [g] *Fullerus* & [h] *Hammondus* noster erudite differuerunt. Ad eos itaque Lectorem amandamus cui jecur philologicum.

Nonnunquam eriam vox hæc adjectivi proprii vice (ut חכמים olim apud Hebræos, & σοφοὶ apud Græcos) usurpatur; & de [i] Levitis, veluti nota peculiaris & at-

a *Psal. 106. 16.* b *Cap. 45. 7.* c *Deut. 33. 9.* d *Exod. 32. 29.* e *Luc. 1. 28.* f *Lex. Pentag.* in voc. g *Miscel. sacr. lib. 1. c. 8.* h In *Psal. 4. 3.* i V. *Drus. Annot.* ad *Ecclesiastic. c. 44. 32.*

tributum

tributum distinctivum, intelligitur. Ita *Psal. 30. 5. Psallite Domino* חסידיו *Sancti ejus*, id est, Levitæ, penes quos erant instrumenta musica, & quos ipsa muneris sui ratio ad laudes Dei doctis cantibus celebrandas obstrictos tenuit: & *Psal. 132. 9. Sacerdotes tui induant justitiam* וחסידיך *& Sancti tui exultent*: nam eo in loco vocem Hebræam de Levitis interpretandam esse, ipsa conjunctionis illius ratio, muneris iis demandati conditio, & concors interpretum sententia, doceant. Huic etiam interpretationi gratiam & robur addit suffragium *Chaldæi Paraphrastæ*, qui textum illum in hunc modum explicat, ולואי חסידיך ישבחון *& Levitæ, pii tui, laudibus te celebrent.* Ideo vero nomen illud חסידים in peculiarem tandem tribus Leviticæ characterem transiit, eo quod titulus ille (sive active sive passive vocem illam accipiamus) jure meritoque Levitarum præcipue capitibus assueretur. Erant enim illi a primis natalibus Deo & religioni devota capita; illi soli fidem Deo datam summa cum religione, in Ægypto ipsa, (si [a] *Maimonidi* fides) inviolatam servarunt; & in propinquitatis quam fœderis cum Deo initi jura peccare, potius habuere. Solis etiam Levitis datum erat, Deo appropinquare, de Deo dicatis vivere, Θεῷ κλῆρῳ appellari, sacris ejus operari, populo post Deum & Mosen imperio præesse. Quæ sane favoris sui pignora, quibus Deus eos a mortalium vulgo separavit, tam eximia erant & plane singularia, quod *Chore* & asseclæ sui in vulgus sparserint & pro certo affirmarint, insignes illas favoris divini tesseras, non a Deo concessas fuisse; sed a Levitis dolo malo, ex animi fastu & fratrum fastidio sibi solis vindicatas. Quantum autem Tribus Levitica præ aliis, tantum & *Aaron* præ cæteris e domo Levitica progoatis, hoc illustri titulo decorari meruit; qui singulari apud Deum gratia, sanctitate qua morali qua ceremoniali, privilegiis denique plurimis, Levitas ordinarios, quantum & illi Israelitarum plebem superavit.

SECT. I.

PROVINCIÆ susceptæ ratio postulat, ut sensus & intentio nominum eorum, תמים ואורים proximo declarentur. Ut autem hanc officii mei partem luculenter expediam, monendum est in antecessum, nomina illa, vel ut propria, vel ut appellativa, spectari posse. Et תמים אורים

PRIMO: ut nomina propria, & ut instrumenta Pectoralis, ad nauseam forte reperita denotent, quibus nomina illa [Urim & Thummim] tanquam propria & distinctiva sæpissime tribuuntur. Horum instrumentorum usui, naturæ, & origini, lucem tam claram attuli, & sententiam meam tot rationibus undique communivi, & (quod caput est) Argumentum meum sermone bene longo, sed per omnia secum constante & conveniente prosecutus sum; ut nullum dubitationi vel objectioni locum reliquisse videar. Utcunque, facile præsentit animus haud paucos a sententia mea multa cum bile recessuros: eo enim ingenio sunt hominum plerique, quod opinionem a dogmatis aut moribus hodie receptis alienam amplecti nesciant, nisi demonstratione liquida & pene manibus palpanda subnixam videant. Cum autem illi sola pertinacia pugnent adversarii, missis iis, ad rem propositam paulo propius accedat sermo. Has voces hic sensu jam dicto capiendas arbitror, non tantum quod interpretum omnium consensu, sed & usu Scripturæ confirmetur: nam si Moses voces eas a sensu suo maxime recepto, ad alienum hoc uno in loco detorsisset; hominum vulgo ludos fecisset, eosque verborum suorum ambiguitate fefellisset.

SECUNDO: voces illæ, *Urim* & *Thummim*, non tantum ut nomina propria, ad instrumenta in Pectoralis arcano posita, sed ut appellativa, ad egregias animi dotes [scientiam & integritatem] denotandum, hic intelligendæ sunt. Ut rem clarius & strictius exprimam: verbis hisce, singularem luminis mensuram, & eximiam cordis integritatem, Levitis, Pontifici præcipue comprecatur Moses. Huic sententiæ me totum addico, quod rationis multiplicis evidentia commendetur. Nam,

(1°.) INDE pateat Mosem τοῖς Urim & Thummim aliquid sanctius & antiquius in animo habuisse, quod hic usitatum nominum eorum ordinem de industria (pene dixeram, ex contemptu) turbet. Cum enim in omnibus (hunc unum si demas) Scripturæ locis, Urim ante Thummim ponatur; credere difficile est, Mosen ordinis hujusce legem violare voluisse, nisi ut indicaret, se non minus a communi nominum eorum sensu quam ordine recessurum. Ut rem in compendium conferam: Muses hoc inverso ordine, *sint Thummim tua & Urim tua cum viro sancto tuo*, usus videtur, ut Deum quasi in hæc verba supplex alloqueretur: "bene novi, summe Deus, *Urim* & *Thummim tuis* in secula fruendi desiderium intimis Levitarum cordibus insidere, eosque "dona illa in prima felicitatis & honoris sui parte collocare: sed quæ sors cunque

a De Idol. c. 1. Sect. 10.

SECT. I. "ea maneat, Te fupplex oro & obteftor, ut *Thummim tua* & *Urim tua* cum illis domus tuæ famulis conjuncta perpetuo reperiantur: non adeo contendo ut fint confilii "tui nuncii, quam ut evadant naturæ tuæ participes. Illi quidem *Urim* & *Thummim* "primo in optatis habent, ego vero *Thummim* & *Urim*.

(2°.) NULLOS later nifi quibus Hebræi plane barbari funt, nomina pluralia, cum præfertim DEI nomen fibi conjunctum habeant, abundantiam & excellentiam rei per ea fignificatæ, apud [a] Hebræos frequentiffime denotare. Quum itaque *Urim* & *Thummim* pluralia fint, & nomen Dei, ך affixo inclufum, fibi annexum ferant; eminentem illum & pene divinum luminis & perfectionis gradum, quem facerdotes attingere par erat, indicare cenfeantur. Et certe nifi Mofes voces illas in hunc finem ufurpaffet, palam & ingenue me nefcire fateor, cur utriusque nominis calci affixum illud adjiceretur. Nam *Urim* & *Thummim* per fe fatis nota erant, & ab ullis gentium fimulacris eorum figuras aut ufum æmulantibus diftincta: adeo ut affixum illud, eminentiæ vel diftinctionis ergo, non adeo poftularent.

(3°.) HAS animi dotes, iis qui rerum divinarum cura verfantur, fumme neceffarias effe, Dei hominumque fuffragio comprobatum eft. Suffragio Dei: qui ideo fe Levitas tot egregiis beneficiis ornaffe [b] dicit, *quia lex veritatis in eorum ore erat, & iniquitas in labiis eorum inventa non erat:* id eft, quia Urim & Thummim, fcientia & integritas plane fingularis, eorum perfonas Deo pergratas reddiderunt. [c] *Jofephus* itaque, de perfonis agens Sacerdotium apud fuos obeuntibus, non vanus dixit, ἀ κατὰ πλῆτον, &c. *non divitiis aut aliis quibusdam fortunæ vel corporis dotibus præcellentes, Legislator ad culmen hujus honoris vocavit; fed quicunque fapientia vel temperantia alios anteire nofcuntur, eis præcipue* Deum placandi *munus detulit.* Compertiffimum etiam eft (ut a Deo ad generis humani fenfum defcendat fermo) Græcos, Romanos, doctos, indoctos, omnes, duo illa naturæ rationalis dedecora, *infcitiam* loquor & *impietatem*, in facerdote præfertim, nullo non odio digna cenfuiffe. Vel ethnicis piaculum erat, facerdotibus nifi fcientia & puritate qualiquali excultis, rerum facrarum procurationem committere. Nullos qui cum literis & libris commercii quicquam habuere præterit, facerdotes olim inter Ægyptios & Romanos, philofophia, rerum civilium ufu, literarum interiorum cognitione, & nullo non fcientiæ genere claruiffe; *ne* aliter (uti ratio a *Cicerone* redditur) *facrorum opprobrio effent ipfi facerdotes.* Eorum etiam frequentes baptismi, veftes infuper lineæ niveo candore confpicuæ, vitam undique puram in facerdote præcipue requifitam docuere. Ethnici vero facrorum antiftitem inter facerdotes eximios fcientia & virtute eminere, eumque non minus [d] *dignitate* quam loco cæteros facrorum miniftros antecedere voluere. Cum itaque Dei atque hominum fuffragio conftet, tantam neceffitudinem & conjunctionem inter jam dictas animi dotes & facerdotium intercedere; credi nequit Mofem externis & minus neceffariis facerdotis ornamentis intentum adeo, quod interna [fcientiam & integritatem] quibus carere non potuit, obliviofe præterierit.

(4°.) PLERAQUE alia Pontificatus infignia, non tantum favoris divini pignora, fed alicujus officii & virtutis indicia fuerunt & monimenta. Nam ea verba, [e] SANCTITAS JEHOVÆ, fronti Pontificis infcripta, non tantum Pontificem, Dei fervum præcipuum, illius utpote ftigmate notatum & nomine infcriptum, indicabant; fed eum fanctitatis illius eximiæ quæ Domini tam Sancti fervum decet, loquaciter admonebat. Virga amygdalæ germinans in Tabernaculo, non folum teftimonii divini loco erat, ad Aaronis & familiæ fuæ dignitatem contra rebelles afferendam; fed & fymboli facri, *ad fignificandum vigilantiam imprimis requiri in -- facerdote.* Nam *vox* שקד *fructum illum & hanc virtutem fignificat;* obfervante [f] *Grotio.* [g] *Gregorius Nyffenus* hæc & alia videatur obferváffe, cum, de Pontificis veftibus & ornamentis agens, *cætera omnia, per ænigmata, in amictus fpecie, facerdotalem virtutem docuiffe* dicit. Cum itaque *Thummim* & *Urim* in Pontificis effent ornamentis, & non tantum certa Pectoralis inftrumenta, fed *Perfectiones* & *Lumina* denotarent; nemini dubium effe poteft, quin Mofes nominum eorum omnia impleri præcipue perierit, & animum precesque terminarit ultimo in hifce cordis ornamentis, quibus Levitas præter cæteros ornari voluit. Rationes jam dictæ me perfuafum faciunt, Mofem verbis hifce maxime poftulaffe, ut

a *Hebræi excellentiam* DEI *nomine fignificant; quod ut maxime unaquaque res excellit, ita Dei gloriam ea refulget.* Vatabl. in Genef. 30. 8. b *Malac.* 2. 6. c Lib. 2. Contr. *Apion.* p. 1379. 20. d *Druidibus præeft unus, qui fummam inter eos habet auctoritatem: Hoc mortuo, fi quis ex reliquis excellit dignitate, fuccedit.* Cæf. de Bel. Gal. lib. 6. c. 13. e *Exod.* 28. 36. f *Annot.* ad *Numer.* 17. g Καὶ πάντα ἔσα δι' αἰνιγμάτων, ἐν ἄλλῳ περιβόλῳ, περὶ ἱερατικῆς ἀρετῆς ἐκπαιδεύεται Lib. de *Vit. Mof.* p. 182. C

Levitæ

Levitæ, stellarum more, corpora inferiora lumine & naturæ perfectione, quantum & loci eminentia superarent. SECT. I.

Satis e superius adductis innotescit, vnces eas, לאיש & חסירך non de Aarone tantum & posteris ejus jure primogenituræ in Pontificatum successuris intelligendas esse; & proinde Mosen hic pro benedictione, non minus in totius familiæ Leviticæ, quam Pontificis aut cæterarum Tribuum sortem, effundenda se supplicem præbuisse. Mirari vero quis possit, quod Moses illud in primis favoris divini pignus toti Tribui comprecatus sit, cum majori tantum e Levitarum domo, sacerdotum nempe maximo, eo gaudere licuerit; cum etiam Urim & Thummim beneficiorum insignium titulum obtinere, non adeo digna videantur. Norat enim proculdubio vir ille Dei, Oraculum Urim post paucorum seculorum periodos Israelitis defuturum; & interea temporis non multum commodi Populo, minus ipsi Pontifici, minimum vero Levitis allaturum. Sed oorint se a Mosis ad hunc modum precantis instituto & consilio plurimum abesse, nec ultra Textus hujus atrium pedes proferre; qui Mosem nil prius sanctiusve voluisse sentiunt, quam ut aliquis e genere Levitico oracula per Urim semper annunciaret. Nam sub horum verborum involucro, tria sunt alia, longe majoris pretii, quæ Moses Tribui Leviticæ danda postulat.

Primo: ut Tribus illa pontificatus & sacerdotii dignitate in secula multa frueretur. Prout enim *spiritus prophetiæ* quem Apostoli, tanquam missionis fideique suæ vadem & sponsorem habebant, iis erat *testimonium Jesu;* ita & Urim Levitis fuisse videtur *testimonium Dei*, & fida pontificatus, & proinde sacerdotii, iis divinitus concessi, argumenta præbuisse. Nemo enim de divina Levitarum & sacerdotum institutione dubitare potuit, cum Deus primam e stirpe Levitica personam eo honoris evexisset, quod Oraculum in ipsis vestibus quas ille solus induere solebat, posuisset. Nam proculdubio Deus tam eximio & plane stupendo gratiæ suæ testimonio, virum gregis, sacerdotum nempe principem, dignari noluisset; nisi totum etiam Levitarum inferiorum gregem, eorum sacra, & divina quæ curarunt munia, ipse rata fecisset & plurimi æstimasset.

Ideo vero Pontificatus, & proinde sacerdotii, decora Tribui Leviticæ precatur Moses, forte quod Tribus illa non tantum Deo sanctitate muneris, sed & Mosi ipsi propinquitate saoguinis, maxime jungeretur. Neque enim *viro Dei* indignum est, ut eum ita precantem, aliquid humanitati & propinquitatis juri tribuisse censeamus. Deinder Tribus hæc præter alias omnes, Dei & Mosis gratiam tenuit, eo quod idololatriæ crimen, sanguine patrum, matrum, & cognatorum omoium, quos tanti flagitii compertos habuit, divino qundam justitiæ & zeli in Deum exemplo expiavit. Constat hoc ex commate sequente, ubi Moses hac laurea caput Levi cingit, *qui dixit patri suo & matri suæ, non vidi eum, nec agnovit fratres ejus & proprios liberos nescivit, sed Dei mandatum servarunt.* Præterea: asserunt ex [a] Hebræis nonnulli, Tribum hanc unicam crimiois illius atrociotis, blasphemæ in Deum & Mosen murmurationis, expertem & immunem perstitisse. Quam sententiam, si minus veritate, aotiquitate venerabilem probat *Chaldæus* interpres, qui verba textum proxime sequentia sic in laudem Levitarum interpretatur; *Urim & Toummim induisti virum quem sanctum coram Te invenisti, quem tentatione tentasti & perfectus inventus est, probasti eum juxta aquas contentionis, & fidelis repertus est.* Fortasse & hoc & illo crimine Levitas liberant laudes illæ summæ quas iis Dei verba tribuunt: [b] *pactum meum cum eo*, Levi nimirum, *erat de vita & pace, & dedi ea illi ob timorem quo me timuit, & metuit coram nomine meo. Lex veritatis erat in ore ejus, & iniquitas in labiis ejus inventa non erat.*

Huic itaque Tribui, cujus in Deum pietatem nec parvis nec dubiis expetimentis compertam habnit, *Urim* & *Thummim* vovebat Moses; ut duratura extarent favoris divini in cultus veri vindices, & minime fallacia pontificatus & sacerdotii ei de cœlo dati documenta. Neque Mosis precibus difficilem se præbuit summus Deus: quamvis enim fractis & in deteriora indies vergentihus Judæorum rebus, Pontificis sedem nunc hic nunc ille (prout apud populum gratia valeret, vel plures aut pauciores pecunias erogaret) incertis vicibus occuparet; nulli tamen nisi domo Levitica prodeunti, dignitatis Pontificalis fastigium adire cootigit; nisi forte sub extrema Reip. expirantis tempora, cum omnia susque deque agerentur, & scelestissimi in *Judæa* turbines jura divina & humana sacrilege permiscerent.

a *Dicunt Hebræi de Levitis, quod non murmurarint cum reliquis Israelitis.* Ainsworth. in Deut 33. 8. b *Malac.* 2. 5, 6.

SECT. I. SECUNDO: Moses hic Urim & Thummim, una cum beneficiis iis quorum signa fuerunt aut instrumenta, genti Leviticæ precari videatur. Adeo ut si rem totam æstimatione vera metiri velimus, facile constet, Mosem vix quicquam majus a Deo petere potuisse, URIM enim quod attinet, satis pateat illud non Pontifici tantum dignitatem, sed Levitis, imo Israelitis omnibus utilitates non contemnendas attulisse. Nam primo, contingere vix potuit, ut Respublica consilii penuria vel partium studio rueret, modo Urim penes Pontificem semper maneret, quod res nutantes consilio sanctissimo stabilire, & lites omnes infallibili sententia determinare posset. Deinde: Deus vix alio argumento magis luculento voluntatem suam in Hebræos propensissimam ostendere potuit, quam quod iis solis tam propinquus fuerit, & in omnibus vitæ arduis consilii sui petendi copiam sacerdoti fecerit. Altaria, sacrificia, sacerdotes, responsa prudentum, quælibet natio jactitare; sed Angelorum responsa gratiæ divinæ pignora erant, in quibus Israelitæ soli triumphare, poterant. Præterea: Urim & Thummim *Theocratiæ* pignora fuere, spem lætam facientia regiminis illius in gente Israelitica duraturi, a cujus defectu norat Moses fundi publici calamitatem orituram; ex illius autem duratione, commoda non levia toti genti reditura. URIM autem regiminis hujusce felicissimi pignus erat, quatenus eo mediante, Dei consilia de Reip. gravioribus, ordinarie Pontificibus, extraordinarie *Judicibus*, tanquam Dei vicariis innotescerent: THUMMIM etiam Theocratiæ pignus extitit, quatenus præfecturæ judicialis Pontifici concessæ tessera, eumque summum, secundum Deum, locum in judiciis habere debere significaret.

TERTIO: verbis hisce, Moses eximiam luminis mensuram, & cordis vitæque integritatem pene divinam, Levitis, Pontifici præcipue comprecatur. Hoc ego secure & constanter affirmo, quod liquido jam ostensum sit, Mosem, precibus hisce novissimis, ad vocum earum [Urim & Thummim] sensum præcipue grammaticalem attendisse. Ob rationes autem gravissimas ita preces instituit Vir ille Dei: nempe,

(1°.) LEVITARUM *ipsorum gratia:* non tantum ut Dei similes evaderent in via, adeoque compotes in patria; sed ut populus eorum personas, & proinde sacra quæ curarunt, cultu minime fucato prosequeretur. Nempe norat Moses vestes candore niveo vel auro plurimo perinsignes, titulos superbos, altum supercilium, res ad invidiam unctas, muneris aut proavorum sanctitatem, nominis Levitici decus tueri minime potuisse. Ita enim comparata est hominum natura, quod eorum pars suprema, mens & ratio, cultum sincerum deferre nesciat, nisi scientiæ & virtuti, vel speciosis eorum formis & mentientibus idolis. Adblandiri solent homines terrarum dominis, iis incurvati corporis & prolixi tituli tributum solvere, eosque obsequiis & verbis officiorum plenis demereri: quos tamen in interiore pectoris recessu, summo cum fastidio sæpe dedignantur. At vel reliquias virorum qui scientiæ aut virtutis egregiæ monumentis nomina sua illustrarunt, religione quadam casti aspiciunt, & divinum quiddam in ipsis eorum cineribus stupent & venerantur. Scientiæ & virtuti Dei imagini in terris hospitanti, honorem, natura tantum magistra, perhibet humanum genus; & dotibus tam divinis instructos, ad decus & imperium natos arbitratur. Si magna loquamur simul & vivamus, regnabimus in hominum saltem animis & conscientiis, etiamsi nobis vel *Lazari* conditiones contigerint.

(2°.) MUNERUM *suorum gratia:* Levitarum enim humeris, cujuscunque loci titulique, munera graviora semper incubuere. Provincia iis a Deo tradita non potuit angustis templi parietibus coerceri. [1] *Josephus* insignia munia Pontificis animum solicitum & occupatum tenuisse [a] refert: ait enim Deum, *sacerdotes* ordinarios *publicæ maximorum negotiorum administrationi præfecisse*, τῷ δὲ πάντων ἀρχιερεῖ —— τὴν τῶν ἄλλων ἱερέων ἡγεμονίαν· *aliorum autem sacerdotum regimen, summo omnium sacerdoti concredidisse.* Et [b] alibi, de sacerdote primario loquens, οὗτος, inquit, [2] πρὸ τῶν ἄλλων ἱερέων, θύσει τῷ Θεῷ, φυλάξει τοὺς νόμους, δικάσει περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, κολάσει τοὺς ἐλεγχθέντας· *Ille præ aliis sacerdotibus, Deo sacrificet, leges custodiat, si quid erit controversum arbitrio suo definiat, peractos denique reos justo supplicio coerceat.* Quis, hæc attente legens, inficiari potest, Pontificem, saltem primis Hebræorum temporibus, Ἀρχιδικαστὴν fuisse, & Judicis supremi partes omnes implevisse? Sed ad *Josephum* redeo, qui sacerdotes etiam inferiores in curas non multum dissimiles vocatos fuisse, his verbis testatur; τούτους δ' ἦν

a Ap. *Euseb. Prep. Evang.* lib. 8. p. 364.

b Lib. 2. cont. *Apion.*

1 L. 2. Contr. *Apion.* p. 1379. 15.

2 Vid. pag. 1024.

περὶ

καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, ἀκριβὴς ἐπιμέλεια, &c. *Apud hos & legis & aliorum studiorum integra disciplina custoditur. Inspectores enim omnium, atque judices contentionum, & punitores culpabilium, sacerdotes decreti sunt.* Idem & Scriptura locis bene multis docet: *2 Chron. 19. 8, 9. Deut. 17. 8, 9, 10, 11, 12. Ezech. 44. 24. Deut. 21. 5. Levit. 10. 10, 11. Hag. 2. 11. Deut. 33. 10. 1 Chron. 23. 3, 4.* & *26. 29.* Neque ordinis postremi Levitæ fruges tantum consumere nascebantur, in urbibus enim sibi assignatis vitam degebant, donec redeuntibus ad se sacræ functionis vicibus, ad destinatas partes implendas Hierosolymam proficiscerentur: inde vero domum reduces, non se languori desidiæque dedere, se molliter curantes, & voluptatem tanquam unicam otii sui pinguioris usuram capientes; sed scholas aperuere, doctrinæ integritati invigilarunt, populo consiliarii aderant in perplexis, minoris momenti controversias pro tribunali sedentes minuerunt. De personis vero lepra vel simili vitio subinde affectis cognoscere & statuere, in regni Concilio facultate data dijudicare, & populum publice instruere, negotia erant sacerdotibus & Levitis ex æquo data. Tantæ molis oneribus subeundis impares inventi fuissent Levitarum humeri, nisi scientia & virtute non vulgari donati fuissent. Ideoque summo cum consilio Levitis præsertim lumina & perfectiones Dei precatur Moses, quo tot graves personas, Judicum, doctorum, medicorum, senatorum, sacerdotum, sibi sæpius impositas, cum laude sustinerent. SECT. II.

Tertio: *populi gratia:* nam sacerdotes indocti populo prodesse non possunt, improbi non volunt. Necesse est ut pastor animum scientia excolat & scientiam moribus, ut gregem ad salutem ducere valeat per viam fidam præcepti, & viam brevem exempli. Non tam vocem quam vitam sacerdotis, normam virtutis credunt homines; linguam enim venalem existimant, & scholam potius quam hominem sapere. Sed non opus est ut in hoc Argumento diutius versemur, de quo multi bene, [a] *Isidorus Pelusiota* optime, nulli male, disseruere.

S E C T. II.

De sensu Textus mystico.

HACTENUS sensum Textus literalem & illius quasi ἐξωτερικὴ contemplati sumus. Proximum est, ut ad illius ἀπορρηματικὴ, sensum magis reconditum & mysticum indagandum nosmet componamus. Est enim in scriptis pletisque Mosaicis (quod in *ciphris*, quas vocant, & literis mysticis usu venit) scriptura quædam exterior, cujus sensus minime difficilis se cuivis offert; & scriptura interior, *Legis mirabilia* continens, quæ ut plenius & apertius intueatur. Psalmistes *oculos retectos* expetit. Ut itaque Textus interiora jam pandam, assero eum in summo quidem benedictionem in Pontificis & Levitarum capita effundendam exhibere: in imo vero, beneficium in totum Dei *Israelem*, mediante Messia, conferendum premere. Quod autem Moses, *Messiam*, una cum beneficiis & virtutibus ejus, ultimum verborum suorum scopum fecerit, ea rationis luce quæ omnem dubitationis umbram pellat, ostendi potest. Nam,

Primo: Titulus ille, חסידך *Sanctus tuus*, ad eum respectum gerit, eique præcipue asserendus est, qui tentatus erat in *Massa;* prout verba sequentia satis indicant. At e sacro Codice non constat, Levi eo loci magis tentatum aut fidelem repertum, quam cæteros Israelis filios. Eos autem omnes Dominum ibi tentasse conceptis verbis testatum reliquit [b] *Moses*, & locum illum Apostolus de Christo interpretandum docet: *1. Cor. 10. 9.* Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν. Neque mirum haberi debeat, quod Moses, de *Levi* vel Pontifice sermonem faciens, ea verba quæ sensum omnem nisi soli *Messiæ* convenientem respuunt, interponeret: nam Scriptores Θεόπνευστοι, de typo disserentes, divinius quiddam ex inopinato pati solent, & ad antitypum vehementiore Spiritus afflatu rapi & elevari. Assertionis hujusce veritas inde constet, quod verba quædam haud expectata sæpius inserant, quæ Messiæ vel solum vel aptius quam illius typo congruant. Moris hujus exempla dabunt, *Psal. 2. 6, 7.* & *45. 10, 11.* & *61. 6. Gen. 49. 18. Jes. 61. 1, 2, 3. Zach. 6. 11, 12. Psal. 41. 9, 10. 72. 5, 7, 11, 16, 17.* & *89. 29.* ut alia loca jam taceam.

a Lib. 2. *epist.* 235. b *Exod.* 17. 7.

SECT. II. Secundo: haud obvium eft dicere, eur Mofes periphrafi ulla, multo minus tam Infolente & obfcura, facerdotem primarium vel Tribum Leviticam deferiptam dederit; nifi quod verba quæfierit quæ fenfum apertum fimul & occultum gerere, & in perfonas naturæ locique diffimilis, Pontificem & Meffiam quadrare poffent. Nam proculdubio fi Mofes nil ultra penfi habuiffet, quam ut beneficium in Pontificem vel Tribum facram conferendum peteret; verbis illis paucis & apertis, *fint Urim & Thummim tua cum facerdote fummo*, *vel Tribu Levitica*, vel hujusmodi, ad animi fui fenfus exprimendos, ufus fuiffet: nam brevis illa & fine velo loquendi formula minus Mofi & lectoribus ejus moleftiæ creaffet. Si vero Mofi deftinatum fuiffet, facerdorem typicum & verum ejusdem textus ambitu continere, ei fcopo & confilio verba illa, *vir fanctus tuus*, egregie fuerunt accommodata; eo quod Pontifici & Chrifto, (priori, ex parte; pofteriori, omnimodo) convenirent.

Tertio: apud omnes, Judæos juxta & Chriftianos, in confeffum abiit, myfterii alicujus nucleum fub tenui textus Mofaici cortice pene ubique latitare. Altam feriamque veritatis hujusce fidem, Judæos, *Juvenalis* ævo, tenuiffe, conjicere licet e Satyriftæ verbis; *Sat.* 14. v. 101.

——Servant, ac metuunt jus,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moyfes.

Nihil enim vetat opinari, Poetam verbis illis ad receptam Judæorum opinionem, quibus olim, uti & hodie, frequens fermo de סתרי תורה *arcanis Legis*, fapientum folummodo filiis innotefceutibus. Nec ab illa Judæorum fententia abhorret Chriftianorum ratio, quorum plerique Legem Dei, tanquam perpetuum hieroglyphicum, myfticis rationibus ubique repletam intuentur, & pleraque non cunctanter ad Meffiam referunt. Cum itaque Mofis textum facratiores quosdam receffus τοῦ ἀνάκτου, fenfus myfticos animis tantum purgatioribus, adeundos continere, res tam confeffa & manifefta fit; quidni fentire liceat, textum qui nos hactenus exercenit, alia in aperto habere, in occculto alia; quædam pueris & ἀμύητοις loqui, quædam iis quibus ætas provectior & fenfus magis exercitati? Certe nihil hac in re ab ævi prisci moribus alienum: notum enim eft, prudentem antiquitatem facratiora quædam myfteria (ne vulgi tractatione fordefcerent) fymbolorum, fabularum, & verborum obfeuriorum involucris, velare & cuftodire folitam.

Quarto: fi Mofes, hæc loquens, in Pontificem folum animum & oculos intendiffet, vox illa לאיש *Viro* otiofa foret, ejusque jacturam hic Textus nullo fenfus fui damno ferre poffet: nam vocabulum חסידך vocis illius locum implere, & fenfum ejus integrum perfpicue fatis exprimere & continere, queat. Quid itaque nifi facerdotis noftri fummi gratia inferitur, cui *viri* nomen per eminentiam quandoque tribuit Scriptura, & quem omnes *fanctum Dei*, non autem *virum* revera, futurum norant? neque rationem hanc virum expertem arguit, quod hujusmodi pleonasmi exempla apud [a] Hebræos frequentia fint, & ab iis mutata in N. [b] Teft. fcripta quandoque tranfierint; nam Textus hujusce brevitas, & fapientia fingularis in verborum ordine atque electione elucefcens, fat probant Spiritum S. nihil hic fuperfluum inferuiffe. Ideoque accipio ultro & comprobo τῶν LXX verfionem, qui voces Hebraicas emphatice, τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ, reddidere.

Quinto: infignis ille titulus, חסידך *Sanctus tuus*, vix Pontifici M. aut Tribui Leviticæ convenire poteft. Si enim vox illa *active* fumatur [pro *benefico*, *fancto*, *benigno*] non pauci tiara Pontificali ornati fuerunt, quos mores perditi & impuri infra attributi illius eminentiam plurimum pofuere. Neque Levitæ femper Legis divinæ fe memores adeo præftitere, ut digni effent quos Deus tituli tam illuftris honore dignaretur. Si vero *paffive* vocabulum illud ufurpetur, pro eo quem Deus beneficio vel benevolentia fpeciali a mortalium plebe feparavit; ratio haud adeo gravis apparet, cur facerdos primarius titulo tam honorifico, fuo tantum capiti affixo, præfulgeret: nam facultas Dei juffa & refponfa populo deferendi Pontifici data, in fingularium favoris divini pignorum numero recenferi vix digna videtur. Cum itaque vocabulum illud fenfu non nifi lato & laxo fumptum, facerdoti Mofaico competere queat; confentaneum eft ut illud de facerdote noftro Evangelico, qui folus rituli illius amplitudinem

a Vide *Buxtorf. Thef. Gram. l.* 2. *c.* 1.

b Vid. *Mat.* 13. 46, 52. & 18. 23. & *Luc.* 2. 15.

nem æquare potest, dictum intelligamus. Si enim חסידך prn *benefico* sumatur, Christo Domino ad amussim convenit, qui sua & semetipsum nobis dedit, & benignitatem suam nunquam in nos misellos claudi passus est. Si pro *pio* & *sancto* usurpetur, optime cum titulo illo vitæ & moribus Domini nostri conveuir: nam illius fama, cum inter homines ageret, ne eriminis levissimi suspicione apud æquos judices perstricta fuit; & in conspectu Dei peccati adeo omnis immunis perstitit, quod ὅσιος Θεοῦ in Scriptura significanter appelletur. Si vero vox illum denotet, cui Deus præ omnibus aliis bene velit, in Christum cadit maxime, quem Deus benevolentia tam propensa & eximia complectitur, quod is solus υἱὸς εὐδοκίας in Scripturis audiat. SECT. II.

Sexto: Texrum integrum ea arte & ingenio (parcatur verbis hominem plus æquo sapientibus) dispofuir Moses, quod ad instar picturæ ingenioso adumbratæ penicillo, res & personas plurimas ex æquo respiciat. Nam (1°.) Nil obest quo minus particulam ל τοῦ *Urim* & *Thummim* affixam, de *Levi*, æque ac de Deo, [a] interpretemur: quasi ita locurus fuisset Moses, "*Thummim tua & Urim tua, o Levi, cum Viro sancto Dei;* ribi equidem instrumenta, nominibus illis mysterii plenis insignita, dignitatem & gloriandi materiam afferunt; ille solus res ipsas tenet, quas illa notant & loquuntur nomina. (2°.) Eum in modum Texrus Hebraici verba efferuntur, quod formam *precationis* simul & *declarationis*, pro interpretum arbitrio, gestare possit: ideoque moderni Textum ut precantis vocem, antiqui vero ut declarantis, intelligendum censent: neque in originali particula ulla reperitur, quæ huic aut illi interpretationi ponat obicem. (3°.) *Urim* & *Thummim* non tantum ut nomina propria, ad imagunculas Pectoralis; sed ut appellativa, ad *perfectiones* & *lumina*, denotandum, hic sumi possunt. (4°.) Vox חסיד & ὅσιον, virum sanctitate præstantem, & κεχαριτωμένον, speciali aliqua gratiæ divinæ tessera donarum indicat: ideoque ad typum simul & antitypum, Pontificem & Christum, exprimendum egregie fuir accommodata. Nam Pontifex M. quamvis non sanctitate semper, plurimis ramen favoris divini insignibus, alios omnes e plebe Judæos facile superavit. Ideoque textus integer, & quodlibet ejus verbum sensu gemello gravidum, nobis ansam conjectandi porrigir, Spiritum Sanctum textum hunc ita quasi de industria dispofuisse, ut res & personas naturæ locique disparis, sensus tam lati & dubii ambitu continerer: quid enim facies tam diversas ei dederit, nisi ut posset objecta plurimum dissita pariter respicere & intueri?

Si quis rationes jam daras pensiculate trutinaverit, se facile persuaderi patietur, Mosen hic rudimenta & exordia quædam Evangelii, doctrinas aliquas de Messia paulo obscurius tradidisse. Ur rem breviter expediam: aut fallor, aut duo sunt quæ, pro duplici acceptatione τῶν Urim & Thummim, de Domino nostro in verbis hisce, declarative sumptis, a Mose enunciantur.

Primo: quod Perfectiones & Lumina Dei sint vere penes Sanctum illum, cujus imaginem solummodo gessit sacerdotum princeps. Nec tali elogio Christus minor [a] inventus est: quicquid enim uspiam est luminis vel perfectionis in Angelis aut hominibus, in illo fuit & ab illo manavit. Luminis quidem speciem in Oraculis, & perfectionis umbram quandam in expiationibus, ornamentis, & baptismis suis, præbuit sacerdos summus: Christus utraque revera possidet & Ecclesiæ largitur. Nam ille typos, Evangelii præludia, exposuit, eucta Legis obscura reseravit, & omnia, quæ sacramentorum nebulis Antiquitas texerat, in apricum protulit. Ille quicquid de fine hominis ultimo, de naturæ rationalis complemento, de via universali liberandæ animæ, de medio reconciliationis, de vera Deum colendi ratione, aliisque regni cœlestis arcanis, scitu necessarium est, verbis ad modulum infantum attemperatis revelavit. Ideoque veritates plurimæ quas Gentilium & Judæorum doctores penitus ignorarunt, vel inter sacratiora sua mysteria, cathedra digna numerarunt; per Christum adeo in aprico positæ sunt, quod prima religionis rudimenta jam factæ sint & puerorum exercitia. Inde factum quod Christus *Lucis* nomine sæpius in Scriptura descriptus veniat, ut *Luc. 2. 32. Jes. 42. 6. 1. Joh. 9. 10.* & *cap. 3. 19. Jes. 60. 19, 20.* & alibi. Deinde, perfectiones omnes, quocunque nomine innotescunt, in Christo, Pontificis archetypo, reperiuntur: *Evangelica*, nam sacerdos [b] ille solus fuit, cui ad scelus aliquod a seipso conceptum expiandum nullo opus erat sacrificio; cum omnes alii

a *Ita LXX, Vulg. & Vers. Sam. locum explicant.*

b *Heb. 9. 26. Dan. 9. 24. Ps. 16. 10.*


SECT. II. facerdotes fummi, effent מחוסרי כפרה (uti loquuntur magiftri) ἱλεῶς διαρκῶς *Legalis*, ille enim debita noftra, quibus folvendis nos impares eramus, fpongia quam in cruce guftavit, delevit omnia; & juftificationem eam, cujus umbram tantum geffit expiatio Legis, vere pro nobis meruit. A folo itaque Chrifti facerdotio τελείωσιν expectandam docet [a] Apoftolus, quippe qui perfonas hominum, facrificio numeris omnibus abfoluto, ideoque ultimo, perfecit.

Secundo: id etiam myfterii fub horum verborum velamine occultaffe videtur Spiritus S. quod oracula hanc vel futuram vitam fpectantia, Chrifto Domino, in cujus finum arcana fua omnia effudit Deus, accepta debeantur. Ille enim Λόγος eft & Λογῶν, Verbum & Oraculum Patris, a quo naturæ & voluntatis divinæ fcientiam haufimus. Sufficiat hæc carptim breviterque perftringere, quæ utramque faciunt tot librorum & concionum paginam.

a Ad *Hebr.* 7. 11.



DISSER-



DISSERTATIO OCTAVA
DE
HIRCO EMISSARIO,
ET
Præcipuis Expiationis JUDAICÆ Ceremoniis.

PRÆFATIO.

ME jam ad celeberrimos & mysteriis refertissimos Hebræorum ritus, Expiationis festo peragendos confero. Cum enim festum illud agitandum esset, Aaron hircos duos ab Israelitis accipere, eosque præ foribus Tabernaculi sistere tenebatur; deque iis sorte decernere, uter Deo sacrum piaculare fieri, uter in solitudinem ad Azazelem amandari debuit. Rem hanc extra controversiam statuunt ipsa Legis [a] verba, quibus expendendis, adeoque repetendis immorari juvat;

Accipiens autem Aaron *hircos duos, sistet eos coram Jehova, ad portam tentorii conventus.*

Et imponet Aaron his duobus hircis, sortes duas, sortem unam JEHOVÆ, *sortem vero alteram* לעזאזל AZAZELI.

Tunc offerens Aaron hircum cui obvenerit sors pro Jehova, parabit illum in *peccatum.*
Hircus autem ille cui obvenerit sors AZAZELI, *sistitor vivus coram Jehova, ut per eum fiat expiatio, & mittatur ad* AZAZELEM *in Desertum.*

DE hac insigni lege sentiunt Hebræorum [b] Sapientes, *quod causam quidem & usum habeat, nobis tamen, vel propter imbecillitatem mentis nostræ, vel propter imperfectionem sapientiæ,* prorsus *incognitum.* Ab hac sententia non multum abiit [c] *S. Cyrillus Alexandrinus*, qui præceptum hoc inter legis Mosaicæ δυσνοήτων καὶ δυσχερῶν πρὸς ἀνάπτυξιν *perplexa & explicatu difficilia* numerandum censuit. Cum eo plerique veterum judicasse videntur: ex iis enim solus (quod sciam) *Psellus* huic legi lucis aliquid afferre conatus est. Nam mihi catalogum librorum a [d] *Psello* scriptorum recensenti, hoc titulo inscriptus occurrit unus, περὶ τοῦ ἀποπομπαίου τράγου, jam forte temporis injuria desideratus. Recentiores alia omnia sensisse videntur, legem hanc & ritus in ea præscriptos levi pede transilire soliti. Nam Expiationis ritibus illustrandis operam impendentes, se provinciam suam satis ornasse sentiunt, si in iis expiationis per Christum præstitæ, vel alicujus arcani Evangelici, typum aut imaginem exhibuerint; fidei mysterium aliquod rituum piacularium umbris involutum existimantes. Interea loci legis hujusce ratio aliqua, a seculi Mosaici moribus aut Hebræorum ingenio petita, iis ἃ καθ' ἕνα in mentem venisse videatur. Si itaque calculi rite subducantur, lex hæc veluti somnium videri queat, cujus nullus adhuc interpres inveniri potest. Cum itaque præceptum jam dictum tanta laboret obscuritate, facile speravi, Lectorem ea quæ ad illius tenebras discutiendas dicenda censui, in partem æquiorem accepturum.

a *Levit.* 16. 7, 8. 9, 10. b *Maimonid.* in *Mor. P.* 3. c. 26. c *Epist.* ad *Acacium* περὶ τοῦ ἀποπομπαίου *pag.* 121. *T.* 1. *P.* 2. d *V. Leon. Allat. Diatrib.* de *Psellis & eorum scriptis, p.* 102.

CAP. I. SECT. I.

C A P. I.

De significatione & origine vocis AZAZEL.

CUM in lege modo recensita vocis *Azazel* mentio tam frequens fiat, & illius originem tanto molimine quærant eruditi; ille magnum fundamentum ad legis hujus explicationem præstruxisse, & opus rei literariæ studiosis haud ingratum fecisse censeatur, qui vocis *Azazel* intentionem & originem rite explicuerit. Sermonem itaque meum ab ea voce derivabo.

S E C T. I.

Opiniones vulgo recepta redarguuntur.

UT viam ad provinciam susceptam eo minus impeditam habeam, primo sententias eas quæ doctorum calculos hactenus obtinuerunt, in medium proferam, & ad stateram Rationis explorabo.

Sententia prima. PRIMA: nonnullorum Hebræorum & Arabum est, quibus עזאזל *Azazel* nomen montis est, ad quem (inquiunt) hircus emissus deducebatur. *Jonathanem* & *R. Salomonem* opinionis hujusce patronos laudat [a] *Bochartus*, & ipsa eorum verba, si libet, ab eo petant curiosi. Hæc e Talmudicis hausta videntur, [b] qui *Azazel* interpretantur de monte vel rupe dura in deserto, quo hircum emissum deductum volunt, ut inde præceps rueret. Consentiunt Arabes, qui pro *ad Azazelem*, לגבל אלעזאז *ad montem azaz* vel *ad montem asperum* ubique habent: nam עזאז *azaz* id proprie significat. Et R. [c] *Saadias Gaon* (ne hæc sententia colore careat) vocem ex עזז & אל componi putat, ut mons עזאזל *azazel* dicatur pro עזזאל *azzael*, id est, *mons asper Dei*, eodem nempe sensu quo David montes altitudine conspicuos [d] *Dei montes* nuncupat. Hæc autem opinio non immerito temeritatis arguatur: Moses enim non עזזאל *azzael*, sed עזאזל *azazel* scribit; & in regione Judææ tam frequenter & accurate descripta, nemo unus est qui montis hoc nomine noti mentionem facit. Deinde: si Azazel nomen montis esset, verisimile est Mosen, *montem Azazel*, æque ac montem *Abarim*, montes *Ararat*, montem *Ebal*, montem *Garizim*, montem *Galaad*, montem *Hermon*, montem *Hor*, montem *Horeb*, montem *Sion*, dicere, nec hoc uno in exemplo, ab usu suo recedere voluisse.

2a. SENTENTIA secunda Recentiorum pene omnium est, qui עזאזל *azazel*, non montis, sed hirci in desertum emissi nomen esse volunt. In hanc autem sententiam ducti videntur, ea vocis hujus origine & etymologia quam in ipsa quasi fronte gerit. Apertum est, inquiunt, vocem עזאזל e עז *caper* aut *capra*, & אזל *abiit*, conflatam esse; & hanc nominis originationem cum usu capri piacularis optime convenire, eum statim abiturus esset, & in desertum vivus emitteretur. Hujus etiam sententiæ studiosi eam interpretum antiquorum auctoritate communire solent: nam *Symmachus* vers. 8. loco *azazel* habet τράγον ἀπερχόμενον, *in hircum abeuntem*: Aquila לעזאזל reddit εἰς τράγον ἀπολελυμένον εἰς τὴν ἔρημον *in hircum qui in desertum emittitur*. Nec abhinc multum abeunt LXX, qui לעזאזל per τῷ ἀποπομπαίῳ, vel εἰς ἀποπομπήν interpretantur: his autem vocibus, Græci Patres, *Theodoritus*, *Cyrillus Alexandrinus*, aliique, LXX, eum respectu ad hirci dimissionem, usos arbitrantur. Hanc rationem firmat etiam *S. Hieronymus*, cui ὁ ἀποπομπαῖος est *caper emissarius*.

QUAMVIS autem tot tantique viri huic opinioni manus dederint, a meipso non possum impetrare, ut vocem *Azazel* ab hac origine derivandam, & nihil præter *caprum emissarium* ei subesse, censeam. Nam (quod [e] *Bochartus* objecit prior) עז *non est* caper *aut* hircus *sed* capra: *nec genere conveniunt* עז & אזל *illud enim femininum est*, *hoc masculinum. Proinde vox ea non potuit ex utroque conflari.* Vim hujus argumenti dum fugit, firmat Auctor nuperus, cum ait, *vox* עז capra, *generis fæminini Grammaticis semper est*, *extra nomen Azazel.* Nec minus contra hanc vocis originem pugnat incommodus & implicatus legis divinæ sensus, modo Azazelem *hircum emissarium* vel

a De *Animal. Sacr.* P. 1. l. 2. cap. 54. b *V. Tract. Iom.* cap. 6. §. 6. c Ap. *Bochart.* ub. sup. *col.* 651. d *Psal.* 36. 7. e De *Animal. Sac.* P. 1. col. 651.

abeun-

abeuntem interpretemur. Sic enim ſe habet recepta verſio: [a] *& hircus in quem cecidit ſors pro hirco emiſſario, ſiſtetur vivus coram Domino, & dimittetur pro hirco emiſſario in ſolitudinem.* Et nihilo commodior verſio noſtra Anglicana: *But the goat on vvhich the lot fell to be the ſcape-goat, ſhall be preſented alive before the Lord. ——— to let him go for a ſcape-goat into the vvilderneſs.* Nil opus eſt auribus aceto lotis, ut ſenſus hujus inconcinnitas & otioſa tautologia percipiatur. Deinde: rei incongruitas opinari non patitur, Deum voce *azazel*, hoc ſenſu ſumpta, tam familiariter uti, vel hircorum alteri nomen illud imponere voluiſſe; cum de hirco emittendo ne verbum feciſſet adhuc, & nominis illius intentionem vel illum hirci piacularis uſum nondum expoſuiſſet. Præterea: ſi Deus per עזאזל com. 8. nihil præter *hircum abeuntem* intelligi voluiſſet, rationi conſentaneum eſt, Deum voce שעראזל potius quam עזאזל uti voluiſſe; cum vox ea ſenſum clariorem ferat, & de □שערים *duobus* verbis proxime præcedentibus mentionem habuiſſet. SECT. II.

SENTENTIA tertia *Bocharto* principium debet, qui vocem *Azazel* ab Arabum עזל *azala*, *removere*, *ſeparare*, formandam cenſuit. Ipſum [b] auctorem, ne quis errori ſit locus, loquentem audiamus: *a verbo* עזל *quod* ſeparare *&* recedere *eſt*, *potuerunt Arabes formare nomen* אזאזל azazil, *quod* χωρισμοὺς *vel* ἀναχωρήσεις, *id eſt*, ſeparationes, *aut* receſſus *&* ſeceſſus *ſignificat*, *& ex* אזאזל azazil *Hebræi ſuum* עזאזל azazel, *& eodem ſenſu uſurpare. Ita hircorum unus recte diceretur Domino fuiſſe ſervatus, nempe ut ſuper altare mactatus illi eſſet in cibum, quod de victimis legitur* Levit. 21. 6. *alter ſervatus* לעזאזל πρὸς ἀναχωρήσεις, *id eſt*, *ut in locum deſerti remotum & ſeparatum deducatur*; &c. Quamvis autem Cl. *Bochartus* hanc ſententiam non minus erudite quam modeſte propoſuerit, animus in ea neſcit acquieſcere. Nam voces originis Arabicæ vix unquam in *Pentateucho* reperiuntur: & vocis notatio *Bocharti* calculo honeſtata, ſenſum frigidum & a majeſtate legis alienum inferet. Præceptum eſt enim verſ. 10. ut *hircus in quem cecidit ſors ad* azazel, *dimittatur* לעזאזל המדברה *ad* azazelem *in deſertum*: hac autem in lege, ſi *azazel*, ad mentem *Bocharti*, per χωρισμοὺς, *receſſus* aut *ſeparationes* interpretemur; vox המדברה vel *azazel*, otioſa futura eſt & tautologiam inferet; cum ſolitudines omnes χωρισμοὶ ſint, h. e. *receſſus*, aut loci ab hominum uſu vel frequentia ſeparati. Non eſt autem e dignitate legis hujus (nec forſan ullius) ut in ea voces ſuperfluas & plane redundantes libenter admittamus. 3[a].

SECT. II.

Vera vocis Azazel *intentio & origo fuſe declaratur.*

PRIUSQUAM ad nominis hujuſce rationem & imponendi cauſam deſcendit ſermo, uſui fuerit illius intentionem & ſignificatum e caligine vetuſtatis in lucem promere. Placet itaque ab illius notatione & ſignificatione genuina principium ſumere.

NE quæram ambages, vocem *Azazel*, ſi ad primariam vocis intentionem reſpectus habeatur, Diabolum ſignificare, multis inductus argumentis (artificialibus & inartificialibus) me perſuaſum habeo. Significatio vocis Azazel.

NAM Primo: Diabolum *Azazelis* nomine hac in lege venire, plerique Judæi & Chriſtiani veteres exiſtimaſſe videantur. Judæos antiquiores ita cenſuiſſe, documento eſt fragmentum illud [c] Judaicum quod *Enochi* nomine circumfertur, & ante Chriſti tempora traditione perantiqua ſcriptom creditur; quo *Azalzel* (corrupte, pro *Azazel*) inter Angelorum lapſorum principes numeratur. Ab iis hoc nomen ad Cabbaliſtas tranſiit, qui, docente [d] Mercero, *Dæmones in ſepulchris maxime verſari* dicunt, *& hujuſmodi dæmonem* Azazelum *vocant.* Chriſtianos etiam antiquos hoc nomine Diabolum intellexiſſe, ex *Origene* non obſcure diſcitur. Nam ut probet Diabolum ipſo Moſis ævo innotuiſſe; inter alia [e] inquit, ἐν τῷ Λευϊτικῷ ἀποπομπαῖος, ὃν ἡ Ἑβραϊκὴ γραφὴ ὠνόμασεν Ἀζαζὴλ, οὐδεὶς ἕτερος ἦν· *Ille in Levitico* ἀποπομπαῖος *dictus*, *quem Scriptura Hebraica* Azazel *nominat*, *non alius erat* niſi Diabolus. Hæc probabiliora faciunt antiqui poetæ Chriſtiani carmina in *Marcum*, *Valentini* diſcipulum, qui miraculis ejus mendacibus illuſit populo:

a *Levit.* 16. 10. b Ub ſupr. *col.* 653. 60. c Ap. *Georg. Syncel. Hiſt.* p. 11, 12. d *Prælect.* in *Geneſ.* p. 88. C. e Lib. 6. contr. *Celſ.* p. 305.

SECT. II.

Ἃ σοι χορηγεῖ σὸς πατὴρ Σατὰν ἀεὶ,
Δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως Ἀζαζὴλ ποιεῖν·

Hos verſus, inter alios, ex Irenæo citat *Epiphanius* hæreſi trigeſima quarta, qoos etiam [a] vir doctus ſic Latinos fecit;

Hæc tu illa, Satanæ fretus auxilio patris,
Azazelique, mira deſignas ope.

A Judæis aut Chriſtianis antiquis (quod obiter noto) nomen hoc ad Magos tranſitum fecit, qui in claſſe Dæmonum quos elementis præfectos aſſerunt, *Azazelum* collocant. Cum itaque ſignificatio jam dicta, Judæorum & Chriſtianorum veterum patrocinio ſe tueri poſſit, non eſt quod eam ſuſpectam habeat quiſpiam, aut novitatis nomine rejiciendam cenſeat.

SECUNDO: *Jonathan*, *Onkelos*, *Samaritanus*, & interpretes alii bene multi, nomen *azazel* relinquunt *ἀνερμήνευτον*. Quis autem opinari poteſt, interpretes tam doctos *azazel* meris tenebris involutum relinquere voluiſſe, ſi nomen illud appellativis accenſendum eſſe, & *hircum abeuntem* ſonare crediidiſſent? Fidei multo propius eſt, eos *azazel* Diaboli nomen proprium exiſtimaſſe, & ideo illud (uti propria ſolent alia) ſine interpretatione prætermiſſe.

TERTIO: in veteris Teſtamenti ſcriptis, nomina propria frequenter, appellativa rariſſime compoſita reperiuntur. Horum equidem exempla tam pauca ſunt, quod facili opera (uti ſtatim conſtabit) enumerari poſſint. Cum itaque nomen עזאזל e vocibus duabus conflatum eſſe, doctorum omnium ſuffragio confirmetur; linguæ Hebraicæ conſuetudini congruum eſt, ut illud nominibus propriis potius quam appellativis annumeretur.

QUARTO: ipſe legis hujuſce contextus opinari cogit, vocem *Azazel* de Diabolo tantum intelligendam eſſe. Nam (1°.) Sors una ליהוה *pro Domino*, & ſors altera לעזאזל *pro Azazele*, ſupra duos hircos, lege jubente poni debuere. Cum itaque Jehovah perſona ſit, cui hircorum unus ſortito cedere debuerit, oppoſitionis ratio poſtulat, ut Azazel aliquis eſſet, cui hircorum alter ſorte tribuendus erat. Hunc autem Angelum bonum, aut hominem aliquem eſſe potuiſſe, ne ſuſpicari fas eſt. (2°.) JEHOVAH & AZAZEL hac in lege, tanquam partes extremæ & oppoſitione maxima ab invicem ſeparatæ ſtatuuntur. Cum itaque diſtantia & oppoſitio maxima inter Deum & Dæmonem ſemper interceſſerit, conſentaneum eſt ut *Azazel* Dæmonem (non montem aut hircum) notare cenſeatur. (3°. Lege præceptum eſt ut e duobus hircis, quis Jehovæ, quis Azazeli, deſtinandus eſſet, ſorte decerneretur. Antiquitus autem ſortitio fieri ſolebat, tantum cum res perſonarum ageretur. *Haman*, Perſarum ſaluti conſulens, dies propoſito ſuo propitios aut adverſos, [b] ſortibus certo modo jactis exploravit. Deus ſe moribus humanis accommodans, [c] *duas ſortes eſſe præcepit, unam populi Dei, & alteram cunctarum gentium*. Non multum diſſimile [1] *Homeri* illud:

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα·
Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
Τὴν μὲν, Ἀχιλλῆος, τὴν δ', Ἕκτορος ἱπποδάμοιο·

Ex auro lances ſuſpendit Juppiter ambas,
Imponitque duas ſortes, quarum Hectoris illa,
Hac erat Æacidæ, mortem huic illive ferentes.

Eſt itaque veteri ſortium uſui conſentaneum, ut Jehovam perſonam unam, & Azazelem perſonam alteram ei ex adverſo reſpondentem, fuiſſe cenſeamus. (4°.) Expiationis lege cautum eſt inſuper, ut *hircus in quem cecidit ſors pro* Azazele, *dimittatur ad* Azazelem *in deſerto*. Horum autem verborum ſenſus implicatus & incommodus erit, ſi *Azazelem* de hirco emiſſo; ſed facilis & expeditus, ſi de dæmone vocem eam intelligamus. Tunc enim hunc ſenſum apertum & cohærentem dabunt: " hircus ille cui ſorte obtigit, ut Dæmoni tradatur, mittatur ad *azazelem*, vel Dæmonem, in " deſerto ubi præcipue verſari ſolet. Hic ſenſus eo probabilior eſt, quod loca deſerta & ab

a Ap. *Bochart.* de *animal.* col. 653. b *Eſther.* 3. 7. c *Eſther. addit.* cap. 10. 10.

1 *Il.* χ. v. 209.

homi-

hominum commercio remota, Dæmoni gratiora, & illius habitacula maxime familiaria olim habebantur. Christus enim in desertum, utpote dæmonis provinciam, [a] ductus est, ut a Diabolo tentaretur: & δαιμονιζόμενος ille, *Luc.* 8. 27. sæpius a Diabolo in desertum impellebatur. Hac de re statum fusius & opportunius acturi sumus. SECT. II.

QUINTO: si vocem *Azazel* sensu jam dicto capiamus, *Lamed*, Jehovæ & Azazeli præfixum sæpe, casum eundem, nempe Dativum semper denotet, nec opus sit ei significationes aut usus diversos, eodem in commate nonnunquam, attribuere. Hoc argumentum ab exemplis aliquot in hac lege, lucem petat: ver. 8. *Ponat sortes duas*, —— *unam* ליהוה *Jehovæ & unam* לעזאזל *Azazeli*; ver. 10. *Et hircus super quem ceciderit sors* לעזאזל *Azazeli* (ut cederet Azazeli) *mittatur* לעזאזל *Azazeli* vers. 26. *Qui miserit hircum* לעזאזל *Azazeli*. Exemplis hisce liquet, omnia belle cohærere & sine salebris fluere; nec opus esse, ut *Lamed*, nunc *ob* vel *propter*, nunc *ad*, nunc hoc nunc aliud notare putetur; modo vocem illam vexatissimam de Diabolo dictam intelligamus.

HIS argumentis ostensum arbitror, diabolum *Azazeli* nomine designari. Præsentis instituti ratio jam postulat; ut nominis illius originem & imponendi causam, pro facultatum mearum modulo patefaciam. Ut itaque ad provinciam meam recta veniam: ambigere non habeo, quin AZAZEL *fortem abeuntem*, aut cito *fugientem* denotet, & inde vocis origo & imponendi ratio derivetur. Hoc eo constantius assero, quod hæc etymologia, voci Azazel, legi præsenti, diabolo denique, maxime convenire videatur.

PRIMO: voci ipsi: nam lippienti clarum est, עזאזל a עז *fortis* & אזל *abiens*, [b] *cito recedens*, *fugiens*, conflari, & hæc etymologia nihil coacti vel violenti contineri. Nec peccat in leges Grammaticæ, voces duas generis diversi jungens, aut voci עז genus masculinum in vocabulo tantum *Azazel* tribuens. Hæc etiam etymologia Hebræa tota est, adeoque voci *Azazel* apprime convenit; cum inter vocabula plurimum Hebraica reperiatur, & ad legis hujus essentiam spectet Hebræorum genti traditæ.

SECUNDO: hæc etymologia, cum præcipuo illius instituto, qua vox *Azazel* toties occurrit, maxime consentire putetur. Cum enim Deus præceptum dederit ut hircorum alter in desertum ad diabolum amandaretur; consentaneum erat ut diabolus העזאזל *fortis ille fugiens* aut *abiens* appellaretur. Sic enim illius instituti mentem, paulo apertius explicandam censeo: "cum hircus ille piacularis, peccatis gentis totius oneratus summam inde fœditatem & impuritatem "hauserit, & prorsus indignus evaserit ut in hircorum vulgarium gregem & censum admittatur; abeat quo dignus est, ad impurum dæmonem nempe, cujus Angeli שעירים *hirci* vel "*hirci-formes* [c] appellari solent. Cum autem dæmon עזאזל sit, *fortis abiens*, & in desertum "(habitaculum sibi quasi relictum) perpetuo *fugiens*; eo hircum illum immundum amandari "velim, ut cum Azazele tantum & Angelis ejus hirciformibus, ibi plerumque commorantibus "societatem habeat.

TERTIO: si ad voces eas (עז & אזל) e quibus Azazel conflari dictum est, attentius advertamus, appareat facile, nomen illud ad amussim diabolo convenire. Nam,

(1°.) DIABOLUS עז *fortis* aut *potens* erat, & sic a Gentibus olim habebatur. Eam enim fortitudinis & potentiæ famam apud Ethnicos acquisivit, quod prout Deus verus יהוה צבאות *Dominus exercituum*, sic & ille, [d] אלה מעזים *Deus fortitudinum*, inter suos, appellatus est: Et prout summus Deus עזוז וגבור [e] *fortis & potens* audiit; ita diabolus, apud Phœnices nomine Ἄζιζος, id est, [f] *fortis* aut *validus*; apud Arabes antiquos nomine אל־עזי ALOZZA vel ALUZZA, [g] *summe potentem* notante, colebatur. Et ita tandem potentiæ suæ fides hominum animos occupavit, quod eum titulis illis, אלה & מלך potentiam eximiam indicantibus, ubique gentium insignirent. Sed nil opus est ut hoc Argumentum nos diutius moretur, cum diabolus [h] ἰσχυρὸς in Scriptura, & Angeli ejus [i] ἀρχαὶ & ἐξουσίαι, signanter appellentur.

(2°.) NOMEN Azazel, *fortis*, *abiens* aut *recedens*, in diabolum quadrat maxime. Sic enim non injuria vocari possit, si ad Deum, Angelos bonos, homines, aut ipsos diaboli mores, respectus habeatur. *Respectu Dei*, a quo celeriter abiit & defectionem fecit in æternum. Inde diabolus, in scriptis Rabbinorum, סרור *apostata qui a Deo defecit*, per eminentiam quandam [k] appellatur. Id nominis etiam *respectu bonorum An-*

a *Mat.* 4. 1. b *V. Avenar. Lexic.* in voc. אזל c *Levit.* 17. 7. d *Dan.* 11. 38. e *Psal.* 24. 8. f *V. Grot. not.* in *Dan.* 11. 38. g *Cl. Pocock. Not.* in *specim. Arab.* p. 90, 91. h *Luc.* 11. 21. i *Ephes.* 6. 12. k *Test. Schindler. Lexic. col.* 1036. C

SECT. III.

gelorum, dæmonibus attribui poteft. Cum enim Angeli boni, [a] עזים עומדים *fortes ftantes* effent, & in ftatu integro permanerent, Dæmones עזים אזלים *fortes abeuntes* erant utpote [b] ἀπολείποντες τὸ ἴδιον οἰκητήριον, & ftatum primævum minime retinentes. Non minus *Hominum refpectu* nomen azazel Diabolo quadrare cenfeatur: quod nempe Dæmones locos & ædes frequentes plerunque fugiant, & ad locos defertos & ab hominum commercio remotos abeant. Ideoque fpiritus illi * שדים *folitarii*, *agreftes*, dicti funt, quod fe locis agreftibus & folitariis oblectent, & humanorum cœtuum inimici fint, ἀφρήτορες, ἀθέμιστοι, ἀνέστιοι, *infociabiles, fine jure*, & *& fine lare*. Poftremo, *morum fuorum refpectu*, Diabolus *azazel* aut *fortis abiens* appellari meruit. Nam in Scriptura defcribitur tanquam fpiritus de loco in locum femper abiens, nec ufpiam moram faciens, præfertim fi repulfam patiatur. Job. 2. 2. *Dixit Dominus ad Satan, unde venis? Refpondit Satan & dixit, a circumeundo terram, & a perambulando in ea.* S. Mat. 12. 43. *Cum fpiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem & non invenit.* 1 Pet. 5. 8. *Adverfarius vefter diabolus, tanquam leo rugiens,* περιπατεῖ *circumambulat, quærens quem devoret*. Jacob. 4. 7. *Refiftite Diabolo, & fugiet a vobis.*

HISCE libentius immorati fumus, quod inde nominis hujus origo fimul & fignificatio non parum confirmentur. Cum enim e jam dictis appareat, nomen *azazel* Dæmoni exacte convenire; fuadet ratio, ut illud Dæmonem fignificare cenfeamus.

SECT. III.

Nonnulla difficultates adimuntur.

UT fententia noftra de nominis hujus origine & notatione firmiore ftet pede, neceffe eft ut argumentationes maxime obvias, eique forfan objiciendas infringamus.

HARUM prima fic fe habet: inter nomina illa plurima quæ Diabolo in Scriptura tribuuntur, nullum invenire licet, quod cum Azazele fono vel fenfu convenire cenfeatur. Nihil itaque fidei confonum præ fe fert, Spiritum S. hoc uno in loco, vocem illam ad Dæmonem fignificandum ufurpare voluiffe.

UT huic argumento quamvis non adeo gravi fatisfiat, locum unum & alterum in medium proferam, ubi nomen aut titulum Diabolo datum reperio, fenfu faltem cum *azazele* confentientem. Primus fit [c] ille *Jobi* locus, חללה ידו נחש בריח quem fic reddendum cenfeo, *manus ejus peremit ferpentem recedentem*, *abeuntem* aut *fugitivum*. Nam LXX plurale בריחים vocem ab eadem radice pullulantem, φεύγοντας [d] interpretantur. Alibi ברח ipfum fignificatum vocabuli אזל habet, nempe *Genef*. 31. 22. *nunciatum eft ipfi Laban, quod* ברח [e] *abiiffet*, difceffiffet, *Jacob*; & *Exod*. 2. 15. ubi LXX יברח per ἀνεχώρησε *receffit* explicant. Vocem autem נחש hic *ferpentem antiquum* aut Diabolum notare, non fine ratione cenfeatur; cum Targum hic *Leviathan*, celebre Diaboli nomen loco, נחש habeat, & hic fenfus Græcorum interpretum auctoritate muniatur. Sic enim illi verfum transferunt: προστάγματι δὲ ἐθανάτωσε [1] δράκοντα ἀποστάτην· *præcepto fuo peremit Draconem defertorem*. Eorum etiam verfio e verbis [f] *S. Ignatii* fidem petat: *fi quis cibos aliquos abominandos putat*, ὁ τοιοῦτος ἔνοικον ἔχει τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην· *Talis apoftatam illum draconem in fe habitantem habet*. Hæc omnia firmiora facit *Ifaiæ* teftimonium, qui ad hunc *Jobi* locum, fenfu noftro captum, alludere videtur. Nam Cap. 51. 9. hæc occurrunt, loco præfenti parallela; *nonne tu ipfe es qui olim excidifti Rahab*, מחוללת תנין *draconem* etiam, *vulnerafti?* Sed fallor, aut locus paulo luculentior extat, *Jef*. 27. 1. ubi hæc habentur; *in die illa vifitabit Dominus gladio fuo forti* על לויתן נחש בריח *fuper Leviathan*, *ferpentem illum abeuntem* aut *fugitivum*. Sic locum transfero, Græcorum veftigiis infiftens, qui per δράκοντα ὄφιν φεύγοντα verba reddiderunt. Adeo ut nulli dubio fit locus, quin textus ille diabolum refpiciat, & ille נחש אזל aut ברח (quod idem valet) *ferpens tranfiens*, *abiens*, aut *fugitivus*, hic appelletur.

a Vid. *Zach*. 6. 5. *Luc*. 1. 19. b *Epift*. 5. *Jud*. com. 6. * *Deut*. 32. 17. c Cap. 26. 13.
d In *Jef*. 43. 14. e *Targ*. אזל f *Epift*. ad *Philadelph*. §. 6.

1 *Symmachus* vertit, τὸν ὄφιν τὸν συγκλείοντα.

SECUNDO:

Secundo: ad sententiæ meæ fidem minuendam, non-nemo forte regeret, etymologiam jam dictam me primum excogitasse, nec illius vestigium in Judæorum scriptis deprehendi posse, quibus tamen primæ partes in linguæ Hebrææ simul & legis Mosaicæ cognitione merito deferuntur. SECT. III.

Respondeo: veritati non adeo consentaneum est, hujus etymologiæ nullum omnino vestigium in scriptis Hebræorum inveniri posse. Nam Hebræi veteres expiationis festum memorantes, nomen *Samael* Azazelis loco solebant substituere. Hinc ortum [a] diverbium, Hebræorum scriptis frequentissimum, *date munus ipsi* Samael *in die Expiationis*. Est autem Samael, ni fallat [b] *Coccei* conjectura, quasi סר מאל ὁ ἀποστάτης, aut *recedens a Deo forti*. Deinde in Judæorum scriptis antiquioribus, nomina quædam occurrunt Angelorum, Azazeli similia; quorum ratio vix ulla reddi potest, nisi hæc etymologia passim recepta, causam & occasionem iis dedisse censeatur. Nam inter carmina *Sibyllina* (quorum pleraque [c] *Grotius* Judæo auctori tribuit) hæc nomina bonis Angelis data [d] reperiuntur,

—— ἱερεμιὴλ, οὐριὴλ, σαμιὴλ, ἀζαὴλ τε·

Uziel, etiam, *Dei fortitudo*, ceu nomen Angeli principis, a [e] *Chaldæo Paraphraste* memoratur. Et Auctor Libri *Zohar*, de Angelis lapsis [f] agens, *Deus*, inquit, *eos ad inferiora præcipites egit, concatenatos;* ואינן עזא ועזאל *Illi autem fuerunt Aza & Azael.* Hisce cognatione propinqua jungitur, quod in * libro veteri, *de morte Mosis*, legimus: כי המלאכים עזה ועזאל ירדו מן השמים השחיתו דרכם *Angeli, Aza & Azael, cælo descendentes, viam suam corruperunt.* Cum autem hic Scriptura taceat, mihi ne quidem conjicere licet, cur Judæi nomina *Azazeli* tam similia bonis Angelis imposuerint; nisi quod se persuasos habuerint, Diabolum (olim quidem) Angelorum insignium nomen, Uziel aut Azael, *Dei fortem* aut *fortitudinem*, habuisse; sed quod Azazel, *fortis abiens* (quasi χλευαστικῶς, & dicterii loco) postea dictus esset, cum scilicet a Deo & statu suo primævo recessisset.

Tertio: sententiæ meæ hoc forsan objiciet aliquis, quod nullus ex Interpretibus antiquis mecum sentiat, sed de *capro emissario* vocem Azazel ad unum omnes interpretentur. Illi scilicet, *hircum ad Diabolum emittendum*, paradoxum prima facie ridiculum, & ad solos Judæos ablegandum, habuisse videantur.

Hoc autem exigui ponderis argumentum arbitror: * *Aquila* enim meecum facere putetur, qui לעזאזל [1] εἰς κεκρατυμένον *ad fortem* aut *obfirmatum* reddit. Cum etiam *Jonathan, Onkelos, Samaritanus*, & Interpretes alii non pauci, *azazel* ἀνερμήνευτον præterierint, non est quod partibus nostris adversi censeantur. Nam inde constet, eos existimasse nomen illud in propriorum, non appellativorum classe collocandum. Nec inconsulto: cum exempla nominum communium e duabus vocibus conflatorum Scriptura tam pauca præbeat, quod in [g] margine locos pene omnes ubi occurrunt, enumeraverim. Græcos interpretes quod attinet, eos mecum esse non facile diffitendum est, cum illi עזאזל per ἀποπομπαῖον, non τράγον ἀπερχόμενον, interpretentur. Vocem autem ἀποπομπαῖον *dæmonem*, (quem vocant) *album* malorum nempe depulsorem denotare, e [h] *Polluce* clare cognoscatur: οἱ δὲ δαίμονες, inquit ille, οἱ μὲν λύοντες τὰς ἀράς, ἀλεξίκακοι λέγονται, ἀποπομπαῖοι, ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, φύξιοι· Inde, notante [i] *Bocharto*, natum verbum elegans ἀποδιοπομπεῖσθαι, id est, ἀποτρέπεσθαι κακὰ διὰ τοῦ ἀποπομπαίου Διός. Ex hac itaque voce, sed illius intentione perperam intellecta, [k] *Julianus Apostata* probare nitebatur, Mosem scripsisse ὑπὲρ ἀποτροπαίων, id est, *de Diis averruncis*, & hac in re cultus ethnici patronum se præstitisse. *Julianum* autem ethnicum tam turpiter hallucinatum fuisse, eo minus mirandum censeo, cum Christiani veteres hac ipsa decepti voce, in errore non multum dissimili versarentur. Hæc assertio [l] *S. Cyrilli Alexandrini* testimonio nititur: ᾠήθησαν τινὲς τὸν μὲν ἕνα τῶν χιμάρων, τῷ ἐπὶ πάντων ἐκνενεμῆσθαι Θεῷ πρὸς καθιέρωσιν καὶ θυσίαν, τὸν γε μὴν ἕτερον ἀποπομπαίῳ τινὶ, καὶ πονηρῷ, ἀκαθάρτῳ δαίμονι πεμφθῆναι κατὰ τὴν ἔρημον, &c. *Putarunt nonnulli caprum quidem unum, Deo, qui est super omnia ad expiationem & oblationem deputari: alterum vero ad averruncum aliquem,*

a V. *Seld.* de *Diis Syr. Synt.* 2. c. 6. b *Comment.* in *Epist.* ad *Hebr.* 9. 12. §. 24. c *Not.* in *S. Mat.* 2. 1. d Lib. 2. p. 274. e *Jonathan. Par.* in *Gen.* 6. 4. f In *Gen.* cap. 2. col. 131. * Pag. לז * V. *Schol.* 2. in *Levit.* 16. 8. g *Jes.* 23. 11. *Cant.* 4. 4. *Psal.* 23. 4. *Psal.* 55. 16. *Hab.* 2. 6. *Psal.* 10. 10. h Lib. 5. cap. 26. i Ub. supr. col. 652. k Ap. *S. Cyril. Alex.* l. 9. cont. *Julian.* p. 299. l *Epist.* ad *Acac.* p. 122. D

1 *Scholion.* 2um. est, ὁ κεκρατημένος, καὶ ὁ ἀπερχόμενος 1um. est, ὡς τράγον ἀπολελυμένον εἰς τὴν ἔρημον.

malum, & impurum Dæmonem amandari in desertum, idque per sacram manum, & ex decreto Legis. Apertum est itaque, Christianos eos nostro sensu vocem ἀποπομπαῖος, accepisse, quamvis alias a legis hujus intentione non parum aberraverint. Et sane Græcos interpretes hunc sensum intendisse, me persuasum habeo, quod ἀποπομπαῖος hunc tantum significatum inter Græcos auctores habeat, & quod vocem eam absolute, non addito vocabulo τράγος, usurparint. Sat scio, Theodoritum, Cyrillum, aliosque plurimos, vocem hanc ad sensum alienum torquere solitos. Mentem enim suam & aliorum sic exprimit [a] *Theodoritus*: ὁ τράγος ἀποπομπαῖος ἐκλήθη, ὡς ἀποπεμπόμενος εἰς τὴν ἔρημον. Sed fidei difficillimum est, LXX, Græcæ linguæ scientissimos, vocem ἀποπομπαῖος (quæ semper active significat) sensu passivo sumere voluisse; cum præserrim vox ἀποπεμπόμενος præsto esset, ad eorum mentem exprimendam aptior & accommodatior, si *caprum emittendum* significare voluissent. Non dissimulandum est interim, LXX vocem עזאזל per διεσταλμένον (significatus vicini vocabulum) [b] quandoque reddere, & cum *azazel* quater occurrat, bis tantum per ἀποπομπαῖος interpretari. Hic autem LXX pia fraude ductos, vocis *azazel* significatum luce dubia proposuisse, eumque proponere simul & celare studuisse sentio; ne gentibus θεοῖς ἀποπομπαίοις propitiare solitis adblandiri viderentur, vel infirmis de Judæorum cultu minus pie sentiendi causam administrarent. Ita sentio, quod nomen [c] *azazel* [1] semel ἀνερμήνευτον relinquunt; semel per διεσταλμένον εἰς ἄφεσιν (voces ab illius significatione genuina maxime remotas) interpretantur; & bis per ἀποπομπαῖος, sensus tam dubii vocem, quod ab aliquibus olim ad hircum ἀποπεμπόμενον, ab aliis ad dæmonem notandum, incerta vice traheretur.

Quarto: nonnulli forsan hujus vocabuli significatum in crimen vocabunt, quod hircum unum Domino, alterum Diabolo rribuere videatur. Cum enim hircorum alter ad *Azazelem* (id est, Diabolum) emittendus esset, necesse est ut ille (si sententia mea quid veri ferat) hircos oblatos cum ipso Jehova partiri censeatur.

Fatendum est quidem, non paucos legis hujus intentionem sinistre capientes, opinionem hanc blasphemam e jam dictis consecutione naturali fluere censuisse. Nam Judæi plurimi non verentur affirmare, se in Expiationis festo Samaeli muous (ad gratiam ejus redimendam) offerre debuisse: Ex adverso, Christiani recentiores voci *azazel* significationem jam dictam abnuunt, ne sententiam illam Judaicam, somnio quovis absurdinrem tueri videantur. At non est, quod hujus incommodi vitandi causa sententiam tot argumentis munitam deseram; cum e statim dicendis appareat, hircum emissum non oblationis loco, sed anathematis, ad Azazelem amandari debuisse.

CAP. II.

Cur ex hircis piacularibus alter ad Azazel *ablegatus est?*

CUm e superius adductis aperte cognoscatur, *Azazeli* nomine Cacodæmonem intelligendum esse; mirum non immerito videri possit, Cur Deus hircum, sibiipsi ritu tam solenni sacratum, ad Adversarium ejus infensissimum amandari jusserit. Ut itaque ad quæstionis hujusce solutionem luculenram aditum aperiam, sermonis exordium ab opinionis * illius refutatione sumendum censui, quæ Judæorum & Christianorum animos olim occupavit, necdum prorsus exolevit.

* Hircum ad Azazelem missum oblationis vice, A Judæis creditum.

Hanc autem opinionem aluerunt Hebræi veteres, & ad seros nepotes propagarunt, quod hircus ad Azazelem, vice muneris & oblationis, ad eum nempe placandum & propitiandum, emitteretur. In capitulis enim [d] R. Eliezer, *hirci emissarii* ratio in hæc verba redditur: לפיכך היו ניתנין שוחד ליום הכפורים לסמאל שלא יבטל קרבנם וגו׳ *Ideo Samaeli dant munus die propitiationum, ne irritam reddat illorum oblationem. Hinc dicitur*, una sors Deo, altera Azazeli. *Sors sancti & benedicti Dei, est oblatio holocausti; & sors Azazelis, est hircus peccati.* Ex ea opinione fluit, quod in [e] libro *Caphtor* legamus, Judæos *ideo Satanæ dedisse munus*, die scil. expiationis, *ut illius oculos præstringerent, ne ab illo accusarentur: quia scriptum est, munus excæcat oculos videntis.* Iachiadem eidem sen-

a *Comment.* in *Levit.* 16. *Qu.* 22. b Vers. 26. c Vers. 10. d Citant. *Bochart.* De *animal.* P. I. col. 652. e Ap. *Buxtorf.* in *Synag.* c. 21. 26.

1 Vox עזאזל *azazel* bis occurrit vers. 10. LXX utramque vertunt: viz. — ὁ κλῆρος τῷ ἀποπομπαίῳ — εἰς τὴν ἀποπομπήν

tentiæ

tentiæ mentem addixisse pateat, quod huc alludens, [a] *capras & hircos* חלק סמאל *portionem Samaelis* appellaverit. Cum autem horrendum dictu sit, hircum illum portionem esse Samaelis, & proinde homines Diabolo munus aonuum offerre; culpam in ipsam legem rejiciunt, adeo ut Deus, non ipsi, dooum diabolo dare, censeatur. In hanc rem [b] Mosem *Gerundensem* audiamus: *caterum non est intentio in hirco emissario, ut sit oblatio a nobis data illi* [Samaeli, diabolo:] *Absit: sed nostra intentio est, facere voluntatem Creatoris nostri, qui tale quid nobis pracepit.* Talibus ineptiis, ne dicam blasphemiis, opus est, ad priores defendendas! — C A P. II.

Si a Judæis ad Christianos transeamus, eorum etiam nonnullos eundem errorem imbibisse reperiamus. E Christianis enim aotiquioribus, nonnulli, quod in Græca versione legissent, in hircos duos jactas fuisse sortes [unam Jehovæ, τῷ Ἀποπομπαίῳ alteram] imprudentes inde collegerunt, *e duobus hircis unum quidem Deo ad sacrificium deputari, alterum autem* ἀποπομπαίῳ τινὶ, καὶ πονηρῷ, καὶ ἀκαθάρτῳ δαίμονι ἀποπεμφθῆναι κατὰ τὴν ἔρημον, *alterum autem ad averruncum aliquem, malum, & impurum damonem, in desertum amandatum fuisse.* Hos itaque inscitiæ & impietatis arguit merito *Cyrillus Alexandrinus*, in *Epistola* ad *Acacium* data, quam laudavi modo. Utcunque sententiam illam diu postea proselytos invenisse, testantur [c] *Procopii* verba: *Quidam perhibent, hircum qui dimittebatur, consecrari damoni cuidam apopompao. Sed hac opinio superstitione haud vacat*, &c. Huic tamen superstitioni *Postellus* ætate superiori se patronum præbuit: nam de Laribus & Geniis agens, [d] *sunt*, inquit, *hi damones terrestres boni beneficique, quibus non tantum Pythagorici, sed & ipse Moses in sacris, suas partes deferri voluit. Ad eam enim rem mittebatur hircus alter in Desertum, ad Azazel, genium terrestrem*, &c. Et [e] postea, parum sibi constans, *insignis pars intelligentiarum, qua dispositioni materiali mundi praest, malorum & inferiorum damonum nomine vocata est. Hanc olim, ne noceret, sincerioris persuasionis antistites quibusdam sacris averruncabant.* Et nonnullis interjectis, [f] *antiqui*, inquit, *damones nocturnos ne nocerent placabant: Illis enim hircus in desertum ad Azazel destinatus, populi peccatis onustus immundusque, vivus mittebatur.* Postellum hæc in animum inducere potuisse mirari nequeo, cum *Origenes* ipse non minus absona & absurda dixerit. Cum enim *Azazelem* in [g] *Levitico* memoratum, diabolum esse dixerat, addit, ὃν ἀποπέμπεσθαι καὶ ἀποτροπιάζεσθαι δεῖ, τὸν κλῆρον ἔχοντα ἐν ἐρήμῳ· *quem dimitti & placari oportet, sortem habentem in Deserto.* — Et Christianis aliquot.

Quamvis autem hæc opinio, quovis ævo, tot patronos invenerit; vix qoicquam a ratione vel scopo legis hujusce remotius excogitari potuit. Nam si Deus, e duobus hircis unum sibiipsi, alterum diabolo, destinasset & offerri præcepisset; Deus imperium cum seipso divisum diabolo tradere, & sibi non bene constare videretur. Nam capite proximo lege diserta cautum est, ne quis dæmonibus [h] offerret; & eo tendit Lex integra, ut homines a cultu dæmonum & idolorum arceaotur. Deinde: hao ipsa lege præceptum est, ut hircus ille [i] *coram Domino sisteretur*, qui postea vivus in desertum ad *Azazelem* emittebatur: ut inde pateat hircum utrumque Deo pariter oblatum fuisse, & tantum offerendi modo ab invicem discrepasse. Præterea: si Judæi hircum unum dæmoni loco muneris obtulissent, nihil inde commodi reportassent: quis enim nisi mente forsao æger, opinari potest *leonem* illum *rugientem* ita munere demulceri vel placari posse, ut mitius ingenium induat, & minus in genus humanum sæviat? Sed nil opus est ut hisce refellendis immorer, quæ nemini (credo) cordis aliquid habenti probabuntor. — Sed perperam.

Cum jam dicta probent, eos a veri regione multum aberrare, qui hircom piacularem ad *Azazelem*, muoeris aut oblationis loco missum arbitrantur; instituti præsentis ratio postulat, ut veras causas assignem, cur Deus hircum illum ad Azazelem ablegari jusserit. Si quid itaque in tanta caligine divinare liceat, Deus hanc legem tribus de causis instituisse censeatur. (1°.) Ut hircus ille piacularis, populi peccatis oneratus, & ad *Azazelem* amandatus, flebilem peccatorum omnium sortem symbolice denotaret. Rationem illam eo mious pœnitendam arbitror, quod *Guilielmi Parisiensis*, de hoc ritu loquentis, [k] testimonio cohonestetur; præcipue vero quod ad hunc ritum allusum sit in Christi parabola, qua hirci peccatis onusti ad sortem & locum [l] dæmonum ablegantur. (2°.) Deus hircum peccatorum omnium immunditias auferentem, ad Dæmo- — Hujus instituti causæ genuinæ.

a *Paraph.* in *Dan.* c. 8. v. 5. b In *Levit.* c. 16. c *Comment.* in *Levit.* 16. 356. d *De Originib. Etrur.* p. 86. e Pag. 18t. f Pag. 183. g Lib. 6. con. *Cels.* p. 305. h *Lev.* 17. 7. i *Levit.* 16. 10. k *Voluit* Deus *in hoc eis ostendere, quod peccatores & peccata pars Damonum sint.* Lib. de Legib. cap. 9. l *Mat.* 25. 33.

 nes

CAP. III. nes amandavit, ut [a] eos *immundos esse ostenderet*, adeoque *populum a colloquio & familiaritate ipsorum* elongaret. Cum enim Dæmones iis temporibus, hircorum [b] specie frequenter apparerent, & Israelitæ dæmonibus hisce τραγομόρφοις [c] immolarent, iisque familiariter uterentur; fieri non potuit quin homines ab iis tanquam sodalibus immundissimis abhorrerent; cum hircus gentis immunditiis oneratus ad Azazelem amandatus esset, & illius tantum societate dignus haberetur. (3°.) Ut, cum hircus ille piacularis ad Azazel emissus, mala omnia satis expiaret & averruncaret; Israelitæ a sacris Gentium ἀποτροπαίοις libentius abstinerent, & Dæmoni, tanquam ἀποπομπαίῳ *malorum depulsori*, sacrum offerre minime necessarium existimarent.

Si quis lumine perspicaciore donatus, hujus instituti rationes solidiores assignaverit, me minime pertinacem experietur.

C A P. III.

Cur hircus Azazeli *destinatus, in Desertum &* Terram abscissam *emittebatur?*

LEGE ritus Expiandi præscribente curatum est, ut hircus ille, cui vivere fortito contigit ad Azazel, ad Desertum, ad Terram etiam *abscissam* vel inhabitabilem emitteretur. Cum itaque termini primi sensum & intentionem arcanam aperuerim, discutiendum est proximo, cur Deus hircum illum ad Desertum etiam, & Terram abscissam ablegari jusserit?

Cur ad Desertum? Desertum quod attinet, aperta lege prospectum est, ut hircus vivus eo mitteretur: vers. 21. *& Aaron ponet ambas manus ejus super caput hirci vivi —— & mittet eum manu viri opportuni ad desertum.* Hujus autem instituti tres rationes, affinitate non adeo remota conjunctæ reddi possunt.

(1°.) Desertum, Mosis ætate, diaboli sedes & habitaculum pene proprium habebatur. Hoc e duobus Scripturæ locis (ut alia jam taceam) aperte satis intelligitur. Horum primum extat *Levit.* 17. ubi [d] lege diserta cautum est, ne quis ovem aut bovem mensæ destinatum in campis occideret, sed eum ad fores Tabernaculi mactandum adduceret; hac addita præcepti causa, —— [e] *ut adducant ea Domino, — & sacrificent ea, sacrificia pacifica Domino: & non sacrificent ultra sacrificia sua Dæmonibus, post quos fornicantur.* Quid autem homo, bovem in agro vel deserto mactans, eum diabolo, præ foribus autem Tabernaculi, Jehovæ, bovem illum offerre, censebatur; nisi quod Desertum & Tabernaculum ἀντίστοιχα quædam essent, & hoc Dei habitaculum, dæmonis illud, haberetur? Cum enim homines *Azazelem* incolam Deserti pene proprium & familiarem existimarent; fieri vix potuit, quin omnis, sanguinem animalis in Deserto fundens, ei libamen offerre, & animal illud ei sacrare crederetur. Rationem illam eo minus contemnendam sentio, quod *Maimonidis* approbantis auctoritate muniatur: nam causam daturus, *cur* בשר תאוה *caro concupiscentiæ* vel *desiderii* [i. e. communis victus carnis] *in* [f] *Deserto, non autem in terra promissa, fuerit interdicta;* in hanc sententiam loquitur: "temporibus illis opinio invaluerat, dæmones in desertis habitare, loqui, apparere; in urbibus vero & locis habitatis nequaquam conspici: idcoque Desertum locus erat sacris dæmoni faciendis opportunus, & animalis alicujus (nisi ad ostium, Tabernaculi conventus adducti) mactationem in cultus profani suspicionem adducebat: in Terra vero promissa, & urbibus ibi passim habitatis, nullus huic suspicioni patebat locus, cum dæmones ibi non adeo frequentes adesse crederentur. Sed misso *Maimonide*, ad *Mosem* redeo, qui *Levitici* 16. aliud nobis, nec minus apertum, opinionis hujus antiquitus obtinentis testimonium præbet. Nam si vers. 19, 21, & 26, Capitis illius attente conferantur, aperte constabit, Mosem phrases eas, *hircum ad Azazelem emittere*, & *hircum ad Desertum emittere*, tanquam synonymas & ejusdem valoris usurpare. Hinc autem intelligi datur, Hebræos existimasse diabolum loca deserta, tanquam illius habitacula tenere; adeoque sola missione ad Desertum se caprum emissarium *Satanæ* tradere, licet ille captum non acciperet, nec modo visibili se præsentem exhiberet.

a *Id.* Ibid. b *V. Bochart.* de *Animal.* P. 2. col. 829. c *Lev.* 17. 7. d Vers. 3, 4, 5.
e *V.* 5. 7. f *Mor. Neb.* P. 3. c. 46.

(2°.)

CAP. III.

(2°.) DESERTUM olim, non tantum diaboli sedes & habitaculum ordinarium habebatur, sed ita revera fuisse videatur. Assertionis hujusce veritati sacræ paginæ passim testimonium perhibent. In Scriptura nempe, nomina dæmonibus a locis desertis & desolatis quos frequentius incolunt, imponuntur. Nam שרים [a] appellantur *Deut. 32. 17.* nominis origine petita, vel a שור aut שדד *vastavit*, [b] quod in locis vastis & desolatis habitent; vel a שדה *ager*, quod in [c] campis & locis ab hominum consuetudine sejunctis plerunque degant. Quandoque spiritus impuri nomen ציים *Siccarii* in Scriptura sortiuntur, quod LXX [d] *δαιμόνια, ἰνδάλματα*, Syrus רוחא *Spiritus*, Arabs אלגאן *Dæmones*, Vulgatus *dæmonia, dracones*, interpretantur. Cum autem vox hæc a ציה *siccitate* derivetur, id nomen dæmonibus inditum putetur, quod in locis humore carentibus, & * proinde desertis & desolatis, habitare soleant. Mos ille forsan Domini nostri verbis occasionem fecit, *S. Mat. 12. 43, Cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat δι' ἀνύδρων τόπων per* [e] *locos aquis destitutos:* nam hujusmodi loci sicci & siticulosi, plerumque [f] deserti sunt & hominibus incolis destituti, adeoque dæmonis ingenio & usui maxime consentanei. Hisce consonat quod *Maimonides* de Zabiis antiquis memoriæ [g] consignavit: *scribunt in libris suis, quod propter iram Martis deserta & desolata loca careant aquis & arboribus, & Dæmones horrendi loca illa incolant.* Sed ad Scripturam iterum se recipiat sermo: tam frequens erat olim, ut dæmones loca deserta & ab hominum cœtu remota colerent, quod Prophetæ locis iis quibus vastitatem & solitudinem horrendam denunciant, dæmones frequenter inducant incolas. Cum enim Deus minatus esset, se Babylonem in meram solitudinem, nullius tritam vestigio redacturum; se verbis illis emphaticis per Prophetam exprimit, [h] *καὶ ἀναπαύσονται ἐκεῖ θηρία, καὶ ἐμπλησθήσονται αἱ οἰκίαι ἤχου, καὶ ἀναπαύσονται ἐκεῖ σειρῆνες, καὶ δαιμόνια ἐκεῖ ὀρχήσονται.* Non multum absimili loquendi formula, vastitatis & desolatio extrema Idumææ prænonciatur: *ascendent in palatiis ejus spinæ, urtica & carduus in munitionibus ejus, & erit habitaculum draconum,* [i] *καὶ συναντήσουσι δαιμόνια ὀνοκενταύροις,* &c. Hisce cognatione juncta sunt verba *Jeremiæ*, vastitatem extremam terræ Chaldæorum sic prædicentis; [k] *διὰ τοῦτο κατοικήσουσιν ἰνδάλματα ἐν ταῖς νήσοις καὶ κατοικήσουσιν ἐν αὐτῇ θυγατέρες σειρήνων*, *Baruch* horrendam desolationem Babyloniæ prædicturus, *κατοικηθήσεται,* [l] inquit, *ὑπὸ τῶν δαιμονίων τὸν πλείονα χρόνον.* Et *S. Johannes* occasione non absimili data, verbis iisdem [m] utitur. Ideo vero locorum vastitas & solitudo dæmonum incolatu depingi & prædici solet, quod spiritus illi locis plerunque desertis gaudeant & incultis terræ plagis habitare soleant. Inde Magi veteres aliique, dæmones sibi socios & consiliarios adsciscere cupientes, solitudines captabant, & in loca deserta secedebant. *Isaiah* moris hujusce cultores notare creditur. *cap. 65. 4. Qui sedent in sepulchris,* ובנצורים *& in desertis pernoctant.* Sic enim *Schindlerus* hunc locum [n] explicat, *qui manent in locis desertis, noctu, ut videant dæmones.* Docte quidem, & Prophetæ menti consentanee; qui alibi voce [o] נצורים, & affini [p] נצורה, ad locum desertum & desolatum exprimendum utitur. Sed hunc lapidem satis volvisse videar.

(3°) HIRCUS ille qui sorte cessit Azazeli, ad solitudinem emittebatur, forte quod ævi prisci more receptum esset, ut quodvis animal Numini alicui devotum vel destinatum, ad numinis illius fines aut sedes cui votum erat, amandaretur. Conjecturæ meæ coloris aliquid allinit *Macrobii* [q] testimonium: *veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines Deorum quibus esset sacrum: animas vero sacratorum hominum, quos Græci ζᾶνας vocant, Diis debitas æstimabant. Quemadmodum igitur quod sacrum ad Deos ipsos mitti non poterat, a se tamen dimittere non dubitabant; sic animas quas sacras in cœlum mitti posse arbitrati sunt viduatas corpore quam primum illo ire voluerunt.* Mori huic (aut saltem rationi) consentaneum erat, ut hircus Deo & altari suo sorte destinatus, ad illius quasi fines [altare & Sanctuarium] afferretur; hircus autem diabolo devotus & separatus, extra cœtus Israelis, ad fines quasi diaboli, locos nempe desertos & ἀβάτους abigeretur.

JAM ad terminum tertium quo hircus ille piacularis amandari debuit, accedat sermo. Is autem quis esset, ab ipsa lege certius intelligitur: [r] *& mittet hircum manu viri opportuni ad desertum: & hircus portabit omnes iniquitates eorum* אל ארץ גזרה *ad terram abscissam,* vel Cur ad terram abscissam.

a *Sacrificaverunt* לשׂרים *LXX τοῖς δαιμονίοις.* b *V. Schindl.* in voc. שוד c *Lev. 17. 5, 7.* d *Isa. 34. 14.* * *Jer. 50. 12.* e *Non est ξηρῶν, sed ἀνύδρων,* i. e. *aquas carentium: nam hujusmodi loca fere sterilia sunt, & ob id desolata.* Erasm. in loc. f *Inde* חבר *ad* siccitatem *simul &* solitudinem *vel desertum notandum usurpatur.* g *Mor. Neb.* P. 3. cap. 30. h *LXX* in *Jes. 13. 21.* i *LXX* in *Jes. 34. 13, 14.* k *LXX* in *Jerem. 50. 39.* l Cap. 4. 35. m *Revel. 18. 2.* n *Lexic. Pentagl.* col. 1154. o *Isa. 49. 6.* p *& 1. 8.* q *Saturnal.* l. 3. cap. 7. r *Lev. 16. 22.*

CAP. III.

inhabitabilem. Quibus præcipitur ut non tantum in Deſertum, peſſimam partem Judææ, ſed in *terram abſciſſam*, peſſimam partem Deſerti mitteretur. Quantum enim e collatis Interpretum clariorum ſententiis intelligendum eſt, voces illæ terram non tantum ab hominum conſortio ſejunctam & velut abſciſſam, ſed ſæpius abruptam, confragoſam, & pene inviam notant. Nam Græci ארץ גזרה *γῆν ἄβατον* reddunt: eſt autem *ἄβατον*, *Heſychio ἀδιόδευτον, ἀπέρατον· Jonathan* vocum Hebræarum loco, אתר צדיא *terram deſolatam* habet, *Onkelos* ארע לא יתבא *terram non habitabilem;* quaſi ille terram abſciſſam a germinatione. Hic ab habitatione, verbis illis intelligeret. *Syrus* utrumque ſenſum hic notari cenſuit, voces Hebræas in ארעא בנרתא *terram incultam* transferens. Quantum autem probabili ratione colligo, hircus ille tribus de cauſis ad ſpei tam deploratæ locum emittebatur.

(1°.) HIRCUS hic ad dæmones emittebatur, qui ſe locis horridis & ab hominum conſuetudine cultoque maxime remotis oblectare ſolent. Hujus ingenii ſpecimen edidit impurus ille ſpiritus *Tob. 8. 3.* memoratus, qui piſcis odore fugatus, *ἔφυγεν εἰς τὰ ἀνώτατα τῆς Αἰγύπτου* *in Ægypti ſeperna fugit*, in loca ſcilicet ab humano cultu deſerta, *arenoſa & ſqualentia*, uti vocantur, ubi Nili curſum deſcribit *Plinius*. E Scripturis etiam Canonicis intelligitur, dæmones in hujuſmodi locis deſertis & ſolitariis habitare ſolitos. Nam populus Iſraeliticus, in deſertis agens *τοῖς* שעירים *ſatyris* aut *Dæmonibus hirciformibus*, utpote locorum eorum infelicium incolis, immolaſſe [a] dicitur. Neque ſcripta tantum ſacra, ſed etiam profana veritati huic teſtimonium præbent. Hæc enim apud [b] *Lucretium*, de locis ſolitariis agentem, occurrunt, cum inſtituto præſenti conjunctiſſima:

Hæc loca capripedes Satyros, Nymphaſque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur;
Quorum noctivago ſtrepitu, ludoque jocanti
Adfirmant volgo taciturna ſilentia rumpi.
Cætera de genere hoc monſtra, ac portenta loquuntur,
Ne loca deſerta ab divis quoque forte putentur
Sola tenere: ——

Inde factum quod Magi, Venefici, aliique dæmonum alloquio & ſocietate frui cupientes, loca plurimum deſerta petant & ſolitaria. Nam referente [c] *Alexandro Halenſi* noſtro, *Magus quidam in libro ſuo de Magiis, dicit ſe tranſiſſe cauſa philoſophandi ad loca deſtituta omni habitatore: habitaſſeque ibi cum inhabitantibus lucem ſex luſtris annorum, & ab eiſdem didiciſſe, quæ in eodem libro conſcripſit.* Et apud [d] *Lucianum Mithrobarzanes*, magus quidam celebris, & comites ejus, *εἴς τι χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες, καὶ ἀνήλιον, in regionem quandam deſertam, & ſylvoſam, & opacam,* abiiſſe dicuntur, ut Deos inferos elicerent, & eorum uſu familiari fruerentur. Cum itaque dæmones in locis præcipue deſertis, & ab hominum uſu maxime ſejunctis verſari gaudeant; par erat ut hircus ille piacularis ad Azazelem emiſſus, ad Deſertum, vel locum (ſi quis eſſet) magis infelicem & ab humano cultu remotum amandaretur.

(2°.) HIRCUS ille populi peccatis omnibus oneratus, ad Deſerti partes extremas & incolis maxime deſtitutas ablegatus eſt, quod fœditate & impuritate maxima laboraret. Ut rationis hujuſce vires eo clarius intelligantur, obſervare juvat animalia quævis eo propius ad Sanctuarium afferri, vel ab eo longius amoveri debuiſſe; quo paucioribus aut pluribus peccatis & immunditiis expiandis & auferendis inſervirent. Nam ſi ſacerdos aut populi præfectus aliquis, peccatum aliquod imprudens admiſiſſet, ad peccatum illud expiandum bovem offerre [e] tenebatur. Hujus autem bovis, utpote uno tantum peccato maculati, ſanguine cornua altaris imbuere, illius pinguedinem etiam & interiora quædam offerre, fas erat; ſed illius pellis, caput, caro, pedes, & fimus, extra caſtra, procul a Sanctuario combuſtioni tradebantur. Vacca rufa, quod gentis totius immunditias omnes ex mortuo contractas tolleret & expiaret, a Sanctuario [f] longius arcebatur: nam tota, quanta quanta erat, extra caſtra comburebatur, nec altaris cornua vel ſanguine vitulæ tam impuræ tingebantur. Cum autem hircus ille de quo ſermonem inſtituimus, gentis peccata omnia quaſi ſimul gereret, nec ullum ſacrificium pro peccato tantum quantum hircus ille expiaret; ad ſacrificandum, comburendum, vel ſepeliendum inidoneus habebatur; ſed ad extremos quaſi Garamantas, ad *terram abſciſſam* & nullius ſolo

a *Levit. 17. 7.* b Lib. 4. v. 584. c *Sum. Theolog.* P. 3. Q. 55. p. 378. d *Dialog. cui tit. Νεκυομαντ.* p. 160. C e *Lev. 4. 3, 22.* f *Numer. 19. 3, 4.*

tritam,

tritam, nunquam reversurus emittebatur. Ut inde pateat Deum hac in re nihil a scopo & usu Legis alienum instituisse. CAP. IV.

(3°.) EXPIATIONIS Judaicæ fini & institutioni consentaneum erat, ut hircus ille piacularis in terram a regione Judæorum longe remotam & veluti abscissam emitteretur. Nam expiatio illa ritualis instituta est, ut Israelitæ peccata sibi remissa & mala omnia a cervicibus suis propulsata credentes, a ritibus ethnicorum piacularibus tanquam superfluis abstinerent, Deum ad gratiam tam facilem amare discerent, & sinceram pœnitentiam frequenter exercerent. Congruum itaque fuit, ut hircus ille peccata omnia, non tantum a gente, sed ipsa pene terra Judæorum procul asportaret; in locum nempe ubi nemini nocere, nec magis quam hircus eo relegatus in memoriam redire possent. *Maimonidem* Expiationis ritus paulo clarius [a] explicantem audiamus: *nemo dubitat peccata nequaquam talia esse onera, quæ ab humeris hominis unius, in humeros alterius transferri possint. Sed etiam istæ actiones omnes parabolicæ, ad timorem animis hominum incutiendum, & conversionem hoc medio operandam.* Q. D. *Immunes jam sumus ab omnibus nostris transgressionibus, post tergum nostrum eas projecimus, & ad extremas Terræ oras relegavimus,* nec par est ut eas vel cogitatione repetamus.

(4°.) HIRCUS ille populi noxis velut onustus, in terram tam remotam abigebatur, forsan ut Christi Domini typum & figuram gereret, qui extra urbem Hierosolymam patiebatur, & *in corpore suo peccata nostra*, velut in terram oblivionis, [b] *perferebat*. Hoc plerique tam facile largiuntur, ut hircum piacularem, adeoque totam expiandi legem, tantum ad *μυστικώτερον* aliquid innuendum institutam sentiant; & (animis eorum hac sententia præoccupatis) legis hujusce literaliter spectatæ rationem aliquam non curent, imo ne ferant quidem. Cum autem hircus ille non tantum extra Hierosolymam, sed ad Azazelem, & Desertum extremum abigetur; & apertum sit multos expiationis ritus ad significationem aliquam evangelicam ne torqueri potuisse; necesse est, ut alias hujus intricatæ legis explicandæ vias ineamus, eamque præcipue cum respectu ad mores aliquos antiquitus obtinentes institutam & exponendam sentiamus; quamvis eam rerum futurarum umbras & lineas aliquas obscuriores exhibuisse, non diffitendum sit.

CAP. IV.

Cur hircus ad Solitudinem ablegatus, vivus ibi relinquebatur?

CUM animalia quævis alia, Deo oblata & expiationi servientia mactarentur; hircus ille de quo præsens sermo, vivus in desertum evasit, quamvis piacularis erat, & Deo solenniter offerebatur. Nam ex hircis duobus, unum altari destinatum, alterum in solitudinem a ductore suo dimissum, scribit [c] Moses; non in præceps detrusum, vel ventorum turbine statim abreptum, uti Judæi fabulantur. Adeo ut lex de duobus hircis, quorum unus mactari, alter in desertum liber emitti, debuit; legi de duobus [d] passeribus, quorum uno mactato alter in aerem emittebatur, affinitate propiqua jungi videatur. Et animum non raro subit opinari, legem nostram de duobus hircis, legi de duobus [e] passeribus lucem afferre, & ex ea mutuam accipere potuisse, modo hæc vel illa paulo clarius intelligeretur. Quantum autem in hac caligine percipere liceat, hisce de causis hirco emissario liber abitus in desertum permittebatur.

PRIMO: Ne, si turbine, vel alia aliqua ratione violenta statim periisset, in diaboli potestatem traditus, eique muneris, oblationis, aut placaminis loco missus esse videretur. Deus itaque, ut suspicioni huic & malis inde nascituris obstaculum poneret, hircum occidi vel immolari noluit, sed eum in desertum amandari, ibique libere vagandi licentiam ei concedi jussit. Non longe hinc abeunt [f] *Abulensis* illa: *non immolabatur hircus iste Azazeli, id est, dæmoni, quia non dicitur hic, quod fiebat aliqua immolatio, sed solum quod mittebatur ille hircus in Desertum:* nam magnum dedecus esset DEI *Hebræorum, si non posset eripere cultores suos a dæmonibus, & propter hoc cogerentur colere* & placare *dæmonem, ne noceret eis.* Ne quis locus opinioni tam crassæ relinqueretur, hircum illum [g] *ἀφεῖναι εἰς τὴν ἔρημον in desertum dimittere*, & ibi libertati suæ permittere debuerunt.

a *Mor. Neb.* P. 3. c. 46. b *1 Pet.* 2. 24. c *Lev.* 16. 22. & 26. d *Lev.* 14. 4, 7.
e *Purificationis lepræ duobus passeribus factæ, mihi ne hodiernum diem vera constat ratio.* Maimonid. in Mor. P. 3. c. 47. f *Quæst.* 15. in *Levit.* 16. g *LXX* in *Lev.* 16. 10.

CAP. IV.

SECUNDO: Veriſimile eſt morem illum gentibus antiquioribus inolevisse, ut animalia Deo alicui ſacra & devota libere & ſine cuſtode in campos emitterentur, & Deum hac in re ſeipſum mori paſſim recepto nonnihil accommodaſſe. In hanc ſententiam duæ rationes inducunt animum.

(1°.) MOS ille animalia in Numinis alicujus honorem dimittendi, legem Moſaicam antiquitate ſuperare videatur. Vix ullo certiore criterio moris alicujus antiquitas ſumma dignoſcatur, quam ſi locum inſignem & familiarem in gentium antiquiorum ſacris habuiſſe reperiatur. Hinc enim opinandi cauſa non levis oritur, morem illum a primis mundi patribus, vel oraculo dæmonis antiquiſſimo, vel Ægypto (communi ſuperſtitionis fonte & metropoli) in gentes alias effluxiſſe. Si quis autem veterum monumenta diligentius evolvat, facile reperiat, Syros, Indos, Arabes, Græcos, Romanos, alios hunc ritum familiariter uſurpaſſe. Morem illum apud SYROS uſitatum e [a] *Luciano* diſcimus: nam ille templum Deæ Syriæ ſacrum deſcribens, *in atrio templi*, inquit, ἄφετοι νέμονται βόες μεγάλοι, *boves magni liberi paſcuntur, & equi & aquilæ, & urſi, & leones, neque homines lædunt.* Morem affinem apud INDOS viguiſſe e verbis [b] *Plutarchi* colligo: βόες ἱεραὶ νέμονται Περσίας Ἀρτέμιδος, ἣν μάλιστα θεῶν οἱ πέραν Εὐφράτου βάρβαροι τιμῶσι· χρῶνται δὲ ταῖς βουσὶ πρὸς θυσίαν μόνον, ἄλλως δὲ πλάζονται κατὰ τὴν χώραν ἄφετοι· i. e. *Dianæ Perſicæ, quam eximie venerantur barbari trans Euphratem habitantes, ſacræ paſcuntur boves. His ad victimam ſolum utuntur, alias libere vagantur.* ARABES etiam, antequam in *Mohammedis* verba jurare didiciſſent, camelos fœminas, oves, & capras, voviſſe & libere dimiſiſſe, teſtatum dederunt, [c] *Hottingerus*, [d] *Bochartus*, [e] *Pocockius* noſter, aliique, ſcriptis Arabum antiquioribus verſatiſſimi. Idem apud GRÆCOS antiquiores in uſu fuiſſe, teſtatur *Euſtathius* in *Odyſſ. μ'.* Sic enim ſe habent auctoris verba: ἀγέλας ὅλας ἡμέρων ζώων Ἕλληνες ἀφεῖλον δαίμοσιν, ὧν οὐκ ἦν θεμιτὸν ἅπτεσθαί τινας, ἐν οἷς καὶ πτηνὰ ἀνεῖντο ἱεροῖς ἀνειμένα, οἷον ταῶνες καὶ χῆνες, καὶ τοιαῦτά τινα καθωμίληνται ἐν ταῖς ἱστορίαις· i. e. *Integra mitium animalium armenta Græci dæmonibus ſeparabant, e quibus aliqua tangere nefas habitum. Inter ea & volucres ſacrabant, Diis dimittentes, pavones ſcilicet & anſeres, & hujuſmodi alias in hiſtoria memoratas.* [f] Philoſtratus etiam de Diana, & illius cultu loquens, inter alia, inquit, νέμεται δὲ αὐτῇ καὶ θηρία ἄνετα, *paſcuntur autem ipſi dicata & dimiſſa fera.* Superſtitionem eandem & ROMANOS inceciſſe, *Julii Cæſaris* exemplum a *Suetonio* memoratum, indicat. [g] Refert enim, Cæſarem equorum greges in trajiciendo Rubicone flumine conſecraſſe, *ac vagos & ſine cuſtode* dimiſiſſe. Cum itaque mos hic, animalia cuſtode omni ſoluta in numinis alicujus honorem dimittendi, per orbem terrarum propagatus fuerit; probabilitate non caret, morem illum lege Moſaica vetuſtiorem fuiſſe, eumque (ſed aliquomodo transformatum) Deum a Gentium ſacris ad ſua tranſtuliſſe. Deos enim moribus uſu longo firmatis non raro velificatus eſt, ut hac ratione populi difficilis & moroſi ſtudia ſibi devinciret.

(2°.) RATIO illa Græcæ verſionis auctoritate non parum confirmatur. Nam LXX circa legem de hirco emiſſario verſati, voces & phraſes adhibent, de animalibus libere dimiſſis & Deo alicui ethnico devotis, in Græcorum ſcriptis communiter uſurpatas. Eas præcipue phraſes in animo jam fero, καὶ ἀφήσει αὐτὸν verſ. 10. & διεσταλμένον εἰς ἄφεσιν, verſ. 26. quas Græci a gentilium ſcriptis & initiis accepiſſe videantur. Nam ἀφεῖσθαι & ἀνεῖσθαι proprie dicuntur de animalibus ſolenniter dimiſſis, & numini alicui ſacratis; & hujuſmodi animalia [h] Græci quandoque ἄφετα, nonnunquam ἄνετα, nuncupabant. Vocem ἄφετον hunc ſenſum ferre, ſatis e [i] *Syneſio* diſcitur: ἔζων, inquit, μετ' ἀγαθῶν τῶν ἐλπίδων, ὥσπερ ἐν ἱερῷ περιβόλῳ τῷ κόσμῳ ζῶον ἄφετον, ἀνειμένον ζῶν· *In mundo bona cum ſpe vivebam, ut in ſacro ſepto ſolutum animal, dimiſſum vivens*, vel (uti [k] *Budæus* explicat) *ut animal quoddam liberum & dedicatum Deo.* Eodem pene ſenſu γυναῖκες ἄφετοι vocatæ [l] ſunt, αἱ ἀφωσιωμέναι, ſine cuſtodia agentes, & Veneri omnium obviæ. A Græcis hac in re non multum abiit Arabum gentilium uſus, qui pecudem Deo alicui ſacram & libere paſcentem, סאיבה *ſaiebah*, id eſt, ἄφετον *dimiſſam*, [m] appellabant. Inde cauſa data videtur illi verſiculo Alcorani, *non conſtituit Deus Bahirah, nec Saiebah.* Quibus [n] verbis *Mohammedes* Arabes ſuos a ſuperſtitioſa illa diuque recepta

a De *Syr. Dea.* p. 1073. B b In *Lucullo*, p. 507. E c *Hiſtor. Oriental.* l. 1. c. 7. p. 160.
d De *Animal. Sacr.* 2. c. 54. col. 660. e *Pocock.* de *Arab. morib.* p. 330. 331. f *Icon.* lib. 1. p. 805.
g In *Jul. Cæſ.* cap. 81. h Ἄφετοι, οἱ ἱερόδουλοι καὶ ἀπολελυμένοι· *Heſyc.* in ἄφετ. i *Epiſtol.* 57. p. 194 C
k In voc. ἄφετος & ἄνετος p. 546. l Ap. *Athen.* lib. 12. m Teſt. *Bochart.* de *animal.* col. 660.
n V. *Pocock. Not.* in *ſpecim. Arab.* p. 332.

camelo-

caoielorum suorum dimissione, in idolorum honorem fieri solita, cohibere creditur. Sed ab Arabibus illis ad Græcos redeo, a quibus hæc animalia oonnunquam ἄνετα vocabantur. Nam *Athenæus* ἱερὸν βοῶν diei vult τὸν ἄνετον: & *Hyperides* in *Deliaco* ἄνετον exponit τὸν ἱερὸν καὶ ἀνειμένον Θεῷ τινί uti testatur [a] *Harpocration*. LXX vero (a quibus paululum abetravit sermo) Græcas illas loquendi formulas, ex mero arbitrio, & textu Hebræo plane reclamante, inseruisse putentur: nihil enim vocibus illis [καὶ ἀφήσει αὐτὸν, & διεσταλμένος εἰς ἔρημον] in hodiernis exemplaribus Hebraicis analogum aot respondens inveniri potest. Cum itaque LXX, textu licet Hebræo non invitante, voces & phrases e medio Gentilismo sumptas ad hirci emissarii ritus & usus exprimendos usurparint; inde suspicioni locus est, eos existimasse ζῶα ἄφετα vel animalia (quæ dixi) numini per dimissionem consecrata, hirci illius institutioni causam & occasionem præbuisse. Nam Interpretes eos (gentis Judaicæ flores) sacrorum suorum rationes & origioes optime tenuisse non facile dubitandum est.

SUPEREST jam ut duo argumenta, ad senteniæ nostræ fidem concutiendam forsan afferenda diluamus.

HORUM primum hujusmodi est: aliæ omnia sentiunt Hebræorum magistri, quibus de patriæ suæ moribus & institutis fides tuta satis adhibeatur. Illi scilicet hirci ductorem, eum ad montem aut rupem in desertum deduxisse, & e præcipitio montis loco caprum in præceps dedisse sentiunt. Hircum eo quo dixi modo, statim a dimissione sua periisse, [b] *Talmudis* & [c] *Jonathanis* testimonio confirmatur; nisi quod hac in parte *Talmudi* cum *Jonathane* non conveniat, quod ille caprum, oon a ductore sed ventorum turbine, in præceps detrusum asserat. Palam itaque falsum est, ductorem hircum in Desertum emisisse, vel hircum in desertus errandi copiam habuisse.

RESPONDEO: noo absimile est vero, Judæos sub exeuntis Judaismi tempora, caprum de monte vel rupe præcipitasse: forte quod tunc in eas angustias terra redigebatur, ut hircum e præcipitio neci dare, quam in desertum emittere (unde statim redire posset) coosultius existimarent; vel quod hircum oblationis loco Dæmoni missum, adeoque præcipitandum & occidendum crederent, ut ille misera hac victima seipsum oblectaret; vel quod ארץ גזרה *terram abscissam*, quo hircus ille portari [d] debuit, de monte vel rupe præcisa seu prærupta, unde præceps casurus erat, iotelligerent. Sed unde unde mos ille principium duxerit, apertum est eum nondum obtinuisse, cum Interpretes Græci versionem suam adornarent. Sic enim legis verba de hirco piaculari [e] latæ reddidere: καὶ ὁ ἀποστέλλων τὸν χίμαρον τὸν διεσταλμένον εἰς ἄφεσιν, &c. Hoc est, (modo Græca verbotenus reddas) *& qui emittit hircum emissum ad liberam dimissionem*, &c. Si vero mos ille caprum e rupe vel monte deturbandi temporibus Græcorum interpretum invaluisset, oeutiquam credibile est eos versionem mori patrio tam dissonam & repugnantem in vulgus emittere voluisse. Verba legis quod attinet, hircum ad ארץ גזרה *terram abscissam* deducere præcipientis; palam est, ea fundamentum ne speciosum huic mori suppeditare. Ubinam enim in Scriptura moos aut rupes, ארץ *terra* dicitur? & quis dimissionem ad *terram abscissam* vel *inhabitatam* audiens, de præcipitatione vel interfectione cogitabit?

(2°.) NONNULLI forsan & boc argumento sententiæ meæ veritatem oppugnabunt: necesse est ut hircus emissarius præcipiti casu, vel alia aliqua morte violenta periisse censeatur; aut iterum redire posset, adeoque spes omnis de peccatis, nunquam in Dei memoriam aut conspectum redituris intercideret.

SED nec illo multum premimur argumento: nonnulli nempe per ארץ גזרה *terram abscissam*, insulam aliquam remotiorem intelligi volunt, quod a continente quasi divulsa vel abscissa videatur; nam hac de causa, insula Arabice גזירה *gezira* dicitur. Plerique vero caprum ad partes deserti multis milliaribus ab Hierosolyma remotas emissum fuisse sentiunt, ibique suo fato periisse: vel in hircorum sylvestrium naturam & censum transiisse. Sed in hoc Argumento, ubi tenebris operta & perplexa sunt omnia, satis immorari videamur.

a In voc. ἄνετος. b *Tract. Iom.* cap. 6. c *Paraph.* in *Levit.* 16. 22. d *Lev.* 16. 22.
e *Lev.* 16. 26.

CAP. V.

CAP. V.

De ceremoniis in hirci piacularis emiſſione ſolenniter obſervatis.

CUM circa præcipuum Expiationis inſtrumentum, hircum ſcilicet Emiſſarium jam verſetur ſermo; non patitur Argumenti mei ratio, ut ceremonias cum hirci illius emiſſione conjunctas tacite prætermittam. Erant autem illæ duplicis generis, nempe tres ab ipſo Deo, totidem etiam a Judæis, inſtitutæ. A ritibus divinitus inſtitutis ordiendum eſt.

Ex iis tres divinitus inſtitutæ:

INTER ordinis hujuſce ritus familiam ducat illa manuum impoſitio in hircum jam emittendum, ab Aarone facta, gentis totius perſonam ſuſtinente. Hoc a Deo præceptum legimus: [a] *Et offeret hircum vivum, & imponet Aaron utramque manum ſuper caput hirci vivi.* &c. *Et cum eas hirci capiti impoſuerit, amandabit eum in deſertum*, &c. Hujus autem inſtituti variæ rationes aſſignari poſſunt: nam (1°.) Ritus ille vitam integram & inculpatam a quovis offerente requiri, non obſcure ſignificavit. Sic enim *Philo* ritus hujuſce mentem [b] interpretatur: *poſtulat Deus a ſacrificante, primum, bonam mentem, ſanctam, & in pietate exercitam: deinde vitam beneſactis ornatam*, ὥς ἅμα τῇ τῶν χειρῶν ἐπιθέσει δύνασθαί τινα παῤῥησιασάμενον ἐκ καθαροῦ τοῦ συνειδότος τοιαῦτα εἰπεῖν, αἱ χεῖρες αὗται, οὔτε δῶρον ἐπ' ἀδίκοις ἔλαβον, &c. *ut dum manus imponit, poſſit libera conſcientia dicere: manus hæ nec muneribus corrupta, nec innocenti ſanguine polluta ſunt: noxam, injuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi præbuerunt miniſterium, ſed rebus honeſtis ac utilibus, quæ viris juſtis, honeſtis, & ſapientibus probantur*, (2°.) Hoc ritu hircum offerens eum ſuo loco ſubſtituebat, & itam Dei in hirci ſubſtituti caput immitti tacite precabatur. Proinde, ſacerdos ſummus Expiationis feſto totius Eccleſiæ locum occupans, manibus hirci capiti impoſitis, populi peccata omnia confiteri tenebatur, eoque ipſo hircum quaſi devovere, ut in illius caput recideret, ſi quid mali peccato prumeriti populi cervicibus impenderet. (3°.) Hic ritus imponendi manus uſu [c] frequens erat, & circa generis cujuſvis oblationes, tam pacificas quam expiatorias uſurpatus. Hujus itaque ritus uſus innuebat, hircum illum, Deo devotum, & inter oblationes divinas cenſendum, eſſe; licet AZAZELI ſorte deſtinatus eſſet, & in deſertum (locum ei pene proprium) ſtatim amandandus.

RITUS ſecundus, erat hirci tam libera dimiſſio in Deſertum, ut huc illuc oberrare, & quo vellet abire poſſet. Huc ſpectant ea Legis verba, *Levit. 16. 10.* לשלח *ad mittendum eum ad Azazel in Deſertum: & v. 21.* ושלח *dimittet hircum manu viri opportuni in Deſertum.* Verbum autem שלח *mittere, dimittere*, de perſonis aut aliis animalibus ſimpliciter uſurpatum, ſic a ſe demittere vel ablegare notat, ut quo velint abeant, & integra libertate gaudeant. Id enim Pharaoni a non raro crimini datur, quod *populum Iſrael* לא שלח *non dimiſerit*: Deus e contra Pharaoni præcipit, לשלח [e] *ut populum remitteret*, id eſt, libertati ſuæ reſtitueret. De aliis etiam animalibus dictum hoc ſenſu ſumitur: nempe *Job. 39. 5. Quis* שלח *dimiſit onagrum liberum?* Verbum שלח ſignificationem eandem hac in lege ferre, probabilius habeatur; quod neceſſe ſit ut ei vis illa tribuatur in lege de duobus paſſeribus, noſtræ cognata & pene parallela, *Levit. 14. 7.* ושלח *& dimittet paſſerem viventem ſuper facies agri*, ubi nempe ſui juris ſunt aves, & integra fruuntur avolandi libertate. Ut autem hunc ritum integre & ad mentem Legis perficerent Iſraelitæ, hircus in Deſertum dimitti debuit. Nam dæmones ad quos hircus ablegatus eſt, in locis deſertis & agris ſolitariis uſu tam familiari verſabantur, quod inde nomen שרם a שדה *ager, campus*, accepiſſe cenſeantur. Nec conjecturam prorſus abſurdam feciſſe videar, ſi dixerim, Phœnicum Deos apud *Euſebium* memoratos, horum שרים principes fuiſſe, eiſque *Philonem Biblium* [f] nomina Ἀγρὸς & Ἀγρότης impoſuiſſe, quod [g] Sanchuniathon, cujus ille Phœnicia vel Hebraica Græce tranſtulit, iis nomina aliqua a שדה deducta tribuiſſet. His affine eſt, quod a Poetis *Diana* nonnunquam ἀγροτέρα κούρα ſignanter appelletur.

RITUS tertius, cum hirci dimiſſioni vacarent obſervandus, erat hominis illius lotio ſolennis, qui in hirco dimittendo quid operæ collocaſſet. Hoc diſerte præceptum legitur, verſ. 26.

a *Lev. 16. 20, 21.* b De *animal. idon. ſacrif.* p. 838. E c *V. Levit. 1. 4. c. 3. 8. 4. 4. 33. 8. 14, 18.* d *Exod. 8. 28. 9. 7. 10. 20. 11. 10.* e *Exod. 4. 23. & 5. 1.* f Ὧν ὁ μὲν Ἀγρὸς ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Ἀγρόηρος ἢ Ἀγρότης. g *Ap. Euſeb. Præp. Evang.* l. 1. p. 35. D.

Et

Et qui emiserit hircum ad Azazel, abluet vestes ejus, & lavabit aqua carnem ejus, & postea redibit ad castra. Ideo vero Deus, hac religione peracta, purgare jussit, quod hircus ille κάθαρμα publicum esset, Israelitarum omnium peccatis oneratum; & omnes, circa [a] talia versati, contagionem & immunditiem quandam ex eorum contactu contrahere censerentur. Neque κάθαρμα tantum publicum erat, sed & ἀποτρόπαιον, quod (Ethnicorum etiam consensu) cæteris oblationibus impurius erat, & majorem lustrandi necessitatem afferebat. Hac de re *Porphyrii* [b] testimonium accipiamus: πάντες ἐν τούτῳ ὁμολογοῦσιν οἱ Θεολόγοι ὡς ἄρα οὐ θιγέον ἐν ταῖς ἀποτροπαίοις θυσίαις τῶν θυομένων, καθαρσίοις τε χρηστέον. &c. *Omnes in eo consentiunt Theologi, in sacris ad malum avertendum factis, non tangendas a sacrificantibus victimas, sed purificationibus utendum. Neque enim (aiunt) quis in urbem eat, aut domum redeat, nisi prius, & vestem & corpus omne aqua fluminea vel fontana abluerit.* C A P. V.

A ritibus Lege præscriptis, ad tres alios ab antiquis Hebræorum magistris institutos proximo deveniamus. Et totidem a Magistris Hebræorum.

HORUM primus erat, vittæ, corollæ, vel tæniæ, coccineæ, e lana factæ, capiti hirci piacularis alligatio. Hebræos antiquiores hircum illum emissuros, hunc ritum observasse, Christianorum & Judæorum veterum testimoniis abunde confirmatur. [c] *S. Barnabas*, hircum hunc insignem memorans, inter alia, inquit, περιθεῖτε τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ *imponite lanam coccineam circa caput ejus.* Ritus hujusce meminit etiam [d] *Tertullianus*, Patrum Latinorum antiquissimus, *hircum coccino circundatum* inter Christi figuras numerans. Huic mori Judæi veteres etiam testimonium perhibent: nam [e] Talmudici, ritus expiandi referentes, aiunt, קשר לשון של זהורות בראש שעיר המשתלח וגו׳ *Alligabat* sacerdos *linguam coccineam ad caput hirci emissarii, & sistebat eum ad locum unde erat emittendus.* Hanc linguam, id est, tæniam aut ligulam productam, sic explicat [f] *Maimonides*: הוא לשון של צמר צבוע ארום *Lingua illa lanei staminis erat, rubro tincta.* Cum autem Scriptura de hac lingua coccinea nihil habeat, non immerito in [g] *Mischna* quæritur, *unde* habemus, *quod alligare debuerint linguam coccineam capiti hirci emissarii? Ex eo quod* [h] *dictum, si fuerint peccata vestra sicut dibapha, sicut nix dealbabuntur.* Ne vero sententiæ tam crassæ desit species aliqua, fingunt Talmudici τερατολογίαις addictissimi, vittam illam laneam colorem suum purpureum exuisse, & nativam albedinem induisse, in certum expiationis præstitæ & gratiæ divinæ testimonium. Hæc nulla licet veri similitudine nitatur fabula, Judæorum longe plurimorum fidem per multas ætates tenuit. Illi nempe dogmata, monstrosa licet, a seculis antiquis transmissa, fide supina recipere solent; & (Talmude docente) *credere* non tantum facilius, sed & honestius existimant quam *examinare.* Quamvis autem hæc fabula Judæorum vulgo placeat; ex ipsis Talmudicis nonnulli fabulam tam crassam & monstrosam deglutire nesciunt. *Tradunt enim* [i] *Talmudici duas linguas coccineas duobus hircis, alteri ad caput, alteri ad cervicem impositas fuisse, tum ut inter se, tum ut a cæteris hircis distinguerentur: quia, si hircos istos inter se, aut cum aliis permisceri contigisset, facile permutari poterant, aut alter alterius vice substitui, nisi signo aliquo conspicui, symboloque notati fuissent.* At neque ratio illa quid sani continet: cum enim jactis sortibus, hircus unus e vestigio mactaretur, alter ad Azazelem, factis faciendis, amandaretur; nulla nota vel symbolo opus erat, ut inter se vel a cæteris hircis discernerentur. Si vero necessitas aliqua postulavit, ut hirci illi signo vel symbolo aliquo notarentur; nil opus erat ut vitta, eaque lanea, eaque purpurea, eaque hirci capiti alligata distinguerentur.

Ut rem in pauca conferam, & Judæos hic ad incitas redactos explicem, hoc unum dicendum arbitror: Judæorum nempe Majores, cum in vicinia gentium profanarum aut iis commisti viverent, ethnicorum victimas & animalia sacra, sæpe vittis aut infulis, iisque laneis, iisque non raro purpureis aut cocco tinctis, insignes & exornatas observasse; Judæosque ritum illum in cultum suum traduxisse, ut eorum sacra non minus elegantia & oculis vulgi grata redderent, & ethnicos hac innocua morum similitudine a sacris Judaicis eo minus aversos redderent. Ne quis hæc omnia, tanquam gratis dicta, rejicienda censeat; ea paucis testimoniis Lectoris fidei commendabo. Ethnicos animalium Deo sacrorum capita vitta vel fascia latiore decorare solitos e verbis [k] *Ovidii* discitur. Fasciæ illius coccineæ causa.

a *Levit.* 16. 28. b De *Abstin.* lib. 2. §. 44. c *Epist.* pag. 23. d Lib. 3. *Adverf. Marcion.* p. 401. B e *Cod. Iom.* cap. 4. §. 2. f *In loc.* g *Tract. Schabbath.* c. 9. §. 3. h *Ysa.* 1. 18. i *Sheringham in Iom.* c. 4. §. 2. k *Metamorph.* lib. 7. v. 429.

Fo-

CAP. V.

——— Feriuntque fecures
Colla torofa boum vinctorum cornua vittis.

Ita morem habuiffe docent innumera illa Veterum teftimonia, quæ [a] *Carolus Pafchalius*, [b] *Bernartius*, [c] *Philologi facri*, & [d] *Robertus Sheringhamius*, in medium proferunt. Ethnicos etiam Victimarum capita vitta vel infula plerumque lanea vincire folitos, e [e] *Virgilii* verbis intelligitur;

——— Medio ftans hoftia ad aram,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta.

Rem hanc luce plena donavit [f] Alexander ab Alexandro: *hoftia fi major erat, auratis cornibus, fi minor, ---* [g] *infula lanea & candida vitta circumdata, ante aras --- fiftebatur.* Circa vittarum autem earum colorem, religionem quandam criticam exercebant ethnici; hoftiis pacificis vittas albas, funebribus cæruleas, piacularibus autem rubeas aut purpureas affignantes. Eos victimam piacularem vitta plerunque purpurea difcriminaffe, multis exemplis docuit *Ravifius* in *Epithetis*. Ex iis (cum rei præfenti conveniat) unum profero: [h] *Atreus*, Thyeftæ liberos immolare cogitans,

Poft terga juvenum nobiles revocat manus,
Et mæfta vitta capita purpurea ligat:
Non thura defunt, non facer Bacchi liquor, &c.

Cum itaque Gentium antiquarum ufu receptum effet, hoftiarum, minorum & piacularium præcipue, capita vittis aut infulis laneis, iifque purpureis infignire; rationi convenit opinari, Judæos antiquiores inde caput hirci piacularis vitta lanea purpurea ligandi morem accepiffe, & in cultus fui ritus (ob caufas quas dixi modo) tranftuliffe. Jam dictis inde major accedat probabilitas, quod teftante [i] *Talmude*, lingula vel infula coccinea hircis hifce duobus, utpote piacularibus imponeretur: quamvis Talmudici (rituum antiquiorum rudes) hic confundant omnia, lingulam illam hirci emiffarii *capiti*, hirci vero mactandi *cervici* ligatam afferentes.

RITUS fecundus, a Judæorum gente (ni fallor) inftitutus, erat hirci jam abeuntis in Defertum probris & contumeliis omnibus oneratio. Nam eum aliqui ftimulis urgebant, alii pilos ejus vellicabant, alii frequenti fputo captum infequebantur, alii cum execrationibus eum dimittebant, ut in illius caput mala gentis omnia verterentur. His aut fimilibus contumeliis, omnes bilem & ftomachum in hirci jam receffuri caput evomuerunt. Judæos contumelias illas in hircum illum ediditffe, frequenti Veterum teftimonio confirmatur. [k] *Tertullianus*, hircorum piacularium mentionem faciens, *alter*, inquit, *eorum circumdatus coccino, maledictus, & confputatus, & convulfus, & compunctus, a populo extra civitatem abjiciebatur in perditionem.* S. [1] *Hieronymus*, hunc morem fpectans, hæc habet cum inftituto præfenti cohærentia; [l] *nofter hircus ante Domini immolatur altare: illorum* [Judæorum] *hircus antichriftus confputus & maledictus, projicitur in folitudinem.* De Babyloniis, [Judæis Alexandrinis aut Profelytis] hoc in Talmude memoriæ [m] proditum eft, שהיו מתלשים בשערו *quod ei*, capro nempe, *crines vellicarent*, ut exire properaret. Sed huic mori *S. Barnabas* teftimonium omnibus aliis illuftrius & antiquius perhibet, quod ftatim in medium proferam.

INTEREA temporis, horum paulo curiofior indagator a me quæret proculdobio, cur Judæi contumeliis hifce, nullibi præceptus, hircum receffurum onerarint? Si itaque modeftæ conjecturæ venia concedatur, tres caufas affignabo cur hircus ille, receffurus, modis tam indignis a populo tractabatur.

(1°.) NON plane temerarium eft opinari, aliquid olim in Græca verfione *Pentateuchi* repertum fuiffe, quod Judæis nonnullis hircum illum tam ignominiofe tractandi occafionem dedit. Nam *S. Barnabas* hanc legem citat, quafi feculo fuo *Levitici* partem, cujus in hodiernis exemplaribus ne vel aura percipienda eft, [n] *λάβετε δύο τράγους καλὰς καὶ ὁμοίας, καὶ προσενέγκατε.*

a De *Coron.* l. 4. b *Not.* in l. 5. *Stat. Thebaid.* p. 247. c *Not.* in *Act.* 14. 13. d In *Cod. Iom.* c. 4. §. 2. & c. 6. §. 6. e *Georgic.* l. 3. v. 486. f *Gen. Dier.* l. 4. c. 17. p. 1094. g *Infula in hoftiis, velamenta erant e lana, intra hoftiarum cornua.* Var. de *Ling. Lat.* lib. 6. h Ap. *Senec.* in *Thyeft.* *Act.* 4. v. 685. i *V. Cod. Iom.* cap. 4. §. 2. K Lib. 3. cont. *Marcion.* p. 401. B. l *Serm.* de *Refurrect.* m *Cod. Iom.* c. 6. §. 4. n *Epift. jam citat.* p. 21.

1 *Sermo* ille vel *Epiftola de Refur.* non eft *Hieronymi*: in ferie Operum ponitur, quorum auctores latent. Tom. 5. col. 200.

καὶ

CAP. V.

καὶ λαβέτω ὁ ἱερεὺς, τὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα, τὸν δὲ ἕνα [ἐπικατάρατον] — καὶ ἐμπτύσατε πάντες, καὶ κατακεντήσατε, καὶ περιθέτω τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθήτω i. e. *Sumite duos hircos, bonos & similes, & offerte; & accipiat sacerdos, unum in holocaustum, alterum* in *maledictum; --- & conspuite illum omnes, ac lancinate, & imponite lanam coccineam circa caput ejus, & sic in Desertum emittatur.* Tale aliquid in scriptis sacris antiquitus extitisse, probabilius efficitur e *Talmudis* [a] testimonio: *de duobus hircis diei expiationis,* מצותן שיהיו שניהן שוין במראה וגו' *mandatum est, quod erunt pares, aspectu, statura, & pretio.* Si Judæi hujusmodi præceptum in exemplaribus Græcis aut Hebraicis, antiquitus invenissent; minime mirum est, eos, hircum abeuntem tot contumeliis afficere voluisse.

(2°.) VETERES ethnici, quorum moribus addictior erat Hebræorum natio, piacula publica contumeliis onerabant, eaque diris omnibus quas animis commotis offert indignatio prosequebantur. Inter diras autem id piaculis hisce præcipue precabantur, ut si quid mali populi cervicibus impenderet, in eorum capita verteretur. Inde *ἀνάθεμα*, homo devotus & piacularis, idem [b] *Hesychio* qui *ἐπάρατος execrabilis.* Ad ea piacula [c] *Budæus* Apostolum spectare censuit, cum dicit, *1 Cor. 4. 13. Facti sumus ut περικαθάρματα mundi, omnium περίψημα usque adhuc.* Id est, " non minus despicatui sumus & omnium oculis odiosi, non minus vulgi probris & exe- " crationibus onerati, quam illi bipedum vilissimi, qui (tanquam *καθάρματα* & piacula publi- " ca) contumeliis & diris omnibus onusti civitatibus ejiciuntur. Cum itaque gentes vicinæ tot contumeliis & imprecationibus eorum piacula prosequerentur, Judæi hircum suum piacularem modo consimili tractasse putentur, ut hac morum conformitate, gentium animos eorum Legi & cultui conciliarent.

(3°.) SI ritus jam dicti speciatim spectentur, scripturæ quædam propheticæ eorum institutioni occasionem dedisse censeantur. Cum enim textus illi, *Isai. 63. 1. Quis ille* qui *venit ab Edom, vestes rubeas habens, a Bozrah?* Isai. 50. 6. *Dedi genas meas vellentibus pilos, nec abscondi faciem meam ab ignominia & sputo:* Zach. 12. 10. *Aspicient eum quem compugerunt*, & textus hujusmodi, de Messia dicti non immerito crederentur; cum etiam hircus emissarius, populi noxas auferens, Messiæ typus & imago prophetica haberetur; fidei consonum est viros quosdam propheticos, (ut hircus ille typus illustrior evaderet) instituisse, *ut circumdatus coccino, maledictus, consputatus, convulsus, compunctus, extra civitatem in perditionem* abjiceretur, *manifestis* inde *notatus insignibus Dominicæ passionis;* uti sensum meum scite exprimit [d] *Tertullianus.* Cum autem ritus illi a viris (uti dixi) propheticis instituti, & ab iis per longam ætatum sequentium seriem traditione perpetua propagati fuerint; verisimile est eorum originem genuinam seros nepotes latuisse, eosque tandem ritus eos mandatis divinitus acceptus imprudentes annumerasse. Sed vereor ne jam Lectorem rei tam obscuræ tædeat.

RITUS tertius a Judæis institutus, erat, hirci piacularis a summitate rupis aut prærupti montis ad ima præcipitatio. Hic opportunum viri literis Hebraicis haud segniter exercitati testimonium: [e] *mandatum Dei non erat, sed statutum Rabbinorum, ut hircus emissarius a rupe detruderetur. Nam si hircus e Deserto vivus rediisset, tristia præsagire solebant, malumque inde portendi existimabant: statuerunt igitur ut e* Zuck *alto & prærupto monte depelleretur.* Quamvis autem hujus instituti, Judæi & Christiani rationes varias excogitaverint: illius origo ad pravam morum ethnicorum æmulationem referenda videatur. Apud ethnicos enim usurpatum erat, homines devotos, & quævis alia *καθάρματα* publica, neci dare, plerunque vero de rupe vel monte deturbare. [f] *Strabo* Leucadios, in Apollinis sacro, quotannis hominem piacularem de montis specula dejecisse, & in mare præcipitem egisse refert. Apud [g] Tauros etiam servatum erat, ut iræ Deorum avertendæ gratia, caput hominis clava ferirent, & truncum corpus ex ingenti rupe in præceps darent. Cum Atheniensibus gravis incumberet belli moles, *Agraulus* quidam e muro in præceps corpus [h] abjecit, ut belli rabiem sisteret. Sed ad rem præsentem multo propius accedit *Luciani* testimonium: ille varios sacrificandi ritus a Deæ Syriæ sacerdotibus usurpatos referens, *est,* [i] inquit, *& alius quidam sacrificandi ritus talis: postquam animalia immolationi destinata coronarunt, e templi vestibulis ea demittunt; τὰ δὲ κατενεχθέντα, ἀποθνήσκει· illa vero præcipitata, ex casu moriuntur.* Cum itaque Gentibus antiquis usu frequens esset, ut oblationes eorum piaculares a monte præcipiti detruderentur; ratio suadet opinari,

a In *Iom.* c. 6. §. 1.
b *Hesych.* in *voc.* ἀναθ.
c *Annot.* in *Pandect. de pœnis.* fol. 239.
d Ub. supr.
e *Sheringham. Not.* in *Iom.* cap. 6. §. 6.
f *Geogr.* l. 10. p. 694.
g *Alex. ab Alex.* l. 6. c. 26.
h *Scholiast. Demosthen.* in *Orat. de fals. legat.*
i Lib. de *Dea Syr.* p. 1076. C

CAP. VI. Judæos hircum illum in præceps jacientes, id moris a vicinis suis antiquitus accepisse. Nam e modo dictis apparet, Legem postulasse, ut hircus ἄφετος esset, eique quo vellet abire permitterent, non autem ut præceps e monte mitteretur.

CAP. VI.

De Expiationis illius Origine cui hircus inservivit Emissarius.

CUM de hirco emissario, & ritu in illius emissione solenniter observando, generalius egerim; cum Argumento præsenti conjunctum est, ut Expiationis illius, cui hircus inservivit, originem aperiam, & institutis eo spectantibus lucem paulo clariorem afferam.

UT autem Expiationis Judaicæ principium & instituendi ratio paulo clarius innotescat, necesse est ut sermonis exordium altiuscule deducatur, & expiandi ritus a remotissima rei memoria repetatur. Quantum itaque rem tanta caligine circumfusam percipere liceat, ætate Mosis, expiandi religio se longe lateque propagarat, lustrandi ritus in immensum exierant, & cæcæ credulæque mortalitatis vitam anxio negotio plenam fecerant. Nam gentes antiquæ traditione per orbem diffusa doctæ, persuasissimum habebant, eorum Deos hominum peccatis ad iram provocari, & ex ira illa calamitates ingentes, qua privatas, qua publicas orituras: iram autem illam sacris quibusdam piacularibus averti, peccatum ipsum piari & lustrari, & populum purgari vel februari, posse. [a] *Grotius*, & auctores ab eo citati, assertionis hujusce fidem vacillare non sinunt. Quum itaque peccati conscientia, prodigia, omina, terribiles Deorum formæ vel tristes ideæ, iræ divinæ vel mali alicujus impendentis metum Gentilium animis incuterent; ad καθάρσια, sacra lustralia, [b] februa, & consuetas expiandi cæremonias, ad placanda numina, *peccata delenda*, & mala averruncanda statim convolarunt. Atque hæc religio meticulosa eo citius obtinuit & altius inhæsit Ethnicorum animis, quod opinione pestifera de origine boni & mali seculis antiquioribus imbuerentur. Credebant enim, [c] *θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους τὸν μὲν ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν· Duos esse Deos, quasi contrariis artibus deditos, ut hic bona, alter mala opera conficiat.* Adeo ut necesse haberent (ita nempe delusa gentilitas opinata est) ritus piaculares, non tantum ad boni sed & maligni numinis iram placandam & avertendam exercere. Patet insuper e scriptis ethnicis, eos existimasse, Deos suos non personis tantum, sed rebus, quomodocunque pollutis & contaminatis, male quandoque conciliatos: eos autem lustratione, expiatione vel purgatione solenniter instituta, rebus & personis propitios futuros, & cum iis in gratiam redituros. Cum itaque Gentium superstitio lustra & piacula, publica simul & privata, sine modo perperisset, & multifariis expiationis ritibus & speciebus hominum vitam & cultum onerasset; Deus nonnullos expiandi ritus in Legem suam transtulit, partim ut gentis Judaicæ genium ritualem exerceret, & Judaismus non minorem a peccati conscientia vel mali alicujus impendentis metu securitatem, quam Gentilismus afferre crederetur; partim etiam, ut luxuriantes expiandi ritus intra certos terminos coerceret, & hominum animos sub rituum eorum onere laborantes justæ libertati restitueret.

HÆC omnia sibi fidem petant, non tantum a probabilitate summa quam prima facie præ se ferunt, sed etiam ab ipsis ritibus & institutis Expiationis festo propriis. Nisi enim expiandi religio Mosis ætate vetustior habeatur, sudabit satis qui rituum illorum rationem redditurus est. Iis etiam quæ dixi confirmandis non male faciunt voces & phrases, quæ a Græcis interpretibus & *Josepho*, circa legem de Expiationis ritu & hirco emissario versatis adhibentur. Tunc enim quamvis occasionem arripiunt a genuino textus Hebræi sensu deflectendi, ad voces & loquendi formulas Gentilium expiationibus proprias, & de animalibus Deo alicui gentili devotis communiter usurpatas. Nam LXX hircum illum (etiam reclamante vocis Hebrææ sensu) ἀποπομπαῖον, *avertentem* vel *malorum depulsorem*, non [d] semel nuncupant. Hæc autem vox adeo merum gentilismum sapit, quod inde [e] *Julianus* Mosem ipsum partium suarum fautorem fuisse, & *ὑπὲρ ἀποτροπαίων pro Averruncis* scripsisse, dicere non dubitaverit. Eam etiam phrasin, hanc

a De *satisfact. Christ.* cap. 10. b *Vetus priscis temporibus opinio obtinuit, februa esse omnia quibus malefactorum conscientia purgarentur, delerenturque peccata.* Plin. c *Plutarch.* de *Isid.* p. 369. D d LXX in *Lev.* 16. 8, 10. e Ap. *Cyril. Alex.* cont *Jul.* p. 299.

legem

legem transferentes, usurparunt [a] LXX: *ἀποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν*, quæ & merum olet gentilismum. Si quis enim, Gentilium solummodo cæremoniis initiatus, hæc verba legeret; ea proculdubio hoc sensu ethnico interpretari vellet, *dimittere illum ad mali alicujus depulsionem:* nam vox *ἀποπομπὴ*, hoc sensu sumpta, obvia est apud auctores exteros. Eos etiam phrases [b] eas, *καὶ ἀφήσει αὐτὸν*, & *διεσταλμένος εἰς ἄφεσιν*, a gentium initiis accepisse, ex iis quæ dixi modo satis elucescit. *Josephus* insuper hirci piacularis usum verbis a Gentilium cultu mutuatis exprimit. De hircis enim ad expiationem sepositis verba faciens, *horum alter*, [c] inquit, *vivus extra fines in Desertum emittitur*, *ἀποτροπιασμὸς καὶ παραίτησις τοῦ πλήθους παντὸς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἐσόμενος*, *ut sit malorum depulsorium, & deprecatio pro peccatis totius populi.* Vocem autem *ἀποτροπιασμὸς* a Gentilium usu cultuque derivatam, notum omnibus quibus ethnicorum scripta non plane peregrina sunt. Cum itaque LXX & *Josephus* tot voces e sacris Gentium depromptas [*ἀποπομπαῖον*, *ἀποπομπὴ*, *ἀφεῖσθαι*, *ἄφεσιν*, & *ἀποτροπιασμὸς*] ad hirci emissarii ritus & usus exprimendos usurparint; inde pronum est suspicari, Gentium *ἀποτρόπαια* sacra piacularia, & animalia quæ dixerunt *ἄφετα*, expiandi ritus & hircum emissarium instituendi causam præbuisse. Quid enim *Josephus* & LXX tot vocibus, quæ Gentium mysteriis propriæ & quasi *τεχνικαὶ* fuerunt, ad ritus & instituta Mosaica exprimenda uterentur; nisi quod Hebræorum ritus lustrales & hircum emissarium, cum Gentilium *ἀποπομπαίοις* & februis non male convenire, & iis originem & sanctionem suam debere sibi persuaderent? Quid etiam voces eas plane ethnicas, etiam textu Hebræo repugnante, ad legis expiatoriæ sensum exprimendum usurparent; nisi ut expiationis ethnicæ ritus aliquos Lectori in animum revocarent, & legis illius ritus aliquos [paululum tamen transformatos & emendatos] inde rationem & originem sumpsisse, tacite significarent? Hoc argumentum eo magis apud me valet, quoniam LXX res & ritus Hebræorum, e Gentium ritu moreque desumptos, ipsis illis nominibus notare solent, quibus Gentiles in ritibus suis utebantur. Veritatis hujusce testimonia sunt voces illæ, *ἀφορίσματα*, * *νηστευουσῶν*, *σωτήρια*, *νουμηνία*, *χαριστήρια*, *ἀπαρχὴ*, *ἀλήθεια*, (nomen a LXX pontificis pectorali datum) & aliæ non paucæ in Gentium cultu frequentes olim; quas LXX (uti suis in locis observamus) ad affinia & analoga Judæorum instituta significanda traduxerunt.

HÆC in partem tam iniquam torqueri nolim, ut *Socinianorum* partibus favere videar, vel ut Expiationis Mosaicæ ritus ullum ad expiationem a Christo præstitam respectum habuisse, jam dicta negare censeantur. Certe Christus, in nonnullis expiationis institutis, notis tam claris exprimebatur; ut Eum neminem e Judæis, oculatiorem paulo, latere potuisse censeam. In eo nempe Deus egregium sapientiæ suæ documentum edidit, quod ita Legis instituta temperaverit, ut speciem quandam cultus & moris antiquitus usitati gereret, & Oeconomiæ suæ novæ figuram & umbram diligentius intuentibus exhiberet. Veritatis hujus argumentum satis illustre præbent Expiationis ritus, lege quam præmanibus habemus instituti. Ex iis enim nonnulli plane typici fuerunt, & ad prototypi similitudinem tam scite & sapienter efficti; quod eorum intentio, & instituendi ratio a captu quovis vulgari facile percipiantur: alii vero seculi tantum Mosaici moribus originem & institutionem suam debuerunt; & maxime laborabit eorum *pia mater* ut ventum & fumum pariat, qui ritus eos ad allegoriam trahere, vel inde sensum mysticum elicere studebunt. Ad horum autem nonnullos proximo transeundum est.

CAP. VII.

Expiatio Judaica cur HIRCIS *præcipue præstita?*

CUM de ritibus Expiationis, & hircis in ea præstanda præcipue requisitis, mentio mihi frequens fuerit; rei præsenti consentaneum erit rationem reddere, cur Deus instituerit, ut HIRCIS præcipue, mundorum licet animalium vilissimis, Expiatio perageretur. Quantum itaque rem tanta caligine circumfusam percipere licet, Deus, in Expiatione facienda, hirco primas partes assignavit, ut animal illud (apud alias gentes sacrum) in contemptum adduce-

a *Lev. 16. 10.* b *Lev. 16. 10, 26.* c Lib. 3. *Antiquit.* c. 10. p. 123. 5. * LXX. in *Exod.* 38. 8.

CAP. VII. ret, & τραγολατρείας infaniæ, cui populus Ifreeliticus addictior erat, obftaculum objiceret, eamque ad Ægyptios & alias gentes, illius auctores ablegaret. Ut autem hæc ratio firmiore ftet pede, oftendam primo, Ifraelitas Ægypto nuper egreffos, hircos ex ufu veteri coluiffe. Secundo: Deum, ad τραγολατρείαν impediendam, hircos in fefto Expiationis offerre præcepiffe. Tertio: Legem eam de hircis offerendis ad idololatriam tam craffam e Judæorum finibus eliminandam plurimum valuiffe.

Ifraelitas hircos coluiffe.

PROBANDUM eft primo, Ifraelitas Ægypto nuper egreffos, hircis ex ufu veteri cultum exhibuiffe. Huic itaque veritati fequentibus argumentis fides aftruetur:

(1°,) ÆGYPTII veteres, quibus Ifraelitæ focietate longa & quotidiana jungebantur, hircos præ cæteris animalibus impenfe coluerunt. Nam ftatuas birciformes in honorem hircorum in Templis erexerunt: hircos ed cibum jugulare, religiofum habuerunt: Deo PANI nomeu *Mendes*, [a] hircum notans, impofuerunt: fœminæ quædam, religione ductæ, facris hircis corpora fua fœde fubmiferunt: *Mendefii*, populus Ægypti, nomen a *Mendes* accipere, pium & honorificum exiftimarunt: hircis etiam victimas offerre, Ægyptii nonnulli io religionis parte pofuerunt. Hæc omnia teftimonius fide dignus confirmeta reperiat Lector, fi [b] *Bocharti* paginas adire non gravetur. Cum itaque veteres Ægyptii hircum tam ftudiofe colerent, fidei quam maxime confentaneum eft, Ifraelitas etiem animos eidem infaniæ deditos habuiffe; cum præfertim e Scriptura [c] conftet, eos aliam quamvis idololatriam Ægyptiacam imbibiffe, & alte diuque retinuiffe.

(2°.) E Lege liquidum eft, Ifraelitas in Ægypto & folitudine, dæmonibus hircorum formam habentibus immolare folitos. Sic enim Mofes ad populum, Ægypto recens eductum, [d] loquitur, *& non offerent* עוד amplius *facrificia fua* לשעירים *cum quibus fcortati fuerunt*. Ubi dictio עוד amplius (uti notat [e] *Aben Ezra*) תורה שכן היו ישראל עושין במצרים *docet Ifraelitas in Ægypto ita feciffe*. Voce שעירים autem dæmones hirci-formes intelligendos effe, *Jonathanis*, *Onkelofi*, *Syri*, *Arabis* utriufque. *S. Hieronymi*, Hebræorum etiam omnium confentiente fuffragio confirmetur. Ex iis unum [f] *Maimonidem* andiamus: e *Zabiis quidam fuere qui dæmones colebant, & eos exiftimabant habere formam hircorum: unde etiam dæmones* Seirim, *hoc eft*, *hircos appellabant. Hæc opinio Mofis ævo jam longe lateque diffufa fuit, ficut ait* Levit. 17. 7. Et non facrificabunt ultra facrificia fua לשעירים hircis, *id eft*, *Dæmonibus ita appellatis*. Neque hæc interpretatio teftimoniis tantum, fed etiam exemplis, & eliis argumentis confirmeri poteft. Exemplis: nam LXX, *Chaldæus*, *Syrus*, & *Arabs*, ad dæmones referunt ea [g] Prophetæ verba de Babylone, ושעירים *& pilofi faltabunt ibi;* & ea, de deferto Idumææ, ושעיר *& pilofus ad focium fuum clamabit*, id eft, dæmon ad dæmonem, quorum olulatus [h] *Bochartus* Arabice vocari notat אלהדהדת *Alhadhada*, id eft, dæmonum voces. Nec alus ergumentis caret hæc interpretatio: nam Ægipanes, Satyri, Feuni, Sileni, Sylvanus, Pan, aliaque Deorum rufticorum turba, membris hircinis deformes fe femper vifendos præbuiffe perhibentur. Ethnicis hac forma deos fuos depingentibus, fides eo procliviot effe poffit, quod [i] *Nicolaus Remigius* referat, fe *confentiente* [Magorum & Veneficorum] *renunciatione teftatum* ecepiffe *hircinum iftiufmodi phafma* & *perfonam dæmoni longe gratiffimam effe, præfertim ubi fe fuis honore aliquo afficiendum exhibet*. Idem fama fertur hodieque: nam auctore [k] Seldeno, *quia folennia Sagarum conciliabula aperiunt, ii dæmonem principem, qui præfidet, hirci figuram præ fe ferre tradunt*. Dæmones Ifraelitis in defertis hac forma fe confpiciendos obtuliffe, facilius eft creditu, quod ab omni probabilitate diffideat, hircos veros, in locis illis arenofis, omnique paftu cultuque deftitutis epparere voluiffe. Cum itaque dæmones olim hircorum formam frequentius induerent, & fub ea plerumque colerentur; fidei convenit, idololatras antiquos (& Ifraelitas eorum exemplo ductos) HIRCOS, diabolo tanta formæ affinitate junctos, honore fingulari profeqoi voluiffe. Nam & alie animalie [boves, oves, canes] veneratione præcipua profequebantur, quod numen hoc vel illud moribus exprimere, vel cum eo cognationis aliquid habere, crederentur.

(3°.) ISRAELITÆ factos honores hircis exhiboiffe puteotur, quod Deus hircos [fi verbo fit venia] contumeliofius habuiffe, eofque multum infra dignitatem aliorum animalium de-

a Καλέεται δὲ τὸ τράγος, καὶ ὁ Πὰν, Αἰγυπτιστὶ, Μένδης *Herodot.* l. 2. cap. 46. b *De Animal. Sac.* P. 1. l. 2. cap. 53. & P. 2. lib. 6. c. 7. c *Jofh.* 24. 14. *Ezec.* 20. 5, 6, 7. & 23. 2, 3. d *Levit.* 17. 7. e Ap. *Bochart.* P. 1. l. 2. col. 646 f In *Mor. Neb.* P. 3. c. 46. g *Jef.* 13. 21. h Ubi fupra c 643. i *Dæmonolatria.* l. 1. cap. 23. k *Proleg.* in l. *de Dis Syr.* cap. 3.

preffiffe

pressisse videatur. Cum enim oves & boves pro pacificis & holocaustis, notæ præcipuæ sacrificus, offerebantur; hirci sacrificia plurimum *pro peccato* facti sunt, & inter ordinis inferioris oblationes numerati. Cum etiam hircus, expiationis solennitati serviens, abiturus esset, e populo convulsus, compunctus, consputus, & omni verborum contumelia laceratus erat; nec minus eorum maledictis quam peccatis onustus, extra civitatem in extremum desertum protrudebatur. Adeo ut apertum sit, nihil eo vilius, abjectius, odiosius haberi potuisse. Neque hic tacite præterire convenit, quod hirci hominum vilium symbola fiant in [a] Scripturis, & ab hircis eorum ὀνομαθεσία desumatur. Crudeles etiam & injusti principes, ad infamiæ notam eis inurendam, *hircorum* nomine [b] sæpe designantur. Quid autem Deus hircum adeo omni dignitate spoliavit, eumque tam studiose depressit & infamem reddidit; nisi ut diabolo, forma cumprimis hircina delectato, seipsum opponeret, & Israelitas τραγολατρείας insaniæ deditos tacite sugillaret, eosque tandem cultus tam absurdi puderet & pœniteret? CAP. VII.

(4°.) ASSERTIONI nostræ fidem conciliat *Maimonidis* observatio, quod [c] *sacrificia omnia pro peccato, tum privati alicujus hominis, tum Ecclesiæ totius, trium nempe festorum principalium, Noviluniorum, diei expiationum, & idololatriæ, quod* (inquam) *sacrificia ista Hirci fuerint.* "Ejus "enim rei causa, inquit auctor ille, hæc mihi videtur esse: quod maximum peccatum, & gravissima ipsorum rebellio, tum temporis esset, quod hircis sacrificarent, sicut dicit Scriptura; "*& non offerent ultra, sacrificia sua* lasseirim *hircis.* Debuit enim Ecclesia per talem cultum expiationem facere, qualis erat rebellio ipsa & peccatum ipsum, ut indesinenter peccati sui memor esset.

PARS pensi nostri secunda postulat, ut probemus, Deum, ad τραγολατρείαν impediendam, hircos in festo Expiationis offerre præcepisse. Veritatis autem hujusce probationi nil opus est ut impensius operemur, cum e jam dictis appareat, cultus hircini superstitionem gentium antiquiorum animis altius inhæsisse; & omnes Legem pene totam in convellendis antiquæ superstitionis erroribus versari fateantur. Et hic itaque quatuor argumentis contenti simus. Deum, ut hircorum cultui obstaret, hanc legem tulisse.

PRIMUM hujusmodi sit: Ægyptii, Israelitæ, aliique, HIRCOS præ cæteris animalibus in veneratione habuisse, & superstitionem crassiorem circa bestias illas, quam alias omnes, exercuisse, videantur. Nam Ægyptios quod attinet, illi non tantum [d] τὸν τράγον ἀπεθέωσαν *hircum divinitate donarunt*, sed in ejus cultum tanto furore ferebantur, *ut oportet* τοὺς ἱερεῖς τοὺς παραλαβόντας πατρικὰς ἱερωσύνας κατ' Αἴγυπτον, τούτῳ τῷ Θεῷ πρῶτον μυεῖσθαι, *sacerdotes qui paterna sacerdotia per Ægyptum suscipiebant, huic Deo primum initiari.* Israelitæ etiam Ægypti moribus imbuti, hircos affectu tam sacro & pertinaci prosequebantur, quod iis [aut eorum formis] honores divinos, inter medias [e] Deserti miserias adoleverint; & post multas ætates, [f] *sacerdotes* לשעירים *hircis* aut *dæmonibus* τραγομόρφοις, instituerint. Atque hæc superstitio tam late se diffuderat olim & radices tam altas egerat, quod ab antiquissimis ad nostra pene tempora manasse censeatur. Nam [g] *Torquemadius* Hispanus, ævi superioris Auctor, τραγολατρείαν *frequentem apud suos esse memorat.* Cum itaque Mosis ætate cultus hircinus Hebræorum animis altius inhæreret, & tanquam seculi pestis undique grassaretur; usus Legis opinari suadet, Deum mori tam pravo & passim insolito legem aliquam plane contrariam instituisse. Hac autem expiandi lege, quænam superstitioni huic magis adversa ferri potuit, qua præceptum est, ut hirci duo (non unus tantum) iique non adorandi sed offerendi, nec ab homine privato sed congregatione tota, præ foribus Taberoaculi sisterentur?

(2°.) E LIBRO primo & secundo satis intellectum est, Deum legem aliquam, seculi superstitioni repugnantem statuisse,, circa canem, arietem, vitulum, hœdum, vaccam rufam, & alia pleraque animalia, quibus idololatræ veteres aliquid sacri vel magici tribuebant, & circa quæ religionem singularem exercebant. Legis itaque mori convenit, ut Deus hac in lege (cujus hirci pars magna fuere) contra superstitiooem circa genus hircinum versatam venire censeatur. Nec minus hæc sententia rationi convenit, cum idololatræ veteres, in cane, vitulo, ariete, & aliis animalibus, [Syderum aut Heroum suorum symbolis] diabolum oblique tantum & obscure coluerint; in hircis autem, τοῖς שעירים Satyris, τοῖς τράγων φάσμασι dæmonibus hircina forma plerunque conspicuis, cultum aperte & ex professo deferebant.

a *Exec. 34. 17. Mat. 25. 33.* b *Zach. 10. 3. Dan. c. 8.* c In *Mor. Neb.* P. 3. c. 46. d *Diodor. Sic. Biblioth. Hist.* l. 1. p. 78. D. e *Lev. 17. 7.* f 2 *Chron. 11. 15.* g Ap. *Nic. Remig.* ub. sup. p. 143.

CAP. VII. Nisi itaque Deus legem illam dederit, ut hircino cultui repugnaret, crassiorem idololatriæ partem & cultui suo *ἐν ἀμφότερα* contrariam intactam præteriisse, & in ea una connivisse videatur.

(3°.) SENTENTIA cui jam studeo, ex oblationis in Expiationis festo præceptæ MATERIA & MODO non parum confirmatur. Erat enim oblationis eo tempore præstandæ MATERIA, [a] vitulus, aries, hircus; quibus, (si [b] *Maimonidis* filio fides habeatur) idulolatriæ cultum præcipuum tribuebant, & a quibus mactandis religiosius abstinebant. Hujus itaque præcepti nominatissimus [c] ille Judæorum Magister hanc causam assignavit: *ut memoria dogmatum eorum ex animis hominum deleretur, præcepit nobis, ut has tres animalium species* (arietes, oves, & boves) *in sacris offeramus: ita ut illud cujus mactationem ipsi pro summo peccato habebant, Deo offerri debeat, illoque peccata nostra expianda sint.* Hæc ille, nec inscite quidem: quid enim Deus eas animalium species, easque solas, in Expiationis festo mactari jussit, nisi ut hoc pacto bestias eas in contemptum traheret, & generis cujuscunque *ζωολατρείαν* e populi moribus extirparet? Nec minorem sententiæ meæ firmitatem præbet offerendi MODUS: nam expiandi lege curatum est, ut [d] Vitulus quidem pro Aarone, hirci vero pro toto cœtu Hebræorum, offerantur. Cur autem offerendi modus tam caute & præcise præscribatur, nullam ipse rationem assignare novi, nisi [e] *Maimonidis* verba mutuari liceat: *cum Aaron præcipue lapsus esset circa* [f] *vitulum, oblatio tum ipsius, tum omnium e semine ipsius exsurgentium fuit* [g] *juvencus & vitulus: cum autem* ab ecclesia *peccatum esset circa Hircum, præceptum est ut hirci pro toto cœtu offerantur.* Rationem hanc eo minus contemnendam censeo, quod aries ad sacerdotum simul & Israelitarum vulgarium errores expiandus, e præscripto [h] legis offerebatur; eo quod arietis cultu (quantum e Paschatis institutis intelligendum est) omnes olim ex æquo peccasse, vel eo plurimum inclinasse, videantur.

(4°.) ASSERTIO nostra fidei non parum petat e præcipuo Expiandi medio vel instrumento, lege jam dicta præstituto. Quamvis enim Expiandi cæremonia, vituli, arietis unius & alterius, hircorum etiam duorum oblatione perageretur; e lege clarum est, שעירים *hircos*, in eo ritu perficiendo partes præcipuas habuisse. Nam hirci unius sanguis in Sanctum Sanctorum inferebatur; alter autem, populi peccatis illius capiti solenniter impositis, in desertum extremum emittebatur. Quid autem Deus שעירים *hircos*, animalia dignitate bobus & ovibus inferiora, ad usum illum maxime sacrum & solennem seponi voluit; nisi quod seculi superstitio, ea tam sacra faceret, Dæmones eorum formas frequenter induerent, & eorum nomine שעירים [i] freqoentius innotescerent? Æquum enim erat ut eo animali, quo maxime peccasset populus, expiatio fieret; & hircus honoribus illis ad stellas evectus, cum ignominia quadam solenniore tractaretur. His addo, quod שעירים (si [k] vim vocis paulo strictius observemus) hircos ætatis tenerioris, bœdos potiusquam hircos, a עתודים *capris majoribus* discretos, indicet. Consentiunt Græci, qui שעיר hac in lege, semper *χίμαρον* hircum [l] parvulum, adhoc a matris ubere pendentem, vocant. Quid autem Deus in Expiationis festo, שעיר hircum tam tenerum occidi voluit, nisi ut Ægypti superstitionibus occurreret? nam, teste [m] *Juvenale*,

——*Nefas illic fœtum jugulare capellæ.*

Legem hanc ad *τραγολατρείαν* extirpandam profuisse.

CUM argumentis hisce probasse videar, Deum hanc legem *τραγολατρείας* eliminandæ gratia tradidisse; docendum est tertio, legem eam, de Expiatione HIRCIS præcipue facienda, plurimum ad nefas illud insulsissimum extirpandum valuisse. Ut itaque huic parti satisfaciam, ostendam proximo, hac lege vix aptiorem machinam, ad opinionem de hircorum divinitate convellendam, adeoque cultum hircinum elevandum, admoveri potuisse. Nam,

(1°.) RITUS ea lege præscripti, plane contrarii fuere ceremoniis iis quibus honor eximius hircis eo seculo deferebatur. Cum enim hircis immolarent idololatræ veteres, hac lege præceptum est, ut Israelitæ hircos ipsos immolationi destinarent: cum etiam *fœtum jugulare capellæ*, [n] piaculum a Zabiis haberetur; Deus hircum tenellum occidi, & actum illum in præ-

a *Lev.* 16. 3, 4, 5. b In *Mor. Neb.* P. 3. c. 46. c *Maimonid.* ub. supr. d *Lev.* 16. 11. 15.
e Ub supr. f *Exod.* 32. 35. g *Lev.* 9. 2, 3. h *Lev.* 16. 3, 5. i *Levit* 17. 7.
k V. *Bochart.* de *animal sac.* P. 1. col. 646. l *Χίμαροι, ἄργες, χειμάρροι, ἔριφοι Hesyc.* m *Satyr.* 15. v. 11.
n *Hircorum, boum, & ovium, mactationem maxima pars Idololatrarum abominata est, & omnes hanc animalium speciem fecerunt.* Maim. ub. supr.

I

eipua

cipua solennitatis expiatoriæ parte collocari voluit: cum hircus diaboli symbolum esset, eique præcipue sacratum animal; Deus hirci sanguinem in ipsum Sanctum Sanctorum afferri, & sibi ipsi religione præcipua sacrari jussit: cum a Zabiis hircus honoribus omnibus exciperetur, Israelitæ [Dei, vel Ecclesiæ suæ præcepto devincti] hircum contumeliis omnibus affectum in Solitudinem ejecerunt: cum denique Zabii hircum inter Deos referrent, Deus eum ad dæmones, in Festo expiationis, amandari voluit. Fieri vero non potuit, quin Israelitæ cæremoniis hircorum cultui plane repugnantibus assueti, tandem a Zabiorum opinione discederent, & cultui tam insulso non minus animo quam opere renuntiarent. Hic opportuna *Maimonidis* illa: *hoc pacto curandæ sunt opiniones ista prava, quæ sunt veluti morbi & ulcera animæ humanæ, nempe per extremum ipsorum contrarium.* CAP. VIII.

(2°.) Lex ea radicem ipsam sustulit, cui cultus hircorum præcipue nitebatur. Nam idololatræ veteres (uti plerique sentiunt) hircos & dæmones hirci-formes tam impense coluerunt, ea ducti opinione, quod hujusmodi cultus, pestem; famem, ægritudinem, & alia mala, cervicibus eorum imminentia propulsaret; eos autem malorum vim ingentem subituros, nisi Dæmones illos & hircos (eorum imagines & symbola) sacris oblatis propitiarent. Hanc sententiam sic probat & exprimit [a] Paulus Fagius: *Quia Ægyptus, e qua Israelita paulo ante profecti erant, varia animalia coluit: ideo verisimile est, coluisse etiam Satyros: & Israelitas exemplum Ægyptiorum secutos, sacrificasse Satyris, ut aut non nocerent, aut mala depellerent.* Eidem sententiæ calculum apponit [b] *Dietericus.* Deus itaque, ut Satyrorum & hircorum cultum radicitus extirparet, hircum, *εἰς ἀποπομπὴν ad malorum depulsionem*, in desertum emittendum, Sibi ipsi primum offerri, & peccata gentis illius quasi capiti imponi jussit: ut Israelitæ non satyros aut hircos, sed ipsorum peccata, malorum omnium causas agnoscerent; & malorum depulsionem, non satyris aut hircis oblata victima placatis, sed Expiationi ex Dei præscripto factæ tribuendam intelligerent.

(3°.) Expiatio quotannis hircorum oblatione præstanda, & ad abolendam τραγολατρείαν instituta, fecit proculdubio, ut Israelitæ cultus illius, expiatione solicita quotannis indigentis, impietatem perciperent; & eorum posteri tanti peccati memoriam, festo annuo renovatam, ad sera secula retinerent, & scopulum illum ad quem Patrum suorum navis affligebatur, vigilantius evitarent.

Sufficiat hæc strictim attigisse.

CAP. VIII.

Cur expiatio Mosaica hircis præcipue Duobus *peragebatur?*

Expiandi lege statutum erat, ut ea cæremonia hircorum pari perageretur, quorum unus, altari sorte destinatus, Deo in sacrificium offerri, alter *ἀποπομπαῖος* in Desertum emitti debuit. Cum autem in eo jam versetur cura studiumque meum, ut legis hujusce ritus & instituta, crassis adhuc obducta tenebris, in lucem paulo majorem educantur; non committendum censui, ut illius cæremonia maxime notabilis & obscura, tacita nullaque luce donata relinqueretur. Ut itaque hujus instituti causam certius assequamur, necesse est ut nonnulla de hirci utriusque piacularis usu & intentione, generali & speciali præmittantur.

Usus eorum generalis (ut inde sermo ducat exordium) ex ipsa [c] lege satis intelligitur: *& a congregatione filiorum Israel accipiet duos hircos caprarum* לחטאת *in peccatum*, seu *sacrificium pro peccatis*; nam verbis illis expresse dicitur, hircos duos unum sacrificium pro peccato facere. Rei tamen hujus, e versu nono & decimo cognitio magis explicata petitur: *& Aaron accedere faciet hircum super quem sors Domini cecidit, & offeret eum pro peccato: & hircus, in quem cecidit sors ad azazel, sistetur vivus coram Domino, ut per eum fiat expiatio*, &c. Hæc autem verba fateri cogunt, hircos ambos, piaculum vel oblationem pro peccatis extitisse, cum nulla alia expositio textui convenire possit. Veritati huic illustrandæ simul & confirmandæ facit admodum, præceptum circa personam vel domum lepra infectam, duabus avibus lustrandam aut expiandam traditum. Sic enim se habet lex [d] ea, nostræ gemina & parallela: *& accipiet sacerdos,* לחטא *ad expiandum domum, duas aves, —— Et mactabit avem unam ad vas testaceum super aquas vivas.*

a *Annot.* ad *Lev.* 17. 7. b *Antiq. Biblic.* pag. 450. c *Levit.* 16. 5. d *Levit.* 14. 49, 50, 51, 52, 53.

CAP. VIII.

vivas. Et accipiet lignum cedri, & hyssopum hyacinthi, & avem vivam; & intinget ea in sanguinem avis mactatæ, —— חטא *Et expiabit domum per sanguinem avis, & per aquas vivas, & per avem vivam,* —— *Et dimittet avem vivam super facies agri.* Ex harum legum collatione clare cognoscatur, e duabus avibus, hircis etiam duobus, licet modo dissimili oblatis, unum sacrificium pro peccato coalescere potuisse.

FATENDUM est interim, hircos illos expiatorios, uti & aves illas, usus quosdam speciales, & partes ratione saltem distinctas, in expiationibus illis absolvendis habuisse. Nam hircus ad altare mactatus, munus ἱλαστικὸν *propitiatorium* præcipue fuisse, & ad iram Dei peccato lacessiti leniendam, adeoque felicitatem publicam (peccatis aut perditam aut in discrimen adductam) stabiliendam, valuisse censeatur. Erat autem hircus ablegatitius, si distincte loquamur, munus ἀποτρόπαιον *malorum depulsorium*, & ad famem, pestilentiam, hostium incursiones, aliisque calamitates publicas peccato debitas, avertendas offerebatur. Ad hanc sententiam non sine ratione videar inclinare: cum enim hircus altari datus *sacrificium pro peccato* dicatur, illud sacri expiatorii usum præbuisse, dubitari nequit: & Israelitas hircum alterum εἰς ἀποπομπὴν *ad malorum depulsionem* emisisse, τῶν LXX [a] sic transferentium testimonio confirmatur. Nam ἀποπομπὴ apud *Suidam*, τῶν κακῶν ἀποτροπὴν, apud *Budæum* prodigii vel sceleris alicujus procurationem, notat. Sensu non absimili phrasis hæc, ἀποπομπὰς ποιεῖσθαι, ab *Isocrate* ad *Philippum* usurpatur. Consentientem hic habemus *Josephum*, qui de hircis expiatoriis agens, *horum alter*, [b] inquit, *vivus in desertum emittitur*, ἀποτροπιασμὸς καὶ παραίτησις τοῦ πλήθους παντὸς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἐσόμενος, *ut sit malorum depulsorium*, & realis *deprecatio pro peccatis totius populi*. Deinde: cum sententia mea conveniunt sacri mores in Expiandi solennibus usitati: tunc enim sacerdos summus, Sanctum Sanctorum ingressus ad spargendum hirci mactati sanguinem, pro commoda tempestate, & ut omnibus affatim suppeterent vitæ necessaria, pro aliis etiam bonis temporalibus, orabat, si quid fidei hac in re [c] Thalmudici mereantur. In eodem etiam festo solenne erat, ut sacerdos peccata populi (malorum omnium causas) in hirci vivi caput imponeret; eo vero ritu hircum quasi devovit, & tacite precatus est, ut malum omne, populi cervicibus impendens, ab iis in hirci caput averteretur.

CUM jam hircorum piacularium usus innotescat, instituti præsentis ratio postulat, ut caussas assignem, cur Deus hircis, usui jam dicto destinatis, Expiationis opus absolvi voluit? Caussæ vero, quantum ratione probabili colligendum, sunt hujusmodi:

PRIMO: ut seipsum ad seculi mores, usu longo receptos & inolitos, qua licuit, accommodaret. Ut rationis hujusce momenta clare percipiantur, quædam de Gentium antiquiorum ἀποτροπαίοις, & expiandi cæremoniis, altiuscule repetenda sunt. Præmonendum est itaque, Gentes ad civitates lustrandas, peccata expianda, Deorum etiam iram ad calamitatem aliquam imminentem avertendam, piacula & anathemata, nempe victimas ordinarias & animalia devota vel Diis extra ordinem oblata, plurimum adhibuisse. Hisce præcipue mediis expiandi religio peragebatur. (1°.) Hostias expiatorias altaribus afferebant, impense rogantes, ut omne malum sibiipsis impendere creditum, in hostiarum capita derivetur. Certam moris hujus notitiam nobis ab ævo prisco derivatam debemus [d] *Herodoto*, qui de Ægyptiis loquens, καταρῶνται, inquit, τάδε λέγοντες τῇσι κεφαλῇσι, εἴ τι μέλλοι ἢ σφίσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ συναπάσῃ κακὸν γενέσθαι, ἐς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι *Execrantur* victimarum *capita in hæc verba: si quid mali vel ipsis immolantibus aut Ægypto toti futurum sit, id in hoc caput convertatur.* Addit insuper, hunc morem per universam Ægyptum, κατὰ τὰς κεφαλὰς τῶν θυομένων κτηνέων, *circa capita pecudum immolandarum*, obtinuisse. Inde factum, quod hujusmodi victimæ a Græcis, ἁγνῖται, ἀποτρόπαιοι, φαρμακοὶ, μιαροὶ, ἐπάρατοι, περιψήματα, dicerentur. (2°.) Fuerunt etiam ethnicis anathemata vel animalia quædam devota, quorum corpora, pro communi salute, vicaria & succedanea tradebantur, in quorum etiam capita mala publica transferri precabantur. In hunc censum veniunt animalia omnia, rationalia vel irrationalia, quæ ad iram Deorum averruncandam, diris omnibus aut neci, populi vice devovebantur, pœnam succedaneam luitura. Horum exempla, passim apud Auctores obvia, facile proferre possem, nisi [e] *Grotius*, [f] *Lomeierus*, alii, provinciam illam mihi præripuissent. Cum itaque (ut hæc ad institutum accommodem) usu veteri comparatum esset, ut ad gratiam Deorum conciliandam & malum avertendum, nunc sacrificiis

a Ἀποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν In *Lev.* 16. 10. b Lib. 3. *Antiq.* cap. 10. p. 123. 5. c Ap. *Paul. Fag.* in *Lev.* 16. 17. d Lib. 2. c. 39. e *Annot.* ad *Lev.* 1. 9. f Lib. de *Gentilium Vet. lustrat.*

nunc

nunc animalibus devotis uterentur; verisimile est, Deum, respectu ad Seculi morem habito, præcepisse, ut Expiandi cæremonia duobus hircis [uno ἱλαστικῷ, altero ἀποπομπαίῳ] solenniter oblatis absolveretur: ut scilicet Israelitæ Expiationem sua lege præscriptam numeris omnibus absolutam crederent, Deum unum bonorum omnium auctorem simul & malorum depulsorem agnoscerent, & Expiationis ritus a Deo præscriptos, utpote mori recepto consentaneos libentius exercerent. Cum enim Israelitæ hircum unum, ad peccatorum expiationem faciendam obtulissent; quid hirci alterius oblatio ad pœnas peccato debitas auferendas instituta est, nisi ut Deus hac in parte seculi mori Seipsum accommodaret, & nonnihil Hebræorum infirmitati largiretur? Quamvis enim hircos eos expiationem olim a Christo faciendam, ejusque perfectionem, typice prænunciasse dubitare nequeam; usus ille mysticus Hebræorum vulgarium captum excessit proculdubio, nec eorum centesima pars ultra Legalium eorum institutorum superficiem penetrare potuit. CAP. VIII.

SECUNDO: præcepit Deus hircos hosce duos lustrales fieri, forsan ut ἀνθρωποθυσίας, in expiationibus ethnicis usitatæ, omnis ansa præscinderetur. Eo tandem processit inter Gentes expiandi studium, quod ad peccata delenda & mala a regione propulsanda homines quandoque piacula facerent, nonnunquam anathemata, eosque diris omnibus, aliisque ritibus infandis, ad necem usque prosequerentur. Si quis usum Philologiæ tam tenuem habeat, ut hæc nesciat adeat, [a] *Aristophanis Scholiastem*, [b] *Suidam*, [c] *Schedium*, [d] *Grotium*, [e] *Saubertum*, [f] *Henr. Ursinum*, (ne plures ingeram) qui moris hujusce veritati simul & antiquitati fidem satis amplam faciunt. Hi vero, in aliorum vicem exitio devoti homines, a Græcis ἀποτρόπαιοι, καθάρματα, ἀποπομπαῖοι, ἀντίθεματα, περιψήματα, καθάρματα· a Romanis victimæ piaculares, vicarii sacri dicebantur. Cum itaque lustrandi ritus inhumanus adeo passim invalesceret, hujusmodi expiationem instituit Deus, qua nullus omnino superstitioni tam diræ locus aut occasio relinqueretur. Nam Expiatio divinitus instituta tam completa & ex omni parte perfecta fuit (utpote munere ἱλαστικῷ simul & ἀποτροπαίῳ præstita) quod necesse esset, ut ἀνθρωποθυσία, non tantum lustrandi ritus Deo ingratus, sed & plane supervacaneus, Hebræorum populo videretur. Deinde: cum Deus expiationem oblatis hircis (animalium mundorum vilissimis) fieri jussit, opinionem illam Gentium animis altius insidentem, ἀνθρωποθυσίας occasionem, tacite sugillavit; quod nempe Deus hominem, animalium optimum, sibi devoveri postularet, & certius oblatione tam chara placaretur. Præterea: cum hircus expiatorius, in eujus caput omnium peccata transferebantur, in Desertum vivus emitteretur; ex hoc etiam ritu cognosci potuit, Deum, ne quidem hircinum, multo minus humanum sanguinem, ad expiationem faciendam sollicite postulare.

TERTIO: Deus Expiationem hircis duobus (ἱλαστικῷ uno, ἀποτροπαίῳ altero) fieri voluit, ut in iis Expiationis olim a Christo faciendæ *natura* & *integritas* aut perfectio repræsentaretur. *Natura* primo: cum enim [g] lege præceptum esset, ut Aaron manus in hirci utriusque caput imponeret, & eo ritu peccata gentis in eos transferret, eosque, pœnam vicariam subituros, populi loco substitueret; hirci expiationis olim a Christo peragendæ figuram & imaginem propheticam gessisse videantur. In Eum enim Deus *peccata nostra venire* fecit, ille [h] vitam suam λύτρον *redemptionem* pro nostra dedit, & caput proprium nequitiæ nostræ succedaneum subdidit. Nec minus Expiationis illius *integritas* in hircis illis exprimebatur: cum enim ex iis unus jus ad præmium promissum consequendum, alter jus ad pœnam denunciatam effugiendam Israelitis, impetraret, adeoque simul Expiationis partes omnes integre perimplerent; illius imaginem exhibuerunt, qui [i] ἱλασμὸς noster factus est, & morte sua nobis præmium & impunitatem peperit, adeoque se victimam piacularem in omni genere completam præstitit. Nil attinet rem hanc, apud omnes notam, fuse persequi.

CUM hujus instituti causas maxime probabiles jam assignaverim, id unum ad operis mei complementum deesse videtur, ut scilicet Objectioni uni & alteri satisfaciam. Objectiones duæ diluuntur.

PRIMA sit hæc: Expiationis Judaicæ rationes ab antiquiore Gentilium more temere petiisse videar, cum eorum ἀποτρόπαια & victimas piaculares e Mosis legibus expressas fuisse & hircum lustralem, omnium vice devotum, hominibus inter Ethnicos pro salute publica devotis & immolatis occasionem dedisse, communi doctorum suffragio confirmetur. Ex iis unum, au-

a Ad *Plut. & Equit.* b In voc. καθαρμα· & περίψημα· c De *Dis German. Syngr.* d De *Satisf. Christ.* cap. x. & x. e De *Sacrif.* cap. 3. f *Analect. Sacr.* lib. I. c. 19. g Ὁ νόμος πάντα — τὸν θύοντα τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν προστάττει τῇ κεφαλῇ τοῦ θυομένου· *Euseb. Demonst.* l. I. c. 10. h *Mat.* 20. 28. i *1 Jo.* 2. 1, 2. *Rom.* 3. 24.

CAP. VIII. ctorem nuperum, cæterorum ſenſum ſic exprimentem, audiamus: *moris antiquiſſimi fuit, cum civitas aliqua fame, aut peſtilentia, aut aliqua enormi calamitate, laboraret; diſquirere hominem in ea turpiſſimum, quem* Catharma *&* Pharmacum *appellabant, eumque ad locum ſacrificio deſtinatum deducebant, quem & poſtea comburebant, & inde confectum cinerem, pro urbis illius expurgatione & piaculo in mare projiciebant,* &c. *Maſſilienſes, quoties peſtilentia laborabant, unus e pauperibus ſe offerebat, anno integro alendus publicis & purioribus cibis. Hic poſtea, verbenis & veſtibus ſacris ornatus, circumducebatur per totam civitatem cum exſecrationibus, ut in ipſum reciderent mala civitatis, & ſic porriciebatur.------Ubi habes κακόζηλον paganam & Dei ſimiam, diabolum, hirci emiſſarii piaculum æmulantem.*

Sol. FATENDUM eſt quidem, auctores non paucos, his & aliis exemplis Expiationis Moſaicæ ritui ſimillimis inductos exiſtimaſſe; veteres idololatras, homines luſtrales nunc immolandi nunc devovendi morem ab Iſraelitis, hircum unum immolare, alterum devovere & execrari ſolitis, mutuum accepiſſe. Cum autem ex ipſa lege conſtet, idololatras ad eorum delicta expianda & gratiam Deorum ſibi conciliandam, homines ante Moſis ætatem obtuliſſe; cum etiam a rationibus ſuperius adductis probabile fiat, Deum hanc ipſam legem ad ἀνθρωποθυσίαν præcavendam ſtatuiſſe, neceſſe eſt ut hanc opinionem fundamento ſatis firmo carere ſentiam, & ad aliam origineon hanc rituum piacularium affinitatem referam. Ut itaque ſummam hujus rei dicam: veteres idololatræ ad peccatum expiandum & numinis iram ab eorum capitibus avertendam, luſtralibus tantum brutorum animis, ipſorum loco ſubſtitutis, per multas ætates uſi videantur. Tandem autem in eorum animos, diabo i fraude, venit opinari, bruta pretii vilioris hoſtias eſſe, nec a Deo magni æſtimari; hominem autem, utpote digniſſimum animalium, piaculum Deo gratiſſimum eſſe, Eumque munere tam eximio donatum, iram cito depoſiturum, & in gratiam cum offerentibus certo rediturum. Hic opportunum [a] *Plutarchi* teſtimonium, qui Gallos & Scythas credidiſſe refert, Θεοὺς εἶναι χαίροντας ἀνθρώπων σφαττομένων αἵματι, καὶ τελεωτάτην θυσίαν ταύτην· *Deos mactatorum hominum ſanguine delectari, & hoc perfectiſſimum eſſe ſacrificium.* Cum itaque hæc opinio ſtultam ethnicorum credulitatem diu detinuiſſet; nil mirum, ſi homines pro ſalute publica devotos & neci datos in eorum etiam ethnicorum hiſtoriis obvios habeamus, qui de hircis illis expiatoriis a Moſe præceptis ne fando quicquam acceperunt.

Obj. 2. (2°.) ET ea forſan Objectione contra ſententiam meam contendent aliqui, quod Hebræorum expiatio, hircus etiam piacularis, a gentium ἀποτροπαίοις, & ſacris expiatoriis tam longe diſcreparint, quod omni fidei repugnet, expiandi ritus inter gentes uſitatos, expiationem Judaicam & hircum piacularem inſtituendi cauſam aut occaſionem præbuiſſe. Nam apud Hebræos uſitatum erat ut ſacerdos ſummus, utraque manu in hirci caput impoſita, populi peccata confiteretur, & hircum illum [b] oratione ſolenni devoveret; ut ſiquid mali propter admiſſa peccata populo impenderet, in caput hirci devoti converteretur: Gentes autem, cum ἀποτρόπαια immolarent, ſolennem aliquam imprecandi vel devovendi formulam adhibuiſſe nuſquam legimus. Deinde: hircus ille, cui primæ partes in expiatione Judaica contigerunt, e legis præſcripto vivus & libertati ſuæ permiſſus in deſertum emittebatur: apud ethnicos autem περιψήματα, piacula quævis ad cives luſtrandos & expiandos deſtinata, ſemper exitio devovebantur, altari plerumque ſacrata vel de ſcopulo in mare præcipitata. His & aliis inſtantiis oſtendi poſſet, Hebræorum & Ethnicorum ritus expiatorios admodum diverſos & diſſimiles extitiſſe.

Sol. RESPONSIO prompta eſt: non veritatis tantum ſed & cauſæ meæ ſtudio ductus, agnoſco libens, Judæorom & gentilium ritus luſtrales multum ab invicem diverſos abiiſſe. Hinc enim intelligi poteſt, ethnicos expiandi ritus ſuo in cultu uſitatos, non e Judæorum rituali vel uſu furtim accepiſſe (tunc enim ad Expiationis Judaicæ formam diligentius attendiſſent) ſed Deum potius antiquas expiandi ceremonias, in formam tamen aliam & meliorem redactas, populo puerili & pertinaci tradidiſſe. Prout enim diabolus, cum Deorum falſorum cultum inducere laboraret, ſacrificandi & expiandi ritus antiquitus uſitatos manere permiſit, eos tantum interpolans & ab uſu pio ad profanum transferens; ſic & Deus populum a Deorum falſorum cultu revocare ſtudens, expiandi ritus non paucos, uſu veteri confirmatos toleravit, iis aliquomodo transformatis, & ab uſu profano ad ſacrum tranſlatis. Neque interim veritas fateri ſinit,

a Lib. περὶ δεισιδαιμον. p. 171. B b. *Quam* vid. in *Cod. Iom.* cap. 6.

expia-

expiationis Judaicæ ritus sic ab usu veteri recessisse, ut nullam cum Ethnicis cognationem retinerent. Nam Ægyptii, more per universam Ægyptum recepto, dum immolarent ἀποτρόπαια, [a] precari solebant, ut mala omnia in pecudum immolandarum capita converterentur; & aliæ gentes, æque ac Judæi, expiandi religione peracta, se numinis gratiæ restitutas, & noxas omnes piaculis oblatis adhærere firmissime crediderunt. CAP. IX.

CAP. IX.

Cur expiatio hirco uno mactato, altero in Desertum emisso, peragebatur?

MIRABILE -- *videatur, & etiam ridiculum,* inquit [b] Guilielmus Parisiensis, *quod unius hirci capiti populi peccata imputarentur, cum* ipse innocens *esset & ab eis immunis; quod etiam portaret peccata populi, cum illa propriam substantiam mutare non possint.* ——— Et *quid faciebat hircus alter, qui offerebatur in holocaustum similiter pro peccatis totius populi? Si enim omnia peccata dimittebantur populo per holocaustum hirci, quid ergo portabat hircus emissarius? Si vero pars peccatorum dimittebatur per holocaustum, non omnia igitur portabat hircus emissarius.* Quid igitur expiatio duobus hircis [oblato uno, dimisso altero] præstari debuit, quæ per unum fieri potuit, & revera per unum facta videatur?

PLERIQUE hic ad allegoriam confugiunt & rationem mysticam, cuneum illum nodo cuivis in Lege solvendo parem existimantes. Cum autem eorum allegoriæ sensusque mystici meræ plerunque conjecturæ sint & ingenii lusus, tenui tantum subnixæ rerum similitudine; nil mirum si eorum Auctores abeant in diversa, eorum etiam rationes mysticæ vix ulla similitudine vel affinitate sibi mutuo conjungantur. Præsens argumentum veritatis hujusce documentum satis apertum præbet. Sic enim [c] *Justinus Martyr* imprimis horum hircorum mysterium explicat: ἐν τῇ νηστείᾳ τράγοι δύο ὅμοιοι κελευσθέντες γίνεσθαι, &c. *Qui in jejunio duo hirci pares accipi jubebantur, quorum alter emissarius malorumque depulsor fiebat, alter autem in oblationem sumebatur; duorum Christi adventuum designatio erant.* PRIORIS *quidem, cum eum veluti emissarium & ærumnas avertentem emiserunt seniores vestri & sacerdotes, manus illi inferentes, & morte eum mulctantes:* POSTERIORIS *autem cum in eodem Hierosolymorum loco ipsum agnoscetis ignominia a vobis affectum,* &c. Hic a *Justini Martyris* opinione longissime diversa est *S. Cyrilli* ratio: nam *descriptus est,* [d] ait ille, *per hircum utrumque Christus unus,* καὶ ἀποθνήσκων ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα, καὶ θανάτου κρείττων ἀναδεικνύμενος κατὰ τὴν τῆς θεότητος φύσιν· *Moriens quidem pro nobis secundum carnem, & mortem superans secundum naturam divinitatis.* Eodem pene redeunt quæ [e] alibi ab eodem *S. Cyrillo* scripta legimus: ἔδει τὸν διὰ Μωσέως νόμον καταγράφοντα σαφῶς ἐθέλοντα τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, οὐχ ἐνὶ τῶν χιμάρων ---ἀποθνήσκοντά τε ὁμοῦ, καὶ ζῶντα καταδεικνύειν αὐτόν· &c. *Oportebat ut Lex per Moysen data, cum Christi mysterium perspicue delineare vellet, non in uno hirco —simul illum vivum & mortuum spectandum proponeret, ne scenica quædam portenta proponi viderentur: sed illum cædem perpessum in uno admisit, eundemque viventem & dimissum in altero.* [f] *Theodoritus* ita judicavit, & alii multi, quos longum est enumerare. *Melius tamen,* inquit, [g] *Bonfrerius, ut hircus uterque Christi hominis typum gessisse dicatur, sed diversimode: prior præcise, quatenus pro peccatis nostris* oblatus; *alter emissarius, quatenus in eo Deus omnes iniquitates nostras posuit, - factusque est ipse pro nobis maledictum.* Cl. *Bocharto* longe consultius visum est, ut hircus oblatus, Christi in cruce morientis, vivus autem in desertum emissus Christi resurgentis, typus & umbra censeatur. Postquam enim [h] legem de duobus passeribus, cum lege de hircorum pari contulisset; statim [i] subjungit, *ut mactatus hircus & jugulatus passer, Christi in cruce sublati, ita ejusdem redivivi typus erant hircus & passer, qui vivi emittebantur.* ——— *Nam, ut Pharaonis somnium duplex ad eundem scopum collimabat, ita hoc duplici typo, quamvis in argumento dissimili, Deus videtur idem significasse, nempe Christi Servatoris nostri mortem & resurrectionem.* Cum autem similitudo tenuis admodum inter hircum populi peccatis oneratum in Solitudinem emissum, & Christum a mortuis redivivum, victoriam suam de peccato & morte reportatam læta in cœlum ascensione jam restaturum intercedat; *Alexander Halensis* nostras hircis hisce significationem longe diversam prudens

Rationes mysticæ multæ sed repudiatæ.

a *Herodot.* L. 2. c. 39. b Lib. de *legib.* cap. 9. p. 38. c *Dialog.* cum *Typh. Jud.* p. 219. d *Cyril. Alex. l.* 9. cont. *Jul.* p. 302. A e *Epist.* ad *Acacium* p. 130. E f *Quæst.* in *Lev.* 22. p. 130. g *Comment.* in *Levit.* 16. 21. h *Lev.* 14. 4, 49. i De *Animal. Sac.* P. 1. col. 660. k *Sum. Theolog.* P. 3. *Qu.* 55. p. 378.

CAP. IX.

assignasse putetur: *horum hircorum*, inquit ille, *alter cremabatur, alter in desertum mittebatur, ut insinuarentur duo modi abolitionis peccatorum: unus est declinando seu fugando per cautelam, & hoc significabatur in hirco qui emittebatur in Desertum;-- alius modus est consumptio peccatorum per pœnitentiam, & hic significabatur per sacrificium alterius hirci, qui cremabatur in holocaustum.* Significationibus illis allegoricis plures (inexhausto stylo) subjungi possent, earum autem cumulo unam tantum aliam superaddam, ut quam lubrica, quam temeraria, sit hæc mystica leges & ritus Mosaicos exponendi ratio paulo luculentius intelligatur. Ea vero jam laudatum *S. Cyrillum* auctorem habet, qui (male secum constans) [a] alibi hircum immolatum, *Christi* crucifixi; hircum autem emissum, *Barabba*, diris forte devoti, sed morte exempti, figuram propheticam præbuisse dicit.

HORUM hircorum tot rationes mysticas in medium protuli, quod eas recitasse, sit refutasse, & maximæ temeritatis arguisse. Si enim hircis illis significationes tam varias & dissimiles assignare liceat, fieri nequit quin Lex Mosaica, tanquam nasus cereus, in omnes rerum formas trahatur, & plures ipsa Luna facies & figuras gerere, vel (quod pejus est) ipsa secum pugnare censeatur. Deinde: si piaculares hirci tot rerum Evangelicarum figuras, easque tam claras exhibuerint; necesse est ut Moses Christi passionem, naturam duplicem, officium, alia magis aperte quam ipsi Prophetæ, prædixisse potetur; & Deus ad explicationem Evangelii non per gradus sed saltus processisse, adeoque Oeconomiæ suæ legem & methodum violasse, videatur.

Hujus instituti rationes genuinæ.

HIS itaque rationibus Allegoricis, quarum nullos est finis, valere jussis, ad rationes majore soliditate commendatas accedat sermo. Quantum autem in tanta caligine percipiendum, tribus de causis instituit Deus, ut ex hircis Expiatoriis unus altari traderetur, alter vivus in Desertum emitteretur.

(1°.) DEUS hoc instituto ad increduli & puerilis ingenii populum seipsum indulgenter accommodavit. Hæc ratio e peculiari legis expiatoriæ forma firmitatem petat. Ad populum enim expiandum & peccati reatum auferendum, lex hircum unum immolari & sanguinem ejus in Sanctum Sanctorum, h. e. ipsam quasi præsentiam & conspectum divinum, afferri postulavit. Hoc ritu præstito, præceptum est insuper, ut hircus alter Gentis iniquitates in extremum desertum exportaret; & tanquam ἀλεξιτήριος, mala pœnasque omnes peccato debitas tolleret & averruncaret. Cum autem in aliis ritibus ad expiandum institutis, homines oblatione una satis a reatu simul & pœna peccati liberati crederentur; & nobis humanitus judicantibus, Expiatio, peccati remissione & favoris divini conciliatione, satis completa videatur; quid Deus hircum unum ad peccati reatum expiandum immolari, alterum ad pœnam & malum omne peccato promeritum avertendum in Solitudinem emitti voluit; nisi ut populi tam crassi moribus & ingeniis instituta sua nonnihil attemperaret? Israelitæ nempe suspiciosi peccatorum suorum reatum ab hirco mactato, pœnam ab hirco dimisso, longe remotam videre cupiebant, nec urgente peccati conscientia, se tutos a peccatis suis existimabant, nisi ea semel atque iterum expiata cernerent, & adversarios eos non tantum occisos sed veluti elatos intueri liceret. Ab hac ratione proxime absunt [b] *S. Theodoriti*, verba: Ἰουδαίους οἷα δὴ νηπίους ἐψυχαγώγει, τὸ τὸν τράγον εἰς τὴν ἔρημον ἀπάγειν τὴν ἁμαρτίαν, *Judæos tanquam infantes delectabat, quod hircus peccata in desertum auferret.*

(2°.) EXPIATIO hirco mactato simul & emisso præstita est, forsan ut inde virtus & integritas ejus Israelitis innotesceret. Hircus enim לחטא *pro peccatis* oblatus & acceptus peccata gentis expiata docuit, & hircus *in terram abscissam* emissus peccata per hircum oblatam expiata nunquam in Dei conspectum redire significavit. Adeo ut, post sacrum illud lustrale peractum nulla maneret Israelitis [c] *peccati conscientia*, nisi in eadem aut paria peccata relaberentur. Cum itaque expiatio illa tantam populo securitatem præstaret, & iis (nisi novum reatum contrahentibus) omnem iræ divinæ vel pœnæ metum adimeret hinc virtus ejus & (in suo genere) perfectio populo rudiori repræsentabatur.

(3°.) DEUS hircum unum occidi, alterum libere dimitti jubens, se moribus superstitiosis tunc temporis inter gentes invalescentibus opposuisse censeatur, ex iis enim nonnulli capros (uti dixi) divinis honoribus affecerunt, eorum mactationem instar piaculi habuerunt, & eos, ut averterent mala munere aliquo propitiandos existimarunt.

a *Comment.* in *Levit.* l. 10. b *Quæst.* 22. in *Levit.* c *Hebr.* 10. 2.

Ex

Ex iis autem alii (ni vacillet conjectura) capros, præ cæteris animalibus, elegerunt, in quorum capita mala quæ timebant omnia votis solennibus averterentur. Nam ex eo more, mala capris imprecandi, Græcorum adagium, κατ' αἶγας ἀγρίας *in capras sylvestres*, ortum traxisse videatur. Illud enim Adagium, uti notat [a] Erasmus, *abominantis est sermo, & malum deprecantis, inque sylvestres capras avertentis*; quod etiam probat ex *Athenæi* loco. "His addi poterant, inquit "[b] *Bochartus*, *Hesychii* illa, κατ' αἶγας ἀγρίας, παροιμία λεγομένη ὡς ἀγρίας αἶγας τρέπειν τὰς νόσους, μάλιστα "δὲ τὴν ἱεράν· In capras sylvestres, *proverbium quo morbi, & maximo comitialis, converti dicun-"tur in capras agrestes.* "Suidas etiam usurpari dicit, ἐπὶ κατάραις κατ' αἶγας ἀγρίας τρέπειν τὰ κακά, "*per execrationem, in capras feras mala convertere.* Hac occasione data, tempestivum est addere consilium [c] Palamedis Ulyssi datum, cum a lupis & peste Græci mala omnia paterentur; εὐχώμεθα Ἀπόλλωνι, Λυκίῳ τε καὶ Φυξίῳ, τὰ μὲν θηρία ταῦτα τοῖς ἑαυτοῦ τόξοις ἐξελᾶν, τὴν νόσον δὲ ἐς αἶγας τρέψαι, *supplicemus Apollini, Lycio & Phyxio, ut has quidem feras suis ipsius tollat sagittis, pestem vero in capras vertat.* Cum itaque Gentilium veterum moribus ita factum esset, ut alii capros adorarent, alii (quid mali præsagientes aut patientes) eos devoverent, & in eorum capita mala quæque verti peterent; haud inconsultum est opinari, Deum hircum unum occidi, alterum, devotum & execratum, in desertum emitti præcepisse, ut Israelitas ab omni superstitione circa capros exerceri solita feliciter avocaret. Nihil enim credibile præ se fert, eos hircum adorare voluisse, cum eos hircum unum ipsa religio mactare docuisset; vel eos ipsam hircorum speciem execrari, iisque mala quævis imprecari voluisse, cum hircum alterum tanquam nemesi publicæ devotum emisissent, & in eum execrationes eorum omnes congessissent. CAP. X.

An rationes jam datæ quid solidi contineant, æqui Lectoris erit æstimare. Alias in promptu habeo, quas in præsens dissimulo, ne rei ejusdem repetitio Lectori tædium afferat.

CAP. X.

De hirci utriusque Oblatione simultanea, & ritus illius circumstantiis.

QUAMVIS apertum sit, hircum unum tantum altari destinatom fuisse, hircos ambos, ad expiationem absolvendam requisitos, oblatos assero; quod Israelitæ hircum utrumque Deo & sacris pariter addicerent, & quod hircum hunc Altari, alterum Deserto, sorte (non electione) separarent; præcipue vero, quod e præscripto Legis, hircus uterque [d] *coram Domino*, ad ostium Tabernaculi, *sisteretur*. Ne vero circumstantia illa vel oblivioni tradatur, vel momenti levioris habeatur; sic iterum com. 10. præceptum est, *hircus autem ille cui obvenerit sors ad Azazel* (id est, cui sortito continget ut dimittatur) *sistetur vivus coram Domino, ut per eum fiat expiatio.* In quæ verba [e] *Theodoritus* hæc habet, haud oscitanter prætereunda: ἰδεῖν—ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, ὅτι καὶ τὸν ἀπολυόμενον τράγον ἑαυτῷ προσενεχθῆναι προσέταξε (ὁ Θεός) i. e. *Convenit—animum advertere & cognoscere*, Deum *hircum etiam illum qui dimittitur, sibi offerri jussisse.* Et statim postea, ὁ τοίνυν Θεῷ τινι, ἢ δαίμονι ἀπεστέλλετο, ἀλλ' ἀμφότεροι μὲν τῷ Θεῷ προσεφέροντο, &c *non igitur Deo cuipiam aut Dæmoni mittebatur* hircus ablegatus, *sed ambo quidem offerebantur Deo, sed unus mactabatur, alter in Solitudinem emittebatur.* *Theodorito* facilem assensum præbeo: cum enim hirci ambo ad Domini præsentiam sisterentur, & sorte tantum Altari vel Deserto seponerentur; inde liquet, Israelitas utrosque Deo devovisse, & utrosque, quamvis modo diverso, obtulisse. Hanc etiam sententiam assensus & approbatio [f] *Bocharti* paulo firmiorem facit, *hircus uterque*, ait ille, *Deo fuit ex æquo devotus, & solum differebant in offerendi modo. Unus enim super altare mactabatur, alter in desertum vivus emittebatur.* Ut autem hoc Argumentum commode & distincte persequar, Primo, de hirci utriusque simultanea oblatione; Secundo, de ritus illius circumstantiis & earum ratione, sermonem habiturus sum.

a *Adag. Chil.* 3. *cent.* 3. b De *Animal. Sac.* P. 1. l. 2. col. 661. c Ap. *Philostrat.* in *Heroic.* p. 684. d *Lev.* 16. 8. e *Quæst.* 22. in *Levit.* p. 130. f De *Animal. Sac.* P. 1. col. 653.

SECT. I.

SECT. I.

De hirci utriusque oblatione simultanea, & illius instituti causa.

LECTORI forsao in mentem veniat admirari, & sollicite quærere, cur lege prospectum sit, ut hircus uterque præ Tabernaculi foribus una sisteretur; cum nil tale de bove vel ariete iu festo Expiationis immolando præceptum extet, cum etiam unus eorum, præter morem sacri piacularis, in Desertum vivus emittendus esset? Ne quis itaque diligentiam meam requirat in provinciæ meæ parte difficillima, hanc unam, & (siquid ipse judico) præcipuam, hujus instituti causam paucis assignabo.

SERMONEM autem a principio arcessens, arbitror, ætate Mosis, Ægyptios, & alios ethnicissimi tenebris involutos, duo rerum principia, (boni unum, mali alterum) asseroisse; quamvis circa principia illa, & eorum potestatem, studia in diversa scinderentur. Plerisque visum est, ea δαίμονας, genios, angelos intermedios, esse, & Summum Deum (utpote rerum humanarum incuriosum) per eos, tanquam ministros & procuratores suos, omnia moderari, pœnas etiam & præmia dispensare. Ex ea fide superstitiosa, ceu fonte prodiit, quod Expiationes omnes in dæmonum eorum honorem, & ad eorum gratiam conciliandam, fierent. Inde factum est etiam, quod ethnici, pro duplici Deorum genere, duplicis generis oblationibus, ad eorum favorem sibi devinciendum, uterentur. Hoc, fide [a] *Plutarchi* nixus, assero: cum enim Zoroastrem duo rerum principia, bonarum *Oromazen* malarum *Areimanium*, docuisse dixerat; ἐδίδαξε, inquit, τῷ μὲν εὐκταῖα θύειν καὶ χαριστήρια τῷ δὲ ἀποτρόπαια καὶ σκυθρωπά, *illi quidem sacrificia votiva & charisteria, huic autem setrica & malorum depulsoria immolare docuit.* Cum itaque superstitio illa mortalium animos tam late pervaserat, Deus expiandi ritus io sua quasi præsentia peragi, & hircum unum ἱλαστικόν, alterum ἀποπομπαῖον, sibi offerri, jussit; ut Israelitæ, sceleris admissi conscientia stimulante, Deum unum timere & placare discerent, Eumque solum bonorum omnium auctorem & malorum depulsorem agnoscerent, adeoque superstitionis tam crassæ radices & rami omnes e rebus interirent. Ne vero hæc omnia non tam dicta quam dictata censeantur, ostendam primo, sententiam illam, de duobus boni malique principiis, variis ritibus & sacrificiis propitiandis, inter gentes antiquiores increbuisse: Secundo: Deum legem de hircis hisce duobus, iisque simul Sibi offerendis instituisse, ut hanc opinionem, & ritus ethnicos inde profluentes, hominum animis & moribus extirparet. Tertio, Objectioni uni & alteri satisfaciam.

Gentes duo rerum principia statuisse. DICENDUM est primo, Gentes antiquiores duo, potestatis (forsan) æqualis, sed naturæ dissimilis, principia statuisse, quorum unum bonorum, alterum malorum, auctorem prædicabant. Huic autem veritati firma fides a sequentibus testimoniis oriatur. Inter ea primas luculento [b] *Plutarchi* testimonio tribuamus: ἀπὸ δυοῖν ἐναντίων ἀρχῶν καὶ δυεῖν ἀντιπάλων δυνάμεων, τῆς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ κατ' εὐθεῖαν ὑφηγουμένης, τῆς δ' ἔμπαλιν ἀναστρεφούσης καὶ ἀνακλώσης, ὅ τε βίος μικτός, ὅ τε κόσμος, εἰ καὶ μὴ πᾶς, ἀλλ' ὁ περίγειος οὗτος καὶ μετὰ σελήνην, ἀνώμαλος καὶ ποικίλος γέγονε, καὶ μεταβολὰς πάσας δεχόμενος· *A duobus principiis contrariis, & potestatibus duabus adversis, hac ad dextram recta ducense, illa vicissim obvertente & repellente; & vita mista est, & mundus, si non omnis, saltem hic in terra confinio ac sublunaris, inequalis & varius fit, omnibusque mutationibus obnoxius. Plutarchum* excipiat [c] *Eusebius*, qui de Diis æthereis agens, *cum iis*, inquit, *in sacrificii societatem homines vocantur*, δοτῆρες γάρ ἐστιν ἀγαθῶν· οἱ δὲ ἄλλοι τῶν κακῶν κωλυτῆρες, *quod ipsi bonorum auctores sint, reliqui vero depulsores malorum*, si nempe ritu debito propitiati. Hanc doctrinam inter ethnicos pervulgatam fuisse, clare testantur etiam [d] *Arnobii* verba: *dici a vobis accipimus, esse quosdam ex Diis bonos, alios autem malos & ad nocendi libidinem promptiores: illisque ut prosint, his vero ne noceant, sacrorum sollemnia ministrari.* Humanis hisce testimoniis, haud abs re fuerit nonnulla Scripturæ loca subnectere, quæ Deus huic Gentium doctrinæ (de Diis, aliis boni, aliis mali, causis) opposuisse videatur. Horum primus est [e] ille *Jeremiæ*, de Diis & idolis ethnicis verba facientis; *nolite ergo timere ea, quia non possunt malefacere, nec benefaciendi facultas inest iis.* Sic enim textum illum illustrat *S. Hieronymus*: *solent enim plerique Gentilium dæmones alios colere*

a De *Isid. & Osir.* p. 369. E b In *Isid.* p. 369. C. c *Præp. Evang.* lib. 4. c. 9. d Advers. *Gent.* lib. 7. p. 228. e Cap. 10. 5.

ne

SECT. I.

ne noceant, & alios exorare ut præstent beneficia: unde & illud Virgilianum est: Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Huic affinitate jungitur [a] ille textus Isaiæ; *annunciate futura, & sciemus quod Dii estis, etiam benefaciatis aut malefaciatis, & videbimus simul.* Huc facere videntur & illa [b] Prophetæ verba, *Ego lucem formo & creo tenebras, Ego pacem facio & creo malum: Ego Dominus facio hæc omnia.* Nam verbis illis eos omnes oblique perstringit, qui bonum & malum origini duplici tribuebant; sed eos forte præcipue, qui bonum ad *Oromazem*, [c] Deum lucidum, malum autem ad *Arcimanium*, Deum [d] tenebricosum auctorem referebant.

IDEO vero Gentiles, & e Judæis haud pauci, doctrinam hanc fide tam proclivi receperunt, quod pro temporum ruditate, crederent, bona & mala non magis ab uno principio, quam aquas dulces & amaras ab eodem fonte, manare potuisse. Postquam enim *Plutarchus* Veterum doctrinam de hoc duplici principio tradidisset, sic illius patrocinium [e] suscipit: εἰ γὰρ οὐδὲν ἀναιτίως πέφυκε γενέσθαι, αἰτίαν δὲ κακοῦ τἀγαθὸν οὐκ ἂν παράσχοι, δεῖ γένεσιν ἰδίαν καὶ ἀρχήν, ὥσπερ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὴν φύσιν ἔχειν. *Si enim nihil absque causa fiat, & mali causam bonum non præbeat; necesse est in natura, ut boni, ita etiam mali ortum peculiarem suumque principium exstare.* Hæc ratio *Porphyrium* ejusdem sententiæ fautorem fecit: nam de Diis bonis [f] agens, τούτους, inquit, ἀδύνατόν ἐστι καὶ τὰς ὠφελείας ἐκπορίζειν, καὶ πάλιν οὐ βλάβης ἐν τοῖς αὐτοῖς αἰτίους γίγνεσθαι, *hos impossibile est & commoda suppeditare, & rursus damnorum auctores esse.* Multi alii e gente Philosophorum (ne dicam & Christianorum) antiquorum, eadem ratione persuasi, mala quævis Origini peculiari danda censuerunt.

SED ista quomodocunque se habeant, Ægyptios, Persas, Græcos, Romanos, alios, duorum Deorum honori litasse; eosque ritu diverso propitiasse, pro certo habeatur. Nam [g] *Porphyrius* hanc persuasionem de Diis omnibus inter Gentes obtinuisse refert, BONOS nempe læsuros, si iram semel conceperint, eo quod negligantur, nec cultum debitum sortiantur; MALOS econtra benefacturos, & ἀποτροπαίους *malorum depulsores* evasuros, modo sacrificiis & ritibus consentaneis deliniantur. Huic opinioni late per Orbem propagatæ tribuendum est, quod ad Numinis hujus aut illius iram avertendam, aut gratiam consequendam, expiandi ritus in usu tam frequente versarentur. Gentes enim, si forte criminis admissi conscientia stimularet & in Numinis alicujus iniquioris offensam incurrisse viderentur; Ei victimas aut homines devotos offerebant, ut illius animum aversum emollirent; aut malum cervicibus suis impendere creditum in illa capita devota verteretur. Si vero Dei benigni & ad beneficia propensi gratiam ambirent Ethnici, crimina sua sacris lustralibus expiare, & victimis aliis, cum Dei illius natura consentientibus, Eum demulcere studebant. Adeo ut si rem rite putemus, Diabolus eo sæculo, peccata remittendi, bona quæque largiendi, mala insuper omnia propulsandi, potestatem sibi sacrilegus arrogaverit.

CUM itaque opinio tam pestifera Mosis ætate passim obtineret, & moribus hisce profanis latam portam aperiret; utrisque tanquam obstaculum, hanc legem objecit Deus. In ea nempe præcepit, ut expiandi ritus omnes in suiipsius honorem de cætero peragerentur; & hirci lustrales, ad peccatum expiandum, bonum consequendum & malum avertendum instituti, Ei soli & simul offerrentur. Ne vero quæ jam dicta sunt, inani tantum conjectura subnixa videantur, nonnulla proferam argumenta quibus sententia non parum confirmetur.

Huic opinioni Deum hanc legem opposuisse.

HORUM primum hujusmodi est, persuasio illa, de duabus naturæ diversæ potestatibus, oblatione diversa propitiandis, ante Mosis ætatem ubique recepta videatur. Nam [h] *Plutarchus*, postquam duplicem rebus originem asseruisset, addit, παμπάλαιος αὕτη κάτεισιν ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν εἴς τε ποιητὰς καὶ φιλοσόφους δόξα, τὴν ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν δὲ πίστιν ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον, &c. *vetustissima hæc opinio est, a rerum sacrarum professoribus & legumlatoribus ad Poetas & Philosophos derivata, principium incertum habens, fidem etiam firmam & indelebilem; non in sermonibus ea tantum & rumoribus, sed in mysteriis & sacrificiis, tam barbaris quam græcanicis, expressa & circumlata.* Et statim sic rem hanc explicatius refert: καὶ δοκεῖ τοῦτο τοῖς πλείστοις καὶ σοφωτάτοις· νομίζουσι γὰρ οἱ μὲν θεοὺς εἶναι δύο καθάπερ ἀντιτέχνους, &c. *atque hæc quidem sententia plerisque, & iisdem sapientissimis, probatur. Existimant enim illi duos esse Deos, quasi contrariis artibus deditos, ut bona alter, alter opera mala conficiat; alii eum qui melior est, Deum, qui deterior, Dæ-*

a Cap. 41. 23. b *Jes.* 45. 7. c V. *Jac. Windet.* de *Vit. funct. stat.* p. 56. d *Plutarch.* de *Isid.* p. 369. D e Ib. D f De *Abstin.* l. 2. §. 38. g Ub. supr. lib. 2. §. 37. h De *Isid.* & *Osirid.* pag. 369. B

SECT. I.

monem dicunt. Obſcurioribus hiſce *Plutarchi* verbia facem accendunt Clar. [a] *Windeti* illa: *horum duum deorum honori precipue* litabant *initia Perſica*, *Ægyptica*, *Eleuſinia Græcorum*, *Romana.—Imo pleraque omnia ſacra Græcorum* & *Romanorum hiſce duobus impendebantur. Ut enim vitæ præſidem luce exorta ſacrificiis* & *feſtiva vitulatione exceperunt; ita etiam veſpri ſolebant* cubalia facere diis nocturnis, *Plutoni*, *Cereri*, *Proſerpinæ*, *Morpheo*, *Lemuribus*, *cum cætera ſarrigine. Iſtas gentium ſuperſtitiones in* Ὀλυμπίων & Φθιμένων τιμαῖς *diſtinguit* Clemens, *Centonum quinto. Quin & ludi gentis utriuſque partim* ſacri *erant*, *dicati* ſuperis, *partim* funebres *qui* Iuſeris *vovebantur.* Cum itaque jam dicta probent, haoc opinionem de Deorum aut Principiorum dualitate vetuſtiſſimam, & ab origine prorſus ignota propagatam fuiſſe apud Gentium theologos, legumlatores, poetas, Philoſophos, omnes fidem firmam inveniſſe; eorum etiam victimas & ſacrorum ritus hujus doctrinæ fidem expreſſiſſe; eam Moſis temporibus antiquiorem fuiſſe, & originem ipſi ſuperſtitioni coævam habuiſſe, noo facile dubitaudum eſt. Huic argumentationi eo tutius innitamur, quod [b] *Ariſtoteles* magos quoſdam memoret, πρεσβυτέρους τῶν Αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ' αὐτοὺς ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα, *Ægyptiis antiquiores*, *& duo ex eorum ſententia rerum principia*, *bonum genium & malum.* Atque hæc *Plutarcho* conſentanea, qui Zoroaſtrem, magum primarium & bello Trojano [c] multis ſeculis ſuperiorem, duo rerum principia (bonarum Oromazeo, malarum Arimanium) docuiſſe aſſerit. Auctor etiam Φιλοσοφουμένων, quæ *Origeni* [1] vulgo tribuuntur, *Zaratam* Chaldæum, δύο δαίμονας εἶναι, τὸν μὲν οὐράνιον τὸν δὲ χθόνιον, docuiſſe refert. Cum itaque perſuaſio hæc, mores etiam cum ea conjecti, Moſis ætate paſſim obtineret; Moſis conſuetudini & præcipuo legis Moſaicæ ſcopo conſentaneum eſt opinari, eum legem aliquam dogmati tam peſtifero repugnantem inſtituiſſe, & ſuperſtitionem io myſteriis, & ſacrificiis omnium pene gentium expreſſam ritibus e diametro contrariis evertere ſtuduiſſe. Nec minus rationi convenit, ut Moſes hanc ipſam legem eo conſilio ſanxiſſe cenſeatur: quid enim expiandi ritus tam ſolenni ceremonia fieri debuit? quid Moſes hircos duos, unum ad peccati reatum, alterum ad peccati pœnam amoliendam offerri juſſit; niſi ut Iſraelitæ Deum unum, peccatis offenſum, placandum agnoſcerent, eumque ſolum omnis boni fontem, & omnis mali depulſorem, ſe habere profiterentur? Ita ſane cogitandum eſt, ſi in re tam obſcura, probabilitas maxima judicandi regula habeatur.

SECUNDO: hinc etiam ſententia noſtra firmitatem hauriat, quod lex [d] ea (noſtræ ſimillima) de duabus aviculis Deo ſimul offerendis, ad opioionem illam, de duobus generis diverſi numinibus, evertendam & abolendam inſtituta fuerit. Ne quis ea de re dubitationi ſit locus, legis hujuſce ſenſum & intentionem ex oblivionis tenebris in lucem protrahere conabor; eoque libentius quod hic interpretum omnium (his *Maimonidem* ipſum annumero) vel conatus deficiat, & ipſe rem literariam pro virili parte promovere velim. Ut autem ſenſum legis hujuſce mente non errante capiamus, ipſa legis verba proponemus, & iis perpendendis otii nonnihil inſumemus. Sic itaque ſe habent legis verba: *& ſacerdos accipiet pro mundando* שתי צפרים *duas aves vivas mundas: & lignum cedri*, *& coccum vermiculi*, *& hyſſopum. Et præcipiet ſacerdos, & mactabit avem unam in vaſe fictili ſuper aquas vivas. Avem vivam quod attinet capiet eam*, *& lignum cedri*, *& coccum vermiculi*, *& hyſſopum: & tinget ea*, *& avem vivam in ſanguine avis mactatæ ſuper aquas vivas. Et ſparget ſuper mundantem ſe a lepra ſeptem vicibus*, *& mundabit eum. Et dimittet avem vivam ſuper faciem agri*, &c. Horum verborum intentio ſatis obvia eſt, captuque facilis, nec quicquam in controverſiam cadere poteſt, niſi ſenſus vocum earum שתי צפרים genuinus. Multi nempe *tſipporem* aves aviculas alii, *S. Hieronymus*, *Pagninus*, *Arias*, & plerique alii, *paſſeres* interpretantur. Sed *aves* in genere (prout interpretes noſtri [e] reddunt) ea voce denotari, oemini dubium eſſe poteſt, verſum quartum attente perlegenti; *& accipiat qui mundandus eſt duas* צפורים *vivas mundas*: nam ibi *tſipporim* in paſſeres quadrare nequit, cum aves mundæ ſint paſſeres, nec inter immundas unquam numeratæ. Huic loco cognatus eſt ille, *Deut.* 14. 11. *Omnem* צפור *mundam comedetis.* Conſtat itaque

a Lib. de *Vit. functor. ſtat.* p. 17. b Ap. *Diog. Laert.* in *Proœm.* p. 2. c Ὃν πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν γεγονέναι πρεσβύτερον ἱστοροῦσι *Plut.* ub ſupr. d *Levit.* 14. 4, 5, 6. e And the Prieſt ſhall take two birds, *&c.*

1 Φιλοσοφουμένων illorum tantum extat Fragmentum: Epiphanium fuiſſe Auctorem, contendit Huetius: apud quem plura vid. *Origenian.* L. 3. c. 4. §. 9. E contra revera *Origenis* eſſe arguit *Jacob. Gronovius*, in *Epiſt. Fragmento* præfixa; quod Græce & Latine edidit notiſque illuſtravit.

voce

voce *tsipporim*, *ὀρνίθων*, (uti reddunt LXX) quasvis aves, modo mundas & ad esum concessas, hic intelligendas. SECT. I.

UT autem ad legis hujusce scopum & intentionem jam transeat sermo, Deus eam etiam sanxisse videtur, ut opinionem illam de Numinum diversitate quasi practice redargueret, & doctrinam plane contrariam Hebræorum animis insinuaret. Ad hanc autem sententiam inclinatior est animus, duobus adductus argumentis:

(1°.) TEMPORIBUS antiquioribus usu factum est, ut aves aliquas in Deorum inferiorum honorem mactarent, alias autem in aerem dimitterent, ut Deos superos ea religione colerent & conciliarent. Idololatras enim antiquos avium captarum sanguinem in Deorum terrestrium honorem sæpius effudisse, lex [a] ea causam opinandi non levem præbet: *Quicunque e filiis Israel, aut peregrinis in medio eorum, venatione capit bestiam aut avem quæ comeditur, effundet sanguinem ejus, & operiet illum pulvere.* [b] *Maimonides* enim aliique sentiunt, Deum hanc legem Zabiis eorumque ritibus opposuisse, quod nempe feræ vel avis captæ sanguinem in fossulam religiosius effuoderent, eum dæmonum [c] viliorum cibum existimantes, & ceremonias aliquas solennes circa sanguinem effusum peragentes. Prout autem idololatræ veteres aves aliquas, in honorem Deorum inferiorum, neci dederint; sic & alias, in Deorum superiorum gratiam, quandoque dimiserunt. In hujus rei fidem, Lector in mentem revocet *Eustathii* verba ante [d] paucas paginas citata; quibus testatur Græcos antiquiores, non bestias tantum, sed & volucres, Diis suis per dimissionem consecrare solitos. [e] *Casaubonus* etiam hirundines & aviculas alias e potestate sua mittere, iisque unguenti nonnihil affundere, moris apud ethnicos antiquissimi fuisse, ex *Homero* aliisque probatum dedit. Superstitionis hujusce reliquias plebs hominum etiamnum retinet, qui rubeculas & hirundines, casu captas, multa cum religione dimittere solent, ne aliter infortunii aliquid iis eveniret, & Deum nescio quem averruncum minus propitium experirentur. Hunc autem aves dimittendi ritum, gentes in honorem Deorum e classe superiori celebrasse videantur. Nam Apollinis Oraculum, dona Diis marinis grata referens, monet, [f] *aves vivas, sed quæ colore sint atro, medios in fluctus dimittere.* Quantum itaque ex obscuris hisce veteris historiæ reliquiis intelligendum est, Deus unius aviculæ mactationem, dimissionem alterius, in leprosi purgatione simul usurpari voluit, ut per actus hosce symbolicos se Deum unum, cœli terræque Dominum, colere profiteretur, & se Dei illius (non superi vel inferi numinis ethnici) gratiæ purgationem suam tribuere testaretur. Hoc & eo convenientius est fidei, quod seculis illis quibus *Dii multi Dominique multi* passim colebantur omnes, ad fidem & pietatem adducti vel adducendi Deum unum [g] *cœli terræque Dominum*, verbis aut factis agnoscere tenebantur, & ea fide, tanquam tessera vel symbolo, pius a profano discernebatur.

(2°.) CUIVIS ad peculiares legis hujusce circumstantias attendenti constet, eam ritibus idololatricis tunc temporis obtinentibus frontem adversam gerere. Cum enim idololatræ veteres avis mactatæ sanguinem in fossula colligerent, ut eum veluti cibum, Dæmonibus exhiberent; Deus avis sibi sacratæ sanguinem super aquam vivam effundi jussit: cum illi pene [h] quamvis avem Diis suis dimittendo dedicarent, Deus avem solummodo *mundam* accipere dignabatur: cum illi avibus emittendis *unguenti nonnihil affunderent*, avis in Dei honorem emittenda sociæ tantum sanguine, Lege præscribente tingebatur: cum apud idololatras, aves in Deorum honorem frequenter emitterentur; hic ritus a Deo, tantum in leprosi vel domus lepra infectæ purgatione, præscribebatur: cum denique Gentium religio cuivis ex illota plebe potestatem concessit aves in Deorum honorem dimittendi, inter Israelitas hic ritus a solo [i] sacerdote, vel in illius præsentia peragebatur. Ex his omnibus haud obscure colligitur, aves in Deorum honorem, quandoque mactandi, quandoque dimittendi ritum, ante Mosis ætatem inter Gentes obtinuisse, eumque (ab omni specie idololatrica purgatum) Deum Israelitis exercendum, ob causam quam dixi tradidisse.

HUC autem redit argumenti summa, ex hac lege, nostræ gemina deducendi: Lex ea, de *tsipporim* duabus simul offerendis, quarum una mactata, altera in agros emissa, leprosus purgabatur; eo tendebat, ut leprosus, aves utrasque Deo simul offerens, Eum cœli terræque Dominum agnosceret, & [k] *auxilium* ejus *a Jehova venire qui cœlum terramque fecit*, symbolice profiteretur. Est itaque rationi maxime consentaneum, ut lex

a *Levit.* 17. 13. b *Mor. Neb.* P. 3. c. 46. c. V. *Euseb. Præp. Evang.* l. 4. c. 10. d Pag. 1051. e *Comment.* in *Sueton.* pag. 108. & *Diatrib.* in *Dion. Chrysost.* p. 89. f Πτηνὰ μὲν, ζῶντα δὲ ἀφίεις ἐς τὰ κύματα. *Euseb. Præp. Ev.* l. 4. c. 9. g *Gen.* 24. 3. *Act.* 4. 24. & 14. 15. & 17. 23, 24. h Vid. pag. 1052. i *Levit.* 14. 7. k *Psal.* 121. 2.

SECT. I.

hæc de duobus hircis Deo ſimul offerendis, quorum uno mactato, altero in agros emiſſo, gens Hebraica inſtrabatur, cum lege de duabus avibus, fine & inteotione generali conſentire cenſeatur.

TERTIO: ad hypotheſin meam confirmandam, non parum conducit & hoc argumentum; quod nempe vix ulla convenientior, ad varias oblationis hujuſce circumſtantias explicandas excogitari poſſit. Liceat enim hanc bypotheſin pro data ſumere, & promptum erit cauſam ſpecioſam ſatis aſſignare, cur duo tantum hirci piaculares, itque ſimul offerebantur: cur hirci illi pares eſſent, & ex omni parte ſimiles: cur ſorte decretum eſſet, quis hircus Altari, quis Deſerto ſeponeretur: cur hircus emiſſarius * bis ad oſtium Tabernaculi ſiſtebatur. Quæſitis his & aliis, quibus hirci piaculares occaſionem præbeant, hypotheſis mea reſponſa ſatis apta & cum tota hac lege cohærentia ſuggeret; uti conſtabit ex iis quæ Sectione ſequente dicturus ſum. Cum itaque ſententia mea, conceſſâ, circumſtantiarum omnium, hircos hoſce ſpectantium, rationes ſpecioſas & ſecum conſtantes afferre doceat; nil cauſæ video, quo minus ea pro vera, vel ſaltem ſumme probabili habeatur.

Duabus Objectionibus occurritur.

CONTRA ea quæ jam dicta ſunt omnia, nonoullos duabus Objectionibus pugnaturos auguror.

1ª. NAM primo, non-nemo forſan objiciet, Deum hircos illos expiatorios ſimul offerre conſilio ſacratiore præcepiſſe, ut nempe ſacrificium & expiationem a Chriſto præſtandam, ejuſque partes, eo clarius & expreſſius adumbrarent. Sic enim opinionis hujuſce fautor nuperus animi ſui ſenſum exprimit: “ hircus unus Chriſtum morientem & a mortuis reſurgentem præfigurare “ & adumbrare non potuit; aut ulla beſtia; cum fieri nequiverit, niſi per ſingulare miraculum, “ ut beſtia occiſa reviviſceret. Ut itaque ſacrificium Antitypicum Chriſti, pro peccatis totius “ mundi offerendi, plene adumbraretur; Deus in feſto Expiationis hircos duos adhiberi voluit, “ quorum unus moreretur, alter vivus maneret. Ille Chriſtum moriturum, & ſanguinem ſu- “ um ad nos expiandos & emundandos effuſurum, repræſentare potuit, cum ſanguinis effuſio- “ ne mactatus & occiſus: alter vero Chriſtum e mortuis redivivum vivus ipſe adumbravit. “ Quod itaque in uno hirco totum præfigurari non potuit, in duobus repræſentatum fuit: ſed “ ita, ut duo iſti pro uno ſtarent, & quod in uno factum eſt, alteri imputaretur. Sic prior ma- “ ctatus & mortuus eſt cum effuſione ſanguinis: imputata vero illi eſt vita alterius in libertatem “ dimiſſi, quaſi ipſe ex mortuo redivivus, peccata populi in deſertum aſportaſſet. Alter in “ vita relictus peccata populi in deſertum abſportavit: ſed imputata illi eſt effuſio ſanguinis & “ mors prioris, quaſi ipſe, facta per ſanguinem & mortem ſuam expiatione & reconciliatione “ coram Domino, jam abſportaret & conjiceret peccata populi in deſertum. Quare ſeparandi “ non ſunt a ſe invicem duo hi hirci, nec facienda duo ſacrificia pro peccato: ſed coaleſcere “ debent in unum ſacrificium, ſicut partes in totum coaleſcunt, &c.

Sol. HÆC equidem acuminis alicujus ſpeciem præ ſe ferre, & iis nonnulla non prorſus abſimilia in *Epiſtola S. Cyrilli* modo laudata reperiri, non diffitendum eſt. At nemo rem attentius æſtimans, opinari poteſt, Deum ritum hunc eo tantum animo præcepiſſe, ut expiationem a Chriſto præſtandam tam ſubtiliter adumbraret, & myſterium Evangelicum tam acute populo craſſiori ſignificaret. Illi proculdubio de hirci unius morte, viventi, vel alterius vita, morienti, imputata, ne per ſomnium cogitarunt. Iſraelitis non licuit eſſe tam acutis. E Chriſtianis etiam vix quiſpiam ita polluit ingenio, ut ex bircorum eorum oblatione ſimultanea ſignificationem tam ſubtilem expiſcare potuerit. Et ſuſpicor, hujus ſententiæ fautorem ægre ferre voluiſſe, ſi quis eum primi repertoris laude & honore defraudaret. At a meipſo nunquam impetrare potero, ut ſentiam, Deum ritum bunc ad bujoſmodi ſenſum arcanum innuendum instituiſſe, quem e Judæorum aut Chriſtianorom gente nulli percipere potuere. His adde, quod ſenſus ille myſticus qui ritui jam dicto (tanquam nucleus putamini) ſubeſſe, & illius inſtitutioni cauſam præbuiſſe dicitur; omnino gratis aſſeritur, & nullo fundamento ſatis ſolido ſuffulcitur. Hic forte dicet aliquis, ſummam ſimilitudinem inter ritum illum, & illius ſignificationem (quam dixi) myſticam, intercedere; eaque, *tanquam facies in aqua faciei*, ſibi mutuo reſpondere. Sed nimis quam fatuum & puerile eſt, opinari, ritum aliquem, ad arcanum aut ſenſum aliquem evangelicum innuendum, inſtitutum fuiſſe, tantum quod nobis illum repræſentare, vel illius umbram & imaginem rudiorem ferre, videatur. Nam ſi rerum ſimilitudines & imagines, legem divinam interpretandi ratio-

* *Levit*. 16. 7. 10.

nes & normæ habeantur; imaginationes hominum temerariæ Deo auctori frequenter adſcribentur, leges divinæ ſenſus incertos ferent, & inter Atheos naſutiores derideculo futuræ ſunt, quaſi ob cauſas leves, & conjectura tantum aſſequendas, Iſraelitis imponerentur. Ut eorum quæ jam dixi vis & veritas apertius intelligantur, aliam ſignificationem myſticam in medium proferam, ritui quem præ manibus habeo magis apte convenientem & exacte reſpondentem. Hirci nempe qui ſimul offerebantur, & quaſi mutuis operis expiandi munus adimplebant, Chriſti carnem & ſpiritum, virtutem mutuam Sibiipſis impertientes, & expiationis opus opera quaſi conjuncta peragentes, adamuſſim referebant & præfigurabant. Significatus ille myſticus [a] *S. Cyrilli* probantis auctoritate ſe munire poteſt: nam de hircis hiſce duobus, (mactato uno, vivo altero) ſimul oblatis, agens. Ἦν, inquit, *ἐν ἀμφοῖν γραφόμενος ὤν, καὶ μόνος, υἱὸς, καὶ κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἐν πάθει σαρκὸς ἰδίας, καὶ ἔξω πάθους, ὡς ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὲρ θανάτου*, &c. *Erat in utroque unus & ſolus Filius & Dominus Jeſus Chriſtus adumbratus, ut qui ſecundum carnem propriam paſſus eſt, extra omnem tamen paſſionem; ut morti ſubjectus, & ſupra mortem. Vivebat enim Dei Verbum etiam dum ſancta illius caro mortem guſtabat; & manebat impatibile, proprii corporis paſſionem in ſe, veluti propriam transferens.* Et ſtatim [b] poſtea, myſterium idem in lege quam dixi parallela, de duabus avibus purgatricibus delineatum aſſerens, *tingebatur*, inquit, *paſſer vivus in occiſi ſanguine: & ſanguine illius cruentatus, paſſioniſque propemodum particeps, in ſolitudinem emittebatur: unde* VERBUM *adumbrabat, ſecundum naturam propriam paſſionis & mortis expers, & carnis paſſiones in Seipſum transferens*, & Divinitatis ſuæ vitam & dignitatem paſſioni carnis imputans. Subtilibus hiſce diutius immoratus ſum, non quod Deum hircos expiatorios aut eorum oblationem ſimultaneam ad ſenſus hoſce myſticos & allegoricos innuendos inſtituiſſe ſentiam; ſed ut Lector ritus Legis ad ſignificatus myſticos (utpote certitudine plerunque deſtitutos) caute trahendos intelligat, & inſtituta divina religioſius & timidius interpretari diſcat. SECT. I.

SECUNDO: nonnulli forte ſententiæ meæ repugnabunt, quod fundamento fallaci niti videatur. Nam legem eam de duabus avibus, modo citatam, cauſæ meæ ſuffulciendæ prorſus imparem eſſe dubitari nequit, cum ea myſteriis tota ſcateat, & a *Bocharto* ritus ejus omnes ad ſenſus tantum ſecretiores & evangelicos accommodentur. Locutus enim de leproſi purgatione, avium pari perficienda, *obiter*, [c] inquit, *obſervabo in illo ritu omnia fuiſſe myſtica: 1. Lepra peccatum ſignificabat. 2. Aves mundæ, per quas leproſus purgabatur, Chriſtum purum ab omni labe, qui nos a peccato purgat. 3. Avis mactata Chriſti morientis ſignum fuit, 4. ut emiſſa reſurgentis, & in cœlum aſcendentis. 5. Ideo geminas eſſe oportuit, quia non potuit una avis nobis utrumque exhibere, Chriſtum mortuum & redivivum. 6. Aut una avis humanam Chriſti naturam morti obnoxiam: 7. altera divinam adumbravit, quæ cœleſtis eſt & immortalis. 8. Eodem pertinuiſſe creditur aſpergillum e cedro, hyſſopo, & cocco, quo leproſus aſpergebatur. Nam Cedrus eſt figura Chriſti*, Ezec. 17. 22. *9. Adeoque cedrus, qua nihil altius, & hyſſopus, qua nihil* [d] *humilius, Chriſtum Deum & hominem deſignabant. 10. Coccus ſanguini concolor mortis erat ſymbolum. 11. Ut avem, ita Chriſtum mori neceſſe fuit, quia ſine ſanguinis effuſione* [e] *nulla fit remiſſio. 12. Sed una avis mactabatur, quia Chriſtus* [f] *carne ſolum mortificatus eſt. 13. Avis mactatæ ſanguis cum aqua miſcebatur: ita ex Chriſti latere in cruce utrumque* [g] *fluxit, & idem veniſſe legitur* [h] *per aquam & ſanguinem. 14. Aqua debuit eſſe viva, qualem promittit* [i] *Chriſtus. 15. Sanguinem cum aqua mixtum vaſe fictili excipiebat ſacerdos: ut hodieque Chriſti theſaurum habent fidi paſtores* [k] *in vaſis fictilibus*, &c. Hæc & alia ſignificata myſtica quæ Clar. auctor enumeravit, indicio ſunt Deum hanc legem & ritus in ea præceptos, tantum ad res evangelicas, tanquam in ſymbolis & imaginibus repræſentandas inſtituiſſe; adeoque hac lege nihil a propoſito meo magis alienum & ſejunctum adduci potuiſſe. Obj. 2.

HÆ quidem interpretationes myſticæ, & earum affines apud alios auctores obviæ, veritatis & ingenii ſpeciem præ ſe ferunt: at ſi propius inſpiciamus, eas inanes & nauci non æſtimandas inveniemus. Harum enim auctores veritatis nomine rogatos velim, ut expediant nobis, unde lepram, peccatum; aves mundas, Chriſti puritatem; aves geminas, duas Chriſti naturas; coccum, Chriſti ſanguinem concolorem; Cedrum, Chriſtum ipſum; hyſſopum, illius ſtatum humilem; vas fictile ſacerdotis, Chriſti theſauros vaſis fictilibus repoſitos; notare didicerunt; Cur nulla pro- Sol.

a *Epiſt.* ad *Acac.* p. 127. E. b Ibid. p. 128. 129. c De *Animal. Sac.* P. 2. l. 2. c. 22.
d 1 *Reg.* 4. 33. e *Hebr.* 9. 22. f 1 *Pet.* 3. 18. g *Jo.* 19. 34. h 1 *Jo.* 5. 6.
i *Joh.* 4. 10, 11. k 2 *Cor.* 4. 7.

SECT. II.

ferunt argumenta, unde certiores evadamus, Deum ritus illos instituisse, tantum ut doctrinas illas interiores, easque rudi Judæorum populo, *μυστικωτέρως* exprimerent? Cum autem id nondum probatum viderim, mihi liceat opinari, Deum una in lege tam dissona & hiantia contexere noluisse; nec res naturæ tam diversæ, ritibus affinibus & eodem spectantibus exprimere voluisse. Rationi magis accommodatum est, ritus in hac lege præceptos ad eundem scopum generalem, superstitionis alicujus abolitionem collimasse, eosque omnes huic fini suo modo ministrasse. Cum enim ætate Mosis, fides illa de Diis æthereis & terrestribus, superis & inferis passim invalesceret; cum etiam priores, avibus aut bestiis in eorum honorem dimissis, agnoscerent & honorarent; posteriores autem, avis aut feræ mactatæ sanguine in fossulam, quasi ad cibum, effuso colerent & propitiarent; Deus (ritum illum e profano sacrum faciens) avem unam in ipsius honorem mactari, aliam solenniter emitti jussit; ut fidem illam de dualitate Deorum aut Principiorum aboleret, & Israelitæ, in ipsius honorem ritum utrumque peragentes, se Deum unum, cœli terræque Dominum & Creatorem, agnoscere & venerari profiterentor. Deus autem ut omnem superstitionis aut idololatriæ speciem ab hoc ritu, natalibus ethnicis orto, longe removeret; lege prospexit, ut avis mactatæ sanguis non in fossula, sed vase fictili reciperetur; & ut avis munda, eaque super aquam mundam (puritatis divinæ symbolum & indicium) in illius honorem mactaretur. Avis etiam mactatæ sanguinem aqua commisceri jussit, ne quis suspicioni locus esset, quasi Deus etiam Israelis (uti Dii Gentium) sanguine gauderet, eumque, tanquam pabulum suum, purum servari postularet. Præcepit etiam Deus, ut avis cui libertas avolandi concessa est, avis ritu præscripto mactatæ sanguine tingeretur, ut ab avi quavis in Dei alicujus ethnici honorem emissa discerneretur. Lege cautum est insuper, ut leprosus aqua & sanguine septem vicibus aspergeretur, quod nempe numerus septenarius Creationis symbolum esset; & leprosus, aspersione septena se purgans, se Deum illum qui septem diebus cœlum terramque creavit & opus suum consummavit, agnoscere & venerari testaretur. His [a] alia nonnulla subjungi possent: sed vereor ne Lector male ferat, quod in his, cum argumento meo præsenti non adeo cohærentibus, moram tam longam fecerim.

SECT. II.

De Oblationis illius simultaneæ circumstantiis, & earum causis.

CUM rationem, cur hirci expiatorii simul offerebantur, assignaverim, eamque (ni fallor,) omnium assensu dignam fecerim; ad oblationis hujusce circumstantias proximo deveniendum est, & earum rationes in lucem paulo clariorem proferendæ. De iis itaque dubia nonnulla solvenda proponemus.

Cur hirci *tantum* duo simul oblati.

HORUM primum sit hoc: cur Deus hircos expiatorios *tantum* duos simul offerri postulavit? Hypothesi nostra concessa, responsio paratissima est, eaque verbis [b] *Plutarchi* promptius efferenda; veteres *opinati sunt*, Θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους· τὸν μὲν γὰρ ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν· οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, Θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον, δαίμονα, καλοῦσιν, *duos esse Deos, quasi sibi mutuo renitentes; unum quidem bonorum, alium malorum, creatorem: illi vero meliorem vocant Deum, alterum dæmonem.* Hæc autem numina ἀντίτεχνα varias appellationes apud varias gentes, & artium diversarum professores invenerunt. Nam Ægyptii Deum bonum *Osirin*, malum *Typhonem*, appellarunt: Hebræi superstitiosi principiis hisce duobus [c] *Gad* & *Meni* nomina dedisse videantur: apud Persas, Zoroastris asseclas, unus *Oramasdes*, alter *Areimanius*, audiebat; A Græcis δαίμονες ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ, a Romanis Joves & Vejoves, Dii superi & inferi, dicebantur: Astrologi Deos illos per *signa benigna & maligna* Philosophi per *Principia contraria*, Pythagorici per μονάδα καὶ δυάδα, significabant. Gentes hasce rudiores errorem tam crassum imbibisse, credibilius habeatur, quod inter gentes longe cultiores, easque fide Christiana leviter imbutas, ad miraculum usque se propagarit. Hac de re Clar. noster [d] *Windetus*, de duplici principio loquens, audiendus est: *hujusmodi deliriis Christianismo vitiando satagit Manes Persa, sub imperio Aureliani: nec ulla unquam hæresis tantopere grassata legitur, nempe ista* אלתנוית *dualitas principiorum (ut Arabes vocant) per totam Orientem adusque*

a De *aspergillo* vid. l. 2. c. 26. §. 4. b Lib. de *Isid. & Osir.* p. 369. D. c V. *Seld.* de *Diis Syr. Synt.* I. c. I. d Lib. de *Vit. funct. Stat.* p. 18.

Indiam

Indiam & Sinam, ex non obscuris vestigiis hodieque recognosci possit. Sed ut eo jam redeat, unde deflexit sermo: Gentes antiquiores (ut cultum præstarent huic fidei consentaneum) Deos utrosque propitiare studuerunt, &, pro duplici Deorum genere, duplicis generis oblationes & ritus in usu habuerunt. In re tam confessa vel curioso sufficiat unius [a] *Plutarchi* testimonium: cum enim Zoroastrem duo rerum principia, (bonarum *Oromazen*, malarum *Areimanium*) docuisse dixerat; ἐδίδαξε, inquit, τῷ μὲν εὐκταῖα θύειν καὶ χαριστήρια, τῷ δὲ ἀποτρόπαια καὶ σκυθρωπά. *Illi quidem sacrificia votiva immolare docuit & charisteria, huic autem tetrica & malorum depulsoria.* Hujusmodi vero sacrificia, Diis inferis aut exitialibus oblata, non tantum ἀποτρόπαια sed & καθάρσια, frequenter etiam ἀποπομπαῖα, dicebantur. Nam [b] auctor idem de cane mentionem faciens, Ὀλυμπίων, inquit, οὐδενὶ Θεῶν καθιέρωται, χθονίᾳ δὲ δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους, ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπιλαχε μοῖραν, *is nulli cœlitum immolabatur: & Hecata terrestri in trivio cœna loco missus, piacularis sacri, avertendi & expiandi mali gratia facti, partes obibat.* Ut compendium faciam: Gentes antiquæ Diis illis, ut bona conferrent; aliis autem, ne nocerent, & ut mala propulsarent, oblationes, easque dissimiles, attulisse videantur. Ut itaque doctrinam de Diis hisce duobus, & mores inde pullulantes, extirparet: præcepit Deus ut hircos duos, καθάρσιον unum, ἀποπομπαῖον alterum, sibi simul offerrent & consecrarent. Nam hoc ritu, se Deum tantum unum agnoscere, eumque solum bonorum largitorem & malorum depulsorem habere, tacite profitebantur. SECT. II.

DUBIUM secundum ex hircorum eorum circumstantiis ortum est, Cur tam sancte curatum est, ut hirci pares, & ex omni parte similes, in festo Expiationis offerrentur? Ita nempe Dei, vel Ecclesiæ Judaicæ, decreto statutum fuisse, testimonium [c] Talmudicorum opinari suadet: *de duobus hircis diei expiationis*, מצותן שיהיו שניהן שוין במראה ובקומה ובדמים *mandatum est, quod erant* PARES *aspectu, statura & pretio.* Cum Talmude non male convenit [d] *Justinus Martyr*, qui de hircis agens, hæc habet; καὶ οἱ ἐν τῇ νηστείᾳ τράγοι δύο ὅμοιοι κελευσθέντες γίνεσθαι, &c. *& qui in jejunio solemni hirci* PARES *accipi jubebantur*, &c. Moris hujusce veritatem nobis præstat etiam paulo antiquius *S. Barnabæ* [e] testimonium, qui legem de hircorum pari datam sic citat, λάβετε δύο τράγους, καλοὺς καὶ ὁμοίους, καὶ προσενέγκατε, *sumite duos hircos, bonos &* SIMILES, *& offerte.* Ideo vero legis, aut Ecclesiæ Judaicæ, decreto sancitum est, ut hirci pares & nullo discrimine noti Deo offerrentur; ut eo clarius innotesceret, Hebræos a fide moreque gentium, duo rerum Principia credentium, prorsus abhorrere. Gentiles enim, ea fide vitiati, non tantum Joves & Vejoves, Deos superos & inferos, in honore habuere; sed eos victimis & ceremoniis ab invicem discrepantibus coluere. Nam observante [f] Kirchero, *Diis superis & beneficiis albæ victimæ placidaque mactabantur*; inferis autem & *maleficis ne nocerent, nigræ & ferociores convenire putabantur.* Hunc usum sic exprimit *Virgilius*, qui sacrorum antiquorum leges ad unguem tenuit; Cur hirci illi pares erant?

[g] *Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.*

Nam Poetam hic ad Mali & Boni Genii sacra diversa respexisse, notat *Servius*, cum ait, *bono usus est ordine, ut prius averteret mala*, deinde conciliaret bona. Plutarchus etiam Zoroastrem, Oromazi quidem εὐκταῖα, Areimanio vero σκυθρωπὰ θύειν, docuisse perhibet. Apud Hebræos itaque curatum est, nequa disparitas inter hircos appareret, ut eo certius indicarent, hircos eos, fini licet & usui dissimili servientes, ad unum Deum (boni simul & mali fontem) propitiandum institutos.

TERTIO: sortitio solennis in hircorum eorum oblatione [h] facienda circumstantia tam insignis erat, quod novo dubio materiam non injoste præbeat; cur scilicet electio hirci pro Jehova & Azazele sorti committebatur, & non potius sacerdos eos pro arbitrio deligebat, cum præsertim nulla disparitas inter hircos eos appareret? Hic omnibus Hebræorum doctoribus hæret aqua: at & huic dubio ex hypothesi nostra concessa solutio prompta & facilis orietur. Cum enim lege statutum esset, ut ex hircis duobus quis Domini, quis Azazelis, esset, sorte tantum decerneretur; inde liquido constaret, Israelitas, quantum in se erat, hircum utrumque Deo vero consecrasse; nec eos ethnicorum ritu, hircum hunc vel illum τῷ Ἀποπομπαίῳ, vel dæmoni averrunco, consulto destinataque voluntate tradidisse. A Judæis equidem hircus uterque coram De Sortitione facienda.

a Ub. sup. p. 369. E b *Plutarc. problem. Rom.* p. 290. D c In *Iom.* cap. 6. §. 1. d *Dialog. cum Tryph. Judæo.* pag. 219. e *Epist.* p. 4. f *Oedip. Ægypt.* T. 1. *Synt.* 3. cap. 10. p. 237. g *Æneid.* l. 3. v. 120. h *Levit.* 16. 8.

SECT. II.

Domino ſiſtebatur, at ſortito contigit, quod ex iis alter ad Azazelem emittebatur; nec per eos ſtetit, quo minus hircus uterque victima Deo ſacra fieret.

Cur hircus emittendus ad oſtium Tabernaculi ſiſtebatur.

DUBIUM quartum ex Oblationis jam dictæ circumſtantiis enatum, hujuſmodi eſt; cur expiandi lege præceptum ſit, ut hircus expiatorius, in deſertum amandandus, prius ad oſtium Tabernaculi ſiſteretur? Huic autem quæſtioni hypotheſis noſtra reſponſum expeditum ſuggerit: nempe Moſis ætate, pro certo & explorato receptum erat, malorum omnium (peſtis, famis, belli, ſiccitatis) originem, Dæmoni, vel alii alicui mali Principio præpotenti tribuendam eſſe. Cum vero mala quævis ex illius maligni dæmonis officina prodire crederentur, ea fides etiam hominum animos occupavit, eum mala propulſare poſſe, & velle (nam ideo apud Græcos ἀποπομπαῖος audiit) ſi ad illius potentiam agnoſcendam, & ingenium tetricum demulcendum, τῶν ἀποτροπαίων oblatione coleretur. Hujuſmodi ſuperſtitionem Gentium antiquiorum animos & mores infeciſſe, nulli dubium eſſe poteſt, qui argumenta ſuperius adducta ſuis ponderibus æſtimabit. Addo tamen, veritatis hujuſce fidem ulterius, ex ipſo *Pentateucho*, firmari poſſe: in eo enim Dæmones nomen [a] שדים quod [b] vaſtarent & perderent; & [c] שעירים quod [d] horrorem intuentibus incuterent, habuiſſe; & homines iis ſacrorum oblatione cultum tribuiſſe, legimus. Quid autem homines ſpiritibus nomine tam diro notis immolarent, niſi ut ipſi, malorum Auctores, malum averterent; vel ne mali male facerent, niſi factis ſacris deliniti? Deus itaque, ut fidem illam & mores inde pullulantes extirparet, lege proſpexit, ut hircus ἀποπομπαῖος, vel ad malum propulſandum oblatus, ad oſtium Tabernaculi ſui ſiſteretur. Nam eo ritu, Judæi Θεὺς quos vocant ἀποπομπαίους tacite renunciabant, Deum omnis [e] mali pœnalis auctorem agnoſcebant, Eique ſoli mali omnis propulſati gloriam tribuendam profitebantur.

Cur hircus expiatorius ad Azazelem mittebatur?

AD circumſtantiam quintam, hirci ſcilicet emiſſionem, oblationis hujuſce comitem, accedat ſermo. Ea vero novæ quæſtioni materiam præbet: cur ſcilicet hircus AZAZELI ſorte deſtinatus, non ei præſenti datus erat, ſed ad eum, longe remotum in Deſertis emittebatur? Hujus autem circumſtantiæ hypotheſis noſtra conceſſa rationes haſce duas aſſignare docet: nam (1°.) Deus ita ſtatuiſſe putetur, ut opinionem tunc paſſim obtinentem, de Principiis hiſce duobus poteſtate pari vel ſuppari donatis, tacite redargueret & ſugillaret. Gentes ita cenſuiſſe patet, quod Deos utriuſque generis, bonos & malos, victimis & ritibus ſacris ex æquo placare, & eorum gratiam pariter inire ſtuduerunt. Deus autem opinionis hujuſce vanitatem hoc ritu ſatis expoſuit, & deridendam propinavit: nam inde conſtabat, AZAZELEM ad Tabernaculi fores accedere, vel quicquam juris in hircum, ſibi licet ſortito deſtinatum, exercere vel hircum illum, licet imaginem ſuam, a contumeliis ei ſtatim inferendis vindicare, minime potuiſſe. (2°.) Ut eo ritu ſignificaret, dæmonem mali quidem auctorem, ſed remotum; nec ab eo metuendum eſſe, modo quis Dei legem ſervet, &, peccatis expiatis, eum ſibi propitium & pacatum habeat. Adeo ut ea [f] Pſalmiſtæ verba commentarii vicem in hanc legem, ejuſque ritus præcipuos gerere videantur: *quoniam ipſe liberabit te a laqueo venatoris, a peſte calamitoſa: pennis ejus proteget te & ſub alis ejus ſperabis: non timebis a pavore noctis, a ſagitta volante per diem, a peſte quæ ambulat in caligine,* מקטב ישוד צהרים *ab excidio vaſtante meridie.* Hic enim Deus in ſe recipit, ſancteque promittit, ſe pio Θεὸν ἀποπομπαῖον futurum, & ab eo mala quævis (peſtem, bellum, [g] ægritudinem, aliaque diu noctuve graſſantia) propulſuturum, eumque a dæmone maligno ſartum tectumque conſervaturum. Nonnulli nempe, [h] (*Ludovicus Capellus*, [i] *Gerardus Voſſius*, aliique) locum illum de mendo ſuſpectum habent, & ישוד *vaſtante* loco ושד *& vaſtatore, dæmone*, lapſu temporis irrepſiſſe ſentiunt. Atque huic opinioni LXX videntur arridere, qui voces Hebræas per δαιμονίου μεσημβρινοῦ *dæmonium meridianum* interpretantur; Chaldæus etiam Paraphraſtes, qui voces eas מסיעת שדין דמחבלין בטיהרא *a caterva dæmonum qui graſſantur in meridie* reddunt. Conſentit *Vulgatus*, qui hic *dæmonium meridianum* habet. Hæc ſi quid veri habeant, hic ad morem dæmonum alluſum eſt, qui deſerto gaudere, & a meridie vel deſerto (nam deſertum Judæis a meridie) venire credebantur. Sed ad rem præſentem me jam ſtrictius accingam.

Peccati confeſſio cur hirci oblationi juncta.

CIRCUMSTANTIA ſexta, cum hirci oblatione conjuncta, erat ſolennis & pœnitentialis illa peccati [k] confeſſio, a ſacerdote manum utramque ſuper hirci caput imponente, facienda. Pœnitentialem dixi, quod (ſi [l] *Talmudi* tuto credimus) his verbis,

a *Deut.* 32. 17. b *Nominis origine, uti ſentiunt aliqui, deducta a* שוד *vaſtavit, perdidit.* c *Lev.* 17. 7. d *Voce a* שער horruit *derivata.* e *Amoſ.* 3. 6. f *Pſal.* 91. 3, 4, 5, 6. g *Nam LXX* מקטב *ἀπὸ τοῦ συμπτώματος vertunt.* h *Critic. Sacr.* l. 5. c. 5. §. 9. i *De Orig. Idol.* l. 1. c. 8. k *Lev.* 16. 21. l *Tract. Iom.* cap. 6. §. 2.

pœni-

SECT. II.

pœnitentiam integre spirantibus, ederetur: *ah, Domine, peccaverunt, perverse egerunt, prævaricati sunt, coram te populus tuus Israel. Ah, Domine, expia, quæso, peccata, & iniquitates, & prævaricationes quibus peccaverunt, & quibus perverse egerunt, & quibus prævaricati sunt coram Te populus tuus, domus Israel*, &c. Hujus etiam circumstantiæ rationes duæ se statim ingerent, si hypothesis nostra pro vera habeatur.

Ex iis hæc prima censeatur: ut sancta Judæorum natio a Gentibus, expiandi ritus obeuntibus, & Deos suos Averruncos sibi conciliare studentibus, aperte discerneretur. Nam Gentes exteræ, cum scelerum horrore & Deorum metu percuterentur, ad expiationum & lustrationum solennitates continuo confugerunt, cum e vera pœnitentia pacem cum Deo & seipsis comparare debuissent. Ritibus illis, aliisque formulis religiosis, Deos eorum ἀποπομπαίους sibi propitios reddere sperabant; eoque magis, quod eorum Theologi populum, peccati conscium, ad sacra lustralia (non ad virtutis exercitium, aut pœnitentiam pro peccatis admissis) adhortarentur. Huc spectat insignis ille *Platonis* [a] locus, quo populatibus ejus id consilii præbet; ὅταν δέ τις ἄρα δυστυχηθῇ καὶ ἀσεβηθῇ τῶν οἴκων, &c. *Quum ergo familia aliqua infortunio simul & impietate contaminata fuerit*, — τοῦτον πρῶτον μὲν καθήρασθαι τὸν οἶκον καὶ ἀποδιοπομπήσασθαι χρεὼν ἔστω κατὰ νόμον, *ante alia convenit, ut domus illa, ritu lege præscripto purgetur & expietur.* Ne populus itaque Judaicus quicquam commercii cum facilibus illis ethnicorum numinibus, aut eorum sacris, habere videretur; Lege præceptum est, ut seria peccati confessio, & pœnitentia, Expiationis Judaicæ solennitati nexu perpetuo jungerentur.

(2°.) Judæi peccata super hirci ἀποπομπαίου caput confiteri tenebantur, ut inde cognoscerent, mali originem *peccato*, non *Dæmoni* vel Deo alicui lævo, tribuendam esse; eoque remisso vel expiato, malum omne vel hircum emissum propulsare posse. Nam ritus ille, si diligentius attendamus, hunc sensum præ se ferre videatur: "vos malo graviore pressi, mali Principium aliquod in crimen vocare, plerunque vero culpam omnem in Azazelem, vobis infestum noxiumque, rejicere soletis; eumque, ne noceat aut ut mala propulset, sacrorum oblatione propitiandum existimatis. Hæc autem opinio frivola prorsus & puerilis est: ille scilicet in desertis agit, nec in hircum misellum, licet ei sorte decretum, in desertum etiam (ipsam provinciam ejus) emissum, peccatis insuper oneratum, juris aliquid exercere potest. Malus equidem est, sed in seipso mali Principium dici nequit; cum nil mali nisi meo permisso jussuve peragat; ut nempe carnificis publici vicem præstet, & sententias meas severiores exequatur. Peccatis vestris (si verum scire velitis) unice tribuendum est, quod mali quicquam patiamini. Ea, confessione, pœnitentia, ritibusque Lege præscriptis, expietis; & nihil erit, cur ab hoste, peste, fame, bello, vel ipso *Dæmonio meridiano*, vobis metuatis. Tunc hircus ille unus, [b] εἰς τὴν ἀποπομπήν, *ad mali depulsionem* emissus, plus vobis ad pacem & quietem proderit, quam omnes illi שעירים *Dæmones birciformes*, quibus olim, mali depellendi causa, cultum tribuistis.

Nihil jam superest, nisi ut oblationis hujusce tempori cogitationis aliquid impendatur. Ea vero circumstantia satis ex ipsa lege discitur, expiationis peragendæ tempus ita præscribente; [c] *& erit hoc statutum perpetuum, ut expiationem faciatis pro filiis Israel ab omnibus peccatis eorum*, [d] *semel in anno.* Est autem ætatis Mosaicæ rationi consentaneum, opinari, Deum expiandi ritus a seipso præscriptos tam frequenter obiri voluisse, ut populus, his assuetus, a purgationibus & lustrandi cæremoniis in dæmonis honorem exercendis tandem averteretur. Si quis enim adulterio, homicidio, vel alio aliquo scelere tetriore, seipsum polluisset; ad καθάρσια & sacra piacularia se statim contulit, ut Deos iratos sibi denuo conciliaret, nec eos tanti flagitii vindices experiretur. Gentes etiam, si mala publica sentirent aut præsentirent, Deos suos (qui ἀλεξίκακοι & ἀποτρόπαιοι credebantur) supplices adierunt, eosque dono lustrali coluerunt; ut populo calamitatis metu vel sensu languenti succurrerent, & mala tollerent aut averruncarent. Hac arte factum est, ut inter Gentes horum Deorum honos glisceret indies, & illi, justitiæ, sanctitatis, clementiæ, & potentiæ maximæ, famam sibi compararent. Neque fraus ea diaboli Veterum observationem fugit: nam *Clemens Alexandrinus*, postquam dæmones mala quandoque propulsasse, atque inde τῶν Ἀποτροπαίων titulum sibiipsis acquisivisse, docuisset; [e] addit, φιλάνθρωποί γε ἐκ τούτων καταφαίνονται οἱ δαίμονες, &c. *hominibus quidem bene velle, ex his rebus, ostenduntur Dæmones. Quomodo ergo non sunt sancti, qui sunt cultui Dæmonum dediti? quorum alii Dæmones hinc, ut servatores, bonis verbis prose-*

Cur oblatio illa quovis anno celebranda.

a Lib. 9. de *legib.* p. 877. E. b LXX in *Lev.* 16. 10. c *Lev.* 16. 34. d Ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ποιηθήσεται. LXX *in loc.* e *Cohort.* ad *Gent.* p. 37. 5.

CAP. XI. *quuntur*; *alii vero falutem a falutis infidiatoribus petunt.* Neque fuperftitionis hujufce peftiferæ venenum intra terminos hofce contineri potuit; cum enim eo res deducta effet, ut dæmones malorum depulfores, & peccatorum vindices haberentur, & expiandi ritus ex eorum præfcripto peragerentur; purgandi ceremoniæ tam leves facilefque (ne dicam, ridiculæ) plerumque conftitutæ funt, ut vix dixeris, major inde peccati metus an contemptus hominum animis incuteretur. Cum enim peccata præterita luftrandi ritibus non multo fudore peragendis expiari crederentur, homines in nova crimina cito proruebant, & peccatorum fecuri, vindictam divinam non extimefcebant. Cum itaque religio multum inde detrimenti caperet, Deus expiandi ritus omnes in fuum honorem peragi, hircum etiam utrumque piacularem Sibi tantum offerri juffit; ut ille folus malum culpæ remittere, & malum pœnæ tollere crederetur; nec Deus aliquis, καθάρσιος aut ἀποπομπαῖος, in hujus aut illius honoris communionem afcifceretur. Ut autem veritas illa momentofa Judæorum animis altius infigeretur, ejufque fidem fæpe profiterentur; Lege curatum eft infuper, ut expiandi ritus, e præfcripto Legis, & magna cum folennitate quotannis agerentur.

CAP. XI.

Objectiones quædam generales enervantur.

CUM jam circumftantias omnes, ad horum hircorum oblationem rite præftandam requifitas, explicuiffe, fuoque nitori, a fitu quo fere fqualebant antea, vindicaffe, videar; inftituto præfenti confentaneum eft, ut iis Objectionibus occurram, quæ de fententiæ meæ fide maxime derogare cenfeantur.

Obj. 1. Ex iis, hæc primum locum vindicat: hæc opinio, de duobus Principiis fibi mutuo repugnantibus, diu poft Mofis ætatem inter Gentes inolevit. Neque contrarium e jam adducto *Plutarchi* teftimonio (utpote Mofe multo recentioris) evinci poteft. Cum itaque fententia mea fundamento male fido fuffulciatur, neceffe eft ut ea, veluti ftructura fundamento fallaci nixa, fpeciofa magis quam folida firmaque cenfeatur.

Sol. HIC equidem *Plutarcho* (Mofe licet ætate multum inferiori) nonnihil tribuendum cenfeo, cum Scriptura, Ratio, Gentium antiquiorum facra, Legis etiam hujufce circumftantiæ, vehementer conveniant, & a *Plutarcho* falfi fufpicionem omnem amoliantur. Nequis tamen adhuc incertus & animi dubius hæreat, addam infuper ea [a] *Voffii* verba, fummam huic opinioni, de duobus principiis ἀντιτέχνοις, antiquitatem probabiliter afferentia: *ante animas humanas Angelos divino affectos honore cenfeo: ante angelos bonos, principem malorum, quem* κατ' ἐξοχὴν *Satanam dicimus: non folum tamen, fed una cum Deo, boni omnis fonte. Originem hujus cultus derivo a corrupta tum traditione, tum ratione. De traditione quidem depravata in dubium vocabit nemo, modo non peregrinus adeo fit in facris noftris, ut ignoret, quicquid Deus feciffet, bonum fuiffe; fed poftquam Satanas præ invidia primos parentes de ftatu innocentiæ dejecit, terram propter eos fuiffe maledictam: nec Deum propterea amorem omnem generis depofuiffe humani: quippe qui variis modis omnes omni ab ævo ad pœnitentiam provocet & invitet. Sed Satanas, mille fraudum artifex, circumit univerfos, in nihil æque intentus, quam ut illos tum a recto avertat cultu, tum hic graviffimis malis, Deo ita permittente, adfligat; & poft judicium ultimum, focios habeat pœnarum quas ipfe fubiturus eft. Salutarem adeo doctrinam nunquam deftitit Noachus prædicare liberis & nepotibus fuis, ea fpe, ut ipfi per manus ifta traderent ex fe nafcituris. Sed quæ tantus Patriarcha præbuerat dextra, has paulatim pofteri finiftra acceperunt. — Noachidæ* fcilicet *exinde duo funt commenti principia, pari vel fuppari poteftate; boni unum, alterum mali. Atque eo deventum fuit, ut quemadmodum colerent principium boni, quo bona conferret; ita venerarentur principium mali, ne inferret mala.*

AD *traditionem corruptam, corrupta etiam ratio acceffit. Sic enim collegerunt, eum, qui in fe effet optimus, & omnis boni fons unicus, non effe miferis mortalibus mali ullius principium ac caufam. At vero in mundo hoc multa effe homini mala & noxia, tum in mutis animantibus, ac plantis; uti bafilifcum, araneam, aconitum, & fimilia: tum etiam in cæteris, uti famem, peftilentiam, tempeftates, cæteraque id genus. Quare cum non debeamus Deum comminifci, qui dextra panem ac potum falubrem, finiftra venenatum eidem præbeat*

a De *Orig. & Progref. Idol.* l. 1. c. 5.

tibum

cibum potumque: omnino præter principium omnis boni, etiam statui oportere omnis mali principium; ac proinde illi facienda esse sacra, ut bonum consequamur, huic vero ad malum averruncandum. Hoc egregii viri testimonium Lectorem haud inique laturum speravi, quod instituto præsenti cumprimis accommodatum sit, & illius prolixitas probabilitatis specie quam præfert maxima satis abunde redimatur. CAP. XI.

SECUNDO: nonnulli forte, sententiæ meæ male conciliati, dicent, incredibile esse, Deum hanc legem ad Principiorum duorum fidem infirmandam instituisse; cum superius adducta probent, eam de duobus tantum Principiis inimicis, Deo scilicet & Azazele, vel Dæmone capiendam esse. Quamvis autem in scriptis ethnicis, de Principiis boni & mali mentio frequens incidat; vix unquam de Potestatibus hisce litem mutuam exercentibus occurrit sermo. In iis equidem, Numina dextra & læva, sydera benigna & infausta, Genii boni & maligni, aliaque principia contraria, sæpius ingeruntur: de pugna vero vel inimicitia inter Deum & Azazelem vel Dæmonem, nihil in scriptis ethnicorum inveniri potest; neque credibile est, veritatem illam in mediis ethnicismi tenebris eluxisse. Ethnici non minus dæmonem, quam Deum, ignotum plerunque coluere. Obj. 2.

UT huic Objectioni cumulate satisfaciam, & Argumento præsenti locem paulo majorem afferam, hæc tria regerenda censeo: Sol.

(1°.) TRADITIO illa vetustissima, de Deo & dæmone, tanquam Principiis ingenio studioque longissime discrepantibus, inter gentes aliquas non prorsus obliterata (corrupta licet & interpolata) mansisse videatur. Nam [a] *Plutarchus*, post relatam eorum opinionem qui Deos ἀντιτέχνους asserebant, quorum unus opera bona, alter mala, conficiebat; τὸν μὲν, ait, ἀμείνονα, Θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον δαίμονα καλοῦσι, *eum qui melior est, Deum appellant, qui deterior, Dæmonem.* His affinia quæ [b] *Laertius* habet, de Magorum antiquiorum disciplina loquens: nam e *Dinonis*, *Hermippi*, *Theopompi*, & *Eudoxi* fide refert, eos duo principia, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν, statuisse; illique Jovis, huic Ditis, appellationem tribuisse. Convenienter his a *Laertio* traditis, refert [c] *Agathias*, Persas antiquos, auctore Zoroastre, duo rerum principia posuisse; unum Bonum, OROMAZDEM, optima quæque gignens; alterum Malum, ARIMANIUM, cui quævis incommoda & infortunia tribuebant. Veteres autem per Arimanem aut Arimanium, Cacodæmonem intellexisse patet, quod eunuchus, Darii cubicularius, eum τὸν πονηρὸν Δαίμονα Περσῶν [d] appellet. Ab eo non multum diversus est [e] *Hesychius*, qui Arimanem Ditem patrem, seu Plutonem facit. Hæc paulo luculentius intelliguntur e *Theodori* [f] libro de magia Persica: nam ibi Ζαραδὰς aut Ζαρουὰμ, quem ἀρχηγὸν πάντων *omnium principem* vocat, τὸν Ὀρμίσδαν καὶ τὸν Σατανᾶν genuisse dicitur. Cum autem Ὀρμίσδης idem sit qui aliis Ὀρομάσδης, Σατανᾶν eundem esse qui *Arimanius*, haud facile dubitandum est. Si a Persis ad Hebræos Ægypto nuper egressos, ascendat sermo, apud eos etiam fugientia quædam traditionis hujusce vestigia mansisse facile percipiamus. Cum enim *Azazel*, tanquam nomen usu familiari notum, hic usurpetur, & id nomen inde Dæmoni datum esset quod a Deo cito [g] recessisset; incredibile videri nequit, Hebræos saltem nonnollos famam de lapsu & ingenio dæmonis obscuriorem accepisse, & eo nomine Principium pessimum Deoque penitus adversum notari censuisse.

(2°.) GENTES pleræque, licet nec Dei nec diaboli naturam perspectam haberent, Principium geminum, unum bonum & beneficum, alterum malum & inauspicatum asseruerunt. Uni, quicquid boni rebus inerat, acceptum referebant; ab altero, pestem, bellum, egestatem, & alia quævis infortunia fluere prædicabant; huic etiam sacra facienda, ne noceret; illi, ut bona largiretur. Deum scilicet ἀμφοτεροδύναμον, ἀγαθά τε δυνάμενον καὶ κακά (uti loquitur *Eustathius*) ethnici plerique capere minime potuere. Prout autem Principium boni, pro variis operibus, attributis, aut ministris, varias appellationes invenit, & a Gentibus in varios Deos distributum est, ad unum tamen Deum, omnis boni fontem revocandos; sic & mali Principium, pro ratione ministrorum aut operum, in Deos varios inauspicatos, nominum diversitate discretos, quasi dividebatur, quibus tamen unum ἀρειμάνιον aut Dæmonem ([h] Θεὸν κάκιστον καὶ ὀλέθριον) intellexisse videantur; licet illius origo, natura, potestas, iis obscurius innotescerent.

a De *Isid.* p. 369. D b In *Proœm. libr.* de *Vit. Philosoph.* p. 2. F c De *Bel. Persic.* lib. 2. d Οὐδὲν ἔχεις ἐγκαλέσαι τὸν πονηρὸν δαίμ. &c. Ap. *Plutarc.* in *Alex.* p. 682. B e Ἀρειμάνιος ὁ Ἅιδης, παρὰ Πέρσαις. f Ap. *Phot. Biblioth. cod.* 81. g Vid. pag. 1043. h *Ita dicitur* Ariman. *apud* Agathian. lib. 2. p. 62. D

CAP. XI. (3°.) LEX ea qua luftrandi ceremoniæ præfcribuntur, tanquam repagulum erat ne perfuafio illa, de dæmone vel quovis alio mali Principio, latius invalefceret. Nam legis hujufce ritibus haud obfcure declaratum eft, quid fani, quid infani perfuafio illa contineret. Cum enim hac in lege JEHOVAH & AZAZEL, tanquam partes extremæ ftatuantur; Deus duo quidem principia, fibi mutuo contraria, bonum unum, malum alterum, non plane negare videatur. Cum autem principium fibi ex adverfo pofitum, Azazelis (*fortis cito recedentis*) nomine denotetur; cum etiam præceptum fit, ut facra piacularia Jehovæ tantum offerantur; clare fignificatum eft, hæc duo Principia (contra quam docebant Ethnici) nec pari nec fuppari poteftate donata effe, adeoque nec pari vel fuppari honore coli debuiffe. Hanc autem doctrinam Hebræorum animis annua folennitate Deus inculcari voluit, quod eorum plerique dogmatis & ritibus ethnicis inhæterent; Azazeli potentiam malitiæ, & cultum potentiæ fuæ, parem tribuentes. Ifraelitas Ægypto recens egreffos, tam turpiter hallucinari potuiffe, proclivius eft creditu, cum *Celfus* aliquibus ævi fui Chriftianis id probro vertat, quod ἐναντίον τῷ μεγάλῳ Θεῷ Θεὸν κατηραμένον, *Deum execrabilem magno Deo contrarium* afferuerint.

Obj. 3. TERTIO: non-nemo forfan objiciet, tam longe abfuiffe, ut legis hujus inftituta duorum Pincipiorum æquipollentium opinionem infirmaret, ut ei fidem potius aftruere videatur. Hic enim inftitutum eft, ut hirci duo præ foribus Tabernaculi fifterentur, & quis Jehovæ, quis Azazeli, dandus effet, forte folummodo decerneretur. Adeo ut uterque poteftatem æqualem fortiri, & Azazel imperium cum ipfo Jehovah divifum habere, facile crederetur.

Sol. HÆC forfan in animum inducet ille, qui de ritu illo parum confiderate judicabit. Quivis autem hunc ritum attentius intuens, facile percipiat, eum maximum momentum ad opinionem duorum Principiorum æquipollentium labefactandam habuiffe. Cum enim hircus ablegatitius *forte* tantum eligeretur, hinc intelligi potuit, Ifraelitas nihil Azazeli fcientes volentefque deftinaffe, fed forte potius quam confilio ductos, hircum eum in illius pomæria dimififfe. Deinde: cum electio hirci deferto deftinati *forti* folummodo permitteretur, inde liquido conftabat, Azazelem nihil fibi juris in animal aliquod, ne quidem in hircum (licet illius imago crederetur) arrogare potuiffe; & Ethnicos mifere cæcutire, qui beftias & ftirpes, alias τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, alias τοῦ κακοῦ Δαίμονος εἶναι, opinati funt; modo [a] *Plutarchi* teftimonium, conjecturæ meæ, de veterum Ditheiftarum fententia fundamentum fatis firmum habeatur. Ætati vero Mofaicæ quam maxime conveniebat, ut omnes intelligerent, potentiam Azazelis Deo fubjectam effe, & intra limites anguftos plerunque coerceri: tunc enim homines cultum tam pronum & catholicum diabolo tribuebant, illius potentiam obnoxiam ignorantes, eumque pro arbitrio fuo nocere poffe fomniantes.

Obj. 4. QUARTO: forfan a fententia mea diffentient aliqui, quod hircum unum ad bonum confequendum, alterum ad malum avertendum oblatum, Scriptura reclamante, vel faltem tacente, fæpius afferuerim. Nam e Scriptura liquidum eft, hircos eos peccati tantum expiationi ferviiffe, eofque fimul offerri debuiffe, ut ex utroque facrum piaculare coalefceret. Hinc & hirci, fefto expiationis offerendi, [b] חטאת הכפרים [c] dicti videantur. Ideoque neceffe eft, ut hypothefis illa, precaria tantum, & machina quædam ad fententiam meam, de hircorum duorum oblatione, fulciendam excogitata cenfeatur.

Sol. NODI hujufce folutio laboris haud multum poftulat: e jam dictis enim facile colligendum eft, hirci hujus & illius oblationem, peccati purgationem pro fine & fcopo præcipuo habuiffe, licet huic ufui non una eademque ratione & modo miniftrarent. Hircus enim mactatus (uti dictum eft) ad peccati culpam, emiffus ad illius pœnam amoliendam inftitutus eft: prior ita peccatum expiavit, ut ex abundanti Dei gratiam Ifraelitis impetraret; alter ita populum illum peccati levavit onere, quod & mala propulfaret quæ cervices eorum afflictura videbantur. Hircos eos ad hunc ufum a Deo defignatos, adeoque ad opinionem quam dixi redarguendam accommodatos fuiffe; nihil apud me dubitationis habere poteft. Cum enim e fuperius adductis eluceat, opinionem illam de duplici Principio præpotenti (boni uno, mali altero) vetuftiffimam fuiffe, eamque longe lateque fe propagaffe, gentium etiam omnium, barbararum & græcanicarum, initia & victimas opinionis illius monumenta quædam retinuiffe; credi nequit Deum nullam legem, folennitatem nullam cum fententia tam famofa & pefti-

a De *Ifid.* & *Ofir.* p. 369. D b *Num.* 29. 11. c Τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας τῆς ἐξιλάσεως. LXX.

fera

fera pugnantem instituisse; cum præsertim legem Mosaicam eo præcipue consilio dederit, ut opiniones & ritus idololatricos, institutis plane contrariis everteret & extirparet. At si legis & festi expiatorii ritus & circumstantiæ diligenter observentur, & cum iis quæ dixi studiose conferantur; manifestum erit, omnia ad opinionem illam perniciosam ex hominum animis evellendam collimasse, nec legem ullam cum hypothesi mea tam belle convenientem assignari posse. CAP. XI.

QUINTO: nonnulli forsan objicient, incredibile esse, Deum expiandi legem, ejusve ritus aliquos, ad Principii duplicis opinionem eliminandam instituisse; cum opinio illa virus suum non adeo longe diffudisse, vel adeo multos in assensum traxisse, videatur. Quamvis enim omnes, Boni quidem principium agnoscerent & addicte colerent; plerique Mali principium vitale prorsus inficiati sunt, illius originem, fato, fortunæ, vel materiæ contumaci, tribuendam existimantes. Probabilitatis autem ne speciem habet, Deum legem peculiarem, multo minus solennitatem multiplici rituum varietate celebrandam, instituere voluisse; tantum ut opinionem quæ tam paucos infecerat, everteret & eliminaret. Obj. 5.

FATENDUM est quidem, nonnullos ævi recentioris Ethnicos adeo moderate desipuisse, ut malorum originem a Necessitate, materia, vel alio aliquo Principio mentis experte, petendam existimarent. Sed ἀναντιῤῥήτως ostendisse videar, e Gentilium veterum grege longe plurimos Δαίμονα quendam mali principium asseruisse, & eos, qui malorum nostrorum causas a Deo Opt. Maximo arcesserent, contumeliam ei longe maximam illaturos existimasse. Prout itaque Deum bonum, ita & dæmonem malum sacrorum oblatione demulcendum crediderunt; cum hominis intersit non minus avertere mala, quam bona sibi comparare. Et sane tantum abfuit, ut ab hac fide rituque discederent idololatræ veteres, quod Deos eorum plerosque malos licet & infaustos, malorum depulsores, eoque nomine cultu frequentiori deliniendos, affirmarent. Ex ea nempe sententia manavit, [a] quod Jupiter, καθάρσιος Juno, *Februalis* & *Februa*; Apollo, ἀποτρόπαιος Venus, *Cluacina*, vel purgatrix & expiatrix; Neptunus, Ποσειδῶν τρόπαιος Hercules, ἀλεξίκακος & eorum plerique, λύσιοι, φύξιοι, σωτῆρες, & ἀποπομπαῖοι, dicerentur. Præ cæteris autem numinibus, Ethnici mala quævis averruncandi potestatem & honorem Apollini (dæmoni pessimo) tribuisse censeantur. Sic enim eum in hymno quem ipsi cecinit, salutat Orpheus, Sol.

——Ὦ βασιλεῦ κακὰ παῦον Ἀπόλλων
O Rex Apollo qui mala quiescere facis.

[b] *Demosthenes* oraculi Jovis Dodonæi meminit, quo Ἀπόλλωνι βοῦν θῦσαι, *Apollini malorum depulsori bovem sacrificare* præceptum est. Ad rem præsentem non minus accommodatum est [c] *Horatii* de Apolline testimonium:

——*Hic miseram famem*
Pestemque a populo & principe Cæsare in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

ATQUE hæc opinio, de Apolline malorum auctore & depulsore, [d] *ita in Græcia tandem invaluerat, ut non tantum in peste, sed malis etiam minusculis depellendis, Apollini sacra* decernerentur. Cum itaque Græci, Romani, alii, Dei mali fidem alte adeo retinerent, Eumque, tanquam ἀποπομπαῖον, *malorum depulsorem*, impensius adorarent; eandem superstitionem idololatras antiquiores infecisse, dubitari nequit. Deus itaque ut morbo tam inveterato longeque propagato medicinam faceret, & ipse (non dæmon aliquis) ἀποπομπαῖος, *mali depulsor*, in posterum haberetur; præcepto curavit, ut hircus εἰς ἀποπομπὴν ad malorum depulsionem offerendus, ad ostium Tabernaculi sui sisteretur, & eo ritu hircus ille donum Jehovæ tantum Liberatori conveniens agnosceretur.

SEXTO: verisimile est, aliquos, a sententia mea discrepantes, hoc etiam argumentum in illius præjudicium allaturos. Fidei difficile est, Deum hircum vivum ad malum propulsandum instituisse, cum gentes omnes sacra quævis ἀλεξίκακα, morti semper, al- Obj. 6.

a *Jo. Lomeiri Syntag.* de *Lustrat. Gentil.* c. 4. b *Orat. adv. Midiam.* c *Carm.* l. 1. c. 21.
d *Henric.* a *Montacut.* lib. cui tit. *Dam. Mimic.* c. 26.

CAP. XI. tari plerumque deftinarent; & nulla conftet ratio, cur Deus hirco, pretii vilioris animali, tanquam favoris tam infignis inftrumento, uteretur.

Sol. RESPONDEO: Deum hircum emiffarium tanquam ἀποτρόπαιον inftituiffe, iis argumentis oftenfum eft, quæ ingenio cuivis non plane morofo fatisfaciant. Addam tamen, tanquam ἐπίμετρον, [a] *Philonis* teftimonium: ille nempe de variis Hebræorum facris agens *ad offerentium utilitatem* referendis, ad duplicem claffem ea revocavit; quædam ex iis, μετουσίας ἀγαθῶν *bonorum participationem*, alia φυγὴν κακῶν *malorum fugam*, finem & fcopum habuiffe dicens. Cum autem non fit proclive, facrum aliquod, ad malum folummodo vitandum oblatum, defignare; rationi convenit ut *Philonem*, de oblatis *ad mala folummodo fugienda* loquentem, hircum emiffarium ob oculos habuiffe fentiamus. Neque rationes objectæ contrarium probant. *Non prima*: cum exempla fuperius allata doceant, omnium pene gentium ufu fervatum fuiffe, ut, ad populum purgandum & Deos infenfos fibi conciliandos, aves & feræ libere dimitterentur. *Non fecunda*: nam par erat, ut Ifraelitæ caprum Deo, tanquam malorum depulfori, confectarent, cum Ægyptii, Syri, alii, caprum Deo peffimo facrum exiftimarent, alii vero capram Deo illi frequentius immolarent. Huic mori fidem præftat nobilis *Herberti* [b] teftimonium: In *Æde Vejovis*—*effingebatur fimulachrum Dei, fagittas tenens, quæ paratæ fint ad nocendum: huic fimulachro adftitit figmentum* Capræ: *ea enim folet ipfi immolari.* Rationes alias adduxi fupra, hic a Lectore, fi libet, memoria repetendas.

Obj. 7. SEPTIMO: non-nemo forfan hoc etiam, ad fententiæ meæ fidem labefactandam regeret, quod ritus aliquos ad feculi Mofaici morem accommodatos, alios autem cum illius ævi moribus ex adverfo pugnantes, eadem expiandi lege præceptos afferam; adeoque pugnantia, & imaginationi meæ magis quam veritati confentanea dixiffe videar.

Sol. NON eft quod res hæc admirandi vel dubitandi caufa fatis jufta videatur. Nam Summus Legiflator facrorum leges & ritus Hebræorum genti traditurus, nonnullos Patriarcharum ufu commendatos nova fanctione cohoneftavit; non paucos etiam a Gentibus exteris receptos (reformatos tamen) ad rituum fuorum numerum aggregari paffus eft; omnes autem pietati repugnantes, ufu licet inveterato confirmatos vetuit, & e medio fuftulit. Nil mirum itaque, fi Deus Expiandi ritus, ita toleraverit, immutaverit, aut aboleverit, prout ufum & ingenium populi poftulare norat, & fanctiones Ejus (habita ratione temporum) maxime ad pietatem provehendam infervire poffent.

Obj. 8. OCTAVO: fententia noftra forfan a nonnullis in dubium & crimen adducetur, quod ritus expiandi, ratione ab hoc vel illo feculi more petita, doceat explicare; cum tamen Antiqui fimul & Moderni ritus eos tanquam figuras & hieroglyphica quædam intueantur, & eos nulla de caufa fancitos arbitrentur, nifi ut rerum Evangelicarum umbram, vel potius imaginem vivam & expreffam, feculis illis rudioribus exhiberent. Et fane [c] Sanctus Apoftolus, nonnullis expiationis Judaicæ cæremoniis fignificatum myfticum tribuens, hanc fententiam auctoritate fua munire videatur. Cum etiam expiatio fanguinis afperfione facta, & hircus in quem populi peccata transferebantur, imaginem Chrifti peccata noftra ferentis & expiantis tam vivam & pene loquacem præferant; ipfa ratio monet, ut ritus eos & alios, Chrifti prophetias reales fuiffe, & ob rationes tantum Evangelicas inftitutos, exiftimemus.

Diluitur. LIBENS agnofco (quod & alibi de induftria probo) legem Mofaicam *umbram futurorum habuiffe*, & Expiationis ritus aliquos nonnulla Chriftum fpectantia μυστικωτέρως innuiffe. Eorum etiam nonnullis, & ipfe fignificatum myfticum non femel accommodavi. Quamvis enim Deus eo præcipue confilio Legem fanxerit, ut cultum & facrorum normam induceret populi Judaici modulo & temporum antiquiorum ruditati convenientem; nonnullas Chrifti figuras, obiter & quafi aliud agens, inftitutis Legis medias interferuit: ut ipfius multifaria fapientia futuris feculis per Ecclefiam innotefceret, & Hebræi tandem ritus fuos, tanquam rerum facratiorum prodromos, intueri difcerent. Abfit interim, ut fentiam Deum ritus plerofque, multo minus omnes, eo animo ftatuiffe, tantum ut hebeti Judæorum populo rerum Evangelicarum umbras & imagines exhiberent. Hæc enim opinio, fupine diuque recepta, tot hominum animos a genuinis rituum eorum originibus & intentionibus inveftigandis avocavit, & Atheis nafutioribus occafionem dedit Summi Dei leges irridendi, quafi conjecturæ tantum audaci materiam


a V. Lib. de Victim. p. 838. A. b Lib. de Relig. Gentil. p. 167. c Hebr. 9. 7, 8, 9.


admini-

administrarent, & sub augusta mysterii specie nonnulla cuivis e vulgo nota dissimularent. Si Dei legibus honorem origini suæ convenientem conciliare velimus, opus est ut veras earum rationes & usus in lucem proferamus, easque finibus suis aptas & accommodatas ostendamus. Nulli Dei leges & ritus eo quo decet honore prosequentur, si significationes mysticæ pro ingenio nostro fictæ iis affigantur. Si *libertas* illa *prophetandi*, cuivis leges Mosaicas interpretanti concedatur; sensus varii, nec raro pugnantes, iis affigentur; cum nemo tam hebes sit omnique bono Genio destitutus, quin mysterium aut sensum aliquem interiorem excogitare, eumque hoc vel illo ritu Legali repræsentatum affirmare, valeat. Dicam breve: libertate illa, nullis legibus restricta, nihil ad omnes cerebri calidioris imagines astruendas efficacius excogitari potest. Sed hoc argumentum me sæpius antea tetigisse memini.

Dissertationis conclusio.

JAM omnes, aut saltem præcipuos, legis hujusce ritus, & eorum origines, e tenebris Antiquitatis in mediam lucem protulisse, Objectionum etiam omnium momenta perpendisse videar. Et si quis jam dicta secum pensitaverit, ambigere non poterit, expiandi legem & clarioris notæ ritus in ea præceptos eo præcipue collimasse, ut fides illa, de uno Summo boni malique Principio, Judæorum animis altius infigeretur; & pro certo haberent, Jehova conciliato, peccatis etiam ad Legis divinæ præscriptum expiatis, supervacaneum simul & impium esse, victimas ad Azazelis iram leniendam, Ejusque gratiam ineundam, immolare; quasi Jehovæ suis patrocinandi facultas deesset, aut homines aliter in tuto esse non possent, nisi cum Deo illo malefico fœdus inirent, Eumque munerum oblatione sibi devincirent.





LIBER QUARTUS

Quo fuse differitur de ritibus & institutis Hebræorum a Gentium usu desumptis, nullibi vero (quod scimus) a Deo præceptis aut ordinatis.

HUIC ACCESSIT

DISSERTATIO

DE

PHYLACTERIIS JUDÆORUM.



PRÆFATIO.

RES est observationi obvia, Christum & Apostolos ritus aliquos e Judaismi veteris uso in Christianismum traduxisse, & eorum instituta ad cultum & disciplinam temporibus suis usitatam, qua licuit accommodasse. Eorum vestigiis insistentes ævi sequentis Chistiani, ritus alios ex aliis (prout Ecclesiæ rationibus opportunum videbatur) e Judæorum simul & Gentilium usu desumptos in cultum Christianum acceperunt; ut religio, ad populi morem & modulum nonnihil attemperata, facilius eorum animis illaberetur, & Mundi reformatio sine motu strepituque peragеretur.

AD eundem pene modum res Ecclesiæ Judaicæ ante Domini adventum procuratæ sunt. Cum primum enim, Deus Israelitas *e domo servitutis* eduxisset, eosque moribus Ægypti seculique, diu longa confirmatus, addictiores invenisset; cum iis utpote imbecillioribus, indulgenter agendum, & aliquid eorum pueritiæ & ingenio pertinaci concedendum norat. Ritus itaque nonnullos, quibus longa consuetudo populi studia devinxerat, ab adhærente Gentilismi fæce purgatos, benigne toleravit; eos ab usu cultuque profano ad sacrum transferens, & in rituum suorum classe collocans.

HANC œconomiam & *συγκατάβασιν* divinam ævi sequioris Israelitæ in exemplum traxisse videantur. Nam & illi ritus haud paucos, e Gentium usu desumptos, in sacrorum suorum numerum admiserunt; ut rudi populo ritibus illis assueto morem gererent, eosque a superstitioso morum ethnicorum usu suaviter avocarent. Adeo ut e ritibus Judaicis ex ethnico fonte derivatis, alii ex institutione Dei, alii ex imitatione populi (sed pia & prudenti) in cultum publicum dimanarent.

DE ritibus hisce, nec Dei jussu nec permissu (quod scimus) e Gentilismo in Judaismum assumptis, alibi strictius & in transitu sermonem facio; hic autem cumulatius & ex instituto differendum est. Hoc autem opus aggredi eo magis allubescit, quod vix ulli hactenus inventi sint, qui operæ vel laboris aliquid in hoc Argumento posuere; quod etiam ex hujusmodi ritibus penitius intellectis, lux haud exigua sacris codicibus illustrandis orietur; præcipue vero quod hoc Argumentum non longe absit a Libri superioris argumentis, iisque non parum lucis & firmitatis afferat. Nam si liquidum fecerim, Ecclesiæ Judaicæ præsides ritus aliquos origine gentiles in rituum divinorum ordinem & usum accepisse; nemo consultior paulo dubitare potest, quin Deus iis exemplo suo præiverit, & cultum ejus nonnullis Ægypti ceremoniis, prout etiam Tabernaculum suum Ægypti spoliis, prior exornarit. Fidem scilicet omnem excedit, sacrorum Judaicorum antistites, Gentium ritus ullos cum institutis divinis miscere voluisse; nisi quod iis persuasum esset, Deum antea ritus aliquos originis ethnicæ transformasse, & in sacrorum suorum gradum & locum evexisse.

EXEMPLIS itaque multis & contradictionem haud facile patientibus evincam, Ecclesiam Judaicam (prout usus & occasio ferrent) ritus Gentium haud paucos, ad formam meliorem redactos, suos fecisse, eosque a cultu dæmonis ad sacra ministeria transtulisse.

CAP. I. SECT. I.

CAP. I.

Congregatio fœminarum ad ostium Tabernaculi, Exod. 38. *memorata.*

INTER exempla morum ad originem ethnicam, forsan Ægyptiam, referendorum, locum primum occupare debet congregatio fœminarum ad ostium Tabernaculi, [a] *Exodi* 38. memorata. Textus verba sic se habent: *& fecit labrum illud chalybeum e speculis mulierum,* הצבאת *turmatim convenientium,* אשר צבאו *quæ turmatim conveniebant ad ostium Tabernaculi conventus.*

HUNC textum inter plurima illa Scripturæ, loca quibus cœcam caliginem obduxit vetustas temporum haud immerito numeremus. Quamvis enim Interpretes plerique fœminas illas ad ostium Tabernaculi conventus hosce cultus & religionis causa celebrasse fateantur; de prima tamen illius officii religiosi præstandi ratione, vel nihil, vel (quod abest proxime) conjecturas tantum, easque parum cohærentes, in medium ferunt. Sed unde unde conventus illi muliebres initia traxerint, apertum est, eos ad *Hophni* & *Phineæ* tempora durasse, [b] qui *stupri consuetudinem habuisse* dicuntur *cum feminis ad ostium Tabernaculi catervatim convenientibus.*

NE verbis pluribus Lectorem in limine detineam, persuasum est mihi conventus illos a superstitiosis quibusdam Ægypti moribus ansam & exordium accepisse. Ut huic rei fidem afferam, & rem totam luculentius expediam, sermonem intra cancellos hosce coercebo: (1°.) Mores Ægyptios qui conventibus illis occasionem administrasse videntur, in lucem proferam. (2°.) Nonnulla in sententiæ meæ præsidium producam argumenta, (3°.) Objectioni uni & alteri satisfaciam.

SECT. I.

Mores quosdam Ægyptios conventibus illis occasionem præbuisse.

MORES aliquos Ægyptios solennibus hisce fœminarum conventibus occasionem administrasse, fidem arcessat ab ipsa rei probabilitate, nullis licet argumentis confirmatæ. Quid enim fœminæ solæ, eæque [c] jejunantes speculisque suis instructæ, nulloque quod scimus præcepto ad id muneris adstrictæ ad limina Tabernaculi tam frequentes accederent; nisi quod moris alicujus Ægyptiaci, quo olim imbutæ fuerant, odorem adhuc retinerent, & Moses non minus consuetos mulierum conventus quam specula toleraret?

TOT autem Historicos, qui veteres Ægypti ritus memoriæ tradidere, temporis injuria desideramus, quod mores Ægyptiaci qui conventibus illis initia dedere nos prorsus latuissent, aut per conjecturas tantum incertas innotuissent; nisi *S. Cyrillus Alexandrinus* nobis, in obscuris antea semitis oberrantibus, facem prætulisset. [d] Illius verbis rem totam ab exordio narratam accipiat Lector: Λελατρεύκασιν ἀδήλοις τὸ ἐξ Ἰσραὴλ, τὴν ὑπὸ τοῖς Αἰγυπτίοις ἀνατλάντες δουλείαν, καὶ τοῖς ἐκείνων διαβιοῦντες νόμοις, μακροὺς ἀνατετλήκασι χρόνους. Ἔθος τοίνυν Αἰγυπτίων μάλιστα γυναιξὶν, ἀμφὶ τῶν ἱερῶν, λινῇ μὲν ἐσθῆτι κατεσταλμένας, κατόπτρῳ δὲ τὴν ἀριστερὰν, &c. *Genus Israelitarum cum serviret Ægyptiis, ac diu in illorum legibus vitam traduceret, idola coluit: mos igitur erat apud mulieres Ægyptiorum præcipue veste linea indutas, adire templa, speculum sinistra, sistrum dextra sacro habitu gestantes. Eum autem honorem, imo (ut verius dicam) contumeliam illæ quidem, quæ inter cæteras excellebant maxime, & sacris erant initiatæ, vix obtinebant. Mulieres igitur e genere Israel reliquias illius cultus, quem in Ægypto servaverant, cum in sua supellectili reperissent; hæc ipsa, inquam, specula oblationis causa detulerunt, eaque ad labri usum translata sunt.* Eadem sententia [e] *Procopio* placuit, qui textum prædictum sic interpretatur: *Quid sibi volunt illa specula? Israelitæ cum versarentur in Ægypto, coluerunt idola. Ibi autem mulieres consecratæ & dicatæ idolorum cultui ingrediuntur in templum amictæ laneis vestibus. Dextra sistro, sinistra ornabatur speculo, pro more illorum superstitionis. Mulieres Israelitica tenebant adhuc reliquias ejus vanitatis, quas obtulerunt in ædificium Tabernaculi.*

a *Exod.* 38. 8. b 1 *Sam.* 2. 22. c Al. ἐνήστευσαν LXX *quæ jejunarunt.* d De *adorat. in Spirit.* l. 9. p. 313. Tom. I. e *Comment.* in *Exod.* p. 292.

Ut

Ut quid veri vel falsi hæc *Cyrilli* vel *Procopii* sententia ferat, eo certius intelligatur, ex usu fuerit, moribus illis Ægyptiacis, quos illi leviter tangunt, paulo diligentius explicandis immorari. De iis itaque theses hasce præmittemus, quas, utpote veterum testimoniis confirmatas, pro certis & indubiis babeamus. SECT. I.

Harum prima sit hæc: Fœminæ, idolorum cultui consecratæ, partes præcipuas in Ægypti Isidis præsertim Ægyptiæ, ceremoniis habuere. Hoc omnibus notum qui res antiquas vel tenui notitia degustarunt: ideoque pauca tantum veritatis hujusce subjungam testimonia. Horum primum Dei præbent Oracula, *Ezec.* 8. 14. Ubi mulieres in ostio domus Dei sedentes, & numen Ægyptium Thammuz solennibus lamentis prosequentes, sese Prophetæ conspiciendas præbent. Aliud nobis testimonium suppeditant oracula diaboli apud *Eusebium* memorata: *Præparat. Evang.* l. 5. c. 7. Ibi enim Apollinis Oraculum, ut curam & provinciam singulis deabus demandatam describeret, hæc inter alia dixisse fertur:

Μητέρι μὲν μακάρων μελέτης τετυχῖδε Ῥείη
Αὐλοὶ ἢ τυμπάνων πάταγοι, ἢ θῆλυς ὅμιλος.

Rhea beatorum mater reginaque Divum,
Fœmineos cœtus, buxumque & tympana curat.

Rhea autem eadem cum Cerere, Iside, & Regina illa cœlorum, in cujus cultum fœminæ in Ægypto degenteres zelo tam fervido & præcipiti ferebantur, *Jerem.* 44. 17, 19. In *Thesmophoriis*, ceremoniis festivis in Cereris vel Isidis honorem institutis, ethnici solas pene fœminas ministerii alicujus honore dignabantur. Hoc multis veterum testimoniis ostendit [a] *Meursius* & [b] *Petrus Castellanus*, ad cujus eruditas paginas Lectorem remitto, qui hujusmodi mores penitius intelligendi studio ducitur.

Ideo vero fœminis in Isidis & Cereris cultu partes præcipue tributæ fuerunt, eo quod sexus fœminei, Numini sexus etiam fœminei mystæ maxime convenire videbantur; & ut Isidis ritus, stupris & adulteriis fœdati, impuri Spiritus imaginem gestarent, & eo gratiores ei reddere. Nam Isidis ceremonias a mulieribus quotannis celebratas, scortationis & lenocinii plenas, testantur [1] *Juvenalis*, [2] *Propertius*, aliique. Atque ea forsan ratione fœminæ illæ quæ Isidem vel cœlorum reginam colebant, se stupri inprimis suspicione purgare satagunt, cum [c] *Jeremias* propheta morem illum criminis loco eis objecisset: dicentes, *quum autem adolemus reginæ cœli, & libamus ei libamina, an absque maritis nostris facimus popana?* quasi dixissent, nos Isidis sacris occupatæ, non stupris, ad morem Ægypti, indulgemus: sancta sancte tractamus; & hac in re ad maritos nostros, perpetuos morum nostrorum testes & censores, libenter provocamus.

(2°.) Foeminæ illæ Isidis aut aliorum idolorum cultui deditæ ingente comitante caterva muliebri ad Numinis sui templum venire solebant. Huic mori fidem conciliant [d] *Parthenii* verba, *ἐν Μιλήτῳ Θεσμοφορίων ὄντων, καὶ συνειλεγμένων γυναικῶν ἐν τῷ ἱερῷ, &c.* Sed & per se probabile est, fœminas illas ita separare voluisse, ut Deam suam maximo honore afficerent, & animi Numini suo addictissimi clara præberent testimonia.

(3°.) Foeminæ Ægyptiæ, cum pompis & ritibus Isiacis interessent, speculis chalybeis plurimum ornabantur. Sic morem habuisse, non e *Cyrilli* tantum & *Procopii*, sed & [e] *Apullei* verbis intelligamus. Ille enim, pompam Isiacam more Ægyptio celebratam referens, inter alia *mulieres*, inquit, *candido splendentes amicimine, vario latantes gestamine, —— solum sternebant flosculis: aliæ quæ nitentibus speculis pone tergum reversis, venienti Deæ obvium commonstrarent obsequium.* Mos ille ab Isidis, ad Junonis tandem & Minervæ sacra propagatus videtur: nam [f] *Seneca*, superstitionem Ethnicam illudens, *sunt*, inquit, *quæ, Junoni ac Minervæ capillos disponant, — digitos movent ornantium modo. Sunt quæ speculum teneant.* Idem ulcus tangit, [g] alibi dicens, *vetemus lintea & strigiles Jovi ferre, & speculum tenere Junoni.* Solebant nempe superstitiosi, officia quæ hominibus tribuebant, ad numina sua transferre. Cum itaque fœminæ, quibus formæ cura erat, puellas ornatrices in ministerio haberent, quarum [h] *αἱ μὲν τὰ κάτοπτρα, αἱ δὲ τὰς*

a *Græc. feriat.* l. 4. in Θεσμοφορ. b In Θεσμοφορ. c *Jer.* 44. 19. d *Parthen. Erotic.* 8
e Lib. 11. de *Aur. Asin.* p. 369. f Lib. de *Superstit.* apud *S. Aug.* l. 6. de *Civ. Dei* c. 10. g *Epist.* 95.
h *Clem. Alex.* l. 3. *Pædag.* c. 2.

1 *Satyr.* 6. v. 488. 2. Lib. 4. *Eleg.* 5. v. 34.

SECT. II. κεκρυφάλους, ἄλλαι κτένας, *quædam specula, quædam vero vittas, aliæ pectines* in promptu habebant; mulieris Ethnicæ se magnam a Deabus suis gratiam inituras sperabant, si specula & alia aliqua ornatus muliebris instrumenta in pompis & initiis earum circumferrent; & iis ceremoniis se Deæ suæ * famulas, & ministeria quævis humillima ei præstare paratas, testarentur.

(4°. Viri & fœminæ, sacra solenniora in Isidis honorem peracturi, prævio jejunio se expiare solebant. Hoc ex [a] *Herodoti* verbis promptè colligendum: *maximum festum celebratur*, προνηστεύσαντες, postquam jejunaverunt. Mulieres etiam Cyrenææ, eodem [b] *Herodoto* teste, νηστείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι, *jejunia eidem*, Isidi scil. *& festa celebrant:* more proculdubio ab Ægyptiis derivato.

Cum itaque sic moribus Ægypti comparatum esset, ut mores illi fœminis Israeliticis, e longa cum Ægyptiis consuetudine, altissime insiderent; verisimile est eas, pro ea qua erant muliebri simplicitate, ad Tabernaculum recens extructum, prout olim ad Isidis templa, catervatim & speculis instructas confluxisse: & Deo Israelis iisdem pene ceremoniis quibus olim Numinibus Ægypti, cultum exhibere cogitasse. Atque hoc eo minus a vero alienum videatur, quum & Gentiles ad Christum recens conversi, ritus aliquos, quibus olim idola coluerunt, in Ecclesiam transferrent, & non tantum ipsi, sed & ritus sui, religionis Christianæ quasi proselyti efficerentur.

SECT. II.

Argumenta quædam in sententiæ nostræ præsidium producuntur.

MORES quos dixi Ægyptios, hisce fœminis & specula gestandi, & ad ostium Tabernaculi turmatim conveniendi occasionem præbuisse, rationes non leves me persuasum faciunt. Nam

Primo Interpretes Græci fœminis characterem tribuunt cum sententia mea apprime cohærentem. Sic enim textum jam laudatum [c] transferunt, ἐποίησε τὸν λουτῆρα τὸν χαλκοῦν, καὶ τὴν βάσιν αὐτοῦ χαλκῆν ἐκ τῶν κατόπτρων τῶν νηστευσασῶν αἳ ἐνήστευσαν παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἔπηξεν αὐτήν. *Fecit labrum æneum ex speculis jejunantium, quæ jejunaverunt apud portas Tabernaculi testimonii, in qua die fixit illud.* Unde factum vero quod Lxx verba Hebræa (הצבאת אשר צבאו) per νηστευσασῶν αἳ ἐνήστευσαν interpretati sint; nisi ut fœminas illas superstitionis alicujus Ægyptiacæ fautores indicarent? Nisi quid me fallat, Lxx digitum intenderunt ad cœtuum illorum fœmineorum causas, mores scil. Ægypti, ubi fœminæ jejunia & conventus solennes in Isidis honorem celebrare solebant. Eo vero credibilius est Lxx a veritate Hebraica, ad hæc jejunia Isiaca innuenda deflexisse; quod aperte constet eos, hoc ipso in loco, longe magis ab exemplari Hebræo recessisse: addentes apologiæ forsan vice, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἔπηξεν αὐτήν quasi dixissent, "jam primum Moses Tabernaculum erexisset, nec satis Numinis illius cui dicatum erat, "sanctitatem & majestatem perspectam habuit recens a paganismo populus. Cum itaque plu- "rimum fæcis Ægyptiacæ toti populo, fœminis inprimis adhæreret, nil mirum si jejunia, specula, "& conventus solennes ab Isidis templis ad Dei Tabernaculum & cultum removerent.

Non me latet aliam longe rationem a * doctis assignari versionis hujusce a verbis Hebræis tam insigniter aberrantis. Nempe seniores illos nescio qua lippitudine laborasse sentiunt, eosque צמאות *jejunantes*, loco צבאות *congregantes*, legisse & reddidisse asserunt. Sic erudito [d] *Schindlero*, [e] *Casaubono*, [f] *Lightfooto*, aliisque visum est. Si enim Moses semel tantummodo vocem illam צבאות usurpasset, aliquis forsan hujus ἀβλεψίας, suspicioni locus superesset: cum autem duabus quasi vicibus occurrat, (sic enim se habent verba, הצבאת אשר צבאו) non lippis profecto, sed talpis cæciores essent oportet, ut bis in eundem lapidem impingerent, & voci utrique *jejunii* significatum tribuerent. Longe itaque verisimilius est Lxx voces illas (νηστευσασῶν αἳ ἐνήστευσαν) non ex errore sed consilio in versione sua adornanda adhibuisse: nempe ut fœminas illas nonnihil fermenti Isiaci retinuisse, & cœtus illos fœmineos ab Ægypti moribus derivatos fuisse, ingenue quidem, quamvis paulo occultius faterentur. Neque hoc novum aut mirum videri possit, cum Lxx liberiori interpretatione uti soleant, & rem potius quam vocem

* V. *Plutarch.* in *Isid.* p. 378. DE Vid. *Castellan* ub. supr. a In *Euterp.* c. 40. b *Melpom* c. 186. c *Exod.* 38. 8. * Vid. *Grot.* in *Luc.* 2. 37. d *Lexic. Pent.* in voc. צבא e *Exercit.* 1. ad *Apparat. Annal.* num. 53. f *Hor. Hebr.* in *S. Luc.* 2. 37.

explicare

explicare. Ideoque auctorum nonnullorum temeritatem animadverſionis ſtrictura dignam ſentio, qui ſi diſcrimen aliquod inter Hebræum exemplar & Græcam verſionem deprehendant; eorum alii textum originalem corruptelæ, alii autem interpretes Græcos inſcitiæ aut audaciæ poſtulare ſoleant. SECT. II.

SECUNDO: ipſi ſacerdotum & fœminarum ad Tabernaculum convenientium mores 1 *Sam.* 2. 22. memorati, conjiciendi materiam adminiſtrant, conventus illos fœmineos a Gentilium uſu occaſionem accepiſſe. Ibi enim de ſacerdotibus, *Hophni* & *Phinea*, ſcriptum extat, *quod* coirent cum mulieribus certatim confluentibus ad oſtium *Tabernaculi.* At nullus ſum qui credam ſacerdotes eo nequitiæ procedere voluiſſe, ut in loco tam ſancto & publico (ſic enim videtur) tantum ſcelus perpetrarent, vel tot fœminas frontem adeo omnem excutere potuiſſe, ut in tanti ſceleris conſenſum traherentur; niſi conventus illi fœminarum a Gentibus, templa & tabernacula ſua in lupanaria convertentibus, initium & exemplar petiiſſent.

ETHNICOS autem templa, lucos, tabernacula & loca alia Diis ſuis ſacrata, ſtupris & adulteriis complete ſolitos, tot teſtimoniis e ſcriptis ſacris & profanis probavit [a] *Hammondus* noſter, quot Lectori, cui jecur maxime philologicum, abunde ſatisfaciant. Conſuetudinis hujuſce peſſimæ abolendæ gratia, Deus [b] leges illas tuliſſe, & (quamvis materiæ tam diſſimilis) conjunxiſſe videtur: *non publicabis filiam tuam ut ſcortari facias eam.* ——— *Sabbata mea cuſtodietis, & reveremini Sanctuarium meum:* hoc eſt, nolite more gentium, Tabernaculum Dei veſtri in *Succoth, Benoth*, tentorium profligati pudoris fœminarum transformate. Hoc autem præceptum moribus ubique receptis tam diſſonum fuit, ut [c] *Herodotus* tanquam rem miram referat, & quæ in gentis Ægyptiæ laudem non parum cederet, quod illi *μίσγεσθαι ἐν ἱροῖσι coire in templis*, omnium primi prohibuerint. *Herodoto* hac in re fidem eo facilius habeamus, quod LXX (qui in gratiam Ægyptiorum verſionem ſuam adornaſſe perhibentur) integram illam periodum in hiſtoria de filiis Eli, *quod* ſcil. *coirent* cum fœminis ad oſtium Tabernaculi *confluentibus*, penitus omiſerint & prætererint. Hanc autem eo ſolum conſilio omiſiſſe videntur, ne Judæi ob crimen a ſacerdotibus ſuis admiſſum, apud ipſos Ægyptios inſame, viliores haberentur.

SED in tramitem, cœnoſum licet, redeamus; *Hophni & Phinehas* fœminas illas, non tanquam Deo, ſed Iſidi aut Veneri dicatas tractarunt; & [d] Gentilium ritu, Templi ſanctitatem impuris amplexibus violarunt. Ideoque [e] *S. Hieronymus* eorum impuras miſturas, non tam ſtupra aut adulteria, quam *idolorum ſcelera*, dicendas exiſtimavit. Nam profecto fidem omnem excedit *Hophnim* & *Phineam* frontem adeo omnem excutere potuiſſe, ot fœminas in loco Deo & ſacris dicato vitiarent; niſi cœtus illos fœmineos ad oſtium Tabernaculi coactos originem ſuam a Gentium uſu derivaſſe, & impuros Gentium mores ſtupra ſua excuſare, ne dicam cohoneſtate, credidiſſent.

TERTIO: uſus ille peculiaris in quem ſpecula illa ſepoſuit Moſes, non levi argumento eſt, ea una cum fœminis, eorum poſſeſſoribus, muneri alicui ſuperſtiuoſo olim inſerviiſſe. Uſum autem illum e Moſe diſcamus *Exod.* 38. 8. *Et fecit labrum chalybeum e ſpeculis mulierum turmatim convenientium*, &c. Labrum autem illud e mulierum ſpeculis conflatum, res eo minus mira atque inſolens videatur, cum vel hoc tempore ſpecula e chalybe lævigato in uſu ſint optimæ ad imagines reflectendas polituræ; & hujuſmodi e chalybe, ære, aut aliis metallis certa ratione temperatis confecta ſpecula, ſeculis antiquiſſimis uſurpata fuiſſe, e [f] *Plinio*, [g] *Vitruvio*, aliiſque intelligamus. Unde factum vero, quod cætera omnia Tabernaculi vaſa atque inſtrumenta, e communi æris maſſa Deo conſecrata fierent; labrum autem ſacerdotum e ſpeculis illis æreis vel chalybeis, eum in uſum peculiariter ſeparatis conficeretur? Siquid ipſe judico, nulla ratio tam facilis & aperta aſſignari poteſt, quam quod ſpecula illa, præ reliqua mundi muliebris ſupellectilia, ſuperſtitionis Ægyptiacæ inſtumenta fuerint & teſtimonia: Moſes itaque maſſam chalybeam e mulierum ſpeculis factam, non niſi cum diſcrimine aliquo uſurpari, & ad labrum tantum æneum conflandum ſeparati voluit: ut viſibilia ſuperſtitionis repudiatæ teſtimonia, & vanitatis ſuæ (ſi ad Ægypti vomitum redirent) opprobria manerent & monumenta. Hiſce accedat, quod Moſes forſan ſpecula illa, ad uſum ſacrum quidem, ſed viliſſimum, in ſuperſtitionis nempe Ægyptiacæ ſugillati-

a In *not.* ad 1 *Cor.* 5. 10. b *Levit.* 19. 29. 30. c In *Euterp.* c. 64. d 2 *Mac.* 6. 4.
e *In exemplum Ophni & Phinees, idolorum ſcelera operamur in tabernaculo Dei.* In *Ezec.* c. 8. col. 748. f *Nat. Hiſt.* l. 33. c. 9. & 34. c. 17. g Lib. 7. de *Archit.* c. 3.

SECT. II. onem & contemptum separavit. Cum enim Moses specula illa ad labrum tantum æreum conficiendum, & abstersas sacerdotum sordes continendas adhiberet, & ea vix ad primum Tabernaculi limen admittere dignaretur; inde intelligere datum est, specula illa ex usu quem in ceremoniis Ægyptiacis olim habuissent, impuritatem non facile eluendam contraxisse.

QUARTO: nulla alia ratio satis solida assignari potest, quod * fœminæ Israeliticæ ad Templum aut Tabernaculum quotidie catervatim convenirent. Nullo enim præcepto, quod scimus, ad conventus illos habendos astringebantur: nec e Scripturis ostendi potest, fœminas illas ad Tabernaculum confluxisse, ut munere aliquo sibi incumbente ibi fungerentur. In gentilium quidem mysteriis sexus sequioris sacerdotes & mystas, partes præcipuas frequenter habuisse, testantur [a] Scripturæ & gentilium libri. Tantum autem abest ut Deus officium aliquod publicum in cultu suo fœminis assignaret, quod masculis e tribu tantum *Levitica* datum esset, ut Tabernaculi obirent ministeria. Sed & non nisi *Exod.* 23. 17. masculis diserte præceptum erat, ut sese ad Hierosolymam, festi alicujus celebrandi causa conferrent: ne scilicet impuritatis illius, quæ festi cujusvis ethnici pars magna fuit, species aut occasio aliqua relinqueretur. Quum itaque apertum sit nullum præceptum implendum, aut officium publicum præstandum hisce fœminarum conventibus occasionem dedisse; dicendum videtur eos a consuetis Ægypti ritibus ansam & exemplar accepisse, & fœminas illas non minore cum zelo & multitudine ad Dei Tabernaculum, quam olim ad Isidis templum & sacra confluxisse.

NON me latet e doctis nonnullos fœminas illas in puerperarum censu ponere, & lege de puerperis obstrictas ad ostium Tabernaculi conventus habuisse. Sic enim se habent legis verba, *Levit.* 12. 6. *Cum autem impleti fuerint dies purgationis ejus, — afferto agnum anniculum ad portam tentorii conventus sacerdoti.* Quibus verbis inductus *Schindlerus*, sic explicat [b] locum modo citatum *(quod concumberent cum mulieribus ad ostium Tabernaculi congregatis)* *qua*, inquit, *congregata erant ut efferrent sacrificia sua, nec tabernaculum ingrediebantur. Solebant enim quæ pepererant, impletis puerperii & mundationis diebus, magno agmine, tanquam exercitu, hinc inde convenire, ut irent ad domum Dei, & munera in lege præscripta offerrent. Exemplo est Hanna mater Samuelis.* Hæc ille in voc. צבא Et illius sententiæ haud gravatim accederem, nisi quod e Scripturis constet fœminas ad ostium Tabernaculi catervatim confluxisse, priusquam Moses manum ultimam ei apposuisset, aut Deus legem illam de puerperis tradidisset. Neque probabile est, puerperas, cum hostias offerrent, magno stipatas comitatu, & quasi facto agmine, ad ostium Tabernaculi se contulisse.

QUINTO: inde etiam sententia nostra firmari possit, quod sententiæ aliæ omnes de fœminis hisce una cum speculis ad Tabernaculum confluentibus, opera tam facili refelli possint. Ne quis autem hoc a me gratis dictum existimet, aliorum sententias ad examen breviusculum revocabo.

PRIMO itaque, sentiunt nonnulli fœminas illas specula sua, non ut instrumenta superstitiosa, sed dona voluntaria, secum attulisse, & pio animo in Tabernaculi usum obtulisse. Ea opinione fuit *Abarbanel*: [c] *mos*, inquit, *obtinuit apud fœminas Ægyptias se ad specula chalybea ornare.* Erat autem chalybs speculorum istorum tersus & præstantissimus, והנשים הקדישו ונדבו המראות והביאום אל פתח אהל וגו' i. e. *Et fœminæ illæ consecrarunt, & sponte voverunt ea specula attuleruntque ea ad ostium tentorii conventus.* Et cum vidisset Moses præstantiam illius chalybis, jussit ut ex eo conficeretur labrum *sacerdotum*. Eandem sententiam diu ante *Philoni* placuisse, constat e libr. suo 3. de *Vit. Mos.* p. 673, ubi de claris hisce fœminis sermonem faciens, κάτοπτρα, inquit, οἷς εἰς εὐμορφίαν εἰώθεσαν διακοσμεῖσθαι, μηδενὸς προστάξαντος, αὐτοκελεύστῳ προθυμίᾳ σωφροσύνης καὶ τῆς περὶ γάμον ἁγνείας, καὶ τοῦ γὰρ ψυχικοῦ κάλλους, ἀπαρχὴν πρεπωδεστάτην ἀπήρξαντο. *Specula ad quæ formam curare solitæ fuerant, sponte nemine jubente, Deo dedicaverant: seu primitias conjugalis pudicitiæ & pulchritudinis internæ decentissimas.*

HANC autem sententiam, quamvis claris nominibus cohonestatam, merito in quæstionem vocaverit prudentior quisque. Si enim fœminæ illæ specula sua in animi zelo divino rapti documentum Tabernaculo dedicarint; unde factum quod Moses tam egregiæ pietatis exemplum sine debito elogio præterierit? Mirum etiam sola fœminarum pectora zelo tam fervido in Deum & pietatem flagrasse, easque viros aliquos tantæ

* *Grot.* in *Luc.* 2. 37. [a] *Jer.* 44. 19. 2 *Reg.* 23. 7. *Ezec.* 8. 14. [b] 1 *Sam.* 2. 22. [c] *Comment.* in *Exod.* 38.

pietatis

pietatis comites aut æmulos non habuiſſe. Nec facile dictu unde tot fœminarum cœtus in unum idemque pietatis ſuæ documentum, ſpeculorum ſcil. dedicationem, conſpirarent; vel certo præſcire poſſent, poſt omnifarias congregationis totius oblationes, Moſen ſpeculis ſuis ad faciendum labrum conficiendum indigere potuiſſe. Sed neque veri ſpeciem præfert, tot fœminarum agmina ſuperſtitioſis Ægypti moribus innutrita, tam pia & religioſa repente prodire potuiſſe, ut ad oſtium Tabernaculi, zelo tantum & pietate duce, certatim confluerent & ſpecula ſua (quæ præ reliqua ſupellectile in deliciis habebant) Deo & ſacris dedicarent. Mores plane novos, ſimul & ſemel imbibere non ſolent hominum & fœminarum vulgus. Multo itaque probabilius eſt fœminas illas ſpecula ſua, & conſuetudine ex Ægypto petita, ad Tabernaculum attuliſſe, & Moſen ea, utpote ſuperſtitionis jam abolendæ inſtrumenta, ad uſum ſacrum quidem ſed paulo viliorem convertiſſe. SECT. II.

SECUNDO: mulieres illæ, (uti aliis non paucis placet) ſpecula ſua, tanquam, ſpretæ vanitatis priſtinæ & pudicitiæ futuræ teſtimonia, Deo conſecrarunt. Sic animum induxit [a] *Philo*, qui ſpecula illa Deo oblata, *σωφροσύνης καὶ τῆς περὶ γάμον ἁγνείας*, *ſobrietatis & pudicitiæ conjugalis indicia* appellavit. Idem *Aben-Ezra* ſenſus, in *Exod.* 38. Ubi ait, *fœminæ* illæ religioſæ, vana mundi oblectamenta contemnentes, נתנו מר אותיהם □ נרבה *ſpecula illa tanquam voluntariam oblationem, dederunt*, ad labrum conficiendum, quibus olim ad ornatum & elegantiam uſi ſunt: nil penſi habentes ea ad uſum priſtinum adhibere.

SED neque hæc ſententia quicquam ſolidius ſub pulchra ſuperficie continet. Quamvis enim ſuperſtitio omnem corporis neglectum & contemptum affectare doceat, & faſtum majore cum faſtu conculcare ſoleat; religio ſobria corpus decenter tractare docet, & medium ſervare inter tremulorum ſordes & fœminarum delicias. Minime itaque probabile eſt fœminas illas ex ornatus aut venuſtatis omnis contemptu ſpecula ſua Tabernaculo conſecraſſe. Vel ſi ideo ſpecula ſua Moſi tradidiſſent, ut ſpretæ vanitatis priſtinæ documentum ederent; eadem ratio ſuaderet, ut inaures, armillas, capitum tiaras, & reliqua [b] ſua ornamenta devoverent. Præterea, ſi fœminæ in veteris ſuæ vanitatis derelictæ teſtimonium, ſpecula conſecrarent; cur non & viri aliqui molles & delicatuli, qui tempus ſuum inter ſpeculum & pectinem partiri ſolebant, pietatem & pœnitentiam, ſuis etiam ſpeculis Tabernaculo dicatis, teſtarentur? Mirum profecto viros multos ad vanitatem, nullos autem ad pœnitentiam, pari cum fœminis paſſu inceſſiſſe.

TERTIO: ſentiunt alii fœminas illas ſpecula, tanquam ſuperſtitionis Ægyptiæ reliquias ſecum ad Tabernaculum attuliſſe & Deo conſecraſſe, ut ſe cultum Ægyptiacum deſeruiſſe, & Deo ſe totas addixiſſe, ritu illo profiterentur. Atque hæc ſententia, ni mentem ſuam male capiam, *S. Cyrillo* tribuenda eſt, qui de mulieribus & ſpeculis illis ſic animi ſenſum [c] explicat: *γύναια δὲ τὰ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ λείψανα τῆς ἐν Αἰγύπτῳ λατρείας ἐν ἰδίοις σκεύεσιν εὑρηκότα, τουτὶ δὴ τὰ κάτοπτρα προσεκόμισαν εἰς καρποφορίαν, ἵν᾽ ᾖ καὶ εἰς τὸ τοῦ λουτῆρος μετεσκευάσθη χρῆμα* Idem & *Procopium* exiſtimaſſe, probant verba ſua ante paucas paginas citata.

AT neque hæc ſententia (ſalva tantorum virorum reverentia dictum eſto) rationi conſona videtur. Si enim fœminæ illæ animos a cultu Ægyptio alienos adeo habuiſſent; ſpecula illa, utpote cultus Ægyptii reliquias, diu antea vel perdidiſſent, vel ad ſacra vaſa conficienda conſecraſſent. Neque veriſimile eſt, fœminas (quæ [d] ſuperſtitionis duces haberi ſolent) ſuperſtitionis Ægyptiacæ venenum viſceribus ſuis adeo penitus incoctum, tam cito evomere, & ad mentem plane ſanam redire potuiſſe: cum præſertim apertiſſime conſtet, ſuperſtitionis Ægyptiacæ morbum tam alte cœtus totius medullis inhæſiſſe, quod nulli remedio cederet. Deinde, modo ſpecula ſua Tabernaculo in ſuperſtitionis abdicatæ teſtimonium dederint, vix dici poſſit cur tot fœminarum turmæ ſpecula illa tam diu retinerent; in eorum autem oblatione tam cito & unanimiter tandem conſpirarent.

SI Lector conſultus hæc omnia in unum collegerit, eaque rite æſtimaverit; parum dubito quin inter dogmata ſaltem probabilia ſententiam meam numeraverit: Moſen ſcil. cœtus illos fœmineos, quamvis ex Ægypti moribus oriundos, toleraſſe: dum interim fœminarum ſpecula, utpote ſuperſtitionis antiquæ indicia & monumenta, ea in labrum æneum convertendo, aboleverit.

a Loc. jam citat. b *Exod.* 33. 4. c Lib. *ſupr. laud.* vid. pag. 1090. d *Ἅπαντες τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας.* *Strab.* Geogr. L. 7. p. 456. A.

SECT. III.

SECT. III.

Objecta diluuntur.

QUO minus ea quæ dixi omnia fide languida quiſpiam amplexetur, objectioni uni & alteri neceſſario reſpondendum eſt.

PRIMA hujuſmodi eſt: omnium conſenſu receptum eſt, fœminas illas non ſuperſtitionis, ſed devotionis gratia, & ut eo promptius orationibus vacarent, ad oſtium Tabernaculi acceſſiſſe. Nam *Chald. Paraphraſtæ*, *Onkelos* & *Jonathan* fœminas illas הצובאות per ראתין לצלאה *quæ veniebant ad orandum*, [a] interpretantur. Et [1] *Joſephus*, Eli hiſtoriam referens, aſſerit filios ejus, *γυναῖκας τὰς ἐπὶ θρησκείᾳ παραγινομένας*, *fœminas religionis gratia* ad Templum *convenientes polluiſſe.*

ITA quidem Veteres exiſtimarunt, & eidem opinioni Interpretes pleroſque modernos favere non diffitendum eſt. Neque ſane is ſum ego qui de fœminis illis quamvis Ægypto nuper egreſſis, temere & ſine ratione quicquam ſequius cogitare velim. Id unum contendo ipſe, conventus illos muliebres (prout & alia aliqua originis ethnicæ in cultum divinum recepta) ab uſu aliquo Ægyptiaco exordia habuiſſe. Et partim quidem fœminarum earum zelo, præcipue vero ſeculi conſuetudini originem debuiſſe. Si enim fœminæ illæ, zelo tantum & pietate tactæ, Tabernaculum adiiſſent; qui factum eſt ut eo הצבאות turmatim confluerent, & quod viros ſuos in pietatis ſuæ ſocietatem non advocarent? quare etiam Moſes a fœminis ad oſtium Tabernaculi ſolummodo congregatis, ſpecula ad labrum conficiendum acciperet; quaſi fœminarum in tentoriis privatis rem divinam & familiarem curantium pietatem parvi æſtimaret? Mihi itaque probabilius videtur, fœminas *Exodi* 38. memoratas, Dei quidem colendi gratia, ſed animis plurimum fermenti Ægyptiaci adhuc retinentibus, ad Tabernaculum confluxiſſe: & Moſen earum conventus, utpote non minus ad pietatem quam olim ad ſuperſtitionem promovendam accommodos, approbaſſe: earum autem ſpecula (ſuperſtitionis Ægyptiæ λείψανα) non violenter quidem, ſed honeſte & cum honore aliquo abſtuliſſe.

SECUNDA Objectio ita ſe habet: ſententia mea ipſo telo ſuo præcipuo, verſione ſcil. Græca, confodi videtur: quamvis enim Græci fœminas illas הצבאות in *Exodo* vocent *τὰς νηστευούσας αἳ ἐνήστευσαν*, in ſacra tamen hiſtoria eaſdem [b] appellant *τὰς παρεστώσας παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου.* Ideo autem Interpretes Græci fœminas illas *παρεστώσας* vel *adſtantes* appellaſſe videntur, eo quod orandi cauſa ad oſtium Tabernaculi congregatæ fuerint: nam apud antiquos Judæos moris erat, in locis præſertim ſacris & publicis, non niſi [c] ſtantes deo ſupplicare. Abſurdum autem eſt exiſtimare LXX unam eandemque vocem Hebræam, in *Exodo* de fœminis ſuperſtitioſe jejunantibus, & 1 *Sam.* 2. de iiſdem pie orantibus, interpretari voluiſſe.

SI res tam perplexa & obſcura divinationem pateretur, crederem fœminas in *Exodo* memoratas, (utpote Ægypto nuper egreſſas) ſuperſtitione magis quam religione, & moris Ægyptiaci magis quam cultus Deo præſtandi ſtudio ductas, ad tabernaculum catervatim confluxiſſe: ideoque titulo *νηστευουσῶν* *fœminarum quæ olim jejunaverant*, in Iſidis nempe ſacris, appellantur. Hoc & eo credibilius, quoniam nec Lex nec ratio poſtulaſſe videntur, ut fœminæ illæ Tabernaculum aditturæ & ordinaria cultus munia peracturæ, ſolenne jejunium, præparationis vice, perpetuo celebrarent. Fœminæ vero Samuelis tempore, quamvis ad oſtium Tabernaculi, more a majoribus propagato, congregatæ, ſuperſtitionem tamen omnem decoxiſſe videntur, & eo tantum animo conveniſſe, ut preces funderent, & ſacris peragendis, qua licuit, intereſſent. Ideoque interpretes Græci fœminas priores *νηστευούσας jejunantes*, has autem *παρεστώσας adſtantes* vel orantes, prudentes appellaverint. Hiſce omnibus ſubjungi poteſt, veriſimile eſſe Moſen fœminarum illarum jejunia, conventus, ſtationes, æque ac ſpecula, quamvis origine ſuperſtitioſa, in uſum vere religioſum convertiſſe. Neque ſine ratione ſuſpicatur [d] *Grotius*, fœminas baſce jejunantes & ad oſtium Tabernaculi ſtare ſolitas, originem dediſſe piis illis e Judæorum Eccleſia fœminis (quarum Anna notæ præcipuæ fœmina) quæ a Templo vix unquam abſcederent, & *νηστείαις καὶ δεήσεσι*, jejuniis & pre-

a *Exod.* 38. b Vid. *Exempl. Alex.* in 1 *Sam.* 2. 22. c Vid. *Buxtorf. Lexic. Talmud.* in voc. עמד Et *Hammond.* in *Mat.* 6. 5. d *Annot.* ad *S. Luc.* 2. 37.

1 *Antiq.* L. 5. cap. 10. p. 219. 25.

cibus

cibus diu noctuque vacarent, quarum etiam pietatem Apostolus viduis suis inprimis commendat: 1 ad *Tim.* 5. 5. SECT. III.

TERTIO: objiciet forsan non nemo, vix credi posse fœminas illas animo tam lubenti, & nullo hortante, specula sua Deo & sacris dicare voluisse; modo illa ex more aut superstitione Ægyptiæ ad Tabernaculum attulissent. Nec facile est divinare, unde nova religio earum animos ex improviso occuparet, ut ipsa specula sua, superbiæ & superstitionis suæ instrumenta, tam prompte repudiarent.

HIC tenebris cimmeriis me versari fateor, ideoque conjecturis solummodo palpanda veritas. Quantum itaque conjectura assequor, fœminæ illæ ob duas præcipue rationes specula sua animo tam prompto & propenso, Tabernaculo obtulerunt.

(1°.) INSTITUTI vetustissimi fuisse videtur, ut fœminæ primarium aliquod mundi sui muliebris instrumentum, ad peculiare aliquod superstitionis monumentum conficiendum, Numini suo solenniter dedicarent. Hoc e verbis [a] *Plutarchi* non temere colligamus, *αἱ μὲν οὖν Ῥωμαίων γυναῖκες εἰς ἀπαρχὴν τῷ Πυθίῳ Ἀπόλλωνι τὸν κόσμον ἐπέδωκαν, ὅθεν ὁ χρυσοῦς κρατὴρ εἰς Δελφοὺς ἀπεπέμφθη Sane Romanæ mulieres mundum suum Apollini Pythio dederunt primitiarum loco: ex quo aureus crater confectus Delphos venit.* Fœminas etiam Ægyptias, aliasque, specula sua religioni dicasse, ex *Apuleio*, *Seneca*, *S. Cyrillo*, & *Procopio*, quos rei hujusce testes adhibui, manifestum sentio. Quibus addo *Laidis* [b] verba,

Lais anus Veneri speculum dico dignum habeat se
Æterna æternum forma ministerium.

Viros etiam molliores dono consimili honorem cultumque Numini quandoque tribuisse, a [c] *Papinii* verbis conjicere licet: *Earinus Germanici Dei nostri libertus scit, quamdiu desiderium ejus moratus sim, cum petisses ut capillos suos, quos cum gemmata pyxide & speculo ad Pergameum Asclepium mittebat, versibus dedicarem.* Ex hujusmodi instantiis concludit [d] *Serarius*, diabolum, fœminarum illarum donaria æmulantem, *effecisse, ut pari postea modo, specula sibi a Gentibus offerrentur.* At multo probabilius est, morem illum specula & hujusmodi alia ornatus muliebris instrumenta consecrandi morem, diu ante Legem datam inter gentes obtinuisse: & fœminas Israeliticas non paucas specula sua, ex more recepto, Numini suo addixisse. Nisi quod ex iis nonnullæ forsan specula sua Deo & sacris dedicarent, ut zelum suum erga Deum iisdem donariis quibus Isidem olim colebant, indicarent.

(2°.) NONNULLÆ forsan e fœminis illis animo eo magis propenso specula sua Deo obtulerunt, quod moris esset, in omni mutatione, insignia vel instrumenta vitæ anteactæ Deo alicui consecrare. Sic Virgines pubertatem consecutæ [e] *Veneri donabant pupas*, & zonam virginalem nubentes suspendebant. Gladiatores emeriti Herculi arma sua consecrabant. Hinc illud [1] *Horatii.*

——— Vejanius, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

Apud *Ausonium* jam laudatum, Lais, jam anus facta & levitatibus amatoriis valedicens, *Veneri dicat speculum.* Pueri jam Ephebi bullam suam auream & catenam Laribus vovebant unde [2] *Horatius,*

——— Donasset jamne catenam
Ex voto Laribus, quærebat:

Timon apud *Lucianum*, e rustico vitæ genere se recipiens, *rhenonem & ligonem suspendit Pani.* Et ita forsan Dei miracula & Mosis consilia apud fœminas saltem nonnullas valuere, ut specula sua, in I dis olim mysteriis usurpata, Jehovæ consecrarent, ut animi in melius mutati & Deo soli devoti perpetua manerent testimonia. Sed vereor ne argumenti hujusce satietas Lectorem jamdudum ceperit. Ad mores alios absque ullo præcepto, e Gentilismi veteris usu in Judaismum receptos, transeamus.

a Lib. de *vitand. ære alien.* p. 828. C b Apud *Auson. Epigr.* 55. c *Præfat.* ad L. *Sylvar.* 3.
d *Machab. Harmon.* p. 380. e *Casaubon.* ad *Pers. Sat.* 2. p. 220.
1 *Epist.* L. 1. *Ep.* 1.
2 *Serm.* L. 1. *Eclog.* 5.

CAP. II.

CAP. II.

Aquæ libatio.

AQUAM, libaminis loco, Deo offerre, nullibi io Lege præceptum legimus; ideoque ritum illum in facros Judæorum mores receptum fuisse, apud nonnullos forsan vix fidem habiturum est. Sed nullum ea de re dubitandi locum relinquunt Scripturæ testimonia & vetera Judæorum monumenta.

INTER Scripturas, fua fatis loce clarum existimo locum illum, 1 *Sam.* 7. 6. Ubi hæc de Israelitis, cultus Baalitici pudore & pœnitentia ductis, legimus: *& congregaverunt se ad Mitzpam*, ubi *haurientes aquam, effuderunt coram Jehovah, & jejunantes illo die, dixerunt, peccavimus in Jehovam.* Quem locum, ad mentem procuIdubio Judæorum veterum, [a] *Josephus* hac paraphrasi donavit. [Ἐν] Μασφάτῃ — ὑδρευσάμενοί τε, σπένδουσι τῷ Θεῷ, καὶ διανηστεύσαντες ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐπ' εὐχὰς τρέπονται. In *Mispatim* — *hausta aqua libaverunt Deo, indicto unius diei jejunio* publice *supplicatum est.* Josepho, hac in re, fidem eo libentius habeamos, quod Samuel verso præcedente, supplicationem solennem (cui facrificium aut libameo conjungi solebat) instituerit. Ritus hujusce usum confirmat etiam locus ille cognatus, 2 *Sam.* 23. 16. *Perruperunt tres isti potentes per castra Philisthæorum, & haustam aquam e cisterna Bethlehem* —— *attulerant ad Davidem*: qui *noluit bibere eam, sed eam Jehova* יסך *effudit*, vel * libamenti nomine obtulit. Nam Scriptura, de libationibus loquens, vocem illam usurpare solet. Et certe Davidem aquam illam religiose & solenniter, Deo libaminis vice obtulisse, sat probant loci totius circumstantiæ, præcipue vero, quod eam *sanguinis* (soli Deo libandi) nomine appellaverit. Idem & Antiquis visum est: nempe [b] D. *Hieronymo* [2]: qui factum Davidis memorans, *sacrificavit*, inquit, aquam *Domino, gratias agens, quia tam fortes viros in Israel dederat*: & [c] *Cedreno*, qui LXX sequutus, sic textum explicat; *Davides* Ducum suorum *fortitudinem admiratus* οὐκ ἔπιε τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἔσπεισεν αὐτὸ τῷ Κυρίῳ, *non bibit aquam, sed libavit eam Domino*: ita *fatus, propitius mihi sis Domine*, &c. Hujusmodi vero libandi genus eo minus mirum cuiquam atque insolens videri possit, cum Judæis in more esset aquam cum pompa in Tabernaculorum festo, ex fonte Siloæ haurire, & in altare libantes fundere. Ritus hujusce veritatem confirmant, aut illius peragendi modum referunt, *Chald. Paraphr.* in *Cantic.* 4. 15, 16. *Maimonid* in *Succah*, fol. 51. 1. *Buxtorf.* in *Lexic. Rab.* voc. שאב *R. Sheringham.* in *Cod. Jom.* c. 2. *Hammondus* noster in not. ad cap. 7. *S. Johan.* v. 37. *Saubertus* de *Sacrific. vet.* c. 25. *Hackspan.* in [3] *Disput. Philolog. Lightfoot. Hor. Heb.* in *S. Johan.* 7. 2, & 38. aliique, a studioso Lectore facile consulendi. Mihi de solenni illa aquæ libatione, in festo Tabernaculorum usitata, nil aliud in præsens dicendum superest, nisi quod Salvator noster ad ritum illum respectum habuisse credatur, *Johan.* 7. 37, 38. Et ex aquis in altare tunc temporis effusis, de aquis vivis loquendi occasionem arripuisse.

SI a Judæis ad gentes alias transeat fermo, multis veterum testimoniis ostendi possit, eas etiam omnes aquæ libationem, cum facra facerent, nonnunquam usurpasse. *Ægyptios* ritum illum in mores suos facros recepisse, testantur [d] *Porphyrii* illa, ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἁγίου Σαράπιδος, ἡ θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ φαίνοντος. *Cum Serapidis sacrarium aperitur, cultus igne & aqua absolvitur: hymnorum decantatore aquam libante, & ignem ostendente. Æthiopum* gentem sic etiam libare solitam ex [e] *Heliodori* verbis conjicere licet: Κἀγὼ δὲ τοῦ λιβανωτοῦ λαβὼν ἐπέθυσα, καὶ ὕδατος ἔσπεισα, &c. *Postea vero accepto thure adolevi, & aqua libationes feci.* Hoc ritu *Syros* & alios ex oriente idololatras, Numinibus suis cultum tribuisse, e verbis *Maimonidis* colligamus: qui ceremoniam illam inter alias ab ethnicis in usu, & a Deo vetitas nomeravit: lib. de *idol.* c. 5. §. 9. Ubi ait, [1] *qui amplectitur idolum aut osculatur* — *qui verrit* והמרבץ לפניה *vel aquam effundit coram eo* — *transgreditur præ-*

a *Antiq.* l. 6. c. 2.
* Καὶ ἔσπεισεν αὐτὸ τῷ κυρίῳ, LXX.
b *Tradit. Hebr.* in *Paralip.*
c *Histor. Compend.* p. 87.
d De *Abstin.* l. 4. §. 9.
e *Æthiopic.* l. 4. p. 189.

1 Vid. pag. 410.
2 *Disp.* de *Spirit. S.* p. 488.
3 Eadem cultus species legere est apud *Sanhedrin.* c. 7. §. 6. Vid. *Surenhus. Mischn.* P. 4. pag. 233. Ubi *Coccejus* המרבץ interpretatur *collocat* i. e. ponit in loco *idolis* sacro. *Dion. Vossius* arbitratur hanc versionem originem acceptam referre voci Heb. רבץ *cubare*; aut usui ejus *Rabbinico*; quo Magistri *Legem docentes*, vocantur מרביצי תורה *Aquam* autem *effundit* potius vertendum statuit, suffragante *David de Pomis*, & ipso *Maimonide.* Vid. *Voss.* in *Maimon.* de *idol.* p. 24.

ceptum

ceptum [1] *nec servies eis.* Ubi ex ipso loquendi modo constare potest, *Maimonidem*, non aquam ad purgandum idoli templum, sed ipsi idolo libandam, intellexisse. Hunc ritum in Romanorum etiam sacris locum invenisse, testimonio est [a] *Ovidii* distichon, CAP. II.

> *Sacra Jovi facturus erat: jubet ire ministros,*
> *Et petere e vivis libandas fontibus undas.*

Græcos etiam, diu antea, aquam libaminis vice quandoque effudisse, ex *Homero* discimus, *Odyss.* M. ubi socios Ulyssis bobus mactatis, aqua libasse asserit. Apud Græcos autem, hujusmodi libationes [b] Νηφάλια; ipsum offerendi munus, [c] Νηφαλιεύειν; & βωμοὶ, aqua tantum, non vino imbuti, [d] Νηφάλιοι dicebantur.

Cum itaque ubique pene gentium obtinuisset, Numen vel tenui aquarum libamine honorare; verisimile est sacrorum magistros in Ecclesia Judaica, huic etiam libationis generi locum in cultu publico tribuisse, ut ritu illo Deum non minus aquæ quam terræ dominum profiteri, nec quicquam juris in vilissimam creaturam fictitiis mundi Numinibus concedere viderentur. In hanc autem sententiam veni,

Primo: quod mos aquam libandi, legem Mosaicam antiquitate superare non immerito censeatur. Nam [e] *Porphyrius* primum inter sacra locum τοῖς ὑδροσπόνδοις tribuit. En verba auctoris: τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν· νηφάλια δ' ἐστὶ τὰ ὑδρόσπονδα· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μελίσπονδα· *Antiqua sacrificia apud plerosque nephalia erant: sunt autem nephalia in quibus aqua libatur: postea melle libabant.* Hisce consona quæ apud *Lucianum* occurrunt, Lib. de *Dea Syria*: ubi, cum de templo vetustissimo quod erat Hierapoli agere cœpisset, sic more vetere comparatum refert, ut non solum sacerdotes, sed & omnis Syria Arabiaque ingentem aquarum vim, bis quotannis e mari ferrent, & in templum effunderent. Hunc autem ritum, inquit, nonnulli a Deucalione institutum senuunt, συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα, *in calamitatis simul* (diluvii scilicet) *& salutis* suo tempore partæ *memoriam.* Mihi veritati propius videtur, hunc aqua libandi ritum primis a Diluvii seculis originem habuisse, atque inde ad gentes pene omnes propagatum fuisse. Cum enim primi mundi incolæ, qua essent simplicitate, herbis, farina, glande, placenta, & potu e fontibus hausto vitam, simplicem & luxus ignaram sustentarent: non a vero abludit eos arida & humida illa tenuiora, quibus ipsi vescerentur, Deo etiam in grati & devoti animi testimonium obtulisse, & quasi ad mensam posuisse. Atque inde natum videtur, ut (si forte vinum deficeret) aquam juxta veterem sacrorum morem, libantes usurparent. Huc spectant [f] *Plinii* verba, *Posthumia lex est: vino rogum ne respergito. Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo dubitet. Mola tantum salsa litant, qui non habent thura. Nec ulli fuit vitio Deos colere quoquo modo posset.*

Secundo: ad sententiam nostram firmandam non parum conferat, quod aquæ libationem nullibi a Deo præceptam aut permissam legamus. Vinum quidem, siceram & oleum sæpius, aquam autem nusquam in libaminum censu positam reperiamus. Par est itaque ut Judæos aquas illas quas e Dei lege non poterant, e seculi more traxisse credamus: quamvis enim Judæi plurima præter legem Dei fecerint, non patitur tamen Judæorum veterum ingenium ut eos quicquam præter gentium morem sponte fecisse sentiamus. Sat scio Judæos rationis hujusce virturem minime percepturos: quamvis enim aquæ libatio nullo scripto præcepto, ea tamen (si Judæos audiamus) præcepto orali vel traditionali abunde confirmatur. Ita [g] *Maimonides* sensisse videtur: ait enim, de ritus hujusce fundamento loquens, יש לו מזים [illegible] נסתרים בתורה וגו' *sunt occultæ quædam signa ejus in lege: verum illi qui non credunt legi orali, non credunt* huic articulo de *libatione aquæ.* At signa illa occulta, & legem traditionalem, tanquam ignorantiæ & fiduciæ Judaicæ Sanctuaria, non immerito babeamus. Nam signa illa quod spectat, ea [illegible]נסתרים *occulta* non sine causa appellavit *Maimonides*, utpote quæ subtilissimorum oculorum aciem hactenus effugerunt. Nec facile sententiam suam, de ritu illo lege traditionali confirmato, cordato alicui probaturus est: cum minime probabile sit Deum sacrorum aliorum materiam & ritus minutulos scriptis mandare; aquæ vero libationem,

a *Met.* l. 3. v. 26. b Νηφάλια λέγουσι θύειν, ὅταν ὕδωρ ἐπισπένδωσιν *Auctor. Etym. mag.* in voc. νήφω. c *Jul. Poll.* l. 6. c. 3. d *Hesych.* in voc. e De *Abstin.* l. 2. §. 20. f Lib. 14. c. 12. & in *Præfat.* g *Comment.* in *Mischn. Succah.* cap. 4. §. 9.

1 *Exod.* 20. 5.

CAP. II.

tanta cum ſolennitate peractam, lege tantum traditionali, oblivioni & mutationi obnoxia, ſancite voluiſſe. Hiſce forſan rationibus perſuaſi, alii e Judæorum magiſtris ad auctoritatem *Jeſaiæ* confugiunt, aquæ libationem (uti ſentiunt illi) & ingentem lætitiam qua ritus ille celebrari ſolebat, diſerte præcipientis: *Jeſai.* 12. 3. Sic enim [a] tractatu jam laudato legimus, *dicitur* בית השואבה *locus hauſtionis*, quia ſic ſcribitur, *& haurietis aquas cum lætitia ex fontibus ſalutis.* At ſi verum amamus, Judæorum opinioni de textus bujuſce ſcopo & mente haud multum tribuemus: nam apertum eſt locum illum de ingenti gaudio intelligendum eſſe, quo gentiles olim e reſignatis ſalutis fontibus aquas doctrinæ ſalutiferæ accepturi eſſent. Nec ab hoc ſenſu multum abit *Chaldæus Paraphraſtes*, ſic textum explicans, *& recipietis doctrinam novam in gaudio ab electis juſtorum.* Quod autem Judæi tam longe a genuino textus illius ſenſu aberrarint, a recentiore gentis illius more veniſſe arbitror. Quum enim traditiones & mores ſuos antiquiores ad veras ſuas origines revocare neſciant; ſpecioſos aliquos Scripturæ locos, qui in extima verborum ſuperficie ritibus ſuis favere videntur, inveſtigare ſolent: ut ſpurii & emortui ſuperſtitionis ſuæ fœtus in Scripturæ quaſi ſinu poſiti, inde ortum ducere credantur, & eo majore in honore habeantur.

TERTIO: inde etiam ſententiæ noſtræ fides accedat, quod gentium veterum mores aquam in Dei honorem quandoque libari, poſtulaſſe videantur. Nam apud gentes vicinas ex more obtinuit, ut aquæ libatione in ſacrificiis parentalibus & cultu Diis inferis & terræ præſtito, tanquam ritu pene proprio uterentur. Hoc e [b] *Feſto* aliiſque diſcimus: potiſſimum *Inferis*, ait ille, *aqua libabatur:* exinde *Arſeria dicta*, quod Inferis ferretur. *Feſto* conſentiunt gloſſæ, quibus *Adſerial*, ὕδωρ τὸ ἐπὶ τῶν νεκρῶν σπενδόμενον· Ideoque ſenex ille apud [c] *Heliodorum* morem & legem ſacrorum adamuſſim obſervavit: nam Heroibus rem ſacram facturus, ἀπῆρχε τῆς φιάλης ἄκρατον τὸ ὕδωρ· τοῦτο καὶ σπένδω μὲν ἔλεγε θεοῖς ἐγχωρίοις τε καὶ Ἑλληνίοις, &c. *effundebat ex phiala meram; aquam & libo, dicebat, Diis hujus terræ, & Græcis, & ipſi Apollini Delphico, ac inſuper Theageni & Chariclia*, &c. Cum itaque in morem gentibus abiiſſet, ut Diis inferis & mortuis, aquæ libatione tanquam ritu pene proprio, cultum exhiberent; ſi rem rite putemus pietati & rationi conſentaneum erat, ut Judæi aquæ libationem ſolenniter præſtandam inſtituerent; ut ritu illo in Dei honorem uſitato teſtatum facerent, ſe libationes in Mortuorum ceremoniis uſurpatas deteſtari, & ſe Deum unum aquæ & terræ dominum agnoſcere & venerari. Huic rationi ſubſidii non parum præbet locus ille modo citatus, 1 *Sam.* 7. 6. quo Iſraelitæ, in converſionis ſuæ [d] nuperæ a cultu Baalim teſtimonium, aquas Jehovæ effudiſſe dicuntur. Erant enim Baalim illi Heroes quidam de genere humano præclare olim meriti, quos vita functos, ſuperſtitioſa poſterorum reverentia in numinum cenſum cultumque vocavit. Iſraelitæ autem, τῶν Baalim vel mortuorum ſacra celebrantes, iis aquæ libatione, pro * more in parentalibus recepto, cultum exhibuiſſe videantur. Cum itaque cultus illius ſuperſtitioſi eos jam ſerio pœniteret, magnam vim aquæ, libamenti nomine, coram Jehova effuderunt; ut ritum illum in Dei honorem uſurpantes, ſe cultum Baaliticum prorſus deſeruiſſe teſtarentur.

QUARTO: hoc etiam ſententiæ noſtræ fidem firmiorem facit, quod Judæi & Gentiles, aquam libantes, circumſtantiis nonnullis levioribus ab invicem diſcreparent, nec eodem plane ritu officio illo fungerentur. Nam (1°.) Judæi, lætitia ſupra quam dici poſſit maxima geſtientes, hoc libandi munus peragebant. Inde in proverbium abiit, [e] *quicunque non vidit lætitiam propter hauſtionem aquæ, non vidit unquam lætitiam ullam.* At veriſimile eſt ethnicos triſti ſilentio & facie lachrimis & luctu ſqualida aquas libare ſolitos, eo quod libatio illa in mortuorum ſacris potiſſimum obtineret. Hinc forſan ſenex ille jam [f] memoratus *aquam libavit*, καὶ ἅμα ἐδάκρυσεν, *& ſimul collachrymavit.* (2°.) Judæi tres aquæ logos totidem vini logis commixtos in feſto offerebant: ethnici autem (cum Θεοὺς quoſdam θείους colerent) ὕδωρ ἄκρατον *aquam meram* libabant, ſi forte rem ſacram in eorum honorem celebrarent. (3°.) Judæi aquas e fonte tantum Siloe petitas offerebant, nec magis aqua quam igna quolibet ad ſacra utebantur. Neque ethnici in quibuſdam ſacris cujuſlibet aquæ uſum promiſcuum permittebant: in cujus rei fidem audiamus [g] *Callimachum.*

a *Maimon.* in *Suc.* c. 8. §. 1. b In voc. *Arfer.* c *Æthiopic.* l. 2. p. 98. d V. Verſ. 4. * Vid. *Heinſ.* in *Sil. Ital.* l. 13. *Meurſium.* de *funer.* cap. 29. & *Kirchman.* de *fun. Roman* l. 4. c. 2. e *Succah.* apud *Miſchn.* c. 5. §. 1. f Apud. *Heliod.* loc. citat. g *Hymn.* in *Apoll.* verſ. 110.

Ανο

Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι,
Ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον·

Cereri non ex omni fonte *aquam libant Melissa:*
Sed qui purus & nulla sorde infectus proserpit.
Fonte e sacro parvus latex, summus aquarum flos.

At interim certum est ethnicos, pro varia [a] Deorum suorum ingenio, aquas e variis fluviis & fontibus altaribus attulisse. (4°.) Ethnici frequenter, Judæi autem non nisi in anniversario Tabernaculorum festo aquas solenniter libasse perhibentur: nempe ut, frugibus jam collectis, se pluviam & tempora frugifera Deo, non δαίμονι alicui, accepta referre, ritu illo indicarent. Ex hac autem circumstantiarum discrepantia facile est inferre, aquas in Judæorum cultu libari solitas e gentilismi veteris usu dimanasse; & Judæos aquas libandi ritum ita ab ethnicismi fæcibus repurgasse, & ad simplicitatem primævam reduxisse: ut aperte constaret eos ritum illum, non in mortuorum, sed Dei viventis cultum & honorem usurpare.

HISCE omnibus opponi possit, quod Veteres Judæi aquam libantes, ad Legis divinæ scopum potius quam Gentium usum respexisse videantur. Norant scil. altare, nomen & usum [b] *mensa* obtinere; sacrificium etiam convivii cujusdam divini titulum & speciem gerere, in quo caro & farina oblata Dei [c] cibus, & libamen illius quasi potus habebatur. Cum itaque Orientales in conviviis suis, nunc vinum, nunc aquam, frequentius autem vinum aqua dilutum adhiberent; Judæi se Dei convivium, ad legis saltem præscriptum instruxisse credebant; si ad morem apud homines receptum, vinum purum, vel mixtum, imo si aqua mera nonnunquam in sacra funderetur, & Deo quasi bibenda proponeretur. Quamvis enim Lex vinum sincerum, germanam uvæ sobolem, in sacrificiis exigeret; Judæi vinum aqua maceratum frequentius offerebant. Hoc e Judæorum traditione nos docet [d] *S. Hieronymus*, [r] dicens, *notandum quod vinum, quod Deo in sacrificium offerebatur, aqua mixtum erat.* Quidni itaque credamus Judæos, aquam nonnunquam offerentes, generalem Legis scopum, & civilem (potius quam superstitiosum) gentium aliarum morem in earum conviviis obtinentem, ante oculos habuisse? Object.

RESPONDEO: si quis animo volvat, quot ceremoniis plane singularibus illa aquæ libatio perageretur; quanta cum solennitate & lætitia Judæi munere illo fungerentur; quod sacerdotes aquas libandas nonnisi e Siloamo peterent; & cum venirent ad *portam aquarum* (sic dictam forsan, quia per eam lata est hæc aqua e Siloamo hausta) tubarum & buccinarum sonitu complerent omnia; quod altare tribus minimum aquæ mensuris [e] quovis festi die perfunderetur. Si quis, inquam, hæc & alia quæ dixi serio recolat, sibi facile persuadeat hæc omnia, consilio plane singulari, & in superstitionis alicujus ethnicæ remedium, primitus instituta. Sol.

CAP. III.

Usus Musica in Sacris celebrandis.

JUDÆORUM festa & sacra solenniora, non choreis solummodo tripudiisque, sed canticis & concentu musico decorata fuisse; multa Scripturæ Canonicæ & Apocryphæ testimonia luculenter indicant. Ex iis verba illa *Numer.* 10. 10. primo observanda veniunt: *in die quoque letitia vestra, & in solennitatibus vestris, & in principiis mensium vestrorum, clangetis tubis: similiter clangetis tubis ad holocausta vestra, & ad sacrificia Eucharistica vestra.* Tubis ea in lege institutis, sub Davidis tempora ingens accessit Cantorum, Tubicinum, & instrumentorum musicorum numerus. Nam 1 *Paral.* 16. 40, 41, 42. David coram Arca reliquisse dicitur sacerdotes *ad offerendum holocausta Jehova in altari holocausti; & cum iis Hemanem & Jeduthunem, una cum tubis* fois *& cymbalis*, aliisque *instrumentis musicis.* Salomonis tempore *Levita induti bysso*,

a V. *Kirch. Oedip.* T. 1. p. 233. b *Malac.* 1. 12. c *Num.* 28. 2. d *Tradit. Hebr.* in *Paralip.* col. 50. e Omnibus *festi* diebus facta est libatio aquæ in altari cum vino. Res nunquam alias usitata. *Lightfoot. Hor. Hebr.* in *S. Joh.* c. 7. v. 2.

r Vid. pag. 410.

CAP. III.

cum cymbalis, psalteriis, & citharis, stabant ad orientem altaris: & cum eis sacerdotes centum & viginti, buccinantes in tubis: 2 *Chronic.* 5. 12. De Hezechia etiam testantur annales sacri, quod *restituerit Levitas in domo Jehovæ, cum cymbalis, cum nabliis, & cum citharis*: 2 *Chronic.* 29. 25, 26. Deinde sequitur, *edixit Hezekiah ut offerrent holocaustum in altari: & quo tempore cœpit holocaustum, cœpit musica Jehovæ, cum ipsis tubis & instrumentis Davidis regis Israel*: com. 27. Hæc etiam sacrificia scil. & cantica, apud prophetam *Amosum*, tanquam comites individui, conjunctim veniunt: Cap. 5. 22. 23.: *si obtuleritis mihi holocausta, — non acceptabo: & pacifica vestra non respiciam. Aufer a me sonitum canticorum tuorum, & melodiam nabliorum tuorum non audiam.* Constat etiam e Sitachide, dum *libamen* in altare effunderetur, sacerdotes *tubis suis ductilibus sonuisse*: *Eccl.* 50. 16. Quibus subjungit, *& laudaverunt* [οἱ ψαλτῳδοί] *cantores vocibus suis: & in plurimo sono dulce factum est melos.* Vers. 18. Cantores eos sacros ad nutum Præfecti cantorum munera sua præstiterunt, & Tubicines novem vicibus ad sacrificium juge matutinum, novum etiam ad sacrificium juge inter vesperas clangotes ediderunt; si quid [a] *Maimonidis* testimonio tribuendum sit.

NEC apud Judæos solummodo, sed exteros quoque solenne erat, ut sacra sua tripudiis, canticis & omnifariis musicæ instrumentis decorarent. Sic morem sacrorum apud Græcos habuisse, docent [b] *Luciani* illa, ἐν Δήλῳ δὲ οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ, καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο· *In Delo nulla sacra peragebantur, quibus saltatio non fuisset adhibita: sed cum illa, & cum musica cuncta* persolvebantur. In sacris Bacchi & aliorum Deorum, οἱ κυμβαλίζοντες καὶ τυμπανίζοντες, *Arriano* teste, audiri solebant. Romanos etiam non sine Musices accessione sacra perfecisse, testatur *Seneca*, in *Troad.*

Nunc omne læta fronde veletur caput,
Sacrifica dulces tibia effundat modos,
Et nivea magnas victima ante aras cadat.

Et quo majore cum solennitate res sacræ peragerentur, Romani [c] collegia tota Tibicinum, qui in sacris quibuslibet præcinerent, peculiariter instituta habuere. Musicam in gentium aliarum templa & ritus receptam fuisse, fidem manifestam faciunt plurima illa apud [d] *Siukium*, ex ethnicorum scriptis congesta testimonia: e quibus abunde constat, omnia, dum res divinæ fierent, tubis, tympanis, cytharis, sistris, cymbalis, fistulis, buccinis, lituis, & ingenti vociferantium & cantantium turba perstrepuisse. Eousque vero tandem valuit consuetudo illa, quod ethnici sonos musicos Deorum fere omnium ceremoniis immiscerent:

SENTIUNT autem plerique Gentiles hac in re Judæorum simios fuisse & illum sacra sua omnia, inter medios tot Cantorum & Tubicinum strepitus, peragendi morem, e Judæorum ritibus furtim accepisse. At Scripturæ & rationi magis congruum videtur, antiquos gentilium sacra celebrantium mores Judæorum musicæ sacræ occasionem præbuisse; & Deum victimas suas, magna comitante Tubicinum & Cantorum caterva, immolari permisisse, ne Judæi quicquam splendoris, pompæ aut lenocinii, quo diabolus idololatras altaribus suis devinctos tenuit, in sacris a semetipso institutis desideratent. Huic autem sententiæ, variis adductus argumentis, addixi animum.

PRIMO: admodum probabile est, Musicam vocalem & instrumentalem in Gentilium ceremoniis usitatam fuisse, priusquam gratiæ vel auctoritatis aliquid a cultus Judaici exemplo accepisset. Hoc e cultus vitulini, ([e] canticis & choreis, æque ac sacrificiis, celebrati) ceremoniis, ad morem ethnicum peractis colligamus. Non legimus quidem Israelitas instrumenta musica canticis & choreis suis adhibuisse: ea autem choreis & sacrificiis suis accessisse, non vane suspicemur. Nam cantica & choreas ad citharam, tibiam, aut hujusmodi instrumentum musicum attemperare, more antiquissimo receptum fuisse, non minus e [f] Sacris quam profanis monumentis edocti sumus. Atque inde factum forsitan quod vox eadem חלל & *tibiis canere* significet, & *choros agere* vel tripudiate: & מחללים בחללים *tibicinantes tibiis*, Targum משבחין אחנגיא *laudantes in choreis* interpretetur: 1 *Reg.* 1. 40. Hisce accedat quod Targum Jonathan: sic textum [g] jam citatum explicet: *& Moses appropinquavit castris, & vidit vitulum, & Israelitas, instrumenta etiam musica in manibus eorum pessimis, saltantes, tripudiantes, &c.* E quibus verbis *colligitur*, inquit, [h] *Kircherus*, *eos instrumenta musica more Ægyptiorum*

a De *Suppellect. Templ.* cap. 7. §. 5. & 6. b De *Saltat.* p. 505. A c Vid. *Val. Max.* l. 2. c. 5. d De *Sacrif. Gentil.* p. 109. e *Exod.* 32. 18. f *Exod.* 15. 20. *Jud.* 11. 34. *Mat.* 11. 17. g *Exod.* 32. 18. h *Oedip. Ægypt.* T. 1. *Synt.* 4. c. 10.

quoque

quoque in sacris *adhibuisse*: *forte sistra illa fuerunt & tibiæ, quibus maxime hujusmodi solennitas in Ægypto peragebatur.* Kircherum hac in re fidem mereri sentio, non tantum quod rerum & literarum Ægyptiarum impense doctum; sed quod sistri sive cymbali in ceremoniis Ægyptiis usus, tam antiquus fuerit, quod [1] *Plutarchus* instrumentum illud Pontificis Judaici tintinnabulis exemplar præbuisse senserit. Præterea, instrumenti illius usus, Ægypto tam frequens & pene proprius erat, quod tota terra a sistro & idolis titulum & descriptionem sortita credatur: *Jes.* scil. cap. 18. 1.: *væ terræ cymbali orarum, quæ est trans flumina Chus, mittenti in mare imagines.* Ubi *Ægyptum* ænigmatice *pro more prophetarum* significari sentit [a] *Bochartus*: & sistrum, per צלצל כנפים *cymbalum orarum*, vel marginatum. Nam *in eo*, inquit, *differt sistrum Ægyptium a vulgari cymbalo; quod cum rotundum fuerit cymbalum, in formam acetabuli, — sistrum fuit ovali forma cum certis oris seu marginibus, ex quibus appensa tintinnabula argutum strepitum — edebant. — Hebraice ergo sistrum* צלצל כנפים *cymbalum orarum — dicitur*, [illegible], *propter oras* jam dictas.

Secundo: cultus ille qui canticis, citharis nabliis, cymbalis, & hujusmodi instrumentis musicis peragebatur, non e præcepto aliquo divino, sed pio Davidis affectu, fluxisse videtur. Nam Scriptura sacra non tantum hujusmodi præceptum silentio præterit, sed instrumenta illa Davidi tanquam primo auctori, tribuit. 2 *Chronic.* 29. 26. 27: *& steterunt Levitæ cum instrumentis* musicis *Davides & sacerdotes cum tubis*: *& quo tempore cœpit holocaustum, cœpit canticum Domini, una cum tubis*: *& instrumentis*, institutis *per Davidem regem Israelis.* Quæ verba sensum tam clarum & apertum ferunt, quod [b] vir doctissimus, *institutionem musicæ vocalis & instrumentalis in cultu divino, non posse per Scripturam ab origine altiore, quam Davide, deduci*, asserere non dubitaverit. Idem & *Procopius* diu antea asseruisset: *Comment.* in 1 *Reg.* cap. 16. com. 6. Ubi ait, *cultus Dei qui per instrumenta musica exercetur, non quidem a Deo traditus, sed a Davide admodum religiose excogitatus est.*

Cum itaque tot instrumenta mosica, ad sacrorum pompam & solennitatem adaugendam usitata, non Deo, sed Davide auctore, instituta fuerint; inde promptum est conjicere, morem Gentilium (quorum sacra omnifariis musicæ instrumentis celebrantur) Davidi organa musica inter sacrificandum pulsanda, instituendi causam præbuisse. Nempe gens humana, sub Davidis tempora, ruditatem antiquam plurimum deposuisse, & sese ad mores magis politos composuisse videtur: Deos suos rudi simplicique majorum suorum ritu diutius colere noluere, nec tenui farina, aqua, vel herbis, eos propitiare. Deorum sacra, non lucis tantum & antris, sed templis magnifico apparatu fulgentibus, administrare cœperant: nec sistri tantum aut fistulæ pastoralis strepitu, sed regio instrumentorum plurimorum sonitu Deorum victimas cohonestare. Nec Davidis religio & zelus pati potuit, ut Israelitæ victimas, simplici tantum tubarum duarum clangore comitante immolarent; aut Deum in Tabernaculo ad seculi tantum Mosaici simplicitatem accommodato adorarent: ne supremi Numinis cultus præ gentilium ceremoniis sordescere crederetur. Ut paucis dicam, Deum majore quam olim elegantia colendum censuit David, eo quod nova tempora novos mores attulisse, & magis elegantes & politos colendi ritus postulasse videantur. Unde enim cultus divini pompam, templo magnifico & instrumentis musicis, adaugendi studium Davidis animum occuparet, nisi quod splendidiores Gentium ritus stimulos adderent, eumque ad æmulationem provocarent.

Facile prævideo nonnullos, contra ea quæ dicta sunt duplici objectione pugnaturos,

(1°.) Satis e Scriptura liquere videtur, Musicam vocalem & instrumentalem, in cultu divino locum & usum diu ante Davidis ætatem habuisse. Legimus enim, 1 *Sam.* 10. 5. de cœtu prophetarum quem Saulus sibi obvium habuit: *descendebant* autem *de excelso*, & erat ante eos *lyra, & tympanum, & tibia, & cithara: & ipsi prophetabant*, h. e. laudes Deo canebant. Et multis antea seculis, Miriam & fœminæ, pietatis suæ comites, canticis, choreis & cymbalis, Dei laudes & redemptionem suam ex Ægypto celebrasse dicuntur, *Exod.* 15. 20. Obj. 1.

Respondeo: haud abnuerim, nonnullos antiquitus, eosque plurimum spiritu prophetico afflatos, musicam instrumentalem in cultu divino sponte usurpasse: eam au- Resp.

a *Geogr. Sac.* P. 1. l. 4. c. 2. b *Hammond. Annot.* in *Ps.* 150. 3.

1 Vid. *Plut. Symposiac.* L. 4. Quæst. 5. p. 672. A

 tem.

CAP. III. tem, (quod unum contendo ipse) nullibi ante tempora Davidis, præceptam, legimus. Ille primus cantores & tubicines in classes suas distribuit, iisque præcepit ut *omnia musicorum instrumenta* festis & sacrificiis adhiberent. 1 *Par.* 16. 40, 41, 42. Deinde, quamquam forsan instituti vetustissimi esset, Dei laudes & opera miraculosa ad lyram & tibiam decantare; Davidis primum tempore receptum videtur, ut tubis, citharis, aliisque musicæ instrumentis, inter sacrificandum uterentur.

Obj. 2. (2°.) OBJICI etiam possit, quod clarum sit Davidem tot instrumentorum usum, non sponte sua, sed Dei solius jussu & Spiritus afflatu, in cultum Divinum induxisse. Hoc enim aperte dicit Scriptura, 2 *Paral.* 29. 25. *& statuit* Hezechiah, *Levitas in domo Domini, cum cymbalis & nabliis, & citharis, juxta præceptum Davidis, & Gad videntis regis, & Nathan prophetæ: ita enim se habuit mandatum Jehovæ, per manus prophetarum.*

Sol. RESP. primam commatis hujusce partem, ita cum *Grotio* interpretandam sentio, *Rex id instituerat, approbantibus ejus consilium prophetis.* Nam Scriptura vix unquam musicæ templi mentionem ingerit, quin eam ad Davidem, tanquam pium auctorem, referat. Hoc constabit consulenti, 1 *Paral.* 16. 4, 5, 6. & 23. 5. & 25. 1, 2, 6. 2 *Par.* 8. 14. & 23. 18. & 29. 25. *Ezr.* 3. 10. *Nehem.* 12. 36. *Eccl.* 47. 9. Ultimam commatis partem, obscuram esse, vel inde pateat, quod *Grotius* eam prorsus intactam præterierit; & vix duo interpretes de clausulæ illius mente unum idemque senserint. Sic versio *Syriaca* textum explicat, *David* enim canebat laudes Domini Dei sui quasi ex ore *prophetarum*: Sic autem Arabica, *David hymnos componebat, ut ora prophetarum.* Male itaque sensus tam incerti verba opponat quispiam, contra apertam tot Scripturarum fidem, quæ templi musicam ad Davidem, veluti caput & fontem referunt: cum præsertim, versu sequente, *instrumenta Davidis*, a *sacerdotum tubis*, lege Mosaica institutis, a verbis tam disertis distinguantur.

TERTIO: sola ratio, antiquissimas Dæmonum technas & Gentilium dogmata rite æstimans, facile judicabit ingentem illum Musicorum strepitum, primum in Gentilium ceremoniis usum & locum invenisse.

(1°.) ANTIQUISSIMÆ dæmonum technæ & μεθοδίαι, ad cultum suum promovendum usurpatæ, sic opinandi causam non levem præbent. Cum enim duo sint, (observante vetere [a] Musico) παιδείας aut disciplinæ modi, διὰ πάθους, per affectum & imaginationem, & διὰ πειθοῦς persuasionem & argumentum; diabolus se & sua omnia, ad imaginationem, affectum, & sensum externum afficiendum & alliciendum, semper accommodavit. Notum enim omnibus, qui rei historicæ usum vel mediocrem habent, Gentilium imagines ad [b] regum plurimum exemplar formatas, & auro gemmisque splendidas religionem quandam intuentibus incussisse: Ethnicoa etiam numina sua fanis eleganter & superbe constructis, dedicatis altaribus, pompis magnificis, & ceremoniis augustum in modum summa cum cura exquisitis coluisse. Eodem consilio, victimas aurati cornibus & vittis insignes Diis suis offerebant: eorum sacra sub arboribus umbram gratiorem projicientibus peragebant: & canticis in Deorum honorem compositis, audientium animos in ecstasin rapientibus utebantur. Cum itaque diabolus hujusmodi artes & μεθοδίας ad cultum suum promovendum antiquitus adhibuerit, rationi convenit ut sentiamus diabolum omnifaria instrumentorum genera altaribus suis primum admovisse: nempe ut sensum et imaginandi facultatem ingenti illo strepitu percelleret & fascinaret, & credulus populus quid dignum tanto undique vociferantium hiatu sacris suis inesse non dubitaret. Cum negotio quod jam agimus, conjuncta sunt *Clem. Alexandrini* verba *Protrept.* pag. 3. ubi de Orpheo, & Thebano, & Methymnæo, antiquis cultus Ethnici magistris, differens, ait, ἐμοὶ δοκοῦσιν ἀπατηλοί γεγονέναι, προσχήματι μουσικῆς λυμηνάμενοι τὸν βίον, ἐντέχνῳ τινὶ γοητείᾳ δαιμονῶντες εἰς διαφθοράς, —— τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τὰ εἴδωλα χειραγωγῆσαι πρῶτοι· *Mihi videntur deceptores fuisse, qui prætextu Musicæ, vitæ perniciem afferentes, artificiosis quibusdam præstigiis ad corruptelas dæmoniace incitantes, —— primi deduxere homines ad idola.* Quamvis autem ceremoniæ idololatriæ hujusmodi præstigiis indigerent, Deo & sacris suis nil opus erat tot cantorum & musicorum pompa & strepitu, quæ sua satis auctoritate & sanctitate hominum saniorum studia sibi devincirent. Quantum itaque e communi dæmonis usu & fraude coniiciamus, Ethnici ingenti musicorum strepitu & vociferantium turba, dum altaria sua fumarent, primi utebantur.

(2°.) HUIC etiam conjecturæ locum præbeot Gentilium de Diis suis antiquitua

a *Aristid. Quintil.* l. 2. b *Ezec.* 23. 14, 15. *Baruc.* 6. 11.

con-

concepta dogmata, quod scil. victimarum sanguis & nidor Deos reficeret, & Musicorum cantus eos demulceret; adeoque Deorum palata, nares atque aures e sacrificii totius apparatu incredibilem haurirent voluptatem. Ethnicos hæc somnia olim somniasse, colligamus ex [a] *Arnobii* verbis, ita per ludum & jocum de Gentium numinibus disserentis; *Etiamne Dii sertis, coronis afficiuntur, & floribus? — etiamne tympanis? etiamne symphoniis?. quid efficiunt crepitus scabillorum, ut cum eos audierint numina, honorifice secum existiment actum & ferventes animos irarum oblivione deponant? An nunquid, ut parvuli pusiones ab ineptis vagitibus crepitaculis exterrentur auditis: eadem ratione & omnipotentia numina tibiarum stridore mulcentur, & ad numerum cymbalorum mollita indignatione flaccescunt?* Ab ethnicis Judæi eandem opinionem hausisse videntur, Deum scilicet victimarum nidore delectari, & suavi musicorum sono molliri & ad sententiam mitiorem flecti. Nisi enim me fallam, tali alicui opinioni occurrit Deus, *Amos.* 5. 21, 22, 23. *Reprobavi festa vestra, & non adorabo in oblationes cætuum vestrorum: si obtuleritis mihi holocausta — non acceptabo, — remove a me* ἦχον ᾠδῶν σου, *sonum canticorum tuorum, & cantica lyrarum tuarum non audiam.* Quasi dixisset, " vos non tantum sacrificia festis vestris, sed cantica sacrificiis, & instrumenta " musica canticis vestris, adjungere soletis: quod victimarum odore & musicorum sonitu me " impense delectari & hujusmodi blandimentis affectus meos (si forte) * commotos placari posse " sentiatis. At hac in re vos fugit ratio: nam victimæ vestræ nullam mihi voluptatem afferunt, " nec canticorum turbam, aut nabliorum tuorum (non meorum) sonitum alicujus æstimo. Cum " itaque cœleste numen concentu musico, nullo modo affici posset, ethnici autem (a quibus paululum divertit sermo) Numina sua canticis & instrumentis musicis demulceri posse crederent; rationi consonum est, ethnicos omnifaria instrumentorum genera inter sacrificandum primo adhibuisse; Deum autem cymbala, citharas, tibias, tubas & hujusce generis alia in sacris Judaicis tolerasse, ut sua omnia ad ingenium populi, in mores exteros intemperanter effusi accommodaret. CAP. III.

QUARTO: inde etiam sententia nostra firmitatem hauriat, quod aliter difficile sit causam assignare, cur Judæorum & Gentilium musica sacra tantam inter se similitudinem & affinitatem colerent. Nam,

(1°.) JUDÆOS tubarum clangore sacra sua cohonestasse, satis e legis præscripto manifestum est. Et [1] *Julius Pollux* tuba ἐπίφθεγμα ἱερουργικὸν ἐπὶ θυσίαις, sonum sacrificalem, apud Ægyptios, Argivos, Tyrrhenos, & Romanos in usu memorat. Et huic rei testimonium præbet *Plutarchus*, *Symposiac.* l. 4. probl. 5. Inter [b] Romanos, Numa primus,

Pacis opus docuit, jussitque silentibus armis
Inter sacra tubas, non inter bella sonare.

(2°.) QUANQUAM tubarum usus, in Judæorum ceremoniis peragendis, maxime frequens & antiquus fuerit, constat tamen & omnia alia Musices instrumenta partes suas in sacris Judaicis frequenter habuisse. Hoc ratum facit sacra pagina, 1 *Par.* 16. 4, 5, & 42: *Penes ipsos autem Heman & Jeduthan* constituit, *canentes tuba, &* quatientes *cymbala, & omnia musicorum instrumenta* ad canendum Domino Idem apud ethnicos usu frequenti factum, e verbis Regis cognosci potest, *Dan.* 3. 15. *si vos parati estis, ut in tempore quo audieritis sonitum cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterii, symphoniæ, & omnis speciei instrumenti musici, cadatis & genuflectatis imagini quam feci ego*, &c.

(3°.) APUD Judæos, non tantum instrumentis musicis, sed & cantoribus, dum rei sacræ vacarent, personabant omnia. Et [c] *Lucianus*, templi vetustissimi, Deæ Syriæ sacri ritus referens; οἱ ἱροὶ ἄνθρωποι, inquit, τελέουσι τὰ ἔργα, — πολλοὶ δὲ σφίσι παρεστεῶτες, ἐπαυλέουσι, πολλοὶ δὲ τύμπανα πατάγεουσι, ἄλλοι δὲ ἀείδουσι ἔνθεα καὶ ἱρὰ ᾄσματα. *Homines sacrati peragunt sacrificia: — multi autem ipsis adstantes tibiis accinunt, & tympana pulsant, alii autem sacra & divinitus inspirata cantant carmina.*

(4°.) APUD Judæos, cantorum & tubicinum officium, non cuivis e promiscua plebe sed personis tantum sacris (sacerdotibus nempe & Levitis) demandatum est. Ita mo-

a L. adv. *Gent.* 7. p. 237. * [Θεὸς] ὁ παρακληθήσεται, οὐδὲ ταῖς δι' ὀργάνων ἠχήσεσι ἀπονεύσει τὰ ἐγκλήματα *S. Cyril.* in loc. b *Calphurn. Eclog.* 1. c Lib. de *Dea Syr.* p. 1075. A

1 *Onomast.* L. 4. cap. 11. segm. 86.

Cap. III. tem & apud ethnicos habuiffe, teftis eft jam laudatus [a] *Lucianus*, nam facrorum miniftros in templo prædicto memorans, ἔτι, inquit, καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱερῶν, αὐλητέων τε, καὶ συριστέων *eft autem & alia multitudo hominum facrorum, tibicinum videlicet & fiftulatorum.* Sua fuiffe Romanis tubicinum collegia, ufque folis in facris præcinere conceffum, notum omnibus quos Romanorum hiftoriæ vel leviter exercuere. Apud Græcos aliofque, qui tuba inter facrificandum canebant, ἱερὸν σαλπιγκτὴν nuncupatum fuiffe, refert [i] *Stuckius.*

(5°.) Judæis etiam in more erat, in facrificiis præfertim & feftis folennioribus, vociferationibus vel acclamationibus inftrumentorum muficorum pompam adaugere. Huc fpectant nonnulla Scripturæ loca; *Pfal.* 33. 2, 3: *pfallite Domino in cithara —— cantate ei canticum novum*, pfallite *ei* בתרועה ubi Lxx habent, ἐν ἀλαλαγμῷ i. e. *cum* * *clamore*, voce intenfiffima; Chaldæus ביבבא *cum vociferatione*, quæ optime reddit fenfum vocis תרועה a רוע *vociferatus eft*, derivatæ. Hunc morem refpicit etiam *Pfal.* 89. 15.: *beatus populus qui novit* תרועה *jubilationem*: h. e. o ter felicem & amplius populum, cui Hierofolymam adire contingit, ubi Dei facris, clamore feftivo celebrari folitis, intereffe poffit? Ex hoc more veniffe videtur, quod munera Deo oblata, זבחי תרועה [b] θυσίας ἀλαλαγμοῦ; & cymbala in officiis divinis ufurpata, [c] κύμβαλα ἀλαλαγμοῦ, ab adjuncta nimirum acclamatione nuncupentur. Hinc factum etiam, quod clamor Chaldæorum militaris, cum *vociferatione in feftis* conferatur, *Lament.* 2. 7. Quædam etiam ethnicorum facra, (Baalitica nempe, Lupercalia, Bacchanalia, Corybantum, Saliorum, & hujufmodi alia,) non nifi in facris clamoribus & vociferationibus celebrata fuiffe, Veterum teftimoniis confirmavit [d] *Stuckius.*

(6°.) Judæi hymnis ad altare decantatis, ad omnia cultus naturalis officia & partes utebantur. Sive enim præclara Dei opera aut beneficia commemoranda, five gratia aliqua precibus impetranda, five attributum aliquod divinum (juftitia, potentia, clementia, aut mifericordia) celebrandum, vel gratiæ pro fingulari beneficio referendæ; Cantores & mufici in muniis hifce omnibus obeundis verfabantur. Nam Levitæ, quorum erat præcinere & facra organa pulfare, conftituti dicuntur להזכיר [a] *ad commemorandum, & gratias agendas, & laudandum Dominum.* Eo autem in loco, vox להזכיר fenfu paulo latiori fumenda videtur, ita ut cultum oratione præftandum comprehendat. Eo fenfu occurrit, *Amof.* 6. 11. *Quia non* ulli להזכיר *ad commemorandum in nomine Dei*, i. e. colendum vel orandum. Confentit Chaldæus, qui vocem illam per הוו מצלן *erant orantes* interpretatur. Cui loco addi poteft *Exod.* 20. 24. *In omni loco quo* אזכיר את שמי *nomen meum commemorari fecero*: ubi Lxx vertunt, [e] ἐν ᾧ ἐὰν ἐπονομάσω τὸ ὄνομά μου: *ubicunque nomen meum invocandum* vel colendum *propofuero.* Eadem etiam materia hymnorum quos ethnici in Deorum fuorum facris decantabant. Solebant enim Deorum res præclare geftas & beneficia quibus mortales affeciffent, ad aras canere: benignitatem qua civitates amplexi ac tutati fuiffent, læto gratoque animo commemorare: eorum potentiam & virtutes fummis laudibus ornare: precabantur etiam ut faciles benignique accederent ad facrificia quæ fibi fierent; & ut iis fibi femper propitiis uterentur. Ethnicos fic hymnos fuos facros compofuiffe, prior obfervavit [f] *Natal. Comes*, & exemplis aliquot e *Callimacho*, *Orpheo*, & *Virgilio* petitis confirmavit. Ad illum fe conferant, quos hæc penitus cognofcendi ftudium tenet.

(7°.) Judæorum pfalmi ad aram decantati, e duabus potiffimum partibus conftare folebant, תהלים fcil. & תפלים præconio & præcamine; eo plurimum ordine difpofitis ut a laudibus (ob egregia Dei opera, beneficia, vel attributa) inciperent, & precibus definerent. Ita plerunque factum fuiffe nobis facile perfuadeamus, modo ad *Pfalmum* illum attendamus quem David facris fuis Muficis [g] primo dediffe legitur, eumque pro communi reliquorum menfura habeamus. Ethnicos etiam eo ordine hymnos, in Deorum honorem inter facra decantandos, plurimum compofuiffe; e variis exemplis apud [h] *Natal. Comitem* memoratis colligamus.

E tanta morum fimilitudine, nonnulli proculdubio opinandi anfam arripient, Gentiles cultum fuum ad religionis Judaicæ normam direxiffe, adeoque Deos fuos hymnis & inftrumentis ad morem & formam Judaicam compofitis coluiffe. Non poffum tamen a meipfo impetrare, ut huic opinioni affenfum præbeam; primo, quod e multis

a pag. 1073. C * Ἀλαλαγμὸς, εὔφημος βοή *Hefych.* b LXX in *Pfal.* 27. 6. c Vid. LXX in *Pfal.* 150. 5. d De *Sacrific. Gentil.* p. 108. a 1 *Par.* 16. 4. f *Mytholog.* l. 1. cap. 16. g 1 *Paral.* 16. 4. h Ub. fupr.
i De *Sacr. Gentil.* p. 172.

Scri-

Scripturæ locis ostendi possit, Judæos gentium mores studiose æmulatos fuisse: non constat autem ex ullo sacræ vel profanæ historiæ testimonio, gentes antiquiores Judæorum ritus ullo in pretio habuisse: neque credibile est gentes Judæos sequi, & ipsos æmulos suos æmulari voluisse. Deinde, mos ille sacrificia tam splendido cantorum & musicorum apparatu celebrandi non nisi sero admodum, nempe Davidis ætate, apud Hebræos receptus erat: cum verisimile sit gentes idololatricas Numtoa sua, non minus canticis & instrumentis musieis, qoam templis & sacrificiis, dio antea coluisse. Præterea, satis e cultus vitulini ceremoniis manifestum est, idololatras sacrificia sua canticis & vociferationibus, non tantum ante Davidis ætatem, sed & ante Legem datam celebrasse. Quoniam enim vociferantium vel acclamaotium sonus multo citius aurem ferit, quam molliores cantantium voces; *Joshua*, adhuc paulo remotior a castris, *audiens sonum populi* כר סיבבין (uti Chaldæus vertit) *cum vociferarentur; dicebat Mosi, sonum bellicum in castris audio*, *Exod.* 32. 17. Cum autem Moses paulo propius abesset a castris, *non est*, inquit, *sonus quo strenui clamant, neque est sonus quo debiles clamant: sonum cantantium ego audio.* Quibus verbis non is Mosi animus, ut vociferantium sonum se auribus accepisse denegaret, (cum enim audivit Josua, & testatur [a] *Philo*) sed ut sonum illum cantantium vocibus conjunctum esse affirmaret; adeoque editum, noo ad gaudium & triumphum aliquem castrensem indicandum, sed sacrum aliquod idololatricum ad morem Ægypti, peragendum. Cum autem certum sit Hebræos acclamationes illas e veteri gentium usu accepisse (eas enim nullibi præceptas legimus) inde pronum est conjicere, eos ritus alios in musica sacra tractanda observari solitos, & proinde Musicam ipsam, eodem ex fonte derivasse.

Quinto: ad sententiam meam firmandam non parum confert, quod manifestum sit Græcos Patres plerosque in ejusdem opinioois tramite præcessisse. Ex iis prodeat primus ad causæ meæ stabilimentum [b] *Justinus Martyr* [1], qui mecum hisce verbis aperte suffragatur: ὑπὸ τῶν ἀπίστων πρὸς ἀπάτην εὑρέθη τὰ ᾄσματα, τοῖς δὲ ἐν νόμῳ εἰσηγήθη διὰ φρενῶν νηπιότητα· *infidelibus, fallacia & seductionis gratia, reperta sunt cantica: eis vero qui in Lege fuere, inducta sunt, propter ingenium puerile.* Hisce consentanea [c] *S. Cyrilli* verba, *aufer sonitum carminum tuorum, & psalmum organorum tuorum*, σὺ δὲ δὴ σφόδρα τὰς ἐκ οὐκ οἶδ' ὅθεν ἐξευρημένας τῶν Ἰουδαίων δοξολογίας, ὀργανικὰς δηλονότι, ἦχον ἄλλως ἀσημαλῆ, &c. *Probene autem nescio unde inventas Judaeorum glorificationes, organicae nimirum, sonitum carminum vocat:* quasi dixisset supervacaneum & inanem sonitum, inarticulatum quoddam melos emittentem. Ostendit porro hæc fuisse Ἰουδαϊκῆς ἀβελίας εὑρήματα, *Judaica temeritatis inventa*, *dicens* Psalmum organorum tuorum; *tantum enim non dicit*, non meum; ἔξω γὰρ τοῦ νόμου τὸ χρῆμα, καὶ περὶ τούτων οὐδὲν λελάληκεν ὁ Μωσῆς· *Res quippe extra legem est, & de istiusmodi instrumentis Moses nihil pracepit.* Idem pene judicavit [d] *S. Chrysostomus*, qui in verba illa Psalmistæ, *Tympano & Psalterio canant ei*, de hujusmodi instrumentis sic sensum exprimit, τὸ παλαιὸν οὕτως ἤγοντο (Ἰουδαῖοι) διὰ τῶν ὀργάνων τούτων, διὰ τὴν παχύτητα τῆς διανοίας αὐτῶν, καὶ τὸ ἄρτι ἀπεσπάσθαι ἀπὸ τῶν εἰδώλων, ὥσπερ ἐν ταῖς θυσίαις συγχώρησεν, οὕτω καὶ ταῦτα ἐπέτρεψε, συγκαταβαίνων αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ· i. e. *Per hac instrumenta sic olim ducebantur* Judæi, *propter ingenii sui hebetudinem, & quod paulo ante avulsi essent a simulachris. Quemadmodum ergo sacrificia concessit Deus, ita hac etiam permisit, ad imbecillitatem eorum se accommodans.* In eandem sententiam sic loquitur [e] *Theodoritus: Deus liberare volens Israelem, jam diu in Ægypto versatum, pravisque indigenarum moribus imbutum*, καὶ θύειν εἰδώλοις καὶ δαίμοσι παρ' ἐκείνων μεμαθηκότα, καὶ παίζειν, καὶ χορεύειν, καὶ ὀργάνοις μουσικοῖς ἐντρυφᾶσθαι, *& edoctum ab iis idolis ac dæmonibus immolare, & ludis choreisque ac musicis organis oblectari*, θύειν μὲν συνεχώρησεν, — ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ, *sacrificare quidem permisit*, sed sibi soli. —— *Haud itaque victimarum indigens Deus, sacrificia instituit, sed ut agrorum affectibus mederetur.* Οὕτω δὲ καὶ τὰ τῶν ἐνήχων ὀργάνων ἠνέσχετο· οὐ τῇ τούτων ἁρμονίᾳ τερπόμενος ἀλλὰ κατὰ βραχὺ παύων τῶν εἰδώλων τὸν πλάνον· *Ita & musica instrumenta passus est esse: non quod illorum concentu oblectaretur, sed ut idolorum errorem paulatim aboleret.* Patribus hisce comitem addam *Isidor. Pelusiot.* qui *Lib.* 2. *Epist.* 176. sententiam meam suo ornavit testimonio, hisce verbis tradito; εἰ θυσιῶν καὶ αἱμάτων ἠνέσχετο τὸ θεῖον, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων τότε νηπιότητα, τί θαυμάζεις εἰ καὶ μουσικῆς διὰ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου τελουμένης, τῆς ὥς φασί τινες τὰ πάθη τὰ ψυχικά, &c. *Cum numen cœleste victimas & cruores ob pueritiatem, in qua tum homines versabantur, to-*

a Αἱ δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ συνεχὲς ἐκβοῶσαι κατὰ πολυανθρώπους ὁμίλους ἀθροισμένῳ &c. *Philo de aur. vit.* loquens l. 2. de *vit. Mos.* p. 677. D.

b *Quæst. & Respons.* ad *Orthod.* Qu. 107.

c In *Amos.* 5. 23.

d *Exposit.* in *Psal.* 49.

e *Serm.* 7. de *Sacrif.* p. 584. 585.

1 Vid. pag. 863.

Cap. IV. *leravit; quid miraris quod eam quoque quæ per citharam & psalterium celebratur, musicam toleravit? quæ ut nonnulli aiunt, turbulentos animi motus propulsat simul & mœrorem lenit*, &c. E testimoniis hisce omnibus simul collatis clarum est, patres in ea opinione convenire, gentes scilicet instrumenta musica in sacris ministeriis, more vetustissimo, usurpasse; & inde Judæos, vel jussu vel permissu Dei, ea accepisse.

Hisce omnibus opponi potest, musicam ad corrigenda hominum ingenia aptam esse, eosque qui ἄγριοι τὸ ἦθος καὶ ζωωδέστεροι, moribus agrestibus sunt & brutorum sorti propiores, ad humanitatem & virtutem formare, & frigida eorum pectora calore quodam divino in sacris peragendis animare. Ideoque verisimile est Deum, non ob seculi morem sed musicæ virtutem, solennem illum Musicorum chorum victimis offerendis semper adesse præcepisse.

At hæc Objectio nil nobis adversi continet: nam facile largimur templi musicam ad duriora Judæorum corda emollienda, & affectus Deo dignos excitandos, non parum voluisse. At si Deus eo tantum fine solennem illum Musicorum concentum in cultu sibi præstando admisisset; quid rei erat quod cymbala, psalteria, citharæ, nablia, & multa alia, locum in Judæorum ceremoniis, non nisi Davidis ætate obtinerent? Et unde factum quod instrumenta illa usurparent, non solum cum Deum hymnis celebrarent, sed cum victimas immolarent, quæ affectus præter solitum accensos & commotos minime postulasse videantur? Sermoni itaque nostro de musica illa Judaica [a] *S. Chrysostomi* verbis coronidem imponamus: τὰ ὄργανα ἐκεῖνα διὰ τοῦτο ἐπετέτραπτο τότε, διὰ τὸ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ κιρνᾶν αὐτοὺς εἰς ἀγάπην καὶ συμφωνίαν, καὶ ἐγείρειν αὐτῶν τὴν διάνοιαν μεθ' ἡδονῆς ποιεῖν τὰ τὴν ὠφέλειαν παρεχόμενα. &c. *Illa instrumenta*, tympanum, cymbalum, cythara, Judæis *permissa fuerant, & propter eorum imbecillitatem, & quod eos in charitate & concordia contemperarent, & mentem eorum excitarent, ut lubenter facerent quæ eis erant utilia: & quod per talem delectationem vellet eos ad majus studium adducere.* Deus itaque utile dulci miscuit, neque eo solum fine altare suum Musicorum choro circumcingi voluit, populo ut placerent quæ fecissent sacra; sed ut eorum torporem excitaret, eosque ab ingenio suo illiberali & agresti paulisper avocaret.

CAP. IV.

Saltandi ritus in solennitatibus quibusdam sacris usitati.

HEBRÆIS morem avitum fuisse, in rebus lætis gaudia choreis exprimere, Scripta Canonica simul & Apocrypha locis bene multis testatum dabunt: viz. *Exod.* 15. 20. *Judic.* 11. 34. 1 *Sam.* 29. 5. *Psal.* 30. 11. *Lament.* 5. 15. *Judith.* 15. 13. 3 *Maccab.* 6. 29.

E variis etiam Scripturæ locis intelligere est, eos in festis præcipue & sacrificiis celebrandis, non tantum conviviis, sed & choreis tripudiisque indulgere solitos ut ritu illo lætitiam suam & diei sacræ observationem eo magis testatiorem redderent. Hoc veteri consuetudine usitatum probat Davidis exemplum, quem septem choris stipatum, post sacrificia coram arca peracta, saltantem & ludentem vidit & contempsit [b] Michal. Idem confirmat celebris Benjamitarum historia, quos hujusmodi rationem, ad uxores sibi comparandas inisse legimus, *Judic.* 21. 19, 20, 21. *Ecce*, inquiunt, *solennitas Domini* hodie est *in Silo anniversaria: ite, & latitate in vineis, cumque videritis filias Silo ad ducendas choreas de more procedere, exite de vineis, & rapite ex iis, singuli uxores singulas.* Judæos sic festa & sacra sua solenniora celebrare solitos, verbis etiam [c] *Just. Martyris* [1] confirmari possit. Postquam enim quæsitum esset, *quare in Ecclesiis cantilenis* κατὰ τὰς ἐν τῷ νόμῳ νηπίων, *eorum qui in lege fuere insipientium more utimur?* Respondet, οὐ τὸ ᾆσαι ἁπλῶς ἐστὶ τοῖς νηπίοις ἁρμόδιον, ἀλλὰ τὸ μετὰ τῶν ἀψύχων ὀργάνων ᾆσαι, καὶ μετ' ὀρχήσεως καὶ κροτάλων· *simpliciter canere non est cum insipientibus illis consensum colere, sed instrumentis inanimatis & crotalis & cum saltatione canere.* Inde factum quod Judæorum solennitates nomen חגים in Scripturis sortiantur, [d] *quia sc. festis diebus lætitiam suam choreis & saltationibus declarabant, & adhuc declarant Judæi:* voce a חגג *saltavit, cyrcumgyravit*, derivata. Præ aliis autem festis, in Scenopegia se choris & tripudiis oblectare solebant.

a In *Exposit. Psal.* 150. b 2 *Sam.* 6. 16. 1 *Par.* 15. 29. c *Quæst.* 107. ad *Orthod.* d *Schindler.* Lex. in voc. חגג

1 Vid. pag. 863.

Hoc

Hoc e *Nonno* discimus, qui cap. 7. *S. Johan.* vers. 37. de festo illo dictum, in hunc modum παραφράζει· CAP. IV.

Ἀλλ' ὅτε λοίσθιον ἦλθε χορεύτιδος ἦμαρ ἑορτῆς·

Quando ultima venit choreas — instaurantis festi dies.

Hisce etiam fidem conciliant verba [a] viri in Judæorum moribus & scriptis versatissimi: *soliti sunt Judæi — in solennitatibus quibusdam sacris, hilaritatem suam saltatione & tripudiis exprimere. Omissis, quæ in pagina sacra occurrunt, exemplis, refertur a patribus traditionum, præcipuam partem festivitatis in festo Scenopegiæ fuisse istiusmodi saltationes: viris primariis, grandævis & maxime religiosis in atrio mulierum tripudiantibus, idque quo vehementius, eo laudabilius.*

NEQUE vero Judæi solummodo, sed & Gentiles ludos & choros, post peracta sacra, exercere solebant. Et mos ille adeo per omnes gentes inolevit, quod, observante [b] *Luciano*, τελετὴν ἀρχαίαν οὐδεμίαν ἔστιν εὑρεῖν, ἄνευ ὀρχήσεως· *nullas festivitates aut ceremonias apud antiquos, citra saltationem celebratas reperiamus.* *Luciano* hac in re fidem eo faciliorem adhibeamus, quod constet saltationis ritum in sacris officiis, Ægyptiorum, Syrorum, Indorum, Arabum, Græcorum & Romanorum obtinuisse. De Ægyptiis non dubitandum esse docent mores Hebræorum, qui Ægypto nuper egressi & moribus Ægyptiacis imbuti, canticis & choreis, ritu proculdubio ab Ægyptiis accepto vitulum coluere. Hoc Moses testatum [c] reliquit, & *Philo Judæus*, cujus testimonium statim in medium producemus. Syros etiam ritum illum in mores sacros olim recepisse, nobis facile persuadeamus, cum *Lucianus Syrus* saltationem tot elogiis, [d] libro singulari, decoraverit, eamque exercitium θεῖόν τε ἅμα καὶ μυστικὸν appellaverit. Indi etiam hunc ritum in cultus parte posuerunt: nam *mane, postquam e strato surrexerint*, inquit [e] *Lucianus*, πρὸς τὴν ἀνατολὴν πάντες, ὀρχήσει τὸν Ἥλιον ἀσπάζονται, σχηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ καὶ μιμούμενοι τὴν χορείαν τοῦ θεοῦ· *ad orientem conversi, saltatione Solem consalutant, cum silentio seipsos conformantes, Dei choream imitari atque effingere conantur.* Arabum gentem ritum illum in moribus habuisse, conjicere licet e moribus Turcarum, qui a genere illo propagantur. Solent autem Turcæ templum *Meccanum*, modo quodam concinno & composito, religiose circumire; & festivitatem ludo quodam, *Czamach* dicto, celebrare, [f] *qui fit totius corporis regulata & bene modificata agitatione, cum honestis — & valde decentibus omnium membrorum motibus, secundum modulationem mensura instrumenti musici*, &c. Græcos etiam saltatione solenni officia sua religiosa cohonestare solitos, testatur toties laudatus [g] *Lucianus*: nam de Delo, Græcorum insula, loquens, ibi, inquit, οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ, καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο, *nulla sacra peragebantur, quibus saltatio non fuisset adhibita, sed & cum musica cuncta persolvebantur.* [h] *Aristides* etiam, cum varia Athenarum Numina & ceremonias ab exordio deduxisset, ἐπὶ δὲ τούτοις, ait, χορεῖαι, καὶ τελεταὶ, καὶ πανηγύρεις ἐπεκράτησαν, ἄλλαι δ' ἄλλων Θεῶν ἐπιδημίαις· Hoc est, *Cantero* interprete, *Tum choreæ, sacra, & feriæ, ad singulorum Deorum adventum sunt introducta.* Cum autem Græcorum meminerim, non possum Romanorum saltationem præterire tacitam, ἣν οἱ εὐγενέστατοι αὐτῶν (sont [i] *Luciani* verba) τῷ πολεμικωτάτῳ τῶν Θεῶν, Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλούμενοι [ἱερωσύνης δὲ τοῦτο ὄνομα] ὀρχοῦνται σεμνοτάτην τε ἅμα, καὶ ἱερωτάτην, *quam nobilissimi quique illorum, quos vocant Salios (est autem nomen sacerdotii) Marti Deo bellicosissimo saltant gravissime & religiosissime.*

Ex iis quæ jam dixi clare satis elucet, saltationem religiosam apud omnes gentes, religionis alicujus nomine commendatam obtinuisse. Id unum in dubio positum est, Judæi an ethnici chorum duxerint, & in sacris officiis ritum illum primo usurparint. Plerique primum saltationis religiosæ usum Judæis vindicant, & ethnicos æmulatione cultus Judaici doctos, ritum eundem usurpasse. Sic *Moncæus* judicavit: postquam enim de filiis Silo, in festo [k] choreas agentibus, mentionem fecisset, continuo [l] addit, *imitatæ sunt hæc gentes, ut fere divina omnia alia, in idolorum cultu.* *Rivetus* etiam de ritu illo in ethnicorum sacris usitato loquutus, *quem* [m] inquit, *usum superstitiosum idololatricas gentes, velut simias, verisimile est κακοζηλίᾳ quadam traxisse, a sacris illis saltationibus, quarum in Scriptura fit mentio.* Idem [n] *Bocharto* visum, aliisque,

a *Lightfoot. Hor. Hebr.* in S. *Mat.* 14. 6. b Lib. περὶ ὀρχήσεως c *Exod.* 32. 19. 20. d Lib. jam laud. p. 506. C e Ibid. p. 505. B f *Hottinger. Hist. Orient.* L. 2. c. 5. p. 307. g Ubi supr. p. 505. A h Tom. 1. *Orat. Panathenaic.* p. 184. i Ib. p. 506. A k *Judic.* 21. 19. 21. l De *Aur. Vit.* l. 2. c. 6. m *Commend.* in *Exod.* 15. 21. n Lib. de *Animal.* P. 1. L. 2. col. 349. 20.

CAP. IV.

Si quid autem ratione vel conjectura in hoc argumento assequendum sit, verisimilius est Hebræos, diu ante exitum ex Ægypto, morem saltandi inter sacrificandum usurpasse, & Deum ritum illum, utpote innocuum zeli indicium iis reliquisse potius quam præcepisse: gentes autem alias, non ab Hebræis, sed Ægyptiis, aut communium parentum institutis, (forsan una cum aliis sacrificandi ceremoniis) ritum illum accepisse. Ad hanc autem sententiam accessit animus, hisce ductus argumentis.

PRIMO: quia non constat ex ullo Legis Mosaicæ loco, Deum de ritu illo cultus vice præstando, quicquam Judæis in mandatis tradidisse. Si Sacras pandectas excutiamus, ritum illum nec præceptum, nec vetitum; sed quasi in medio & in gentis illius arbitrio relictum reperiamus. Nil itaque veritati propius videtur, quam quod longa consuetudo sacrificium & saltationem res duas quasi cognatas & conjunctas fecisset, & Hebræi ritum utrumque, a primo rerum suarum exordio, conjunctim usurpassent; ne a moribus diu receptis, & Ægypti usu cohonestatis, plusquam Lex divina cogebat, aberrarent. Nam Scripturas vel leviter inspicienti obvium est, gentem illam a moribus novis recipiendis, & antiquis repudiandis, pari cum zelo & religione antiquitus abhorruisse.

SECUNDO: e Scripturis manifestum est, idololatras ludos & choreas, cum sacra facerent, ante Legem datam exercere solitos. Rei hujusce fidem firmat quod habetur, *Exod.* 32. 19. *Cum appropinquasset* Moses *ad castra, vidit vitulum & choros.* Hoc est, vidit fusile illud quod fecisset populus, & choreas quas circa idolum, in illius honorem & cultum agitarent. Huc alludens [a] *Philo* inquit, *prævaricari ausus est ita, ut corporeum Deum sibi finxerit, instar Typhi, quem Ægyptii maxime colunt: cujus symbolum* fuit *aurei tauri fabrica,* περὶ ὃν χορὰς ἱστάντες οἱ φρενοβλαβεῖς ᾄδουσι· *circa quem insani choreas ducentes, canunt.* Et [b] alibi, vituli illius adorandi modum referens, χορὰς, inquit, ἀχορεύτους, *choreas inordinatas instituerunt.* Exemplum simile præbet cap. 9. *Judic.* 27. Ubi Sichemitæ *egressi in agros, — uvasque calcantes, & factis cantantium choris, ingressi sunt fanum Dei sui,* &c. Quo in loco LXX in Romano codice vocem Hebræam הלולים in aliis autem codicibus χορὰς reddiderunt: & eam versionem probat *Chald. Paraphrastes,* qui vocem eam per חנגין *tripudia,* interpretatur. Sichemitæ vero canticis & tripudiis sacra sua celebrasse videntur, non ut mores suos ad gentis Judaicæ exemplum conformarent; sed ut Deum suum, more majorum, & gentium omnium ritu colerent.

TERTIO: similitudo illa inter Judæorum & Ethnicorum saltationes religiosas, indicio esse potest Judæos, non e præcepto aliquo divino, sed Gentium consuetudine ritus illos accepisse. Ethnicis enim antiquis in morem abiit, promiscuis virorum & fœminarum choreis sacra sua plurimum celebrare. Ita conjicere licet, quod iis in locis ubi gentilismus etiamnum obtinet, viri una cum fœminis permixti (more procul dubio a Majoribus propagato) in solennitatibus suis religiosis saltitare solent. Nam [c] *Paulus Venetus,* magicas idololatricas orientalium quorundam ceremonias referens, *quando,* inquit, *idolorum sacerdotes volunt sua sacra facere, tunc vocant puellas consecratas, & cum illis in conspectu idolorum choreas ducunt, atque magnos & inconditos reboant cantus.* Ad hunc modum & veteres Judæos sacras suas choreas non raro agitasse, non est quod dubitemus; si eorum ritus spectare liceat e Therapeutarum moribus, qui Judæorum præcipue vestigia & instituta servasse videantur. Sic autem [d] *Philo* saltandi morem, in sacris Therapeutarum conventibus receptum, tradidit: δύο γίνονται τὸ πρῶτον χοροί, ὁ μὲν ἀνδρῶν, ὁ δὲ γυναικῶν, &c. *In principio duo chori fiunt, alter virorum, alter fœminarum: cuique suus incentor præficitur, honore præstans & canendi peritia. Deinde cantant hymnos in laudem Dei compositos variis metrorum carminumque generibus, nunc ore uno, nunc alternis, non sine decoris & religiosis gestibus atque accentibus; modo stantes, modo prorsum retrorsumque gradum moventes. — Deinde postquam uterque chorus seorsum explevit se his deliciis,* καθάπερ ἐν ταῖς βακχείαις ἀκράτου σπάσαντες τοῦ θεοφιλοῦς ἀναμίγνυνται, καὶ γίνονται χορὸς εἷς ἐξ ἀμφοῖν· *velut amore divino ebrii, unum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem* [e] *illius olim instituti in rubri sinus littore post mirandum prodigium.* Cum autem chori illi promiscui latam nimis lasciviæ & licentiæ populari fenestram aperire credantur, multo verisimilius est eos, e seculi more, potius quam Dei præscripto, in Judæorum cultum & usum transiisse.

a Lib. de *Temul.* p. 254. A
b Lib. de *legib. special.* p. 796. D
c De *Regionib. Oriental.* l. 3. c. 24.
d De *Vit. contemplat.* p. 902.
e *Exod.* 15. 20.

QUARTO:

QUARTO: cultus Ethnici naturæ & scopo magis consentaneum est, ut motem inter sacra saltandi, inde primam originem traxisse sentiamus. Nemini enim obscurum est, stupra & libidines magnam partem cultus Ethnici fuisse; nec minus innotescit, saltationes promiscuas Veneris illecebras esse, & inde saltantes simul & spectatores ad libidinem prurire & incitare solitos. Quo itaque moribus honestis consultum esset, multorum Conciliorum canonibus cautum est, ut Christiani a choreis hisce mixtis omnino abstinerent. Deinde, id inprimis curarunt sacrorum Ethnicorum præsides, ut mysteriis suis nihil aut pompæ aut delectamenti deesset, quod vulgi animos in admirationem rapere posset, aut eorum affectus ritibus suis devincire. Curarunt etiam ut ceremoniæ suæ hominem præcipue externum exercerent, eumque pene ad ultimum virium occupatum detinerent. Ad hanc originem, saltandi morem revocandum censuit [a] *Servius*, cum ait; *sane ut in religionibus saltaretur, hac ratio est, quod nullam majores nostri partem corporis esse voluerunt, quæ non sentiret religionem.* Si quid itaque conjecturæ e cultus Ethnici genio ductæ tribuendum sit, probabilius est, sacras choreas agendi morem, ex antiquissimo gentium usu primitus oriundum: & inde Hebræos ritus illos, utpote nullibi vetitos & ad zelum suum exprimendum accommodos, ad ceremoniarum suarum numerum accepisse.

NIHIL jam superest, nisi ut Objectionibus duabus cum sententia nostra pugnantibus occurramus.

PRIMA sic se habet: leves & ludicri illi saltantium motus gestusque, a cultus divini majestate & gravitate tam longe abiunt, ut plane incredibile sit Ecclesiæ Judaicæ Magistros, eos in sacris peragendis tolerare voluisse, nisi ea de re præceptum aliquod, si minus scriptum, saltem orale (per Mosen, quod Judæis placet, vel Prophetam aliquem veterem) accepissent.

RESPONDEO: Ecclesiæ Judaicæ præfectos hac in parte populi ruditati & pervicaciæ nonnihil indulsisse probabilius existimetur; quod certum sit Græcos ad Christianismum nuper conversos ethnicum illum festis diebus saltandi & choreas ducendi morem quam [b] pertinaciter retinuisse, & Episcopos diu aut indulsisse aut dissimulasse, choreas illas, aliasque ex prisca illa sua idolomania petitas consuetudines: donec tandem, (populo in fide firmato, & choreis illis intra modestiæ Christianæ terminos taro comprehensis) omoem operam studiumque iis aliisque Ethnicismi moribus funditus rescindendis adhiberent. De quo argumento curiosi [c] *Filesacum* paulo fusius differentem consulant.

SECUNDO: objici possit, e *Psalmistæ* verbis clarum esse, Deum de solennibus illis Judæorum saltationibus legem disertam tradidisse: nempe [d] *Psal.* 150. 4. αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ.

AT hic locus non magis chori quam tympani usum in sacris præcipit: nec quisquam in animum facile possit inducere, Deum ea per Davidem, quæ tamen nusquam per Mosem mandavit, præcipere voluisse. Psalmistam itaque, quasi ita loquutum, intelligendum sentio: « dignus equidem Deus quem summis laudibus & encomiis efferamus, quem maximis honoris & « lætitiæ indiciis celebremus: quum itaque usus obtinuerit, ut tympanum & chorum in summi « honoris & animi in lætitiam effusi testimonium usurpetis; hisce Deum etiam, omni laude « majorem, laudetis volo: ut eum ex intimo animi sensu & affectu celebrare & vos totos in « laudes suas effundere videamini. Nil obstat itaque quo minus [e] *Zepperi* verbis concludam omnia: Judæorum *saltationes ceremoniales aliquid Mosaicum fuerunt, in quibus propter Judæorum duritiem & infirmitatem cordis ipsorum, ut in pluribus, ita hic etiam aliquid indulsit Deus.*

CAP. V.

Ramorum Circumgestatio in Tabernaculorum Festo.

RITUM alium Judaicum in medium jam proferam, non minus, in speciem, lege & consuetudine confirmatum; quem tamen probaturi sumus e Gentilismi usu in Judæorum ceremonias transiisse. Erat autem ritus ille, solennis ramorum gestatio, qua Judæi ad πανηγυρικὴν pompam & celebritatem adaugendam, utebantur.

ITA morem habuisse e *Josepho* discimus; L. 3. *Antiq.* c. 10. ubi Tabernaculorum

a In *Virgil. Eclog.* 5. v. 73. b V. *Concil. Trul. can.* 62. c *Selecl.* l. 1. c. 6. p. 76. d V. & *Psal.* 149. 3. e De *Legib. Mosaic.* l. 4. c. 9. p. 345.

solen-

CAP. V. solennitatem explicans, *jubentur* inquit Judæi *octo dies* festos agere, ὁλοκαυτεῖν τε καὶ θύειν τῷ θεῷ τότε χαριστήρια, φέροντες ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιώνην μυρσίνης καὶ ἰτέας σὺν κράδῃ φοίνικος, *victimasque Deo solidas incendere, & simul pro gratiarum actione sacrificare*, *manibus* interim *gestantes ramos myrti, salicis & palmæ*. Huic moti lucem & fidem afferunt *Maimonidis* verba in *Lulabh*. cap. 7. §. 23. *unoquoque die* festi, *soliti sunt altare semel circumire cum fasciculis in manibus* hoc *occinentes* אנא ה׳ הושיעה נא אנא ה׳ הצליחה נא *salva, obsecro, nunc Domine, prospera, obsecro, Domine: at die* festi *septimo septies altare circuverunt*, &c. Ex eo more factum est ut fasciculi quos in festo tullerent הושענות [a] vocarentur, & quod totum festum in Hebræorum scriptis [b] *festum salicum* non raru appelletur.

NEC in Jodæorum solummodo, sed & Gentilium festis & ceremoniis, rami circumlati locum primarium invenere. Nam in pompa illa, ad Minervæ honorem celebrata, viros aliquot eligebant qui cæteros ætate & pulchritudine præstabant, quibus [c] ramos ferendi munus assignatum erat; unde & vulgo θαλλοφόροι dicebantur. Apud Athenienses etiam festus erat dies, ramorum numine insignis, quo in Bacchi honorem ferebantur ὦσχοι. i. e. [d] tenues rami, maxime Vitis: atque inde, festum ipsum ὠσχοφόρια, solennitatis illius ministri ὠσχοφόροι, locus templo propinquus ὠσχοφόριον, & carmina ὠσχοφορικὰ dicebantur. Nec quisquam adeo hospes & tyro est in Græcorum veterum ceremoniis, quin norit eos Bacchum & Matrem Deorum Dendrophoriis, more perantiquo, coluisse. Hæc autem affinitas inter Judæorum & Gentilium ceremonias viris doctis veterem cantandi cantilenam occasionem præbuit; quod scil. * Diabulus & mystæ sui, Judæorum simii fuerint, & eorum mores ritusque suos fecerint. In hanc sententiam propendet [e] *Casaubonus*: postquam enim dixisset ethnicus terræ proventum & fruges omnes Bacchu acceptas retulisse; addit, *ad hujus beneficii recordationem, Dendrophoria solennitas videtur instituta: nisi tamen est Judaici festi τῆς θαλλοφορίας, sive octavæ festi Tabernaculorum, ridicula imitatio.* Idem & *Grotio* visum in *S. Mat.* c. 21. 9. ubi ait, *videtur ritus ramos gestandi, ut multa alia, a Judæis ad Græcos pervenisse.* Multa autem me movent, quo minus in hanc sententiam transeam; ea nempe argumenta quibus clare evinci potest, Judæos hunc ritum, ut multos alios, a Græcis aliisque in vicino gentibus accepisse.

HORUM primum hujusmodi est: Apertum est Judæos, de solenni illa ramorum circumgestatione, nihil a Deo in mandatis accepisse. Sat novi Judæorum gentem huic assertioni obnixe refragari, & in ritus hujusce patrocinium multa cum fronte ad ipsam Legem appellare. Nempe, inquiunt, ritum illum clare institutum legimus *Levit* 23. 40. *& sumetis vobis die primo ramos arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro.* Loci hujusce auctoritate fretus *Maimonides* ritus illius non sine elogio aliquo mentionem facit, dicens, [f] *Præceptum nobile est, ut colligarent* לולב *& ramusculos myrti & salicum in fasciculum unum, & in manibus gestarent*, &c. At si textum illum paulo propius intueamur, facile percipiamus eum nec præceptum *nobile*, nec *obscurum* de hujusmodi ceremonia continere. Textus equidem de ramis ad tenturia scil. conficienda colligendis, aperte loquitur; de iis autem in fasciculum colligandis, solenniter circumgestandis, aut quassandis, ne syllabam quidem eo in loco reperiamus. Nempe verba illa non ritum aliquem novum (quod sentiunt Judæi) & a reliquis festi ceremoniis prorsus discrepantem denotant, sed jam antea præceptam Tabernaculorum ceremoniam explicant, & materiam tantum docent. e qua Tabernacula illa conficerentur. Hoc ex ipsis arborum speciebus ibi præceptis haud obscure perspicitur: cavet enim Lex, ut accipiant ramus arboris pulcherrimæ, quæ scil. umbram lætiorem projicit, & virorem diutius retinet: ramos etiam arboris densæ, qui nempe tectorii vicem melius præstare possent: ut salices etiam e torrente, utpote cæteris densiores, & in omnem figuram facile ducendas sibi compararent. Nulla autem ratio satis solida vel fingi potest, cur Deus de densis hisce ramis conquirendis tam explicate & sollicite loqueretur, nisi quod ad cœli injurias a populo, mense Septembri festum sub dio celebrante, propulsandas felicius inservirent. Deum ea solum ratione hujusmodi ramorum usum præcepisse, e verbis etiam *Nehemiæ*, c. 8. 15. aperte colligamus: *egredimini in montem & afferte ramos olivæ, & ramos arboris pinus, & ramos myrti, & ramos palmarum, & ramos arboris densæ, ut faciatis tabernacula.* Quibus verbis *Nehemiah* arborum quarundam

a *Eli. Thisb.* in *Hoschaan.* b *Ainsworth.* in *Lev.* 23. 40. c *Paschal.* de *Coron.* l. 4. c. 12. *Alcand. Tab. Heliac.* in *Encarp.* d Vid. *Meurs. Græc. Fer.* L. 5. in Ὠσχοφορ. * Vid. *Gataker. Advers. Miscel. Posthum.* c. 42. e De *Satyr. Poes.* l. 1. p. 70. f In *Lulabh.* cap. 7. §. 6.

ramos,

ramos, speciatim præceptos, *Lev.* 23. penitus prætermittit, & alios non minus densos & ad tentoria conficienda idoneos nominat: ut satis pateat Deum ramorum usum potius quam speciem curasse, eosque non ad gestationis pompam deducendam, sed tabernacula facienda, parari voluisse. Cum itaque nihil in Lege extet, unde Judæi ramos solenniter gestandi ansam arripere possent; verisimile est eos morem illum, cum multis aliis, a Græcis aut Romanis, (sub quorum imperio sui esse desiere) vel superstitione, vel necessitate, vel assentatione ductos, antiquitus accepisse; postea vero [a] Legis jam dictæ verba in moris patrocinium detorsisse, cum scil. temporis longinquitas veram illius originem e posterorum memoria delevisset.

SECUNDO: Judæi ramos suos festivos ad ramorum Ethnicorum imaginem composuisse, & omnibus ramorum speciebus, naturalium & artificialium, quibus & ethnici, in solemnitatibus suis usi videantur. Nam

(1°.) JUDÆI ad solennitatum suarum pompam adaugendam thyrsos usurpabant. Nam Judith, postquam amputatum Holophernis caput Bethuliam asportasset, solenne festum Deo optimo maximo celebravit, in quo tam ipsa quam cæteræ mulieres thyrsis armatæ chorum duxisse narrantur, cap. 15. 12. καὶ ἔλαβε θύρσους ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῆς, καὶ ἐδίδου ταῖς γυναιξὶ ταῖς μετ᾽ αὐτῆς· quæ historia, de versione τῶν LXX accepta, in Vulgata Latinorum Editione desideratur. [b] *Plutarchus* etiam de Judæorum ritibus agens, in festo σκηνοπηγίας usitatis, in hæc verba scriptum reliquit, ἔτι καὶ κραδηφορία τις ἑορτὴ καὶ θυρσοφορία παρ᾽ αὐτοῖς, ἐν ᾗ θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασι· Quod Latine dixerim, *est etiam solennitas quædam apud eos, quæ a gestatis ramis thyrsisque denominari possit, in qua cum thyrsis templum ingrediuntur.* *Josephus* etiam auctor fidei minus suspectæ, sic morem habuisse refert. *Antiq* L. 13. c. 21. ubi Judæos infensos suos in Pontificem animos, in hunc modum testatos asserit, ἑστῶτος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καὶ θύειν μέλλοντος, κιτρίοις αὐτὸν ἔβαλλον· νόμου ὄντος παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τῇ σκηνοπηγίᾳ, ἔχειν ἕκαστον θύρσους ἐκ φοινίκων καὶ κιτρίων· *In eum sacrificare parantem, conjecta sunt citrea: nam festo tabernaculorum moris est Judæis singulos gestare thyrsos e palmis & citreis.* Thyrsos autem Judæorum quid distinctum fuisse a palmis aliisque ramis, e 2 *Mac.* 10. 7. colligamus: ibi enim Judæi, rebus prospere fluentibus, *thyrsos & ramos virides & palmas* tulisse dicuntur. Haud multum aberravero forsan si dixerim thyrsis hastulas aut virgulas pineas fuisse, viridi pampino, hedera aut alio aliquo palmite vestitas & condecoratas. Nam תרזה *thirza*, unde originem duxisse creditur, *pinum* sonat. Ethnicos etiam thyrsos in ceremoniis suis, [c] Bacchi præsertim pompis usurpasse, vix pueri nesciunt. Unum itaque *Virgilii* testimonium sufficiat, qui thyrsorum ethnicorum usum & formam sic nobis descriptum reliquit, *Eclog.* 5.

Instituit Daphnis thyrsos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.

E quibus docemur thyrsos fuisse (plurimum) [d] *hastas foliis intextas*, & insignia Bacchi mysteriis consecrata. Thyrsum insigne fuisse Bacchi sacris proprium vel inde colligamus, quod *Plutarchus* Judæorum θυρσοφορίαν in festo Tabernaculorum usitatam, in argumentum rapiat, unde probet eos Bacchi præcipue sacris se addixisse. Nos autem multo probabilius concludamus, ethnicos θυρσοφορίας ceremoniam primo usurpasse, & Judæos ritum illum, a profanis expiatum ceremoniis, a gentibus Baccho devotis accepisse, & in Dei sacra transtulisse. Hæc eo veritati propiora habeamus, quod e scriptis Apocryphis constet, Bacchi ceremonias olim apud ipsos Judæos plurimum invaluisse. Legitur enim 2 *Mac.* c. 6. Judæos ab Antiocho coactos fuisse, Bacchanalium solenne agitare, & hedera coronatus Baccho pompam ducere. Nec a vero abludit, eos Bacchi etiam telum, e thyrsum scilicet hedera obvinctum, tunc temporis circumgestasse. *Nonnum* itaque (quod obiter monendum censui) nec ratio nec religio fugit, quod tot mores & ritus Judæorum, verbis a sacris Bacchicis desumptis descriptos dederit; quamvis *Heinsius*, hujus rei causa, verbis plus æquo mordacibus eum quandoque castigaverit. Cum instituto præsente conjunctum est observare, *Nonnum*, historiam populi βάϊα φοινίκων gestantis referentem, verba nonnulla Bacchi ceremoniis propria usurpasse. Hoc autem in culpa ponit [f] *Heinsius*, dicens, εἰς ἕτερον θρησκείας εἶδος μετέβαινε, *hoc est, de Bacchicis ac priscis suis cogitabat sacris.* At vero, cum mos ille ramos solenniter gestan-

a *Levit.* 23. 40. b *Symposiac.* L. 4. probl. 5. p. 671. C c Θύρσος, ῥάβδος, βακτηρία, βακχικός. *Hesych.* d Vid. *Macrob. Saturn.* L. 1. c. 19. e *Liber pater thyrso ferit per obliquationem circumfusa hedera latentem mucronem.* Macrob. Sat. l. 7. c. 1. f *Aristarc. Sac.* Cap. 25. p. 454.

CAP. V. di, e Gentilium, & fortaſſe Bacchi, ſacris dimanarit; *Nonnus*, morem illum referens, (ſiquid ipſe judico) verbis gentiliſmo propriis, non cum venia tantum, ſed & cum laude utebatur. In tramitem jam, unde paululum digreſſi ſumus, revertamur.

(2°.) APUD Judæos antiquiores uſus obtinuiſſe videtur, ut quoſdam e ramis ſuis feſtivis, goſſipio obvolutos, aut lana pendente, ſimilive ornamento decoratos circumferrent. Nam apud [a] *Joſephum*, Judæi feſti munia peregiſſe dicuntur, φέροντες ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιώνην μυρσίνης καὶ ἰτέας, σὺν κράδῃ φοίνικος [1] πεποιημένην. Quem locum [b] *Bonfrerius*, rejecta *Rufini* & *Gelenii* verſione, ſic reddendum cenſuit, *portantes in manibus ramum myrti & ſalicis, cum ramo palmæ elaborato.* Deinde addit, nec Rufinus nec Gelenius *vertit illud* πεποιημένην, *quod indicat, hunc palmæ ramum elaborari conſueviſſe, additis forte quibuſdam externis ornamentis*: hæc *Bonfrerius*, qui tamen ornamenta illa quæ ramis addebantur, ne verbo explicat. Hic itaque [c] *Amenbium* multo feliciorem Joſephi interpretem ſe præſtitiſſe arbitror. *Crediderim*, ait ille, *ramis hiſce additam fuiſſe* εἰρεσιώνην *illam, cujus hoc eodem loco meminit Joſephus, & quam Bonfrerius ſine interpretatione præterit; eſt enim* εἰρεσιώνη *ramus oleaginus, vel citrinus, &c. lana obvolutus, quem circumpendentibus arborum fructibus, ante januas ædium ſuſpendere ſolebant antiqui; ad quem modum probabile eſt Hebræos ramos lana pendente, aut goſſipio obvolutos, in lætitiæ ſignum geſtare ſolitos.* Quibus poſt pauca, ſubjungit auctor, *quod addit Joſephus*, προσιόντος τῷ μήλῳ τῆς περσέας, *accedente malo paciſico, intellige de citris* —— *Et fortaſſe non abſurde dici poſſet de ramis hiſce & thyrſis omnis generis fructus ſuſpendiſſe Judæos, citria, mala medica, poma, mala perſica,* —— *& hujuſmodi alia.* Hanc conjecturam rationi conſentaneam ſentio quod Εἰρεσιώνη Græcorum (a quibus *Joſephus* vocem illam mutuatus eſt) faſciculus eſſet e variis frondibus & fructibus concinnatus, lana coronatus, quem etiam in feſtis & myſteriis ſuis ſolenniter circumferebant. In cujus rei fidem conſulant curioſi varia Antiquorum, quæ [d] *Meurſius* huc ſpectantia congeſſit teſtimonia.

(3°.) JUDÆI non tantum thyrſum & εἰρεσιώνην, ſed & palmarum, ſalicum, myrti aut olivæ ramos: nativo tantum virore decoratos, in ſolennitatibus ſuis circumgeſtabant. Hoc e jam citatis *Joſephi* verbis, & Judæorum moribus hodieque receptis conſtare arbitror: quibus addi poteſt ſolennitas illa, 2 *Mac.* 10. 7. memorata, ubi Judæi, templi & altaris reſtitutionem celebrantes, *Thyrſos & ramos virides & palmas* tuliſſe perhibentur. Ethnicos etiam in ſolennibus ſuis morem pæne germanum coluiſſe, e verbis [e] *Eratoſthenis* colligamus; τοῦ Πτολεμαίου κτίζοντος ἑορτὴν καὶ θυσιῶν παντοδαπῶν γένη, καὶ μάλιστα περὶ τὸν Διόνυσον, &c. *Ptolemæo feſtum conſtituente, & variorum ſacrorum genera, quæque maxime ad Bacchum pertinerent; interrogavit Arſinoe illum qui thallos & thyrſos ferebat, ecquis ille dies feſtus eſſet*, &c. Palmas etiam in pompis Ægyptiorum ſolenniter geſtatas fuiſſe, inde tuto conjiciamus, quod apud Græcos, rituum Ægyptiacorum æmulos, in morem tam pertinacem venerint, ut una cum iis in Chriſtianiſmum tranſierint, & nomen dederint Dominicæ, quam nos Palmarum, illi βαιοφόρον vocabant a βάϊ, quod βάϊς lingua Ægyptiaca [f] palmam denotet.

SATIS ſuperque me probaſſe cenſeo, Judæos ramos ſuo ritu ethnico paraſſe & omnes ramorum formas, quibus & ethnici, in ſolennitatibus ſuis uſurpaſſe. Hinc autem non ſine ratione argumentum ſumimus, Judæos ſolennem illum ramos geſtandi ritum ab ethnicis derivaſſe. Multum enim a ratione diſcordat, Judæos ritus illius materiam a Lege, formam autem a Gentilibus accepiſſe.

TERTIO: inde etiam veriſimile eſt Judæorum ramos feſtivos e ſtirpe ethnica propagatos, eo quod Judæi, faſciculos ſuos circumgeſtantes, tot ceremonias obſervarint, quæ originem ſuam, non a Legis præſcripto ſed Gentilium ramos geſtantium uſu petiiſſe videntur.

NAM (1°.) Ramulos ſuos quaſſare, hoc eſt, ſurſum, deorſum, huc, illuc, inter geſtandum agitare, pro religione habebatur. Sic uſu veteri receptum fuiſſe teſtatur [g] *Maimonides*, & Judæorum mores [h] hodierni a Majoribus propagati, cum feſtum Tabernaculorum in Synagogis celebrant. Hunc autem ritum nullibi in lege præceptum eſſe, notum omnibus qui *Pentateuchum* vel primis tractarunt digitis. Idem fatetur [i] *R. Jacob Ben Aſcher*, lib. ארבע טורים ubi ait, ב״ה כתב דניענוע דרבנן *Baal Hattur ſcripſit*

a *Antiq.* l. 3. cap. 10. b *Comment.* in *Levit.* 23. 40. c De *Rep. Hebr.* L. 3. c. 8. d *Græc. Feriar.* Lib. 5. in voc. Πυανέψια. e Apud *Athen.* l. 7. c. 1. f *Hor. Apoll.* l. 1. cap. 3. 4. g In *Lulabh.* cap. 7. h V. *Leo Moden.* de rit. *Jud.* P. 3. c. 7. §. 4. i In vol. אורח חיים num. 651. fol. 77.

1 Juxta Lectiones *Bigotii* & Exemplar *Sambuci*, εἰρεσιώνην *faſciculum ex myrto & ſalice cum ſpadice palmæ compoſitum*: ſimilique phraſi uſus eſt *Joſephus* p. 113. v. 5. 14. 35. & p. 116. v. 19. *Hudſon.* in loc.

quod

quod agitatio ramorum fit ex placitis Doctorum. Et statim postea, וכתב עוד מנהג אבותינו מוליך ומביא מעלה רמוריד *Insuper scripsit, ex consuetudine Patrum nostrorum, fasciculos educebant & reducebant, elevabant & deprimebant.* Sed multo credibilius est, id moris e Gentilium ritibus potius quam Doctorum placitis in Judæorum ceremonias transiisse. Nam, observante [a] *Casaubono*, Ethnici, *in ducenda pompa*, ramos *quatiebant in honorem ejus cui pompa ducebatur: quod Græci dicunt*, κλάδους ἐσείον· *Et ad eum*, inquit, *morem Epiphanius & Chrysostomus alludentes, phrasi illa* βάϊα σείειν vel ἐσείον *utuntur, historiam Christi ad Hierosolymam equitantis referentes.* Firmat *Casauboni* verba, quod apud [b] *Heliodorum* victoriæ nuncii ab Hydaspe Rege præmittantur, τὰς κεφαλὰς τῷ Νειλώῳ λωτῷ κατεστεμμένοι, καὶ φοινίκων πτόρθους ταῖς χερσὶ κατασείοντες, *capitibus Niloo loto redimitis, & palmarum ramos quos manibus tenebant quatientes.* CAP. V.

(2°.) JUDÆI, dum fasciculos suos quassarent, solennem precatiunculam, Psalmistæ verbis conceptam, adhibere solebant; læti subinde [c] exclamantes אנא ה׳ הושיעה נא אנא ה׳ הצליחה נא *Salva, obsecro nunc Domine: prospera, obsecro nunc Domine.* Huic etiam consuetudini, utpote nullibi a Deo institutæ, Gentilium mores ansam præbuisse crediderim: nam apud eos, inquit [d] Paschalius, rami *manu gestati a supplicantibus frequenter movebantur, sive quatiebantur: qui motus erat index animi intentius rogantis, atque —obtestantis; cujus rei exempla sunt apud* [e] *Apuleium dua mulieres ramos oleaginos utraque quatientes.* Ideoque *R. Gamaliel & R. Joshua* moris hujusce vetustissimi scopum mentemque, præ cæteris Judæis, perspectam habuisse [f] videntur, *quod cum omnis cœtus fasciculos suos perpetuo agitaret*, illi suos non commoverent, nisi ad clausulam illam, *salva obsecro Domine*: cum scilicet preces Deo funderentur.

(3°.) JUDÆI canticis & acclamationibus κλαδηφορίαν suam testatiorem & celebriorem facere solebant. Ita morem habuisse, testatur *Maimonides*, in *Lulabh.* cap. 8. §. 12. 15. Ubi refert, primores & plebem Judæorum, in festo Tabernaculorum, *sanctuarium*, (i. e. exteriores aliquas templi partes,) *ingressos, choreis, quassatis fasciculis, cantuis, cymbalis, & psalteriis*, animos suos in lætitiam supra modum effusos testari solitos. Hæc eo credibiliora habeamus, quod Judæi, σκηνοπηγίας festum agitantes cantica sacra ramis suis quassatis conjungere (more proculdubio a patribus propagato) [g] etiamnum soleant. Cum autem Judæi eo cantandi munere fungerentur, moris erat *magnum* quod vocant, *Hallel* occinere, quamvis cantionis illius celebritas io frequenti geminatione & regeminatione τοῦ *Hosanna* præcipue constituisse videatur. Ethnicis etiam solenne erat, ramorum gestationem in Apollinis honorem institutam, hymnis & canticis condecorare. Nam [h] *Proclus* δαφνηφορίας pompam describens, ὁ χορὸς inquit, παρθένων ἐπακολουθεῖ, προτείνουσα κλῶνας πρὸς ἱκετηρίαν τῶν ὕμνων· *hunc* Daphnephorum nempe, *virginum chorus insequitur: ramos prætendens ad supplicationem, quæ hymnis celebrabatur.* Nec Gentilium hymni in ὀσχοφορίαις usitati (si eorum materiam generalem spectemus) adeo magno discrimine a Judæorum canticis separabantur: Prout enim Judæi *Magnum Hallel & Hosanna* frequenter ingeminabant, ita & Ethnici [i] Ἐλελεῦ, ἰὲ ἰὲ, aut ἰὴ παιάν, cum ramos gestarent, acclamare solebant.

(4°.) JUDÆIS solenne erat [k] saltare in festo Scenopegiæ, *manu tenentes* אביקות של אור *faces ardentes.* Ethnici etiam [l] λαμπάδια καὶ δᾷδας in festis & mysteriis plerisque usurparunt: atque inde δᾳδουχεῖν τὰ μυστήρια, in Veterum scriptis proverbii pene locum occupavit. De hoc argumento curiosi *Casaubonum* consulant, & auctores ab eo citatos, paulo fusius disserentem, in *Commentar.* ad *Theophrast. Charact.* περὶ ἀδολεσχίας, pag. 22. Hoc unum obiter notandum censeo, nempe Θύρσοι & ramos & faces indicare; forsan quod [m] thyrsus (uti dixi) pinum notet, e qua optimæ lampades ac rædæ fierent; vel quod rami & faces in Bacchi ritibus nexu indissolubili sibi invicem cohærerent.

(5°.) JUDÆI, in solo Tabernaculorum festo, postquam scilicet fruges collegissent, εἰρεσιώνην & κράδην quam dixi κεκοσμημένην, id est, ramum lana & omnis generis frugibus appensis, exornatum circumgestabant. Ethnici etiam nunquam (quod scimus) nisi in festis Πυανέψια & Θαργήλια dictis, post fruges nempe collectas, hujusmodi ceremonia utebantur. In cujus rei fidem audiamus *Scholiasten Aristophanis* [1] *Equitibus*, Πυανεψίοις

a *Exercit.* 16. Num. 5. b *Æthiopic.* l. 10. p. 457. c *Maim.* in *Lulabh.* c. 7. §. 23. d De *Coron.* lib. 4. c. 12. e *Metam.* lib. 3. p. 77. f *Lulabh.* c. 7. g *Leo Moden.* de *rit. Jud.* P. 3. c. 7. §. 4. h Apud *Phot.* in *Biblioth.* col. 990. 10. i Vid. *Plutarc.* in *Thes.* pag. 10. A k *Suc.* ap. *Mischn.* c. 5. §. 4. l *Plutar.* in *Cicerone.* p. 871. E m Θύρσοι, κλάδοι, λαμπάδες, λύχνοι. *Hesyc.*

1 *Act.* 2. *Scen.* 2. vers. 725.

CAP. V.

καὶ θαργηλίοις, Ἡλίῳ καὶ Ὥραις ἑορτάζουσιν Ἀθηναῖοι. Φέρουσι δὲ οἱ παῖδες — θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημμένους, ὅθεν Εἰρεσιώνας λέγονται. E ramo autem illo, lana obvoluto, [a] fructus omnes dependisse, nos docet *Suidas*, Εἰρεσιώνη· κλάδος ἐν ἐλαίας ἐρίοις πεπλεγμένος· ἐξήρτητο δὲ αὐτῆς τὰ ὡραῖα πάντα· &c. Eo autem ritu Gentiles se fructum & lanam, victum & vestitum Deorum suorum benignitati accepta referre, tacite profitebantur. Nec dictu promptum est, cur Judæi suam etiam εἰρεσιώνην in festo tantum post fruges collectas celebrato circumferrent; nisi ut eadem ipsa ceremonia qua gentes vicinæ, dæmoni, illi Deo soli, se omnia vitæ commoda ascribere testarentur. Judæos ramos circumferentes, hoc in proposito habuisse, eo credibilius existimemus, quod

(6°.) JUDÆIS solenne erat ramos suos festivos in templum ferre. Ita nos docet [b] *Plutarchus*, qui hoc inter alia de Judæis festum σκηνοπηγίας agitantibus memoriæ consignavit: ἔστι δὲ καὶ κραδηφορία τις ἑορτὴ καὶ θυρσοφορία παρ' αὐτοῖς ἐν ᾗ θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασιν· *est etiam solenne apud eos festum, a palmitibus & thyrsis gestandis nuncupatum, ubi thyrsos gestantes in templum intrant.* Idem & *Maimonidis* testimonio, ante paucas paginas, firmatum accepimus. In Gentium etiam ὀσχοφορίαις solenne erat ramos suos in templum gestare, inde enim locus in templo, a ramorum illuc gestatione, [c] nomen Ὠσχοφόριον obtinuerit: quandoque vero Gentiles εἰρεσιώνην suam, ante fores templi Apollinis statuebant. Hoc testatum reliquit *Suidas* in Voc. Εἰρεσιώνη, & *Eustathius* ad *Iliad.* X'.

CUM itaque Judæi veteres iisdem plane ceremoniis, quibus & ethnici, κραδηφορίαν suam celebrarent; inde pronum est credere solennitatem ipsam ex ethnicorum moribus primitus oriundam. Nam rationi dissonum videtur, Judæos ritus hujusce, substantiam quidem e Lege, circumstantias autem omnes e Gentilismo accepisse.

QUARTO: inde etiam haud inepte colligamus, Gentium consuetudinem ramorum gestationi principia tribuisse, quod ceremonia illa eundem plane usum & locum in Judæorum, quem in Gentium, pompis sacris & civilibus obtinuerit. Nam

(1°.) JUDÆI ritu illo in signum lætitiæ non vulgaris utebantur. Cum enim Simon magnam victoriam de Judæorum hostibus reportasset, ob rem prospere gestam Deum & Simonem [d] μετ' αἰνέσεως καὶ βαΐων læti celebrabant. Cum etiam templi & altaris religio per Judam restituta, ingentem lætandi materiam Judæis attulisset, Thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant 2 *Mac.* 10. 7. Inde profectum quod ritum illum in pompis sacris aut civilibus, in Dei vel hominis alicujus præclare meriti honorem institutis adhiberent. Eo enim ritu in festo σκηνοπηγίας, quod [e] *Plutarchus* de Judæis agens, τὴν μεγίστην καὶ τελειοτάτην παρ' αὐτοῖς ἑορτὴν, *præcipuam & sacratissimam apud ipsos solemnitatem* appellat, utebantur. Cum etiam Dominus Hierosolymas appropinquaret, Eum ramis exceperunt; ut lætitiam suam eo testatiorem facerent, & pompam tantæ personæ adventu digniorem agerent. Parum enim rationi consentaneum est Judæos ritum illum a festo Tabernaculorum accepisse, & ad Domini adventum cohonestandum transtulisse; eo quod illum, Messiam, adeoque festorum & rituum suorum omnium scopum & nucleum existimarent: nam ea persuasio (Christum scilicet Messiam fuisse: & omnes Judæorum ritus ad Eum respexisse,) non nisi sagaciorum quorundam animos tunc temporis occupavit. Multo probabilius est Judæos hoc veteri exemplo fecisse, cum & gentes exteræ, in publicis & festivis suis solennitatibus sparsis foliis & ramis gestatis lætitiam suam indicare solerent. Nam [f] *Herodianus*, *Commodi Imperatoris* Romam revertentis pompam & triumphum referens; *Senatus*, inquit, *universus populusque Romanus*, δαφνηφόροι τε καὶ πάντα ἐπιφερόμενοι ἄνθη τότε ἀκμάζοντα, &c. *palmas gerentes & flores omnifarios (quos dabat anni tempus) conferentes, in occursum prodierunt.* Nec a gentium usu plane alienum erat, quod Judæi non tantum ramis gestatis sed & Hosannis ingeminatis Domini adventum celebrarent. Nam & Romani, cum primum Imperatorem jam dictum conspicati essent, [g] eum εὐφημίαις παντοδαπαῖς, — καὶ ἀνθέων βολαῖς ὑπεδέχοντο· *faustis omnibus & acclamationibus, — florumque sparsionibus exceperunt.* At sentio me a re proposita paulisper deflexisse: ad institutum revertar.

(2°.) JUDÆI ramorum gestationem tanquam precandi ritum & formulam usurpabant. Hoc ex historia illa Evangelica modo memorata manifestum arbitror: nam populus palmarum ramos vibrans, *Hosanna filio David*, frequenter ingeminabat, & iis verbis vel sibi vel potius Christo Domino, fausta & felicia omnia precabatur. Exemplum huic

a V. *Meurs. Græc. Feriat.* in Ὀσχοφόρια. b *Sympos.* l. 4. Qu. 5. p. 671. E c Ὠσχοφόριον, τόπος Ἀθήνησι Φαληροῖ, ἔνθα τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν· *Hesych.* d 1 Mac. 13. 51. e Lib. 4. *Sympos.* pag. 671. D f Lib. 1. §. 17. g Idem §. 18.

affine

affine præbet *Apoc.* 7. 9. 10. Ibi enim multi *stabant ante thronum*, *& in conspectu agni*, *amicti stolis albis: & palmæ erant in manibus eorum: & clamabant voce magna dicentes*, ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ — καὶ τῷ ἀρνίῳ, *Hosanna* — agno, omnia illi prospera eveniant & honorifica. Neque enim Sancti illi palmas gestabant in signum victoriæ, (quod multis creditum) sed lætitiæ & precationis; quod & verba proxime sequentia (com. 11. & 12.) manifestum faciunt. Apud Græcos etiam [a] supplicibus in more erat ramos [b] oleaginos, lana candida circundatos, ore manuque præferre: unde ἱκετήριοι κλάδοι, apud Æschylum, *supplices rami*; & Græci ἱκετηρίαν olivæ ramum a supplicando nominant. Istud non fugit *Virgilium*, Æn. 11. v. 100. ubi ait, CAP. V.

Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.

(3°.) JUDÆI ramorum gestationem in religionis parte habebant, eosque in cultus & adorationis signum præferebant. Hujus rei inde certa fides, quod Judæi ramos circumferrent, persuasi se ritu illo legem adimplere, & officium Deo pergratum exequi; quod ipsos parvulos suos, cum primum sex annos superassent, ad hoc officium præstandum astrictos existimarent; quod ramis instructi [c] templum ingrederentur, & altari astarent, dum sacra Deo oblata comburerentur. Nec obscurum est ramos hunc usum in Gentilium ceremoniis habuisse: quis enim ignorat pinum Pani, cupressum Sylvano & Diti, Herculi populum, Isidi abrotonum, Baccho vitem & hederam consecratam fuisse; & Ethnicos arborum earum ramos & folia in Numinum illorum cultu prætulisse? Hunc itaque ritum, una cum falsorum Deorum cultu, Judæos antiquiores a Gentilibus accepisse, e verbis Prophetæ conjiciamus: *Ezec.* 8. 17. ubi Propheta, superstitiosos & pravos eorum mores arguens, inquit, *impleverunt terram violentia, & conversi sunt ad irritandum me, & ecce* [d] *applicant* [1] *ramum ad nares suas.* Cujus textus obscuri interpretem egregium se præbuit [e] *S. Hieronymus*, cum dixit, *significat* Propheta *viginti quinque viros* — *non solum templum habere post tergum, sed instar idolorum applicare ramum ad nares suas: haud dubium quin palmarum, quas Græco sermone βαΐα vocant, ut per hoc eos idola adorare significet:*

CUM itaque e jam dictis apertum sit, ramorum gestationem eundem plane usum & significationem in Judæorum, quem & olim in Gentilium, mysteriis habuisse; inde promptum est colligere, κακοζηλίαν quandam huic ceremoniæ Judaicæ originem tribuisse, & Judæos, cum solennitates suas ramis circumgestatis celebrarent, non tam Legis præscriptum, quam Gentium morem, ob oculos posuisse.

QUINTO: inde etiam videri possit, ramos gestandi morem ab Ethnicis originem petiisse, eo quod alii Judæorum mores, huic consuetudini summa propinquitate conjuncti, recenseri possint, quos proculdubio a vicinis gentibus mutuati sunt. Hoc tribus exemplis ratum faciam. (1°.) Apud Judæos usu veteri factum est, ut Principum & Imperatorum adventum sertis & coronis foribus affixis celebrarent. Cum enim *Alexandri* adventus metum non levem Judæis incussisset; pontifici *obdormienti*, inquit [f] Josephus, *præcepit Deus ut bono esset animo*, καὶ στεφανοῦντας τὴν πόλιν, ἀνοίγειν τὰς πύλας, *sertisque civitatem ornantes, portas protinus aperirent, & alios quidem cum veste alba, ipsum autem & sacerdotes cum legitimis stolis jussit occurrere.* Hæc autem pompa ad antiquum seculi morem ornata videatur: nam, referente [g] *Xiphilino*, cum *Teridates*, *Armeniæ* princeps, Romam adveniret. πᾶσα μὲν ἡ πόλις ἐκεκόσμητο καὶ φωσὶ καὶ στεφανώμασιν, *urbs tota luminibus sertisque ornatas* — ὁ δῆμος λευχειμονῶν καὶ δαφνηφορῶν, *populus albatus palmasque ferens medium forum occupavit.* Et post paginas nonnullas, Neronis reditum e Græcia referens, [h] *ascendit*, inquit, *in Capitolium*, πάσης τῆς πόλεως ἐστεφανωμένης καὶ λυχνοκαυτούσης· *tota urbe sertis insignita, & lychnis ac suffimentis plena.* (2°.) Judæorum moribus receptum erat flores & folia in bene meritos spargere: nam *M. Agrippa*, qui templum donis cumulasset, Hierosolyma decessurus, *ad mare deductus est, prosequentibus multarum civitatum populis, eumque flore & fronde ob pietatis admirationem aspergentibus:* uti auctor est *Philo* de *legat.* ad *Caium.* Hanc autem honoris & benevolentiæ testandæ rationem, Judæi a Græcis aut Romanis accepisse credantur: nam apud eos florum & foliorum sparsio in usum tam frequentem venisset, quod [i] si quem insigni populi favore

a *Hadr. Jun. Animadverf.* l. 2. c. 11. b Ἐν ταῖς λιτανείαις καὶ ἱκετηρίαις τοὺς τῆς ἐλαίας θαλλοὺς προτείνουσι. *Porphyr.* de *antr. Nymph.* p. 270. c Vid. supr. pag. 1114. d Ἰδοὺ αὐτοὶ ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα Lxx. in loc. e In *Ezec.* 8. f *Antiq.* lib. 11. c. 8. p. 503. 10. g *Epit. Dion.* in *Neron.* p. 185. C h Pag. 193. C i V. *Caussin. Polyb. Symbol.* L. 5. c. 43.

1 Juxta *Exemplar. Vatican.* Ἰδὲ αὐτοὶ ὡς μυκτηρίζοντες.

CAP. V. honestatum omniumque plausu & lætitia acceptum significare vellent, hunc φιλοδένδρων nominarent. (3°.) Judæorum sacerdotes hedera vestiti vel coronati solennia sua agitasse videntur. Huic conjecturæ, [a] *Taciti* verba de sacerdotibus Judæis locum faciunt: *sacerdotes eorum tibia tympanisque concinebant, hedera vinciebantur.* Gentium etiam sacerdotes coronas ex hedera factas in Bacchi solennitatibus induisse, norunt omnes qui vel levi rituum Bacchicorum cognitione imbuuntur. Et verisimile est Judæos morem illum retinuisse, ex eo tempore quo minis & pœnis severissimis, [b] *hedera coronati Libero Patri pompam facere cogebantur.* Cum itaque apertum sit, Judæos hunc aliosque mores, ramorum gestationi conjunctissimos, a gentibus accepisse; minime absurdum aut rationi dissonum videri debeat, quod & ipsam κραδηφορίαν Judaicam, ad eandem originem, Gentium scilicet usum, referendam censeamus.

Sexto: nisi sententiæ nostræ fides habeatur, nulla ratio, vel speciem ferens, extundi potest, cur Judæi ramos simplices, vel ramos fructibus circumpendentibus decoratos, in nullo nisi Tabernaculorum festo circumferrent: at sententia nostra concessa ratio statim constabit, & omnia prodibunt captu facilia & ænigmatis suis liberata. Nam crebris veterum testimoniis firmatum est, Orientales ad lætitiam suam indicandam, ramos prælatos vel foribus affixos usurpasse: hoc & eo verisimilius habeamus, quod in mores hodiernos receptum sit, lætiora veris ineuntis tempore, natales imperii regii, aut principis adventum, ramis humi stratis vel ad limina positis celebrare. Cum itaque Deus Judæos ad lætandum coram semetipso in festo præcipue tabernaculorum, astrictos tenuisset; pronum & consultum est credere, eos ramorum gestationem (utpote ritum maxime proprium, & rebus lætis ubique usitatum) ad lætitiam suam religiosam testandam & promovendam, e Gentium moribus ad sacra sua transtulisse. Pari facilitate expediamus, cur Judæi ramos illos (quos vocat [1] *Josephus*) κρεμαμένας in festo σκηνοπηγίας circumferrent. Solebant enim gentes in pompis & sacrificiis palmites & ramos variarum arborum, pomis & fructibus omnigenis onustos gestare; eosque subinde ad os & nares referre: ut ritu illo Solem adorarent, eique tanquam fructuum creatori gratias agerent, eosque quasi primitias quasdam Soli consecrarent. Gentes autem statim post frugum collectionem, ritum illum usurpasse perhibentur. Judæi itaque ramis modo consimili ornatis festum collectionis celebrasse videntur, ut ritto ubique recepto se bone sua omnie, Dei, non Solis benignitati accepta referre profiterentur; & ut populus [c] hisce gentium moribus assuetus, ritibus, a quibus facile divelli non poterant, in Dei honorem uterentur.

Septimo: hisce omnibus roboris nonnihil accedit e *Plutarchi* testimonio: ille enim de Judæorum moribus, Tabernaculorum inprimis solenoitate, paulo fusius egens, [d] *paucis post diebus,* inquit, *aliam festivitatem non obscure sed aperte Baccho nuncupatam agitant. Est etiam apud ipsos festum solenne,* κραδηφορία ἢ θυρσοφορία *nuncupatum, quo ramos & thyrsos tenentes templum ingrediuntur. Quid agant ingressi, latet nos: verisimile est Bacchanalia agere.* Quibus verbis *Plutarchum* a vero ritus hujusce Judaici fine & scopo multum aberrasse, non diffitendum est: et inde pateat eum & æquales suos, ramos gestandi ceremoniam gente Judaica antiquiorem existimasse, & ex Ægypto (inde enim Bacchi cultum petit [e] Manethus Ægyptius) originem derivasse. Idem sentire videtur *Dionysius Grammaticus* apud [f] *Clem. Alexandrinum:* postquam enim asseruisset Ægyptios aliosque non tantum per verba sed & symbola significasse; statim addit, ὡς ὅ τε τροχὸς ὁ στρεφόμενος ἐν τοῖς τῶν Θεῶν τεμένεσιν, εἰλκυσμένος παρὰ Αἰγυπτίων καὶ τὰ τῶν θαλλῶν διδόμενα τοῖς προσκυνοῦσι· *ut & rota quæ vertitur in Deorum templis, quæ tracta est ab Ægyptiis, & rami qui dantur iis qui adorant.* Et sene eo probabilius est ritum illum proprium Ægypti fœtum fuisse, quod eum, plusquam cæteræ gentes, in deliciis habuisse credatur. Nam, teste [g] *Kirchero* Ægyptii veteres *nullam sine ramorum circumgestatione solennitatem* peregerunt; *hosce siquidem ramos in Isiacis, Mythriacis, Ithyphalliis sive Dionysiacis, gestare consuerant, nullam sine hisce divinationem, nullas sortes, vel consultationes peragebant.*

Obj. 1. Nihil jam superest nisi ut tribus Objectionibus breviter respondeamus. Harum prima hujusmodi est: tota Judæorum natio sententiæ nostræ aperte refragatur: nem ramorum gestationem tanquam ritum legibus jussum nullo non ævo sancte coluerunt, &

a *Histor.* l. 5. p. 516. b 2 *Mac.* 6. 7. c *Exod.* 8. 17. d *Sympos.* L. 4. p. 671. E
e Apud *Euseb. Præp. Ev.* l. 2. c. 1. p. 47. f *Stromat.* l. 5. p. 672. 30. g *Obelisc. Pamph.* l. 4. p. 362.

1 Vid. pag. 11 4.

Majores

Majores suos ceremoniam illam a Græcis aut Romanis accepisse, ne per somnium quidem hactenus cogitarunt. Vix quicquam autem a probabilitate alienum adeo vel fingi potest, quam quod perspicax illa natio adeo dumi cœcutiret, ut oubem pro Junone, ritum Ethnicum pro instituto divino tot seculis amplecteretur. CAP. V.

RESPONDEO: facile prævideo omnem hic in diversum ituram Judæorum turbam. Hoc autem me leviter tangit, cum probe sciam Judæos misera literarum humaniorum ignorantia laborare, & historicos Ethnicos, antiquos gentium mores referentes, tanquam idolum aut porcum, abominari. Ex ea autem crassa & affectata rerum antiquarum ignorantia prodit, quod rituum suorum causas nos melius teneamus quam ipsi, & ipsos Magistros illos in sua quasi schola non raro erudire valeamus. Ex eadem ruditate factum est, quod ritus omnes a patribus suis transmissos, quorum originem expedire nesciunt, ficta Mosis auctoritate, quasi eos e Sinai tradentis, protegere soleant; aut textum aliquem Legis (si verborum superficies patiatur) in eorum patrocinium cogere.

SECUNDO: ad sententiam nostram refellendam dici potest, quod liquido constet gentes Bacchum suum & orgia ejus sub סכה vel scena e ramis contexta celebrasse. Unde illud *Horatii Carm. L. 1. c. 18.* Obj. 2.

——— Non ego te, candide Bassarea,
Invitum quatiam; nec variis obsita frondibus
Sub divum rapiam. ———

In eo autem colendi ritu, diabolum & servos suos festum τῆς σκηνοπηγίας, quo Deus sub tentorio e variis frondibus contexto colebatur, imitatum fuisse, nemo hactenus dubitavit. Nec dubio locus esse potest, cum festum tabernaculorum Bacchi ritus antiquitate superet, & rationibus genti Judaicæ propriis innitatur. Cum itaque Bacchi cultores tentoria illa e ramis confecta a Judæis mutuati sint, verisimile est thyrsos etiam & ramos virides, quos Judæi in festo σκηνοπηγίας præferebant, e Judæorum sacris in Bacchi ceremonias, per gentium κακοζηλίαν, transiisse.

RESPONDEO: Bacchi cultores Numinis sui ritus sub tentorio ramoso peregerunt, non quod Sacra Judaica imitandi studio ducerentur; sed (1°.) quod mos & consuetudo bibendi sub *Succa*, sive ὑπὸ σκηναῖς, in Syria & Oriente (unde Bacchi ritus dimanarunt) plurimum obtineret. Exemplo sit *Benhadad*, quem luxui & crapulæ ἐν σκηναῖς indulsisse legimus, 1 *Reg* 20 16. Πίνων — αὐτὸς καὶ οἱ βασιλεῖς ἐν Σοκχώθ (2°.) Verisimile est gentes Bacchum suum sub tentorio e frondibus contexto coluisse, ut templum orgiis suis dicatum e vite & hedera contexeretur, & eo magis cum Numinis sui natura & ingenio consentiret. Quicquid sit, a me impetrare non possum ut sentiam Bacchi cultores tentoria sua frondosa a Judæorum exemplari petiisse; quum Judæi (quantum per Legem licuit) mores Bacchi sacris proprios in cultum suum derivarint. Si enim [a] *Plutarcho*, in re tam levi fidem tribuamus, in festo a tabernaculis nuncupato sedere solebant ὑπὸ σκηναῖς ἐκ κλημάτων μάλιστα καὶ κιττοῦ διαπεπλεγμέναις, *in tabernaculis quæ e palmitibus & hederæ potissimum contexebantur*: [b] thyrsos etiam, coltus Bacchici insigne; eo in festo circumferebant: & teste [c] Propheta, ὠλόλυζον — ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ Est autem vox illa Bacchi ritibus propria in quibus cultores sui omnia lamentis & ululatibus complere, pro religione habuere. Unde Bacchus ipse in *Euripidis Bacch.* v. 23.

Πρώτας δὲ Θήβας τῆς δε γῆς Ἑλληνίδος
Ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροός

SED alius ex ipsis Legis sacræ verbis oascitur scrupulus: sic enim cautum legimus, *Levit.* 23. 40: *& capietis vobis* פרי עץ הדר [d] *fructum arboris pulchræ, ramos palmarum*, &c. *& lætabimini*, &c. E quibus colligunt Judæi (& quid aliud colligere possunt?) Legem non tantum ramos, sed & mala citrea (utpote fructum arboris pulchritudine præcellentis) in festo σκηνοπηγίας gestanda præcepisse. Ideoque rami virides & rami fructibus appensis exornati, in solennitate illa circumferri soliti, non e gentilismi usu sed Legis præscripto pullulasse videantur. Obj. 3.

a *Sympos.* l. 4. Q. 5. p. 671. E
b Θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασι. Id. ib.
c *Hos.* 7. 14.
d LXX, καρπὸν ξύλου ὡραῖον,

CAP. VI. AT hunc scrupulum Lectori facile eximamus: nam, (quidquid dicant Judæi) nulla omnino ratio reddi potest, cur vox illa פרי sensu usitato, pro *fructu* nimirum, eo in loco sumeretur. Veritati molto similius est, vocabulum illud quodvis arboris incrementum, illius nempe ramos, denotare: sic enim vocem reddit versio [a] Anglicana, Lxx etiam vocem פרי [b] alibi per [1] *κλήματα palmites* interpretantur, & (quod caput est) in loco illo [c] parallelo, quo varia arborum genera ad Tabernaculorum solennitatem requisita enumerantur, omnes earum partes עלי *φύλλα, frondes* aut *rami* appellantur, nec ibi fructus alicujus mentionem reperiamus. Neque Judæi, qui vocem illam de fructu interpretantur, fructus illius usum aut gestandi modum certo assignare valent. Nam hodierni Judæi in *σκηνοπηγίας* solennitate, mala citrea una in manu, ramos autem in altera tenere solent; cum [d] *Josephi* tempore *manibus gestarent ramos myrti, salicis & palmæ, e quibus mala — dependerent.* Unum jam restat, nempe ut Lectorem exoratum habeam, ut sermonis paulo fusioris culpam in materiam ad dicendum benignam conferat.

C A P. VI.

Lucernarum accensio in Encæniis, & aliis Judæorum solennitatibus.

RAMORUM gestationem & lucernarum accensionem ritus quasi gemellos habeamus, eo quod ex eodem utero (gentium scil. usu) prodierent; & quod gentes ritum utrumque in finem eundem, lætitiæ nimirum vel adorationis significationem, frequenter conjunctim usurparint. Sic enim *Juvenalis* apparatum diei festi ex ritu Romano celebrati descriptum dedit, *Sat.* 12. v. 91.

Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

Quibus versibus lucem afferunt [2] *Tertulliani* verba, *cur die læto non laureis postes obumbramus, nec lucernis diem infringimus?* Christianos etiam ritibus hisce conjunctis dies suos festos & lætitiæ dicatos celebrasse: e [e] S. *Chrysostomi* verbis conjectari licet, ὅπερ οὖν τότε ἐποιήσατε στεφανώσαντες τὴν ἀγορὰν, καὶ λύχνους ἅψαντες, καὶ στιβάδας πρὸ τῶν ἐργαστηρίων στρώσαντες, &c. *quod igitur — fecistis, forum coronantes, & lucernas accendentes, & arborum ramos ante officinas collocantes, & tanquam nuper nata civitate, festum agentes,* &c. Ritus itaque gentium usus tam arcte conjunxisset, non decet separare: ideoque ad ceremoniam illam cognatam, *lucernarum accensionem*, a Judæis & Gentibus receptam, jam stylum convertemus.

JUDÆI cum primis ritu illo in Sabbatis, Encæniis, aliisque diebus lætis festisque utebantur. Ita morem olim in Sabbatis habuisse, e *Senecæ* verbis innotescat, *Epist.* 95. ubi acriter invehens in nova quædam quæ Romanorum vulgus a Judæis accepisset, ait; *accendere aliquem lucernam sabbatis prohibeamus: quoniam nec lumine Dii egent, nec homines delectantur fuligine.* Et vir doctus existimavit *D. Lucæ* verba moris hujusce vetustatem confirmare, cap. 23. 54: *& sabbatum illucescebat*, id est, inquit [f] ille, *propter lucernas quas accendebant Judæi in principio noctis Sabbati; cujus diem lucernarum colebant lumine.* Nec hodierni Judæi a Majoribus descivere: nam sabbati vesperam lampade in [g] sex lucernas distincto accipere solent, & ritus ille legis eximiæ locum obtinet; nam appellatur מצוה גרולה *magnum præceptum*, nec quenquam ab ea lege, quamvis maxima rerum inopia laborantem, eximendum statuunt: nam pauperes ad eleemosynam petendam adstrictos tenent; si forte facultates ad lucernam in sabbati vespera accendendam desint. Judæi etiam Encænia vel Dedicationis festum læto lucernarum plurimarum splendore celebrare solebant: hoc non tantum ex eorum libris, sed & ipso (ni fallor) festi ipsius nomine intelligamus. Nam solennitas illa φῶτα vocabatur, & festum luminum, & הרלקת נרות vel λυχνοκαΐα, a multitudine lucernarum quæ per illos octo dies quibus festum duravit, accendebantur, unde *dies ἐγκαινίων dictus etiam*, inquit [h] Grotius,

a Ye shall take — the boughs of goodly trees. b *Ezec.* 19. 12. c *Nehem.* 8. 15. d *Antiq.* lib. 3. c. 10. e *Homil.* 21. ad *Pop. Antioc.* p. 223. T. 2. *Ed. Ben.* f *Laurent. Ramir. Pentecontarc.* c. 41. g *Leo Moden.* de *rit. Jud.* P. 3. c. 1. §. 13. h Ad 1 *Maccab.* 4. 50.

1 Juxta *Exemplar. Vatican.* τὰ ἐκλεκτά.
2 *Apologetic.* §. 35.

dies

dies φώτων. Judæos eodem ritu dies feſtos celebrare ſolitos, ex antiquo illo [a] *Apoſtolorum Canone* CAP, VI.
manifeſtum eſt, εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκοι εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτοι, ἀφοριζέσθω. Si quis Chriſtianus oleum tulerit ad Synagogam Judæorum, feſtis ipſorum diebus, aut lychnos accenderit, de ſocietate pellatur.

Hujusmodi lucernarum accenſio, non in Judæorum tantum, ſed & Gentium pene omnium moribus olim inveteravit. Nam Babylonii, cum Numina ſua religioſe obſervarent, [b] *lucernas iis, & quidem multas accendebant.* Et quali religione mos idem apud Ægyptios obſervatus eſſet, inde conjectari obvium eſt, quod certo anni tempore tota Ægyptus feſto lucernarum ſplendore illuſtraretur. Solennitatem illam fuſe memorat [c] *Herodotus* in *Euterpe*, dicens, *ubi in Sain urbem ſacrificatum convenerunt noctu*, λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ· *univerſi circum domus frequentes lucernas accendunt*, —— καὶ τῇ ἑορτῇ ὄνομα κεῖται λυχνοκαΐη, *cui feſto nomen impoſitum eſt accenſio lucernarum.* Ad hunc conventum qoicunque Ægyptiorum noo ierint, obſervantes ſacrificii noctem, & ipſi univerſi lucernas accendunt: atque ita accenduntur lucernæ non in Sai modo ſed etiam per univerſam *Ægyptum.* Hoc feſtum in honorem Minervæ celebratum aſſerit *Herodotus*, & ex Ægypto in Græciam veniſſe videtur, cujus numina & ſacra pene omnia in Ægypto, celebri illa ſuperſtitionis officina, cudebantur. Nam apud Athenienſes τρεῖς ἑορτὰς λαμπάδος, *tria lucernæ feſta annua obſervata fuiſſe*, teſtatur [d] *Harpocration*: apud Argivos, Πυρσῶν ἑορτὴ, *facularum feſtum*; Græcos alios, [e] feſtum, cui Δαδὶς nomen agebatur. Hujuſmodi lampadas Græci aut Ægyptii Romanis tradidere: nam *lucernas accendere in honorem Deorum aut Principum, feſtis diebus, mos apud Romanos:* ſi [f] *Lipſio* credimus.

Hanc autem ceremoniam, Gentiles e Judæorum religione ritibus ſuis immiſcuiſſe, a [g] pleriſque probabilius exiſtimatur; eo quod honeſtius videatur aſſerere Judæos ſacrorum omnium magiſtros fuiſſe, quam ſanctam illam gentem quicquam a gentibus accepiſſe, aut Deum ritu Ethnico unquam coluiſſe. At ſi, miſſis præjudiciis, rem totam ſuis momentis æſtimemus, multo veriſimilius videbitur, Judæos lucernas inter ſacra accendendi conſuetudinem, ab Ægyptiis aut Græcis acceptam, ſui juris feciſſe: ne a receptis mundi moribus (pluſquam ratio aut religio poſtulabat) deficere viderentur.

In hanc ſententiam variæ rationes indocunt animum: Primo: vulgo creditur primum lucernarum uſum ab Ægypto petitum fuiſſe. In hanc ſententiam ſcribit *Fortun. Licetus*, l. 6. de *Antiquorum lucernis*, c. 98. ubi de lucernæ origine agens, *hoc*, inquit, Ægyptiorum *inventum fuiſſe conſtat ex eo non obſcure, quod apud Ægyptios unos inſtitutum fuit feſtum*, cui nomen impoſitum *accenſio lucernarum.* Neque hoc præter veterum fidem dicitur: nam inter artes alias, Ægyptiis inventoribus tributas, [h] *Clem. Alexandrinus* lucernarum uſum numerat, cum dicit; λύχνους καίειν πρῶτοι κατέδειξαν Αἰγύπτιοι, *Lucernas accendere primi* omnium *Ægyptii docuerunt.* Cum itaque lucernarum origo Ægyptiis tribuatur, inde promptum eſt colligere Ægyptios tam frequentes lucernas ad ſacra illuſtranda primo adhibuiſſe, & reliquas gentes non minus religioſum quam civilem lucernarum uſum ab Ægyptiis didiciſſe.

Secundo: religionis Ægyptiacæ moribus & ingenio conſonum eſt, ut facum in ſacris uſum Ægyptiis inventoribus aſcribamus. Illi enim lucernas in ſolenni Comaſiarum pompa & adytorum conſecratione adhibuerunt: in lucernis colendis ſe cæteris gentibus religioſiores perpetuo præbuere: eas Iſidi, Oſiridi, & Typhoni ſtatuere ſoliti ſunt: eas in Apidis templo, & locis aliis Numini alicui conſecratis poſuere: eas, una cum aſtris & ignibus in ſymbolorum divinorum cenſo habuere. Horum omnium fides ſit penes *Kircherum* & auctores ſuos, in *Syntag.* jam laudato (de Lucernis veterum Ægyptiorum) commemoratos. Ex hoc frequenti lucernarum uſu in ceremoniis Ægyptiacis veniſſe putetur, quod [i] ſola *lucerna teneret* hieroglyphicum *religionis Ægyptiæ.* Cum itaque freqoens ille facum in ſacris uſus, moribus & principiis idololatria Ægyptiacæ intime conjungeretur; rationi convenit ut earum originem non ad cultus Judaici exemplar, ſed ſuperſtitionis Ægyptiacæ genium referamus. Atque hæc ſententia roboris aliquid ab [l] *Herodoti* verbis mutuari poteſt: cum enim feſti illius, cui λυχνοκαΐη nomen mentionem injeciſſet, continuo ſubjungit, ὅτευ δὲ εἵνεκα φῶς ἔλαχε καὶ τιμὴν ἡ νὺξ αὕτη, ἔστι ἱρὸς περὶ αὐτοῦ λόγος λεγόμενος· *qua de cauſa vero nox*

[a] *Canon. Apoſt.* 71. [b] *Baruc.* 6. 19. [c] Cap. 62. [d] In voc. Λαμπ. [e] *Lucian. Pſeudomant.* [f] *Not.* in *Senec. Epiſt.* 95. [g] V. *Kircher, Oed. Ægypt.* T. 3. Synt. 20. §. 1. [h] *Strom.* 1. p. 361. 15. [i] *Beroald.* in *Apul.* L. 11. p. 688.

[l] *Euterp.* cap. 62.

CAP. VI. *hac*, qua solennitas illa agebatur, *lumen & honorem sortita sit*; *sacra tantum rei illius ratio commemoratur.* Quibus verbis innuit *Herodotus* Ægyptios solennitatem illam tot lucernis decorare solitos, ob rationem mysteriis suis peculiarem, nec temere in vulgus efferendam.

TERTIO: inde etiam non parum subsidii rebus nostris accedere possit, quod Ægyptii festum λυχνοκαΐη nuncupatum celebrasse dicantur; diu antequam ulla festi consimilis mentio in Judæorum memoriis babeatur. Dictu quidem difficile est, quo primum tempore Ægyptii *festum* illud *luminum* exercuerint: at satis ex *Herodoto* constat solennitatem illam *Cyri* ætatem diu præcessisse. Judæorum autem Luminum festum, non nisi Maccabæorum seculo institutum est: si fidem [a] *Josepho*, & [b] libro eorum nomine inscripto accommodemus. Nemo itaque in Chronologicis aliquis est, vel suspicari poterit, Ægyptios aut Græcos sua *Luminum* aut *Lampadum* festa, ex morum Judaicorum æmulatione observasse. Multo probabilius est, Ægyptios, Chaldæos, Græcos, aliasque nominis antiqui gentes, multarum lucernarum accensionem, tanquam maxime nativum lætitiæ signum, primos usurpasse: ideoque Judæos Sebbetha, Encænia, & dies alios lætitiæ publicæ consecratos, frequenti luminum accensione (pro more ubique recepto) celebrasse.

QUARTO: solennis illa lucernarum accensio ritus mere Ethnicus. & animi in gentilismum vergentis indicium ab antiquis habebatur. Inter eos, *Tertullianus* in primis acriter perstringit seculi sui Christianos qui ritum illum in Ecclesiam inveherent, eumque cerussa quadam exornarent, dicentes, [c] *sed luceant opera vestra:* quibus respondet, *at nunc lucent tabernæ & Januæ nostræ: plures jam invenies Ethnicorum fores sine lucernis & laureis, quam Christianorum.* Et paucis interjectis, *accendant*, inquit, *quotidie lucernas quibus lux nulla est; adfigant postibus lauros postmodum arsuras, quibus ignes imminent; illis competunt & testimonia tenebrarum, & auspicia pœnarum. Tu lumen es mundi, & arbor virens semper. Si templis renuntiasti, ne feceris templum januam tuam.* Tertulliano subjungam [d] *Gregor. Nazianzenum*, qui mores pene omnes enumerat quibus veteres Pagani dies lætos celebrabant, a quibus etiam Christianos serio dehortatur, dicens, ἀδελφοὶ πανηγυρίσωμεν, μὴ φαιδρότητι σώματος, &c. *Festum celebremus, fratres, non corporis nitore, non vestitus mutatione ac magnificentia,* —— μὴ τῷ αἰσθητῷ φωτὶ καταλαμπέσθωσαν οἰκίαι· *nec visibili lumine splendescant domus: — hoc enim more Gentiles novæ Lunæ festum celebrant.* Mos ille gentilibus pene proprius [e] *Canoni* illi *Concilii Elliberitani* causam fecit, *damnandi Neophytas qui lucernas publice accenderent.* Si facere contra interdictum voluerint, abstineant a *communione*: quod scil. ritui illi imitationis Paganicæ suspicio subesset, eumque, gentium ritu, in honorem cultumque idolorum observare viderentur. Cum itaque Patres jam dicti a lucernis publice accensis tanquam ritu gentilismum olente, prorsus abhorruerint; inde pronum est colligere ritum illum origine Ethnicum fuisse & e Gentilium usu in Judæorum mores transiisse.

QUINTO: id etiam in opinionis meæ argumentum adduci potest, quod Judæi omnibus de causis quibus & Gentiles solebant, solenni lucernarum accensione utebantur.

NAM (1°.) Lucernæ honoris aut venerationis eximiæ deferendæ causa apud Judæos incendebantur. Cum enim stola pontificia in turri, cui nomen erat *Antonia*, servaretur; ibi *lucernam quotidie accendi solitam* e [f] *Josepho* discimus. Et Rex Mycerinus, qui Jacobi Patriarchæ tempora superasse creditur, eandem ceremoniam usurpavit, ut honorem humano majorem filiæ suæ unicæ fato præmaturo occumbenti exhiberet. Rem verbis [g] *Herodoti* traditam accipiamus: *defunctam filiam*, inquit, *posuit in conclavi* quodam *exornato, cui singulis diebus omnifarii odores inferuntur:* νύκτα δὲ ἑκάστην πάννυχος λύχνος παρακαίεται, *quavis autem nocte ei lucerna perpetuo accenditur.*

(2°.) IDEM apud Hebræos in more positum erat, cum principis aut magnatis adventum gratulari vellent: tunc enim facibus festivis domus & plateæ totæ collucebant. En honore *Antiochum* Regem Hierosolymam ingredientem afficiebant: nam [h] *magnifice a Jasone & civitate susceptus*, (inquit scriptor Apocryphus) *cum facularum luminibus ac laudibus ingressus est.* Alias etiam gentes, eodem honoris genere principes viros urbem ingredientes decorare solitas, multis exemplis probatum dedit [i] auctor nuperrimus, ad quem ritus hujusce curiosos amandamus.

a *Antiquit.* l. 12. c. 7. p. 541. 5 b *Mac.* 4. 59. c Lib. de *Idololat.* §. 15. d *Orat.* 2. In *Julian.* p. 129. C e *Can.* 37. f *Antiquit.* l. 18. cap. 5. p. 802. g In *Euterp.* c. 130. 20. h 2 *Mac.* 4. 22. i *Martin.* de *Rom. P.* 1. l. 2. cap. 16.

(3°.)

(3°.) EANDEM lætitiæ significationem Judæi in solennitatibus suis nuptialibus adhibebant. Hoc e parabola decem Virginum innotescat, quæ lampadibus instructæ Sponsi adventum præstolatæ sunt. *Mat.* 25. Huc etiam a *S. Johanne* allusum, *Apoc.* cap. 18. 23. *& lux lucerne non lucebit in te amplius; & vox sponsi & sponsa non audietur in te adhuc.* Ethnicos etiam lucernas nuptiales more perantiquo prætulisse, extra dubium posuere [a] *Ludov. Vives*, [b] *Antonius Gubertus*, aliique, a quorum scriniis compilandis honeste temperamus. CAP. VI.

CUM itaque Judæi iisdem de causis quibus & aliæ gentes, lucernas accendendi morem retinerent, & lætitiam suam in civilibus, æque ac in sacris solennitatibus ritu illo indicarent, rationi convenit existimare, eos hac in re gentium vicinarum exempla secutos fuisse; & nihil in mores suos, nisi quod Gentium usu commendatum vidissent, accepisse.

HISCE quæ de lucernarum sacrarum origine dixi omnibus, nonnulla adversari videntur, quibus breviter occurrendum est.

PRIMO: diserta [c] *Josephi* verba, *non est civitas Græcorum aut Barbarorum, nec ulla gens ad quam septimana in qua vacamus consuetudo non pervenerit*, ϗ αἱ νηστεῖαι, ϗ λύχνων ἀνακαύσεις, *& jejunia nostra, & solennes facum accensiones.* Quibus verbis *Josephus* sabbata, jejunia, & lucernas inter sacra accensas genti suæ ex æquo vindicat; & gentes alias instituta illa a Judæis accepisse gloriatur. Obj. I.

RESPONDEO: hoc equidem dicit *Josephus*, sed non probat: solis autem *Josephi* verbis, cum præsertim gentis suæ honos agitur, fides non nisi caute & timide adhibenda est. Quam cœco enim primam Sacrorum pene omnium originem genti suæ arrogandi zelo duceretur *Josephus*, e verbis suis, *Antiquit.* lib. 12. c. 7. manifestum arbitror. Ibi enim dedicationis festivitatem memorans, τὴν ἑορτὴν, inquit, ἄγομεν καλέσαντες αὐτὴν φῶτα· ἐκ τοῦ παρ' ἐλπίδας οἶμαι ταύτην ἡμῖν φανῆναι τὴν ἐξουσίαν, τὴν προσηγορίαν θέμενοι τῇ ἑορτῇ· *festum agimus, illud Lumina appellantes: nomen tale indentes festo, ut opinor, quia ex insperato talis nobis illuxerit felicitas.* At vero, nonne apud omnes in confesso est, festum illud φῶτα nomen accepisse, a lucernarum multitudine quæ per octo festi dies, etiam in domibus accenderentur? Et anne credibile est tam obviam facilemque nominis illius rationem, perspicacem *Josephi* animum effugere potuisse? Quid itaque dicendum, nisi quod *Josephus* a vera nominis illius ratione, & animi proprii sensu studiose declinarit; ne festum illud Judaicum quicquam commune cum solennitate Ægyptiaca, cui nomen a Luminibus datum, habuisse, aut ab ea lucernas suas derivasse videretur. Sed longius a veri vicinia aberravit *Josephus*, cum gentes exteras λύχνων ἀνακαύσεις a Judæis accepisse dixerit: cum multis argumentis ostendi possit, festum illud λυχνοκαΐη appellatum inter Ægyptios obtinuisse, diu antequam Judæi Encænia aut Sabbata sua solenni facum usu coluissent. Hoc interim *Josepho* largiendum censeo, Romanos scilicet aliosque, e plurima cum Judæis commistis societate, lucernarum in sacris usum, inter alia instituta religiosa, a gente Judaica accepisse. Hoc e [d] *Persii* verbis conjectari licet, Romanorum levitatem, qui se Judæorum superstitionibus obligaverant, in hunc modum castigantis,

——*At cum*
Herodis venere dies, unctaque fenestra
Disposita pinguem nebulam vomuere lucernæ,
Portantes violas, &c.——

Quibus verbis eorum mores arguit, qui non tantum templa sed & ædium limina & fenestras lucernis & floribus exornarent; cum scil. *Herodis dies*, id est, sacræ Hebræorum feriæ & sabbata advenirent. Atque hæc Romanorum Judæos æmulantium levitas, [e] *Seneca* verbis occasionem fecisse creditur: *accendere aliquam lucernam sabbathis prohibeamus: quoniam nec lumine dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine.* Utcunque satis e jam citatis *Persii* & *Senecæ* verbis constare possit, hoc mores Judaicos imitandi studium, non nisi sub exeuntis Judaismi tempora, Romanorum animos occupasse.

SECUNDO: ad sententiam meam falsitatis arguendam, dici potest, plane indignum esse, & a cultus divini sanctitate alienum, ut Judæorum lucernas ab impuris Gentilium Obj. 2.

a Ad lib. 4. de *Civ. Dei.* c. 25. b *Commentar.* de *Sponsal.* & *Matrim.* c Contr. *Ap.* L. 2. p. 1389. 15.
d *Sat.* 5. vers. 180. e In *Epist.* 95.

Cap. VI. exemplis ritibusque petitas asseramus. Quid hoc nisi ignem alienum Dei sacris admovere, & Judæos in Gentilium simios transformare?

Huic Objectioni, contra multas alias Libri nostri partes ex æquo militanti, alibi fuse & studiose respondeamus. In præsens, hoc unum regero: inde pateat sententiam nostram nihil a gentis Judaicæ vel cultus divini dignitate & sanctitate dissentaneum continere; cum antiqui Christiani frequentes suas lucernas ab idolorum & Gentilium ceremoniis ad cultum & mysteria sua (religione, uti credebant, illæsa) transferrent. In cujus rei fidem audiamus [a] *Baronii* verba: *Ab Ægyptiis vetus agebatur anniversaria die solemnitas, quæ nominabatur Accensio lucernarum, cum illi noctu circa domus suas solebant accendere frequentes lucernas. Cum autem ab inolito tot sæculis usu, tam Ægyptii, quam cæteri eos imitati, divelli vix possent; veneranda antiquitas Ecclesiastica, non sine instinctu divini numinis superstitionem in religionem convertit; effecitque ut quod impendebatur idolis provide in Dei cultum converteretur: nimirum ut in ipsa Ascensionis Dominica nocte in honorem Domini eadem exhiberentur pietatis obsequia: sicque non tantum in Ægypto, sed in Palæstina, aliisque Christiani orbis Ecclesiis, ut ea nocte plures lucernæ accenderentur, fuit olim pia consuetudine introductum, quod alicubi hactenus perseverat.* Testatur & *Beda*, de [b] *locis sanctis* agens, nocte ascensionis Domini sic montem Oliveti lampadum lumine *illustrari, ut mons ardere per* cætera *loca suppositа* videretur. Quis insuper inique ferat, si quæ olim complures Christianorum in natalitiis principum consueverant factitare, eadem in natalitiis martyrum fuerint *commutata*?

Nonnulli forsan huic sententiæ repugnabunt, quod lucernæ illæ, non ab Ægypti consuetudine, sed Tabernaculi aut Templi exemplari, institutionem suam derivasse videantur. Notum est enim candelabrum & lucernas suas præcipuam Domus Dei supellectilem fuisse: ideoque verisimilius est Judæos frequenti lampadum usu domos suas in festis decorare solitos, ut eo magis ad templi formam & lætum aspectum componerentur.

Resp. hoc speciose magis quam solide dici, inde nobis facile persuadeamus, quod lucernæ Judaicæ multo majore similitudine gentilium facibus quam templi lucernis conjungerentur. Nam, ut alias affinitatis circumstantias jam taceam, lucernæ quibus Judæi ad Encænia, aut cultus sacri celebritatem illustrandam utebantur, in ædium januis aut fenestris plurimum disponebantur. Hoc e [c] *Maimonide* discimus, de Encæniorum origine ita disserente: *instituerunt sapientes qui erant in ista generatione, ut octo dies a 25°. Chisleu sint dies lætitiæ & Hallel,* ומדליקין בהן הנרות בערב על פתחי הבתים *& ut in iis accendant lucernas noctu in portis domorum.* Ethnicos etiam lucernas suas festivas ad ostia domorum collocasse, e [d] *Tertulliani* verbis intelligamus, *quam recentissimis & ramosissimis laureis postes præstruebant? quam elatissimis & clarissimis lucernis vestibula nebulabant?* & [e] alibi, *ergo, inquis, honor Dei est, lucerna pro foribus, & laurus in postibus?* Et ad [f] Uxorem; *de Janua lucernata* loquitur.

Ad fidem paulo firmiorem hisce omnibus conciliandam, duo aut tria virorum doctorum subjungam testimonia. Sic itaque inprimis [g] *Josephus Laurentius* & [h] *Martinus de Roa* (iisdem pene verbis) mecum suffragantur: *morem accendendi lucernas diebus festis & sacris, Hebræi imitati & mutati* videntur *ab Ægyptiis, inter quos jam diu versati sunt.* Ii enim: *si vera tradit Herodotus,* l. 2. *festum diem agebant: quem ab incensis per totam Ægyptum lucernis, quas cives etiam præferebant,* accensionem lucernarum, *ut Græci* festum luminum *nominarunt.* Eandem ritus hujusce rationem & originem assignavit [i] *Josephus de Voisin.* Postquam enim quæsivisset, *cur* Judæi in Encæniis, *accensis noctu lampadibus in portis fenestrisque domorum suam testabantur lætitiam?* respondet, *sic Romæ aliisque provinciis, id ipsum erat in usu apud ethnicos.* Quibus, post pauca, subjungit, *Præclare docet Maimonides in more Nevochim,* part. 3. cap. 32. Plerosque ethnicorum ritus retinere posse, & ad *Veri Dei cultum transferri.*

a Ad *an. Christ.* 58. n. 77. b Cap. 6. c *Maimon.* in *Chanuc.* c. 3. §. 3. d In *Apologet.* §. 35. e Lib. de *Idol.* §. 15. f Lib. 2. cap. 6. g *Polymath.* l. 2. *Dissert.* 32. h *Singular.* l. 2. Cap. 14. i Lib. 5. *Theolog. Judaic.* c. 5. p. 94.

CAP. VII.

Liberatio Vincti in Festo Paschatis.

INTER mores Judaicos, nullo quod scimus præcepto nixos, memoratu non indigna est liberatio vincti in festo Paschatis usitata. Hunc morem apud Judæos obtinuisse, satis e verbis *Pilati* intelligamus, *Johan.* 18. 39: *est autem consuetudo vobis, ut unum vobis dimittam in Pascha.* Moris hujusce initia cæcis tenebris circumfusa esse, e doctorum dissidiis, de illius origine & ratione differentium, satis innotescat. Non erit operæ jactura si de variis in quas docti sententias abierunt, examen breviusculum instituamus: multum enim lucis huic non ita trito argumento, multum etiam præsidii sententiæ jam proferendæ inde accessurum est.

PRIMO: itaque sentiunt nonnulli, moris hujus originem ad Judæos antiquos referendam esse, eosque veteri instituto, unum ex iis qui vincti in carcere detinebantur, ad festum Paschatis liberare solitos; ut memoriam liberationis suæ e servitute Ægyptiaca eo firmius retinerent, vel ut in vincto liberato typus aut imago liberationis suæ per Messiam futuræ semper ante oculos versaretur. Huic sententiæ *Beda*, *Lyranus*, *Haymo*, aliique, animos addixerunt. Quamvis autem sententia illa, ad instar imaginis primo aspectu suaviter blandiatur, si tamen eam paulo propius intueamur, veritatis vita destitutam facile percipiamus. Nam, (1°.) Judæi in Ægypto agentes, ad lateres quidem, non autem ad carcerem aut necem damnabantur Ideoque liberatio vincti in Paschate, servitutis aut redemptionis Ægyptiacæ imaginem non nisi crassam & a prototypo multum aberrantem præferre potuit. (2°.) Judæi omnes, nullo delectu habito, e domo servitutis liberati sunt: ideoque non rei tantum unius vincula solvi, sed carcerum januæ recludi, & vincti omnes libertate donari debuerunt, si Judæi morem illum in redemptionis Ægyptiacæ memoriam aut imaginem instituissent. (3°.) Paschatis ceremoniæ a Deo ipso institutæ, tam variæ erant, & ad redemptionis Ægyptiacæ memoriam renovandam aptæ adeo & accommodatæ; quod nil opus esset ut Judæi ritum aliquem novum excogitarent, unde redemptio illa mentibus suis altius imprimeretur. (4°.) Inde etiam constare possit, reum in Paschate condonandi morem non a Judæis solummodo originem accepisse, quod ea esset pædagogiæ Mosaicæ tristitia & severitas, ut crimini capitali nullam veniam concederet, sed reum sine misericordia morti perpetuo adjudicaret. Multum valuit hæc ratio apud [a] *Grotium* de hoc more Judaico in hæc verba disserentem: *veterem hunc morem fuisse non credo. Nam lex Mosis erat χωρὶς οἰκτιρμῶν, ut ait scriptor ad Hebræos*, 10. 28. *ὁ νόμος τὸ ἀσύγγνωστον ἔχει, inquit* [1] *scriptor Responsionum ad Orthodoxos. Nec cuiquam homini data ignoscendi potestas, non Regi, non Synedrio, non populo universo. Nam Jonathan, cujus pœnam populus deprecabatur, aut contra æquum ad pœnam poscebatur a patre, aut certe non ex lege Mosis, sed ex novo edicto regio: nam in legem nihil peccaverat. David Absalomo veniam dare ausus non est, donec forte propositum paterno affectui, Joabo annitente, succubuit. Joabo quoque homicidii pœna dilata, non donata est.* Rex etiam Sedecias agnoscit se contra Synedrii sententiam nihil posse. Ipsi autem Synedrio Sameas exitium vaticinatus est, quod Herodem accusatum non condemnasset. Quare credibile est a Romanis hoc esse, *&c.*

SECUNDO: opinantur nonnulli morem hunc non a Judæis simpliciter, sed Romanorum Lectisterniis originem & exemplar accepisse. Nam in [b] *Livii* historia invenimus, *Lectisternii indicti diebus, vinctis dempta vincula; religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri. Ad hoc exemplum* inquit [c] Grotius, *putem ab Augusto hanc gratiam concessam populo Judaico.* At hæc etiam sententia rimas prodit, si in mediam lucem proferamus: nam (1°.) Si liberatio vincti a Romanorum lectisterniis originem derivasset, Judæi proculdubio alios ejusdem momenti ritus a solennitatibus illis ad festa sua transtulissent. Nam, eodem *Livio* referente, cum *id sacrum celebratum est; tota urbe patentibus januis, promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt: & cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos, jurgiis ac litibus temperatum; vinctis quoque dempta in eos dies vincula,*

a *Annot.* ad *S. Mat.* 27. 15. b Lib. 5. cap. 13. c In *S. Mat.* ub sup.

1 Vid. pag. 863.

CAP. VII.

&c. Mirum autem Judæos solam liberationem vincti a Lectisterniis accepisse, missis tot aliis ceremoniis non minus innocuis & ad lætitiam indicandam aptis; quibus etiam Judæi, cum Festum Purim agerent, solenniter utebantur. (2°.) Ipsa Pilati verba, si recte attendimus, satis innuunt *liberationem vincti*, Judæorum potius quam Romanorum moribus annumerandam esse. Ille enim, Judæos alloquens, *ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν*, [a] inquit, *ut unum vobis absolvam in pascha.* Quasi dixisset, ritus omnes legitimaque vestra, more præsertim longiore consecrata, vobis integra & illæsa conservare solemus: ne aliter turbas & molestias, religionis vindicandæ causa concitetis. Cum itaque inter ritus alios, liberatio vincti in Pascha longo usu recepta & confirmata fuerit, nolo ego quicquam præter morem vestrum agere: sed vestri arbitrii fuerit, Jesus an Barabbas festi privilegio gaudeat. (3°.) Liberatio vincti in paschate magno discrimine a consimili ritu in Romanorum lectisterniis usitato separabatur. Nam, teste Livio, *vinctis* omnibus *in* lectisternii *dies vincula dempta sunt:* Apud Judæos autem, non nisi unum in festo libertate donatum legimus. Deinde Lectisternia nulla affinitate cum Judæorum Paschate, magis quam Pentecoste, cohærebant: nec quisquam ullis conjecturis allequi possit, cur gratia illa magis in hoc festo quam ullo alio, Judæis concederetur. Sed nil opus est ut pluribus rationibus contra hanc sententiam contendamus, nisi validiore argumento quam conjectura speciosa niteretur.

TERTIO: persuasum est aliis morem de quo præsens sermo, non a Romanorum lectisterniis, sed politica calliditate profluxisse. Norunt scilicet Romani se Judæis, *i. e.* populo duræ cervicis, & servitutis nescio, jugum imposuisse: Judæis itaque hanc gratiam concesserunt, ut pro arbitrio suo vinctum unum e carcere liberarent, ut victum populum hac libertatis umbella specieque detinerent, & eo hebetiorem servitutis suæ sensum retinerent. Huic *μικροτεχνίᾳ πολιτικῇ* moris hujusce originem tribuendam censuit *Origenes* in *Mat.* 27. ubi hæc habet, *sic enim quasdam gratias præstant gentes eis quos sibi subjiciunt, donec confirmetur super eos jugum ipsarum.* Hammondus etiam, in hunc locum disserens, *hic*, inquit, *non erat Judæorum mos, dum ipsi soli rerum potirentur: sed gratia popularis a Pilato inducta, & ad populum faciendum excogitata.* At nil causæ video quo minus & hanc sententiam conjecturis haud adeo felicibus accenseamus: nam (1°.) Solutio vincti in Paschate non *actus gratiæ*, sed *necessitatis* a *S. Luca* appellatur: Cap. 23. 17: *nam necesse habebat dimittere iis, per festum, unum.* Si autem Pilati aut Præsidum Romanorum gratia mori huic originem tribuisset, dimissio illa, actus quidem *conveniens*, non autem *necessarius*, dici debuisset. (2°.) Non est probabile Judæos tam obtusa gestasse pectora, ut unius Vincti solutio tantum *ad populum faciendum* valere potuisset, cum præsertim tenuis illa gratia a [b] Romano præside impetrari debuisset: adeo ut, si rem rite putemus, plane dubium sit an vincti illius solutio servitutis an libertatis Judaicæ luculentius extaret argumentum. (3°.) Liquido constat Pilatum liberationem vincti unius in Paschate usitatam, non Præsidum Romanorum favori, sed Judæorum consuetudini in solidum tribuisse: sic enim Judæos alloquitur, *Joh.* 18. 39. *est autem vobis consuetudo* mihi neutiquam violanda, *ut unum vobis absolvam in festo.* (4.) Judæorum Pascha (quod [1] alibi observamus) Gentium idolis dogmatis & religionibus, præ cæteris festis suis, e diametro adversabatur; adeo ut celebritatis illius observatio Judaismi tessera & symbolum haberetur: ideoque fidem omnem excedit Romanos eo in festo vincti solutionem instituere, aut quicquam in Paschatis honorem excogitare voluisse; quod in Numinum & rituum suorum contemptum institui & celebrari videbatur.

QUARTO: nonnulli olim existimasse videntur Judæos Vincto uni vincula in Paschate ademisse, ut eum in publicæ lætitiæ & pietatis partem vocarent, & festi honorem, gaudium & solennitatem adaugerent. Nam veteres Christiani, Judæorum proculdubio exemplo & pietate moniti, vinctos carcere dimittere solebant, dum Paschalis solennitas agebatur. Christiani Imperatores, *Valentinianus*, *Theodosius* & *Arcadius*, lege generali Judicibus mandarunt, ut primo die Paschali omnium in carcere clausorum, nisi ob certa crimina quæ Lex enumerat, vincula dissolverentur. Legis & moris hujusce religionem violatam inique tulit [c] *Ambrosius*, *Epist.* 29. ad *Marcellinam* sororem, ubi ait, *sanctis diebus hebdomadis ultimæ, quibus solebant debitorum laxari vincula, strident catenæ, imponuntur collo innocentium.* Ibi nempe de furore & impietate Arrianorum & Palati-

a *Jo.* 18. 39. b *Mat.* 27. 17. c V. & *Cassiodor.* Var. l. 11. *Epist.* 40.

1 Vid. Lib. 1. Cap. 9. Sect. 1.

norum

norum Magistratuum adversus Catholicos, querelas ingerit. Christiani autem antiqui, moris hujusce studiosi, Judæorum proculdubio exempla secuti sunt; ne Judæis pietate vinci, & ipsi minore cum lætitia & religione pascha suum quam Judæi solennitatem suam paschalem celebrare crederentur. At hisce omnibus, utpote tenui tantum conjecturæ filo sospensis, non est quod multum innitamur: non est enim verisimile Christianos veteres reis & nocentibus veniam in Paschate concessisse, ut Judæorum vestigiis inhærerent; cum constet Christianos olim, non tantum in Paschate, sed & aliis [a] diebus celeberrimis (nativitate Domini, sancta Resurrectione, & Pentecoste) miserorum vincula relaxasse. Nec facile credi possit, Judæos morem illum ad Paschatis celebritatem aut lætitiam adaugendam usurpasse; nisi carcerum omnium januas aperuissent, & non tantum uni, sed reis omnibus (quod rebus lætis non raro factum est) criminum impunitatem indulsissent. CAP. VII.

QUINTA sententia, cui & ipse animum adjeci meum, ea est, Judæos nempe consuetudinis hujus originem & rationem a Græcorum præcipue moribus derivasse. Ut paulo explicatius loquar: verisimile habeo, Judæos qui primum Græcorum jugum subierunt, aut frequens commercium eum iis exercuerunt, hunc morem inter alios a Græcis, rerum suarum dominis, accepisse: Judæos autem Pilato συγχρόνοις morem eundem religiose observasse; consuetudine a prima reginunis Græci origine, per longam deinde consequentium ætatum seriem, ad Pilati seculum propagata. Huic autem sententiæ mentem meam rationes non paucæ devinctam tenent:

(1°.) SI res & ritus Græcorum paulo propius intueamur, clariora apud eos quam gentes alias moris hujusce vestigia reperiamus. Nam viri Athenienses festum ad Cererem demerendam agitabant, & in Deæ honorem captivos e carcere dimittebant: hoc firmat [b] *Meursius* verbis *Marcellini* & *Sopatri* statim in medium afferendis. [c] *Pausanias* etiam, postquam *Hebes* templum Copresseto circundatum memorasset, *habent*, inquit, *Phliasii huic Deæ honores multos: summum vero omnium, quod qui supplices huc confugerint, criminis cujusvis impunitatem consequuntur.* λυθέντες δὲ οἱ δεσμῶται, τὰς πέδας πρὸς τὰ ἐν τῷ ἄλσει δένδρα ἀνατιθέασιν· *Quin & qui vincti antea fuerunt, ad eas arbores quæ in luco sunt, compedes suspendunt*, & liberi abeunt. Cum etiam peregrini sacra Dianæ facturi, Ephesum advenirent, tantisper a supplicio abstinere oportuit, dum sacrificium esset peractum, & vinctis dempta sunt vincula; refert *Achilles Tatius* l. 7. de *Clitoph.* & *Leucippe.* Multa alia exempla Græcorum historias consulenti se dabunt, quibus constabit eos, locis, personis, & temporibus sacris, honorem, vinctorum liberatione, frequentius habuisse: ideoque rationi consonum est, ut credamus Græcos huic consuetudini Judaicæ ansam & originem tribuisse.

(2°.) APUD Græcos in morem abiit, præcipue in primario ipsorum festo, θεσμοφόρια nuncupato, vincula captivis demere. Hoc probant *Marcellini* jam dicti verba, Νόμος, ἐν τοῖς θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας· Idem & *Sopater* testatum facit, de *Divis Quæst*: ubi ait, Νόμος, τοὺς δεσμώτας τοῖς θεσμοφορίοις λύεσθαι· ὑποπτεύσας τις ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, τὸν οἰκέτην ἔδησεν καὶ δίκας, ἀποδήμησεν· ἐπιστάντων τῶν θεσμοφορίων, ἔλυσε τὸν οἰκέτην ἡ γυνή· Judæi etiam vinctum, non nisi in festo, eoque primario, paschali nimirum, carcere liberabant. Unde factum autem quod Græci & Judæi moribus tam consimiles essent, nisi quod Judæi, Græcorum mores æmulati, religiose curarint ne Græci majoru solennitate θεσμοφόρια, quam ipsi Paschata sua celebrarent, ut majore honore Cererem & solennia sua, quam ipsi Jehovam & festum ejus primarium afficere viderentur? Nisi enim Judæi ea de causa hunc morem observarint, haud facile dictum est, cur miseri alicujus vincula non nisi Paschatis festo solverentur.

(3°.) GRÆCI in Thesmophoriis suis, non quemvis e promiscua vinctorum plebe, vita & libertate donare solebant, sed delectus quidam religiosus habebatur. *Sciendum* inquit [d] *Meursius*, *illis tantum* apud Græcos *liberationem permissam, qui sacrorum adhuc participes: at, si qui polluti essent, quibus interdictum sacris, eos solvere non licebat.* In cujus rei fidem citat *Sopatri* modo laudati verba: ἐξῄγαγον δεσμωτηρίου δίδωσιν, ὡς μετέχων ἱερῶν καὶ σπονδῶν δοκεῖ· ὁ τὰς ἀκαθάρτας καὶ ἐναγεῖς, καὶ τῶν περιρραντηρίων ἀπελαυνομένας· Delectum consimilem Judæis etiam in morem abiisse, e verbis [e] *S. Mat.* conjiciamus: *in festo autem consueverat Præses populo dimittere unum vinctum, quem ipsi voluissent:* i. e. quem Judæi favore & suffragio suo digniorem existimassent. In eo autem delectu faciendo, verisimile est Judæos, ad morem Græcorum, id inprimis curasse, ne vinctus

a V. *Filesac. Oper. Var.* de *Quadr.* c. 14. b *Græc. Feriat.* l. 4. p. 164. c In *Corinthiac.* l. 2. cap. 13. p. 140. d Lib. laud. p. 165. e *Mat.* 27. 15.

CAP. VIII.

suis suffragiis liberandus, caput pollutum esset, aut animum gereret a sacris & ceremoniis patriis alienum. Et forsan ea præcipue de causa Judæi Barabbam Domino nostro præferebant: quamvis enim apertum esset, [a] Barabbam homuncionem fuisse pristinæ vitæ nequitia & turpitudine defamatissimum; nulli tamen (quod scimus) eum aut blasphemiæ in Deum aut legis Mosaicæ contemptus postularunt. At Dominum nostrum blasphemiæ & ab institutis patriis apostasiæ non semel, injuria licet, insimularunt: ideoque Eum personam magis pollutam, & luce communi longe indigniorem habuerunt.

(4°.) Multis exemplis, cum se dabit occasio producendis, ostendi potest, Græcorum mores cultus vitæque Judaicæ rationem plurimum infecisse. Hoc & eo credibilius, quod Judæi Græcorum armis fracti essent, & eorum jugo colla sua submittere cogerentur: solet autem Domini exemplum in servorum mores abire, & iis pene legem dare.

Hic forsan scrupulum injiciet non-nemo, dicens, Græcos suo in festo Vinctis plurimis, Judæos autem nonnisi uni, in festo Paschatis, libertatem concessisse: ideoque minime probabile est Græcorum morem aut exemplum quicquam apud Judæos valuisse, aut consuetudini huic Judaicæ ansam vel originem tribuisse. Sed facile respondeamus: noluerunt Judæi reis vinctisque omnibus veniam indulgere, forsan ne generalis impunitas peccandi illecebra evaderet, aut ipsi nimis prope ad mores Græcorum accedere viderentur.

CAP. VIII.

Circuitus inter Sacra peragenda usitati.

APUD Christianos veteres mos increbuit, Templa, Altaria, Martyrum sepulchra, & res alias Deo & Religioni dicatas solenniter circumire. Eos ritum illum in templi consecratione adhibuisse, e *Pontificali Romano*, rituum antiquorum indice & registro, colligamus. In eo enim, pag. 232. hæc habentur: *Pontifex incipiens retro altare majus procedit ad dexteram partem, circuiens intrinsecus Ecclesiam, & parietes illius; aspergit eam a parte inferiori*, &c. Ritum eundem in Altaris etiam consecratione, & processione peragenda solennem fuisse, neminem fugit qui Antiquitates Ecclesiasticas vel a limine salutavit. Ideo enim curatum est, ut summum altare multis passibus ab extremo Ecclesiæ pariete removeretur, ut eo facilius sacer ille gyrus circa altare duci posset. Veteres eadem ceremonia Martyrum sepulchris honorem quendam religiosum tribuisse, e [b] *S. Hieronymi* verbis conjiciamus: *dum essem Romæ puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris ejusdem ætatis & propositi, diebus dominicis sepulcra Apostolorum & Martyrum circuire.*

Veteres Christianos hunc ritum, una cum aliis, a Gentibus accepisse, & institutis suis inseruisse, nulli dubium esse potest, qui serio cogitaverit, circumitionem & circumversionem partem præcipuam in Gentium ceremoniis antiquitus habuisse. Ne res ea fide dubia recipiatur, paucis testimoniis firmatum dabo, Gentiles circa Templa, Idola, Altaria, Heroum sepulchra & hujusmodi sacri nominis alia, cultus & honoris causa, se convertisse. Gentes ritum illum in Templorum honorem usurpasse, e [c] sanctione illa colligendum est: *nulli sacrificandi tribuatur potestas, nemo templa circumeat, nemo delubra suscipiat, interclusos sibi nostræ legis obstaculo profanos aditus recognoscant*, &c. Hunc morem a seculis antiquis profectum probant *Tullii* verba, Lib. 3. c. 18. de *Nat. Deorum*: *Natio quoque, Dea putanda est, cui, cum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus.* Huc spectare videntur & [d] *Livii* verba, *Matronæ undique in publicum effusæ circa Deorum templa discurrunt, crinibus Aras verrentes, supinas manus ad cœlum ac Deos tendentes orantesque.* Sacro etiam circuitu Gentiles cultum Numinibus suis præstitum testabantur. Hoc e 2 [e] *Machabæorum* satis apertum arbitror, ubi Judæi, *in die natalis Regis, cum Liberi sacra celebrarentur, hedera coronati Libero circuire cogebantur.* Hunc autem circuitum ad Bacchi cultum & adorationem referendum censuit [f] vir Doctissimus ut hic sit horum verborum sensus; Eo die quo Regis natalem celebrabant, ut nullus ab hac celebritate eximeretur, Hebræi quoque hedera coronati Bacchum veluti Deum colere ac venerari cogebantur: hoc autem circuitu, qui adoratio-

a *Jo.* 8. 40.
b *Comment.* in *Ezec.* 40. 5.
c Vid. *Cod. Theodos.* L. 16. Tit. 10. de *Pagan.* &c.
d Lib. 26. c. 9.
e 2 *Mac.* 6. 7.
f *Novarin.* Lib. 2. *Elect. Sac.* cap. 1.

nis

nis actus ab antiquis habitus erat, præstare adigebantur. Atque hinc factum fortasse quod idola universe ab Hebræis גלולים ghelulim dicerentur, a verbo גלל galal quod est volvere, & revolvere, & circuire; non quod ipsa idola in orbem verterentur, sed quod circuitu & circumversione frequenti colerentur. Ethnicos eundem adorandi ritum in Altarium etiam ambitu præstare consuevisse, multis testimoniis ostendit [a] *Novarinus*; qui pene omnia ad Circuitum sacrum spectantia ex Antiquitatis ruderibus effodit, & in lucem revocavit. Eos itaque quos hæc paulo penitius intelligendi studium tenet, ad auctorem illum eruditissimum amandamus. Nos interim institutum prosequemur: Gentes eorum etiam funera & sepulchra solenni circuitu decorare solebant, quos summo & pene divino honore afficere studuerunt. In cujus rei fidem sufficiat [b] *Plutarchi* verba attulisse, *cur parentes efferunt filii velatis capitibus?* αἰτέον ὅτι τιμᾶσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ἀῤῥένων δεῖ τοὺς πατέρας ὡς Θεὸς, -- καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν τάφων, ὥς φησι Βάῤῥων, περιστρέφονται, καθάπερ Θεῶν ἱερὰ τιμῶντες τὰ τῶν πατέρων μνήματα. *An quia filiis venerandi sint parentes tanquam Dii? -- Nam, ut auctor est Varro, circumeunt parentem sepulchra ut Deorum ædes sacras.*

Neque apud gentes profanas solummodo, sed in usu frequenti positum reperiamus. Per eam enim ceremoniam, Tabernaculo & Templo Jehovæ bonorem singularem olim deferebant. Hoc discere licet e *Chald. Paraphraste*, qui Cap. 3. *Cant.* v 2. & 3. in hunc modum illustravit: *dixerunt filii Israel ad invicem, surgamus, & eamus & circumdemus Tabernaculum fœderis quod extendit---extra castra.* Et post pauca: *invenerunt me Moses & Aaron & Levitæ observantes custodiam verbi Tabernaculi,* די מסחרן יתיה הזור חזור *qui circuibant illud per* repetitum *gyrum.* Sic auctor ille, qui quamvis a Textus sensu non raro deflexerit, illius tamen antiqui & morum Judaicorum peritiæ hoc saltem debemus, ut ei fidem in re non adeo magni momenti tuto dari posse censeamus. Nec minus circa Dei altare, jam sacra peracturi, gyrum absolvebant: Ita morem antiquitus habuisse, plerique colligendum sentiunt [c] e *Psalmistæ* verbis: *Lavabo manus meas in innocentia, & circundabo altare tuum Domine*: ea enim verba de manuum lotione & altaris circuitione, vera & literali, intelligenda esse, sat probant consoni Gentilium, intra sacra se convertentium, [d] mores; qui Scripturis, antiquos Judæorum ritus respicientibus, lucis non parum præferunt. Hunc etiam Textus hujusce sensum antiqui [e] Hebræorum interpretes suffragiis suis comprobarunt. Sed ritus hujusce vestigium multo luculentius in *Psalmo* sequente extare creditur, viz. *Ps. 27. 6.* quem locum Lxx in hæc verba verterunt: ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ. *circuivi, & obtuli in Tabernaculo ejus sacrificium jubilationis.* In quæ verba *Agellius* in hunc modum annotavit: *reliqui interpretes primum verbum (circuivi) superioribus junxerunt hoc modo; exaltavit caput meum super inimicos meos, qui sunt in circuitu meo.* *At* vero non sine causa Lxx ad sequentia retulerunt, [circuivi & immolavi.] Nam cum immolarent hostias, *circuire altare solebant;* quem morem in superiore Psalmo *commemoravit.* Huic etiam interpretationi, versionis *Arabicæ* & *Vulgatæ* auctores sigillum apposuere: horum enim prior vocem, quam dixi, Hebræam per טפת *lustravi*, posterior *per circuivi* interpretatur. An interim Judæi antiqui, ad morem Gentilium, mortuorum suorum pyras & * Sepulchra solenni circuitu condecorarent- haud adeo facile, post tot deperdita rerum Judaicarum monumenta, determinandum: probatius tamen existimo Judæos, hac in re ab antiquo & communi Gentium usu minime discessisse. Si quis enim Gentium & Judæorum mores (quantum per debilem Historiæ facem percipere licet) paulo diligentius intueatur, & simul conferat; vix ullum notæ alicujus morem aut ritum inter gentes receptum reperturus est, quin facile comperiat eundem (nisi plane superstitiosus & Lege interdictus fuisset) inter Judæos obtinuisse.

Judæos soleonem illum circumeundi ritum e gentium moribus derivasse, me persuasum haberem, quod ne ritus illius in Lege præcepti vestigium deprehendi possit. Sed multa graviora me in hanc sententiam conjecerunt: nam,

Primo: solennis ille circumeundi ritus Legem Mosaicam multis seculis præcessisse, & originem suam a vetustissimis ceremoniarum sacrarum magistris derivasse videatur. Nam Israelitas, ex Ægypto haud ita pridem liberatos, solenni circuitu cultum exhibuisse testatur [f] *Philo*, in hunc modum de aureo juvenco loquens; περὶ ὃν χοροὺς ἱστάντες οἱ φρενοβλαβεῖς, ᾖδον. *circa quem in-*

a Ib. cap. 10. & cap. 27. vid. etiam *Monceaum* de *Aur. Vit.* l. 2. cap. 6. b *Qu. Rom.* p. 267. V. etiam *Guther.* de *jur. Manium*: l. 1. c. 27. & l. 2. c. 3. c *Psal.* 26. 6. d *Terque manus puras fontana perluit unda; vertitur*———Ovid. Fast. L. 5. v. 435. e *Midras. Tehil in Psal.* 26. 6. * *Ubi* Judæi *ad sepulchretum pervenerunt*——*pheretrum humi deponunt, sepulchrum*——circumeunt, *& longam precem recitant*, &c. Buxt. Synag. c. 49. f *Lib. de temulentia.* p. 254. A

CAP. VIII.

sani Israelitæ *choreas ducentes, carmen concinunt.* Eandum circumeundi ceremoniam, ad morem gentium, circa res alias notæ celebrioris usurpasse credantur: postquam enim dulcis putei aquam invenissent, (ut eodem [a] *Philone* loquor) περὶ τὸ φρέαρ ἐν κύκλῳ γενόμενοι, *circa puteum in orbem stantes carmen novum Deo datori cecinerunt.* Sed si *Philo* tacuisset, ipsa gentium pene omniom in ritus hujusce usu convenientia, eum a seculis antiquissimis profectum esse abunde loqueretur. Ægyptii (ut a gente religionis & antiquitatis nomine celeberrima auspicemur) gyrum perficere solebant, cum Isidis sacra celebrarent; nam [b] *Apuleius*, Deæ illius mysteria referens, *per dispositas*, inquit, *aras circumiens sacerdos, rem divinam procurat.* Morem eundem apud veteres Syros incessisse, ex historia sacerdotum Baaliticorum intelligamus: nam illi, Baalis sacra curantes, *transiliebant altare quod fecerant:* id est, inquit [c] *Abulensis*, *saltabant sacerdotes super altare, & circuibant illud perambulantes in gyro; quia ista erat ceremonia in sacrificiis quorundam idolorum.* Ad hunc sensum collimasse videntur LXX, qui sic textum transferunt: διέτρεχον ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου *Cursitabant* (non super, proculdubio, sed) *circa altare quod struxissent.* Nam Gentiles circa Deos & eorum aras non raro [d] velociter, & cum cursu aliquo se convertebant, ut omnia tarda molimina a Dei cultu abesse debere significarent. Si a Syris ad Græcos transeamus, morem eundem obtinuisse comperiamus: nam [e] *Thucydides*, de servis quibusdam loquens, ἐστεφανώσαντο inquit, καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον, ὡς ἠλευθερωμένοι. *coronabantur, & templa circumierunt velut manumissi.* Idem & Persas in more habuisse, e verbis *Timai* apud [f] *Athenæum* non male conjiciamus, ἐξ οὗ δὴ Περσικὴν στολὴν ἠμφιεσμένος, περιέρχεται ταῖς ἑβδόμαις τοὺς βωμοὺς &c. *Jam inde sane Persica veste amictus lictor septimo quoque die cum prætore Deorum altaria circumit*, quo, *veluti per ludum, ita Persis insultent.* Romani etiam hunc ritum in mores suos religiosos acceperunt: hoc e *Virgilio* discimus, qui Salios suos rebus sacris in altaris circuitu ministrantes exhibet, *Æneid.* lib. 8. v. 285. ubi ait:

Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum,
Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Si forte deesset altare, turba illa fanatica in frequentes circulos saltitasse credatur: ita opinandi causam afferunt [g] *Plutarchi* verba: ait enim eos inter saltandum, ἑλιγμούς τινας καὶ μεταβολάς, *motus quosdam in gyrum, haud inconcinnos & varios edidisse.* Mos idem apud Indos obtinuit, si quid fidei tribuamus verbis *Auctoris Arabici*, quæ Latine reddita apud [h] *Vincent. Bellovacensem* habeantur: sunt autem hujusmodi: *Duarum India gentium. quæ vocantur* Zechiam *&* Albarachuma, *antiqua consuetudo fuit, nudos & decalvatos, magnisque ululatibus personantes simulachra Deorum circumire, angulos quoque osculari,* &c. Atque hæc consuetudo ab Indis ad Arabas descendisse creditur: nam e tribus famosissimis Arabum idolis, primum *Alath* (inquit [i] Scriptor Arabicus) est *nomen verbale desumtum* a לוי *propterea sic dictum, quod Arabes idolum illud,* religionis nempe causa, *circumirent.* Ne pluribus verbis & testimoniis Lectorem teneam, fidens assero, vix ullam nominis antiqui gentem in historia memorari, in cujus ceremoniis solennis ille *circumeundi* ritus locum non obtinuerit. Inde autem haud inscite conjiciat quispiam, ritum illum gente Judaica antiquiorem, & vel ab Ægyptiis, vel a communibus humani generis & rituum omnium parentibus & magistris, in orbem terrarum propagatum. Cum enim omni historiæ luce destituti simus, communis gentium veterum usus optimum κριτήριον est, quo ritus alicujus antiquitatem æstimemus.

SECUNDO: Christiani Veteres circuitionem illam solennem nigriore carbone notasse, & ab ea quandoque, præ aliis Gentium ritibus, abhorruisse videntur. Cum enim [k] *Tertullianus* fœminas Christianas a cultu & elegantia nimia dehortaretur, *quæ*, inquit, *vobis causa extructius prodeundi, quum remota sitis ab his quæ talium indigent? nam nec templa circumitis, nec spectacula postulatis, nec festos dies Gentilium nostis.* Quæ verba respectum habent proculdubio ad circuitum adorationis causa, olim circa Gentium templa præstitum: a quo tunc fœminæ illæ, in abdicati gentilismi testimonium, religiose abstinuere. Constat etiam e jam laudata *Theodosii* sanctione, Eum ritum illum diserte & speciatim vetuisse. E quibus haud obscure percipitur,

a Lib. de *Vit. Mos.* p. 642. A. b *Aur. Asin.* lib. 11. p. 363. c In 3 *Reg.* 18. *Qu.* 27.
d V. *Aloys. Novar. Elect. Sac.* l. 2. c. 29. e *Hist.* l. 4. cap 80. f *Deipnosoph.* l. 12. p. 522.
g In *Numa*: p. 69. A. h *Specul. Historial.* i Apud *Hottinger. Hist. Orient.* l. 1. c. 7. p. 154.
k De *cult. Fœmin.* 2. c. 11.

Chri-

Christianos antiquos circuitionem tanquam vilioris notæ ceremoniam habuisse, & nihil in illius origine aut usu præter merum ethnicismum percipere potuisse. CAP. VIII.

TERTIO: Verisimile est Judæos mores alios huic ritui finitimos e gentium more in cultum suum traduxisse. Ne conjecturis hic nimis indulsisse videar, ad ritus tantum quinque digitum intendam, eosque circuitioni conjunctissimos, qui e fonte Ethnico in Judaismum fluxisse censeantur. (1°.) Horum primus est, mos ille templum a dextra ingrediendi. Non sine ratione conjectare licet, Gentiles hunc morem religiose observasse, cum inter Pythagoræ præcepta [a] recenseatur, *εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ κατὰ τὰς δεξιὰς τόπους, ἐξιέναι κατὰ τὰς ἀριστεράς* *templa ac delubra per loca dextra ingrediendum, rursus per sinistra egrediendum.* Idem etiam Judæi non minore cum religione observarunt, si vera sint quæ apud *Talmud Hieros.* in *Succah.* fol 55. col. 4 habeantur: ubi *omnes*, inquiunt, *qui montem templi ingressi sunt, intrarunt a dextra, atque exierunt a sinistra:* more (uti videtur) a gentibus profecto, cum certum sit Mosen de re tam levi nihil in mandatis tradidisse. (2°.) Ritus alius e Gentilismo translatus, erat corporis circumversio in cultus aut honoris testimonium. Ethnicos sese in orbem vertere solitos, cum Deo cultum præstarent, satis e symbolo illo Pythagoræ, *προσκυνεῖν περιφερόμενον*, *adorandum circumactu corporis*, intelligamus. Apud Judæos etiam solennis corporis circumversio in cultus & religionis parte habebatur. Ritus hujusce tam frequens erat in festis usus, quod [b] *Forerius* solennitates illas nomen חגים inde accepisse arbitretur. Nam חגג inquit ille, *est gyrare, agi in orbem;* hinc ad festivitates transfertur, quæ celebrantur epulis, choreis, & *circumrotationibus.* Nemo autem vel divinando assequi possit, unde Hebræi ritum illum, nisi e Gentium usu, derivarint. (3°.) Ad hunc ordinem conversionem ad dextram revocandam censeo. Id sancte curarunt Gentes, ut eorum conversio sacra a læva in dextram duceretur. Hoc multis veterum testimoniis [c] *Aloys. Novarinus* & [d] *Baptista Bellus* docuerunt: nos itaque duobus contenti simus: horum primum præbent diserta *Plutarchi* verba, in *Camillo*; *ἔστι Ῥωμαίοις ἔθος ἐπευξαμένοις καὶ προσκυνήσασιν ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττειν, mos est Romanis, a precibus & veneratione Deorum sese dextrorsum convertere.* Celtas idem in more habuisse, testatur [e] *Possidonius Stoicus*, in hæc verba, *καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνοῦσιν, ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι· & Deos adorant, ad dextram circumversi.* Hebræos etiam se ad dextram vertisse dum circuirent, testantur *R. Abraham Portus*, & *R. David*, *qui id perspicue docent*, & *hanc esse communem Hebræorum* sententiam asserunt. Hoc equidem e [f] *Novarini* jam laudati fide me dixisse fateor: Cur autem Hebræorum circuitus religiosus a sinistris ad dextram tenderet, nullam ipse rationem magis speciosam excogitare valeo, nisi quod Gentium moribus & principiis imbuti essent, & ab iis discedere plusquam religio postularet, nec tutum nec decorum existimarent. (4°.) Inter ritus alios circuitioni cognatos, quos Judæi a Gentibus mutuati sunt, choreas inter sacra ducendi morem numeremus. Nil opus est ut multum de hac re laboremus, cum tot argumentis & testimoniis apertum fecerim [g] hunc ritum Gentibus & Judæis communem fuisse, & Judæos solennes suas saltationes ex antiquo & ubique olim recepto Gentilium usu accepisse. (5°.) In hunc etiam numerum victimam circa aras ducendi morem referendum censeo. Id moris apud ethnicos obtinuisse, e [h] *Virgilii* verbis eliciamus;

Terque novas circum felix eat hostia fruges:

fruges nempe in ara positas, & jam numini offerendas. In Minervæ templo mos erat *ut Vir quidam Diva immolandus*, *τρὶς περιέλθοι τὸν βωμόν* auctore [i] Eusebio, *ter aram circuiret.* Idem apud Judæos in usu positum conjiciamus, quod illi, gentium ritu, victimas auro & vittis condecorarent; quod apud Ægyptios (quorum præcipue ritus æmulabantur Judæi) hostiæ circa delubra Deorum de more ducerentur; & quod certum sit ritum affinem, aspersionem sanguinis hostiæ *super altare undiquaque*, inter eos, ex [k] Legis præscripto, obtinuisse. Cum itaque verisimile sit tot ritus, circuitioni sacræ affinitate conjunctos, e Gentium usu in Judaismum fluxisse; haud inscite quispiam putaverit circuitionem ipsam ex eodem fonte in cultum Judaicum dimanasse.

QUARTO: ad sententiam nostram firmandam conferat, quod variæ rationes reddi possint, cur ethnici; nulla tamen cur Judæi (nisi quod Gentium exemplis moti) hoc circumvertendi ritu

a V. *Jamblic. de Vit. Pythag.* c. 28. b In *Lexic.* ad voc. חגג c *Elect. Sac.* lib. 2. c. 24. d De *templo Augur.* cap. 9. e Apud *Athen.* l. 4. *Deipnosoph.* p. 152. D. f Ubi sup pag. 283. g Vid. cap. 4. h Lib. 1. *Georgic.* v. 345. i *Orat. de laudib. Constant.* c. 13. p. 756. k *Levit.* 9. 12. סביב *in circuitu.*

CAP. VIII.

uterentur. Nam (1°.) Ethnici circumversionem in sacris adhibebant, forsan ut orbium cœlestium similitudo quædam in coltu suo exprimeretur. Hanc ritus hujusce rationem (ad mentem, ut videtur, antiquorum) assignavit [a] *Plutarchus*, ubi ait, ἡ περιστροφὴ τῶν προσκυνούντων, λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς, *conversio adorantium, simulachrum orbis mundi esse dicitur.* Cum enim Gentium cultus ad cœlum (quod itaque Stoici *rotundum & mobilem Deum* appellarunt) præcipue dirigeretur; æquum forsan censuerunt, ut cultus ipse Numinis imaginem gestaret, & circumversione peragеretur. (2°.) Ideo forsan antiqui ambitus & circuitiones in cultu usurparunt, ut Dei quem colebant naturam symbolice adumbrarent. Ad Numinis enim naturam significandam, circulo tanquam symbolo aptissimo [b] frequentius utebantur: Democritus Deum ad Ægyptiorum placita depingens, Eum νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ, *Mentem in igne orbiculari* vocat: Parmenides Deum definiebat στεφάνην *coronam*, vel *orbem*, *qui cingit cœlum*: Ægyptii mundi Principem in Loto arbore, cujus tum poma tum folia rotunda sunt, sedentem solebant exhibere. Hoc nempe symbolo, Deum Ens simplicissimum, Eumque quasi principium & finem sibiipsi, Mentemque in se undique remeantem, indicarunt. (3°.) Aliam etiam vertiginis hujusce religiosæ rationem, tanquam veritati propiorem, assignavit [c] *Plutarchus*: δόξῃ δ' ἂν μᾶλλον, inquit, ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἱερῶν βλεπόντων ἀπέστραπται τὰς ἀνατολάς, &c. *videatur potius qui adorat Deos, quoniam templis ad Orientem spectantibus adversatur ortui, eo se flectere, & mox ad Deum convertere, orbem faciens*, &c. Quibus (ni fallor) innuit *Plutarchus*, veterum templorum limina in Orientem versa fuisse; ideoque cultorem, cum primum templi limina transiliisset, se circumagere debuisse, ne aliter Soli, vel Deo in Oriente (uti creditum) habitanti, tergum obvertere videretur. Si jam tres hasce rationes recolamus, facile percipiamus eas ex ipsis cultus ethnici principiis petitas, & intimum cum ipso Gentilismi genio consensum colere. Gentiles itaque, more solenni inter sacra circumversi, aliqua cum ratione ineptire videntur: Nemo autem rationem vel speciosam reddere potis est, cur Judæi ceremoniam illam in mores sacros admitterent, nisi quod peregrina omnia tam avide devorarent, & gens essent quæ difficile suis, facile autem alienis terminis contineretur. Certum enim est & exploratum, Judæos nec cultus sui exemplar a cœli motu petiisse; nec Ægyptiorum symbolis, nocte & ænigmate repletis ad Dei naturam repræsentandam indiguisse; nec solem aut Deum aliquem Orienti affixum coluisse.

QUINTO: inde etiam haud inepte colligamus Judaicum illum circumeundi ritum, nec a Mose, nec viro aliquo prophetico, sed Gentilium usu derivatum, quod Deus præcipuam & indivisam ritus illius circumstantiam prohibere videatur. Nempe *Ezec. 46. 9. & cum intrabit populus terræ coram Domino in festis; qui ingreditur per viam portæ Aquilonaris ad incurvandum se, egredietur per viam portæ Meridianæ: & qui ingreditur per viam portæ Meridianæ, egredietur per viam portæ Aquilonaris: non revertetur per viam portæ per quam ingressus est, sed e regione illius egredientur.* Quantum præsidii sententiæ meæ præbeat hic locus, facile percipiat Lector, si illius sensum & scopum, media adhuc nocte obscuriorem, (quantum patitur tenuitas mea) in apricum proferam: Et mihi licebit (ut spero) ad loci hujusce scopum & sensum collimare, a quo interpretes quos vidi omnes prorsus aberrasse videntur. Ne multis morer: verisimile est Deum hanc Legem (inter alias, Mosis & Ezechielis ministerio traditas) superstitioso alicui seculi mori e diametro opposuisse. Quis mos iste fuerat, [d] auctoris jam laudati verbis accipiat Lector: *Judæi, & vera olim religione nobiles & superstitionibus anilibus infames conciliandæ templo—suo venerationis causa sanxerant, ut qui subirent oraturi, primo ipso ab introitu circumflecterent ad dextram gressus, & ea via egrederentur quæ ad sinistram erat: hoc est ad meridiem.* Quibus verbis fidem afferunt, ea quæ ante paucas paginas e veteri [e] illo Judæorum monumento adducebantur; *omnes qui montem templi ingressi sunt, intrarunt a dextra, atque exierunt a sinistra;* ibi enim Magistri dextram de parte Templi septentrionali, sinistram vero de meridionali, interpretantur. Cum autem mos ille (uti videtur) Ezechielis tempore invalesceret, & merum Gentilismum saperet; Deus superstitiosum illud portarum discrimen e medio sustulit, diserte præcipiens ut quisque e regione portæ illius [sive Aquilonaris sive Meridionalis] per quam ingressus esset, templo suo egrederetur. Noluit Deus ut templum suum ingredientes, animum de porta anxium & sollicitum, aut in hujusmodi pusillis occupatum gererent: nec ut, Gentium ritu, cultus sui exemplar in

a In *Numa p. 69. F.* b *V. Caussin. Observat. ad Clem. Alex. hieroglyph. p. 221.* c *Ub. supr. p. 69.*
d *Bapt. Bell. de Templ. Augur. c. 9.* e *Talmud, Hieros. in Suc.* fol. 55. 4.

motu cœlestium, sed Legis suæ præscripto, quærerent. Deum eo consilio hanc legem tradidisse eo credibilius habeatur, quod Principi templum petenti, per portam tantum orientalem introitus & exitus [a] concedatur. Quid autem? nisi ut hujusce modi præceptis doceret Deus, se portam orientalem, aquilonarem, meridionalem, eodem plane loco habere; & Judæorum dogmata de portarum discrimine in templi introitu & exitu sancte observando, ad Ethnicos, unde ortum duxerunt, ableganda? Cum itaque veri simillimum sit, Judæos antiquos morem illum se ad sinistram convertendi, cum templum intrarent, a gentibus accepisse; inde haud absurde colligamus, eos ipsum conversionis sacræ ritum, Gentibus etiam acceptum debuisse. CAP. VIII.

SEXTO: non parum ad sententiam nostram firmandam conferat, quod Judæorum & Gentilium conversiones sacræ tanta inter se circumstantiarum similitudine conjungerentur. Nam (1°.) Judæi & Gentiles conversione religiosa una eademque de causa, nempe cultus & honoris deferendi gratia, utebantur. Judæos eo consilio hunc ritum usurpasse, nulli obscurum esse possit, cum altare, templum, legem, synagogam [res Deo sacras] olim hodieque solenniter circumirent. Hoc instituto vetustissimo factum videtur, cum ipsa *Psalmistæ* verba eo spectare censeantur; *atque ita cœtus populi* * *circundabit Te*: h. e. adorabit te, signo pro re signata posito. Textus consimilis occurrit *Ps 142. 7. Eripe vitam meam e claustro,* להודות *ad laudandum*, vel *ut laudent nomen tuum*, בי יכתרו nam *per* vel *propter me justi te circundabunt*: hoc est, *mei causa justi tibi* [b] *laudem* & cultum *tribuent*: quod scilicet, laudis & cultus gratia Altare, templum, & quasi Deum ipsum, ovantium & saltantium ritu, frequenter circuirent. Ethnicos etiam circumversionem, tanquam adorationis ritum, usurpare solitos, facili opera probari posset, si Lectoris dubitationi vel diligentiæ nostræ locum vel minimum reliquisset toties laudatus [c] *Novarinus*. Hanc itaque argumenti mei partem plane intactam præterire, consultum habeo: præstat enim nihil agere, quam actum agere. (2°.) Judæi simul & Gentiles, circuitum sacrum in Dei honorem peracturi, prævia lotione vel expiatione solenni plurimum utebantur. Judæos, antequam se circa Dei aram aut templum verterent, ablutionem fere præmisisse; nonnulli docti viri e modo laudatis Psalmistæ verbis colligendum sentiunt: [d] *Lavabo* inter innocentes *manus meas, & circundabo altare tuum Domine*. Et sane probabile est verba illa non de lotione metaphorica sed vera interpretanda esse, non tantum quod constet Hebræos omnes ad sacra obeunda lotos accepisse; sed quod ethnici antiquiores (quorum mores cum Judæorum ritibus plurimum congruebant) non nisi abluti circa Numinum aras aut signa verterentur. Ut ita sentiam, suadent [e] *Ovidii* verba,

Terque manus puras fontana perluit unda
Vertitur, ———

Unde etiam meminit [f] *Valerius Flaccus*, ubi de circuitione religiosa in hæc verba cecinit:

———*Undamque jugalem*
Prætulit: ut dextrum pariter vertatur *in orbem*.

(3°.) Apud Ethnicos simul & Hebræos circuitioni sacræ carmina & cantica sacra plurimum adjungebantur. Apud Hebræos ita morem habuisse, sat constat, quod, in festo Tabernaculorum, templum & altare ramos gestantes & *Hosanna* decantantes [g] circuirent. Hinc circumeundi ritus, aliis etiam temporibus usitatus, verbis Psalmistæ causam præbuisse creditur: *circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus θυσίαν αἰνέσεως καὶ* [†] *ἀλαλαγμοῦ, hostiam laudis & acclamationis*: Psal. 27. 6. quod scilicet Hebræi, dum sacrum fieret, in altaris ambitu saltarent, & festis acclamationibus hymnisque in Dei laudem decantatis complerent omnia. Ad hos hymnos pene indivisos circuitionis sacræ comites, allusum etiam videtur, *Psal. 7. 7 8: Eleva te propter indignationes hostium*, &c. *& cœtus populorum circundabit te*. i. e. Exere potentiam & Justitiam tuam in hostes nostros,

a *Exec. 46. 8. & 12.* * *Psal. 7. 7.* κυκλώσει σε, LXX in loc. b *Justi laudis coronam tibi efficient.* Chald. in loc. c *Elect. Sacr. L. 2. c. 2. 3. 8. 9.* d *Psal. 26. 6.* e *Lib. 5. Fastor. v. 435.* f *Lib. 8. Argonautic.* g *Elias Thisbit. in voc. Hoschaana.*

† Ita se habent Editiones *Aldina & Complut.* Juxta *Cod. Vatican.* legitur tantum ἀλαλαγμοῦ.

CAP. VIII.

& tota colentium natio templum tuum circundabit, teque hymnis & carminibus sacris celebrabit. Ethnicos etiam, in altaris circuitu saltantes, in Deorum honorem decantare solitos, diligentissimus [a] ille antiquitatis cultor in hæc verba observavit; *Hyporchemata concinebant saltantes in altaris ambitu, ubi jam igni admota forent sacra. Celebrantur Cretica hyporchemata, ex Cretensium saltandi studio, uti scribit Athenæus: illis enim saltatio erat patria.* Cum itaque Judæorum & Gentilium conversiones sacræ in hac aliisque circumstantiis tam belle convenirent; inde suspicari fas est Judæos e Gentilismo (cujus ipsa substantia circumstantia erat) hunc ritum derivasse. Nullam enim veri speciem aut umbellam præfert, Judæos tot ritus & circumstantias minutulas, nullibi a Deo præceptas, in rituum suorum censum recipere, eosque tam sancte ne dicam serviliter, observare voluisse; nisi quod ita seculi mores ferrent, & illi ad omnes gentium consuetudines (nisi plane prohibitas) nativa quadam vanitate & pruritu præcipites agerentur.

SEPTIMO: Judæi, si numerum circuitionum suarum spectemus, nonnihil a Gentilibus discrepasse putentur. Nam Judæi (si Magistris suis antiquis in re tam levi fidem habeamus) [b] *una* tantum *vice quotidie circundabunt altare.* A quibus non multum dissentiunt [c] *Maimonidis* verba; *in eo festo* i. e. Tabernaculorum, *fasciculos manibus tenentes altare circuibant, occinentes,* salva obsecro, nunc Domine, *at die septimo septies circuiverunt.* At hac in re alia Gentilium ratio & consuetudo: cum enim aras, templa aut funera circuirent, numerum præcipue ternarium sacrum habebant, & solenniter observandum. Verba mea confirmat *Aristides, Orat.* 2. *de Sacr.* ubi trinæ circa templa circuitionis his verbis meminit; δραμεῖν κύκλῳ περὶ τοὺς ναοὺς εἰς τρίς, *ter circum templa currere.* Hunc etiam peculiari aliqua religione observatum, cum aras circuirent, testis locuples est [d] *Eusebius*, dum ait, in *Diomedis templo homo immolabatur, qui ter circum aras ductus, tandem a sacerdote percussus cremabatur.* Hunc autem numerum cæteris præferebant, forsan quod in sacrificiis, lustrationibus, magiis, purgationibus, aliisque gentium ceremoniis, maxime usitatus, adeo Diis ethnicis pene propriis & peculiaris haberetur. Neque tamen hunc numerum adeo sacrum & solennem existimarunt, quin si religionis suæ ratio postularet, pluries verterentur. Nam [e] *Maimonides*, Zabios memorans & ritus quos ad uberiores terræ proventus acquirendos usurparunt, *quidam*, inquit, *illorum quinquies circuerunt locum plantandum, propter quinque stellas; & quidem septies, propter quinque stellas & duo luminaria: & putabant quod ista sunt multum utilia in cultura terræ,* &c. Nequid itaque superstitionis ethnicæ ritui huic adhærescere videretur, Judæi in circuitionibus suis a numeri trinarii, quinarii & septenarii usu ordinario studiose (ni fallor) abstinuerunt: *una* tantum *vice quotidie altare* circundabant, non ter aut quinquies; ut ritu illo se unum verum Deum, [non Gentium Numina, aut cœli luminaria] venerari testarentur. Quod autem die festi septimo, Dei altare septem vicibus circuirent, hoc ea mente fecisse videntur, ut circuitiones suæ (non cum Planetarum, sed) cum sacro diei ipsius numero consensum colerent; vel ut insignem illum festi diem majore cum negotio & solennitate celebrarent. Quæ sane omnia opinandi causam non levem præbent, Judæos circumeundi ritum a Gentilium usu in cultum proprium traduxisse; eumque ita repurgasse, ut nullam superstitionis antiquæ speciem vel odorem retineret. Si enim Ethnici ritu illo usi fuissent, ut cultus suus Judaico conformis redderetur, proculdubio & ipsum circuitionis Judaicæ numerum, sacrum existimassent, nec temere ab eo recessissent. Ita enim simius mos est, ut exemplar suum (qua possint) ad amussim imitentur.

ATQUE hæc ea sunt quæ conjecturam meam (neque enim majore loco eam habeo) suffulcire videntur, Gentiles scilicet circumeundi ritum priores usurpasse; eumque Judæos, tanquam proselytum, postquam reformationis alicujus baptismum subiisset, e Gentilismo ad sacra sua recepisse.

a *Cælius Rhodigin. lect. antiq.* l. 5. c. 3. b *Midras.* in *Psal.* 26. 6. c In *Lulabb.* cap. 7. §. 23. d τρὶς περιθέει τὸν βωμόν. De *laud. Constant.* c. 13. p. 756. e *Mor. Neb.* p. 3. c. 37. Circumactio dextrovorsum peragebatur, quo nomine & hæc conversio *dextratio* dicta: *Salmas. Plin. Exercit.* p. 936.

CAP.

CAP. IX.

Ritus funebres & sepulchrales.

RITUS funebres, quibus defuncti corpus honeste effertur, & prout decet hospitis olim immortalis domicilium; apud omnes bene moratas gentes obtinuerunt, eosque non tam humanitatis quam religionis operibus annumerarunt. Apud Romanos, officia mortuis impensa *Justorum solutio* vulgo dicebatur: apud Græcos, exequiarum ritus, [a] ἐνταφιασμός, quasi res sacra habebatur: & veteres Judæi ▭ גמילות חסדים *retributionem* vel (*exhibitionem*) *misericordiarum, ad hoc munus*, funeris scil. curationem, *præ omnibus aliis charitatis indiciis*, [b] *appropriarunt.* Nec ambiguum esse possit, quin verba Davidis huic vulgari loquendi formulæ occasionem fecerint: sic enim viros Jabes-Galaad alloquitur, quod Saulem honestæ sepulchræ tradidissent; *benedicti estis Jehova, qui exercuistis* החסד *misericordiarum hanc erga Dominum vestrum, erga Saulem, quod sepelivistis eum. 2 Sam. 2. 5.*

HÆC in antecessum manere consultum habui, ne quis ἀμαθίας crimen impingat mihi, qui de ritibus Judæorum funebribus inter ritus eorum religiosos sermonem habeam: cum tamen certum sit [c] gentes omnes, humanitatis alicujus sensu tactas, exequiarum ritus inter res sacras & in religionis confinio positas, habuisse. Quantum autem per creperam vetustatis lucem percipere licet, septem ritus sepulchrales numerari possunt, qui e Gentium usu in mores tandem Judæorum transierunt: viz. 1. *Tibicinum usus.* 2. *Defuncti lotio.* 3. *Linteis cum aromatibus involutio.* 4. *Epulum funebre.* 5. *Luctus funebris ceremonia.* 6. *Sepulchrum circumeundi ceremonia.* 7. *Pyramidum erectio.* De iis ordine & sigillatim disseremus.

SECT. I.

Tibicinum usus in Exequiis.

CUM Christi fides nondum mundo illuxisset, in eo fastus puerilis & animi immenso vitæ desiderio vitiati documentum nimis apertum dedit Judæorum & Gentilium natio, quod exequias ambitiosas & lugubres tam impense peterent. Illud Poetæ primis in votis habuisse videtur integra pene mortalium turba,

Mors mea ne careat lacrymis, ——

Ita enim ferebat temporum illorum consuetudo, ut tristes illos moriones, [Tibicines & Præficas] accerserent, qui artem lugendi professi, luctuosæ domus funestæ scenæ, jussis suspiriis & lacrymis venalibus inservirent. Horum illi tibiam feralem inflare solebant, quæ gravi & lugubri sono luctuosæ rerum scenæ apprime conveniret: Præficæ mulierculæ erant mercede [d] conductæ, quæ ad tibias ferales carmen inconditum in defuncti laudes compositum, non sine ululatu, lacrymis, vulsis crinibus, & hujosmodi loctus testimoniis, recitabant.

GRÆCOS & Romanos hujusmodi Tibicines advocare solitos, qui mortuis suis lugubre canerent, multi auctores probatum dederunt, quos ad studiosorum gratiam promerendam, & consuetudinis hujusce veritatem firmandam, nominatim recensebo. Sunt autem *Hieron. Magius*, in *Miscel.* l. 1. c. 13. *Petr. Morestellus*, in *Pomp. feral.* l. 2. c. 14, 15, 16. *Mayer*, in *Philolog sac.* P. 1. pag. 226. *Sculter.* in *Exercit. Evang.* l. 2. c. 55. *Jo. Quenstell.* de *Sepult. Vet.* c. 6. *Hammondus* in *Not.* ad c. 9. *S. Mat.* vers. 22. *Joh. Dought.* in *Analect. sac.* Par. 2. Excurs. 8. *Meursius* de *funere*: c. 18. & *Kirchmann.* de *funerib. Roman.* l. 2. c. 4. & 5. E quibus omnibus sitim suam explere possit, qui mores hujusce cognoscendi desiderio vel maxime flagrat.

NEQUE Græcorum & Romanorum solummodo, sed & Judæorum funeribus importuna tibicinum turba obstrepuerunt. Hoc e *S. Mat.* 9. v. 23. colligamus: ibi enim in ædibus *Jairi Archisynagogi*, cujus filia modo inter vivos esse desiit, αὐλητὰς καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον, fuisse legimus. Αὐληταὶ autem fuerunt, qui alias τυμβαῦλαι, i. e. *Sitkines* & *Sicinnista*, apud τὰς ἔξω vul-

a Εὐαγὲς ἐστι ποιεῖσθαι ἐνταφιασμὸν τοῖς τεθνηκόσι. *V. Steph. Thesaur. Gr. L. & Scapul.* in voc. ἐνταφιασμός. b *Lightfoot. Hor. Hebr.* in *S. Mat.* c. 9 23. c V. *Spondan de Cœmeter. Sacr.* L. 1. P. 1. c. 7, 8, 9. d *Mercede quæ conductæ flent alieno in funere Præficæ. Lucil. Sat.* 22.

SECT. I.

go dicebantur: per ὄχλον θορυβούμενον docti viri Præficas intelligunt, quæ ut luctui præessent, mercede pro more conducebantur. Moris ejusdem vestigia (ut [a] *Sculteto* placet) in proverbio illo sacro ηὐλήσαμεν [b] *cantavimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentavimus (iisdem nempe tibiis) & non plorastis*, deprehendi possint. Huic consuetudini testimonium perhibent *Josephi* verba: cum enim Hierosolymis, Joppe capta, *Josephum* occisum esse in vulgus crederetur; scribit idem [c] *Josephus*, πλείστους μισθώσασθαι τοὺς αὐλητάς, οἳ θρήνων ἐξῆρχον αὐτοῖς· plurimos magna mercede tibicines conduxisse, qui næniarum principia ducerent. Huc faciunt Magistrorum verba in *Chethubboth*, Cap. 4. §. 6. *Etiam pauperrimus in Israele*, uxore mortua, לא יפחות משני חלילים ומקוננת *non prabebit ei minus quam duas tibias, & unam lamentatricem.*

Hic autem haud immerito quæri possit, unde mos ille Judaicus initium traxerit, vel, qui factum sit ut Judæi, nulla lege jussi, ad familiam funestam Tibicines semper advocarent? Respondeo: verisimile habeo, moris hujusce originem ad Græcos auctores referendam esse, eumque a Græcis ad Judæos, sub Macedonici imperii tempora, devenisse. In hanc autem sententiam tribus potissimum rationibus adductus sum.

(1°.) In toto Vet. Testamenti codice ne minimam moris hujusce mentionem inveniamus. Aliæ quidem ceremoniæ funebres Vet. Testam. Tabulas perlegentibus se passim offerent, *viz.* [d] luctus septemdialis, [e] comestio panis hominum vel miserorum, [f] conventus in domo luctus, scissio carnis, missio calicis consolationum, [g] cantica lugubria, & consimiles aliæ: de istis autem, quos dixi, *Sicinnistis* ne verbum in Vet. Testamento percipiamus. Nullum itaque dubium, Judæos corrupto illo seculo, quo Græcorum artes atque arma passim invaluerunt, morem illum a Græcis accepisse. Cum enim Scriptura ritus alios funebres non raro memoret, credere par est sacrum Codicem Tibicines, modo tunc temporis in usu fuissent, silentio præterire noluisse. Frequens autem hujusmodi Tibicinum in Græcorum monumentis occurrit mentio: & verisimile est eos, a prima rerum suarum origine, in solennitatibus Græcorum funebribus locum habuisse. Certe, cum cadaver Hectoris in urbem allatum esset, & lectis pensilibus impositum; [h] *Homerus* ἀοιδούς, θρήνων ἐξάρχους, *cantores, luctus principes* adfuisse refert: isti autem θρήνων ἐξάρχοι in jam citatis *Josephi* verbis αὐληταί appellantur.

Secundo: rationes cur veteres mortuos suos Tibiarum cantu prosequerentur, Gentilium solummodo ruditatem & superstitionem sapiunt. Si enim oculos nostros ad moris hujus originem paulo propius admoveamus, eam ex hac triplici radice pullulasse percipiamus: (1°.) Rudi & indocta quadam sententia de cœlorum musica & defunctorum statu. Id enim in opinione habebant Gentilium mystæ, omnes scil. defunctorum animos ad dulcedinis Musicæ originem, nempe cœlum, redire; eoque non, nisi cantu quodam Musico deducendas. Ita nos docet *Macrobius* lib. 2. in *Som. Scipionis*, c. 3. ad quem curiosos amandamus. (2°.) Ex ingenti & affectata quadam flendi voluptate, qua Gentiles in amicorum suorum funeribus agebantur. Illi scilicet vitæ futuræ cognitione & resurrectionis fide destituti, necessarios suos vita hac mortali defunctos tanquam penitus amissos, dolore immenso & fræni alicujus impatiente non raro prosequebantur. Atque inde venit ut Tibicines & Præficas advocarent, qui lamentis, ejulatibus, & sonis logubribus complerent omnia; ut luctu illo persunato naturam, sub ingente doloris onere pene fatiscentem ad novom dolorem provocarent. Ad effusos & quæstios illos Gentilium luctus respicere videtur Apostolus, 1. ad *Thessal. 4. 13: ne contristemini de dormientibus*, i. e. defunctis, *sicut cæteri qui non habent spem.* i. e. Sicut Gentiles, quos ἐλπίδα μὴ ἔχοντας [i] alibi appellavit. (3°.) Hic ritus ortus videtur e virtute Sicinnistis & Præficis aliis falso tributa, qui strepitu & cantu suo spectra & malos genios, defuncto vel familiæ funestæ inimicos, abigere posse credebantur. Huic rationi ritus hujusce funebris exordium adscribendum censuit [k] *Schickardus.* Cum itaque moris illius radices merum ethnicismum oleant, proclium est credere Gentiles Tibicinum usum funebrem primos instituisse, & Judæos ritum illum (utpote gentium pene [l] omnium usu cohonestatum) suis etiam moribus adjunxisse.

Tertio: si luctus funebris circumstantias omnes apud Ethnicos & Hebræos usitatas conferamus, eos in eosdem plane mores congruere, & quasi conspirare, reperiamus.

a *Exercit. Evang. l. 2. c. 55.* b *Mat. 11. 17.* c *De Bell. Jud. l. 3. c. 8. p. 1149. 15.* d *Gen. 50. 10.* e *Exec. 24. 17.* f *Eccles. 7. 2. Jer. 16. 5, 6, 7.* g *Jer. 22. 18* h *Homer. Iliad. ω. v. 720.* i *Eph. 2, 12.* k *De jur. Regio. cap. 6. pag. 162.* l *Mortuos ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt.* Macrob. lib. sup.

Nam

Nam (1°.) Judæi non cithara, lyra vel Psalterio, sed tibia ferali, cum pompa funebri duceretur, uti solebant: nam in ædibus Jairi, luctus communis ministri, *αὐληταὶ Tibicines* vocantur. Ethnicos etiam ad Tibiam solummodo mortuos deflere solitos, nos docent [a] *Luciani* verba: *quid ejulatus iste vester mihi* jam defuncto *conferat*, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στερνοτυπία, *& quid ista pectorum ad tibia modos percussio?* Nec tibia usum alium, nisi tristem & lugubrem, antiquitus novit, si [b] *Plutarcho* credimus: ὁ αὐλὸς, inquit ille, ὀψὲ καὶ πρῴην ἐτόλμησε φωνὴν ἐφ' ἱμερτοῖσιν ἀφιέναι· τὸν δὲ πρῶτον χρόνον εἷλκε πρὸς τὰ πένθη· Tibia nuper admodum ausus est vocem in lætis & amatoriis emittere: nam tempore priore *ad luctum* solummodo *vocavit homines*. Lyra nempe in rebus lætis, tibia in funeribus utebantur. (2°.) Judæi Tibicinibus istis, Præficas, i. e. fœminas lamentatrices, ceu comites individuos, adjunxisse videntur. Hoc e verbis [c] *Maimonidis* innotescat: *mortuam uxorem tenetur* maritus *sepelire, & lamenta & luctus ei facere, secundum morem omnium regionum. Atque etiam pauperrimus inter Israelitas prabebit ei non minus quam duas tibias &* unam *lamentatricem. Si autem dives sit, fiant omnia secundum ejus dignitatem:* i. e. honesto Tibicinum & Præficarum agmine stipata ad sepulturam deducatur. Eundem & Christi tempore morem invaluisse, nonnulli e *Matth.* 9. 23. colligendum arbitrantur: ibi enim, ad *Jairi* domum, utpote viri opibus & auctoritate conspicui, αὐλητὰς & ὄχλον θορυβούμενον, ad filiam scilicet deflendam confluxisse legimus. Ubi per ὄχλον θορυβούμενον nonnulli intelligunt Præficas vel mulieres lamentatrices, quæ nænias ad excitandum mœrorem accommodatas, ad tibiarum sonum ex more decantabant. Neque hæc interpretatio violenta videri possit, cum *S. Lucas*, eandem historiam referens, turbam illam puellæ obitum [d] lacrymis & ejulatibus, Præficarum ritu, excepisse asserat. Ethnicos etiam Tibicines & Præficas in funeribus suis adhibere solitos, nemo adeo in literis humanioribus tyro est ut ignoret: nil opus est itaque ut rei tam confessæ & exploratæ impendam operam. (3°.) Verisimile est Judæos, in privatis & minoribus popularium funeribus, tibias; in majoribus autem nobiliorum exequiis celebrandis, tubas usurpasse. Cum enim mortua esset adolescentula illa, cujus jam sæpius memini, Christus in ædibus [e] *Tibicines vidisse* legitur. In quem locum sic annotavit [f] *Hieronymus Magius*: *videt*, inquit, *licet puella primatis esset filia, tamen tibicines, non tubicines funeri fuisse adhibitos; nimirum, quantum conjectura assequi licet, ratione ætatis defuncta*, quæ scil. in claritatem aliquam nondum adoleverat. Sic apud Ethnicos etiam ferebat consuetudo: nam tibiam in funeribus privatis & vulgaribus, tubam autem in nobilibus & indictivis, cecinisse asserunt, [g] qui de gentium ritibus funebribus ex instituto disseruerunt. Cum itaque Judæi iisdem plane moribus ritibusque funebribus, quibus & Ethnici, uterentur; huic conjecturæ non temere indulgeamus, Judæos scilicet Gentium exempla ante oculos posuisse, & exequiarum ritus, [Tibiarum cantus inprimis] a Græcis, artium aliarum Magistris didicisse.

QUARTO: inter Antiquos convenit, tibiæ feralis usum primam a Lydiis aut Phrygibus originem accepisse. [h] *Plutarchus*, aut quisquis est auctor libri de *Musica*, Lydios tibiis funebribus primo cecinisse arbitratur. Ait enim *Platonem*, lib. 3. de *Rep. Lydiam harmoniam repudiare*, ἐπειδὰν ὀξεῖα καὶ ἐπιτήδειος πρὸς θρῆνον· *eo quod stridula sit & lamentis accommodata*. Quibus statim subjungit, *Aristoxenus* scribit, in primo de Musica libro, Ὄλυμπον πρῶτον ἐπὶ τῷ Πύθωνι ἐπικήδειον αὐλῆσαι Λυδιστί· Olympum primum de morte Pythonis lugubre carmen tibiis cecinisse, *Lydio modo*. Alii Phrygibus tibiarum funebrium inventionem tribuunt: atque hæc sententia [i] *Statio* placuit, Archemori exequias in hunc modum referenti:

Cum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes,
Lege Phrygum mœsta: Pelopem monstrasse ferebant
Exequiale sacrum, ———

Statio adstipulatur & ipse *Pollux*, a Phrygibus hisce tibiarum funebrium usum etiam Cares accepisse asserens, Lib. 4. c. 10. *Segm.* 75. ubi ait, λέγεται δὲ καὶ Φρύγας εὑρεῖν αὐλὸν θρηνητικὸν, καὶ κεχρῆσθαι τοὺς Κᾶρας, παρ' ἐκείνων λαβόντας· θρηνῶδες γὰρ τὸ αὔλημα τὸ Καρικόν· Hisce veri speciem conciliat, quod idem [k] auctor & næniam [indivisum tibiæ feralis comitem] vocem Phrygiam

a Lib. περὶ πένθ. *p.* 812. A. b *In* περὶ τῶ Ει. *p.* 394. C. c *In* אישות *cap.* 14. §. 23.
d Ἔκλαιον καὶ ἐκόπτοντο, *S. Luc.* 8. 52. e *S. Mat.* 9. 23. f *Miscel. l.* 2. *c.* 23. g *Kirchman. de Fun. Roman. l.* 2. *c.* 5. *& Morestell. Pomp. Feral.* h *Pag.* 1136. B. i *Theb. lib.* 6. *v.* 120.
k Τὸ δὲ Νηνίατον, ὄντι μὲν Φρύγιον· *Jul. Poll. L.* 4. *c.* 10. *Segm.* 99.

SECT. I. pronunciaverit. Nemo itaque primum tibiæ funebris uſum & originem Iudæis vindicare poſſit, niſi ſenteotiam, a toto Antiquorum ſenatu exploſam, tueri velit.

Obj. 1. QUO ſententia noſtra fidem firmiorem inveoiat, eas quibus maxime urgetur, Objectiones proxime diluemus. Harum prima nititur *Jeremiæ* verbis, quæ Judæorum tibiæ feralı uſum & originem, Græcorum imperio multo vetuſtiorem, tribuunt. Verba autem ſic ſe habent, cap. 48. 36. *propterea cor meum ad Moab quaſi tibiæ reſonabit, & cor meum pro viris Chir-cheres dabit ſonitum tibiarum.* Quibus verbis inquit [a] *Druſius*, proculdubio intelligit Propheta *tibias —quibus carmen lugubre in funeribus canebatur: de quibus Ovidius in 6. Faſtor. v. 660.*

Cantabat mæſtis tibia funeribus.

Hunc ſenſum firmare videtur *Targum Jonathæ*, qui Chriſti ævo floruiſſe dicitur, & ſic textum explicat, *cor eorum —ſicut cantus tibiarum triſte erit.* Ad has etiam tibias Intetpretes Græci digitum intendunt, dum verbis utuntur inſtrumentis hiſce funebribus apprime conſentaneis: ſic enim textum reddunt, καρδία τῦ Μωάβ, ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσουσι, καρδία μου ἐπ' ἀνθρώπους κειράδας ὥσπερ αὐλὸς βομβήσει· Hæc verba tibiis hiſce optime coovenire, *Galenus* indicat, lib 3. de *Symptomatum cauſis*, ubi in hunc modum flatus explicat in ventre inferiore naſci ſolitos: βομβώδεις δὲ αὐτῶν ἕτεροι τοῖς ἐξ εὐρυτάτων αὐλῶν ἐοικότες, ὁποίους ἔχουσιν οἱ τύμβαυλοι καλούμενοι· *porro ſunt alii bomboſi, bombis latiſſimarum tibiarum non abſimiles, quales habere ſolent ii qui* τύμβαυλοι, hoc eſt, Siticines *nominantur, qua ſonum efficiunt graviorem.*

AT hæc omnia, ſpecioſa licet in ſuperficie, intus & quaſi in cute ſoliditate omni deſtituta reperiemus. Nullo enim argumento ſatis firmo probari poteſt, Prophetam hoc in loco tibiam, multo minus tibiam funebrem, intellexiſſe. Quamvis enim Propheta vocem חלילים quæ αὐλὸς vel tibiam frequentius notat, uſurpaverit; videtur tameo hoc in loco, non tam tibiam, qoam (in genere) quodvis inſtrumentum muſicum vividum & ſonorum indicare. Ideoque *Jonathan* ipſe vocem illam, in prima commatis illius parte, per כנורא [b] *Citharam*; *Syriaca* etiam verſio per כנרא *lyram*, interpretatur. Quod autem Propheta tibiam in luctu funebri uſurpatam, intelligat, multo magis a veri ſpecie abeſſe videtur. Nam moris bujuſce veſtigium, pet omnes Vet. Teſt. paginas, ne minimum percipiamus Imo vero veteres Hebræi, Moſicam omnem in luctu, funebri præſertim, plane importunam & ingtatam habuiſſe credantur: nam [c] *Sirachides* organa muſica in luctu, inter ἄκαιρα numeravit. Nec immerito: dolor enim verus ſonos lætos ferre non potuit; nec ſonos triſtes, ad novum ſcil. mœrorem provocandum, unquam deſideravit. Veriſimile eſt itaque Judæos (quandiu rebus integris & florentibus gauderent) a Tibicinum in funeribus uſu, tanquam Naturæ dictatis diſſono, prorſus abſtinuiſſe: quum autem res ſuæ Græcorum armis fractæ eſſent, & ipſi frequenti cum Græcis commercio merentur; tum primum illos θρήνων σοφιστὰς lamentorum artifices (ita Tibicines appellat [d] *Lucianus*) ad funera ſua advocaſſe: forſan, ut dum Græcorum inſtitutis ſe morigeros præberent, notos illos dominos eo mitiores & faciliores experireotur.

Obj. 2. SECUNDA Objectio hujuſmodi eſt: inde oſtendi poſſit tibias fuoebres non novitium inventum fuiſſe, ſed multis ante Chriſtum ſeculis uſitatas apud Judæos, quod a viris doctis *demonſtratum* ſit, *exſtare in antiquiſſimis Hebræorum Scriptis ejus moris veſtigia; ſicut & præficarum mentio eſt apud Jeremiam, 9. 17. neque vero in Lege ulla ejus rei interdictio invenitur.* His telis contra ſententiam noſtram pugnavit *Grotius*, in *S. Mat. c. 9. 23.*

SED horum telotum impetum verbis viri in antiquiſſimis Hebræotum Sctiptis verſatiſſimi facile retundamus: *Schikardum* intelligo, qui de variis Hebtæorum veterum ritibus funebribus verba habens, ſic ſenſum ſuum libere [e] profitetur: *an etiam Siticines adhibuerint veteres Hebræi, equidem ignoro: inquiſivi curioſe, ſed nondum reperi ullum ejus veſtigium; niſi forte* המקוננות *lamentatrices fœminæ,* Jer. 9. 17. *huc referri debeant, quæ anus precio conductæ, ululatu ſuo lachrymas lugentibus eliciebant; ut apud Romanos Præficæ. ——— At hæ voce præſtabant, non organis. Quid ergo ſibi vult ille tumultus Auletarum in hiſtoria Evangelica* Mat. 9. 23. *apud filiolam*

a In not. ad Cap. 9. *S. Mat.* b כניר κινύρα, *apud Græcos inſtrumentum lugubre:* Hammond. in *Pſal.* 43. 4. Et ea ipſa voce utitur *Eſaias* in loco illo parallelo, cap. 16. 11. c *Sap.* 22. 6. d Lib. περὶ πενθ. p. 812. C. e De *Jur. Reg. Hebræorum*: c. 6. p. 162.

prima-

primatis exanimem? videntur hoc agentibus, quarum sub potestate fuerant, didicisse. Romani enim tubicines & tibicines adhibebant, qui quod apud Sitos h. e. *vita functos canere solerent, proprio vocabulo* Sitcines *dicti sunt.* SECT. II.

TERTIA Objectio ex ipsa *Grotii*, nobis licet adversantis, auctoritate petitur. Ille enim de Tibicinum turba, quorum jam sæpius memini, verba habiturus; [a] *Tibias*, inquit, *in luctu usitatas apud Judæos Josephus nos docet: puto etiam falli eos, qui a profanis gentibus morem hunc ad Hebræos putant deductum.* Obj. 3.

RESPONSIO in promptu: *Grotio* cathedram quidem in doctorum consessu, sed neutiquam infallibilem decernamus. Et si testimoniis res agatur, multi sunt a partibus nostris clari nominis viri [*Schickardus*, *Scultetus*, *Mayerus*, *Hammondus*, aliique,] quorum suffragia singulari *Grotii* testimonio præponderare possint. *Schikardum* nobiscum clare suffragantem jam nunc accepimus. *Mayerus* etiam, postquam Judæos multa e literis & moribus Græcorum hausisse tradidisset, *αὐλητὰς*, in historia Evangelica memoratos, in exemplum [b] affert; & statim subjungit: *nullum dubium est, Judæos Tibicinum in funeribus usum a Græcis accepisse.* Et postea, *ritus hic funebris*, inquit, *originem suam e scholis Philosophorum duxit*, *qui de concentu Musico sphærarum cælestium mira commenti sunt.* *Mayero* succinit *Scultetus*, *Exercit. Evang.* l. 2. c. 55. ubi, de Tibiarum usu in funeribus loquens, hæc habet: *ut alia plura, ita & hunc morem ex Gentilium tam Latinorum quam Græcorum consuetudine hauserunt Judæi.* Huc etiam calculum adjecit [c] *Hammondus* noster, cujus verba Latinitate donata sic sonant: *mos ille instrumenta musica in funeribus adhibendi, ad posteriores Judæos devenit*, e ritibus & moribus *Gentilium.* Et statim postea, *cantus organorum in funeribus*, *mos erat origine ethnicus*, *& nuper admodum inter Judæos receptus.* Si itaque sententia nostra a vero aberraverit, nobis doctorum errorem errasse contigit.

SECT. II.

Defuncti lotio.

INTER ritus funebres locum primum Auletarum cantui haud immerito assignavimus. Cumprimum enim quispiam animum exhalasset, Tibicines, tanquam aves infaustæ, domum funestam circumvolarunt. Hoc e Jairi historia conjectari licet: quamvis enim illius filia, cum [d] jam Christus ad ædes suas pergeret, egisset animam; Tibicinum turba in ædibus convenerant, & (quod suarum esse partium credebant) lugubri strepitu compleverant omnia.

DUM hæc aguntur, moris erat, ut corpus defuncti solenniter lavaretur. Ita morem tenuisse, inde satis intelligitur, quod Judæi, cum Tabithæ funus adornarent, corpus ejus lavarunt, priusquam sepelirent. Hoc e *S. Luca* verbis manifestum: *Act. 9. 37: quam* [Tabitham] *cum lavissent, posuerunt eam in cœnaculo.* Huic mori testimonium perhibent *Maimonidis* verba, *Hal. Ebhel.* cap. 4. §. 1. *Mos Israelitarum cum mortuis sic se habet: oculos demortui claudunt; si os ejus hiet, ligant maxillas, foramina ejus* (quæ scil excrementa emittunt) *obthurant* אחר שמרוחין אותו *postquam ipsum laverint.* Ex eo more factum est quod ipse Dominus noster, nonnisi lotus, Sepulturæ mandaretur. Hoc [e] *S. Chrysostomi* verbis memoriæ proditum est ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ συνείχοντο, &c. *Cum autem tempore urgerentur* (*nona enim hora mortuus erat*) *& dum peterent eum a Pilato, & lavarent, jam vesper adventaret*, &c. Rei ejusdem se testem præbet *Epiphanius*, Oratione sua in *Christi Sepulturam*, ubi Josephum ab Arimathæa in hæc [f] verba affatur: Ἆρα δὲ καὶ ὕδατι κατακλύνεις σῶμα Θεοῦ &c. *num vero & aquis abluis corpus Dei, qui omnes abluit, & a labe purgationem præstitit?* Evangelistæ quidem Domini corpus lotionem feralem subiisse, nullibi literis consignarunt: referunt tamen Domini nostri servos ei officium funebre, [g] *sicut mos est Judæis sepelire*, peregisse.

JUDÆOS hunc sepulturæ ritum, non proprio ingenio excogitasse, sed e Gentium moribus, inter alia non pauca recepisse, ratione non levi motus me persuasum habeo: Nam

PRIMO: in aperto est, gentes illas florentissimas, Ægyptios, Græcos, Romanos defun-

a Not. ad *S. Mat. c. 9. 23.* b *Philol. sacr. P. 1. p. 226.* c *Annot. ad S. Mat. 9. 23.* d *Marc 5. 38.* e *Homil. 84. in S. Johan. p. 435.* f Pag. 266. A g *Jo. 19. 40.*

SECT. II. ctorum corpora, de more abluiſſe. Ægyptios bunc ritum in funeribus obſervaſſe, teſtatur *Herodotus*, lib. 2. c. 86: ubi ait, ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα (ἡμέραι) λούσαντες τὸν νεκρὸν.—— *exactis ſeptuaginta* diebus *cadaver ubi abluerunt* (Ægyptii) capulo ſeo pheretro *includunt*. Ritum eundem, ut pleroſque alios, Græcis com Ægyptiis communem fuiſſe, ex [a] *Euripide* intelligamus. Apud eum enim *Creon Jocaſten* accerſit, ut filium ſuum jam defunctum lavet,

—— Εγὼ δ' ἥκω μέτα
Γέρων ἀδελφὴν Ιοκάςην, ὅπως
Λύσῃ προθῆταί τ' ὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν·

—— *Ego vero venio accerſitum*
Senex ſororem anum Jocaſten, ut
Lavet filium meum atque componat.

Romanos etiam cadaveribus lotionem impertire ſolitos, e trito illo *Ennii* carmine manifeſtum eſt,

Tarquinii corpus bona femina lavit & unxit.

Quis autem ſe inducere poteſt, ut ſentiat, inſolens gentium illarum faſtidium hunc ritum funebrem a vili & contempta Judæorum gente petere voluiſſe? Nec minus fidem omnem excedit, ritum illum in tam diſſitos locis ſtudiſque populos propagari potuiſſe; modo e parvula illa, & haud ita pridem cognita, Judæorum gente originem derivaſſet.

SECUNDO: Gentes & Hebræi, extremæ lotionis officium peracturi, moribus ſimillimis utebantur. Nam (1°.) Apud Hebræos lotio illa fœminarum miniſterio (quæ erat ſeculi illius ſimplicitas) vita functis adhiberi ſolebat. Hoc inde colligamus, quod fœminæ unctionem extremam, indiviſam lotionis comitem, defunctis adminiſtrarent. Nam docente [b] Evangeliſta, mulieres quædam, amantes Chriſti diſcipulæ, *cum tranſiiſſet Sabbatum, emerunt aromata, ut venientes ungerent* Jeſum. Atque ea de cauſa, *valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata*, teſte *S. Luca*, cap. 24, 1. Quemadmodum autem Hebræi, ita & aliæ nationes corpora lavandi & ungendi officium mulieribus tribuebant. Ita morem apud Romanos habuiſſe, ex *Ennii* carmine jam citato intelligamus. Apud Græcos etiam hoc ipſum lotionis & unctionis munus plerunque obibant fœminæ: nam Achilles Hectoris corpus ancillis lavandum & ungendum tradidit, priuſquam ſepulchro traderetur. Hoc probant [c] *Homeri* verba:

Δμωὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ', ἀμφί τ' ἀλεῖψαι·

Ancillas autem evocans, lavare juſſit, circumque ungere.

(2°.) Hebræi, corpus [d] *ultimis lavacris* purgaturi, aquis tepeſcentibus præcipue utebantur. Hoc apud Judæos hodiernos in more eſſe, e *Buxtorfio* diſcimus, de *Synag. Judaic.* c. 49. ubi de Judæorum ſepultura loquens, *Aqua calida*, inquit, *ſtudioſe abluitur mortuus, ut purus & mundus ſit, quum peccatorum ratio reddenda erit.* Nec dubio locus eſt quin Judæi hunc ſepulturæ ritum, more gentis antiquo a ſeculis ante Chriſtum deducto, obſervarint. Id moris & Ethnicos habuiſſe, ex *Homero* diſcimus, *Odyſ.* Ω. ubi ait, v. 44.

Κάτθεμεν ἐν λεχέεσσι, καθήραντες χρόα καλὸν,
Υδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι ——

Depoſuimus in lecto Achillem, *purgato corpore pulchro*
Aqua calida & unguento, ——

Hiſce concinunt *Virgilii* carmina, *Æneid.* 6. v. 218.

Pars calidos latices, & ahena undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis, & ungunt.

a In *Phœniſſ.* v. 1339. b *Marc.* 16. 1. c *Iliad.* Ω. v. 582. d *Eum* (exanimem) *ſummis plangoribus — atque ultimo lavacro procurant.* Apul. Met. l. 9. p. 298.

(3°.) Ju-

(3°.) Judæi, non perfunctorie, sed *studiose mortuos abluebant:* hoc e jam citatis elucet *Buxtorfii* verbis: eandem & Ethnicos curam & diligentiam in mortuis abluendis adhibuisse, opinandi causam præbent *Apuleii* verba, lib. 8. *Metam* p. 246. *Tunc propere familiares, misera Charites* accuratissime *corpus ablutum, unita sepultura ibidem marito perpetuam conjugem reddidere.* Quod autem Judæi atque Ethnici tanta morum funebrium vicinitate sociati fuerint, inde solum venisse videtur, quod Judæi mortuos lavandi ritum a Gentilibus derivarent, ideoque [dum munus illud extremum exercerent] eorum mores ad amussim sequerentur. Vero enim simile nulla ratione videri potest, tot clari nominis gentes tanto cum studio Judæorum ritus funebres imitari voluisse; a quorum personis & ceremoniis, odiis inveteratis adeo dissiderent. SECT. II.

Tertio: ipse aquæ calidæ usus, & accuratissima illa (quam dixi) mortuorum lotio, merum Ethnicismum olent, & suspicandi causam præbent, ritum illum funebrem e superstitiosis Ethnicorum dogmatis pullulasse. Cum enim Gentilismus ubique obtineret, recepta erat in vulgus opinio corporis baptismum ad animi sordes tollendas valere, & animam in corpore, defuncto licet, delitescere, atque inde impuritatem haurire solenni lotione abluendam. Atque inde factum videtur, quod in mortuis abluendis eam *ἀκρίβειαν* adhiberent, & aqua calida (quæ scil. frigidæ, purgandi virtute præstat) plerunque uterentur. Non me latet, *Celsum*, *Plinium*, *Servium*, aliosque, causam longe aliam reddere cur Ethnici aquas tepescentes ad hoc munus usurparent; nempe, ut inclusos si forte & pene consopitos spiritus, aquarum calidarum aspersione, veluti apto quodam fomento, excitarent & evocarent. Hanc autem ablutionis feralis rationem, Scriptor nuperus *risu dignissimam*, non immerito pronunciavit; cum Ethnici lavarent corpora, non tantum suo fato, sed senio aut vulnere pereuntia; ubi spes nulla spiritus fugientes revocandi relinquebatur. Multo itaque probabilius est, Veteres aquam calidam, tanquam instrumentum ad puritatem suam imaginariam acquirendam magis accommodatum, in lotione sua funebri frigidæ prætulisse. Si itaque re bene pensitata, de lotionis hujus origine conjecturam faciamus, rationi consonum videatur, ut primos ritus hujus auctores, Ethnicos potius quam Judæus faciamus: nam quis credat Judæos, populum illum *θεοδίδακτον*, a veri vicinia tam turpiter aberrare potuisse, ut lotionem illam feralem, ad puritatem quandam posthumam sibi conciliandam excogitarent; & aquam calidam ad animæ sordes eluendas valere somniarent. Nec proculdubio Judæi, divino lumine illustrati, somnia unquam tam ridicula somniassent; nisi lotiones illæ funebres, a gentibus receptæ & longo usu commendatæ, eorum animos sensim corrupissent, & erroribus tam crassis occasionem præbuissent.

Hic forsan objiciet non-nemo, Judæos non a vicinis gentibus, sed gentis suæ patribus, mortuos abluendi ritum, usu & traditione perpetua propagatum, accepisse. Nam *Emir Cond* auctor Persicus, de Josepho loquens, [a] *posuerunt*, inquit, *sacrum ejus corpus, postquam lavissent, in capulum vitreum, & in Nili canali sepeliverunt.* Cui auctori fidem eo promptiorem habeamus, quod a [b] *Philone* constet morem illum mortuos abluendi, *Josephi* tempore obtinuisse: ille enim Jacobum peracerbum Josephi fatum (quem bestiis abreptum credidit) hisce verbis exaggerantem inducit: *si tibi sepultura contigisset in terra propria, nec mihi defuisset solatium: ægrotanti ante mortem officiose assedissem: oscula extrema morienti impendissem: clausissem oculos, mortuum lavissem lachrymis*, &c. Quibus verbis clare allusum est ad lotionem feralem, Patriarcharum temporibus usitatam. [c] *Spondanus* aquas hasce funebres a fonte altiore, primæva scil. origine mundi, ad posteros dimanasse censuit. Defunctorum lotionem, inquit ille, *Græcis pariter ac Latinis Gentilibus communem fuisse alii adnotarunt. --- Nec difficile erit persuadere, fuisse aque in usu ab usque eo tempore, quo mors cœpit in homines duro imperio sævire: siquidem videtur hæc sordium externarum abstersio munditiam animæ significare, qua cœlo adsciscì sperarunt homines*, &c.

Respondeo: nonnulli quidem, speciosis hisce testimoniis & argumentis persuasi, lotioni funebri summam antiquitatem tribuere non dubitarunt. Me quod attinet, opinionem tam lubrice fundatam amplecti nescio: nam Auctor ille Persicus (ad instar Gibeonitarum) falsam tantum & inductam antiquitatis faciem gestat, nec testimonio suo, in tam remotæ antiquitatis negotio, temere innitendum est. *Philonis* testimonium, magnum quidem in hac causa momentum haud immerito habuisset, nisi auctores (quorum nomini & pudori jam consulo) in verbis suis transferendis se nullius fidei vel diligentiæ viros præbuissent. Sic enim se habent

a Ipsa ejus verba vide apud *Joh. Greaves* in *Pyramidogr. p. 17.* b Lib. de *Joseph. p. 529.* E c De *Cœmeteriis sacr.* lib. 1. P. 3. cap. 2.

SECT. III.

Philonis verba, εἰ ἐπὶ γῆς ἐτάφης τῆς σῆς, &c. *si tibi sepulchrum in terra propria contigisset*, &c. τοὺς ὀφθαλμοὺς συνέκλεισα, ἐπεδάκρυσα κειμένῳ τῷ νεκρῷ, πολυτελῶς ἐκήδευσα, &c. *clausissem oculos, mortuo illacrymassem, magnifice exsulissem*, &c. Artem autem plusquam chymicam postulat, e Jacobi lacrymis in Josephum defunctum effusis, aquas ferales elicere; de quibus *Philo* proculdubio, cum hæc scripsit, ne per somnium cogitavit. Neque vero probabile est lotionem funebrem in usu fuisse, cum Jacobus in terris ageret; quum Veteris Testamenti paginæ nullam ritus illius mentionem ingerant. Judæorum Legislator ritus plerosque alios (quod alibi observamus) qui Patriarcharum seculis obtinuere, non mentione tantum sed & sanctione cohonestavit: omni itaque veri specie caret, Mosem & Prophetas hunc ritum feralem (modo Patrum praxi cohonestatum) ne mentione quidem dignari voluisse; si præsertim Sacramenti cujusdam locum habuisset, & *animæ munditiam* ad cœlum adipiscendum requisitam significasset.

Hisce omnibus rite æstimatis, rationi magis consentaneum videtur, lotionem funebrem a Græcis aut Ægyptiis recentioribus (puritatis externæ ad superstitionem studiosis) excogitatam fuisse; eamque in Judæorum mores, una cum tibiis feralibus, sub imperii Græci tempora, transiisse.

SECT. III.

Compositio mortui.

POSTQUAM Veteres corpori lavando sedulam impendissent operam, ita ferebat funeris consuetudo, ut cadaver aromatibus & unguentis pretiosis ubertim perfunderetur; deinde linteis fascia bene longa circumligatis involveretur. Ægyptios id moris in re funerea tenuisse, constet ex [a] *Herodoti* testimonio, ritus suos funebres in hunc modum referentis: λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, *cadaver ubi abluerunt, syndone byssina totum involvunt, gummi illinentes* —— Priscam etiam Græciam eundem sepeliendi morem, tum quoad unctionem, tum quoad convestituram habuisse, ex [b] *Homeri* verbis de *Patroclo* dictis conjiciamus.

Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ·
Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς· καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ·

Et tunc quidem lavarunt & unxerunt pingui oleo,
In lectis vero componentes linteo subtili texerunt
Ad pedes a capite, desuper autem alba palla.

Hæc vero consona esse, multis aliis testimoniis confirmari posset, nisi omnem mihi ansam præripiant plurimi illi, qui de ceremoniis & religionibus ad funeris morem spectantibus ex professo disseruere. Id unum Sectionis hujusce titulus monere jubet, Veteres nempe, ad defuncti *unctionem* & *convestituram* denotandam, *compositionem*; tanquam vocem propriam & plane funeream, adhibere solitos. Hoc *Casaubonus* cum primis observavit, [c] *Comment.* ad 3 *Persii Satyram*, ubi ait, περιστέλλειν *Græci, Latini componere mortuum dicebant, cum ejus cadaver, probe lotum atque unctum linteis involvebant.*

Ab eo, quem dixi, Græcorum & Ægyptiorum ritu funebri, non multum recessit Judæorum consuetudo: eos enim unctionem & involucra lintea, consueto sepeliendi ritu, defunctis imposuisse, satis e verbis Evangelistæ constare arbitror: viz. *S. Joh.* c. 19. 40. *acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire:* vel, uti *Nonnus* hunc locum explicat,

Ὡς ἔθος Ἑβραίοις ἐπιτύμβια θεσμὰ φυλάσσειν·

S. etiam *Matthæus*, cap. 26. Judæorum unctioni funebri testimonium non minus luculentum præbuit; cum enim nonnulli Mariam Magdalenam, quasi nimis profusam arguerent, quod pretii eximii unguento Dominum perfudisset: *quid molesti estis huic mulieri?* inquit Dominus:

a Lib. 2. c. 81. b *Iliad.* Σ. v. 350. c Pag. 305.

opus

opus enim bonum operata est in me, &c. *nam mittens unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Quibus clare innuit corpora aromatibus condita de more fuisse, priusquam sepulturæ traderentur. Lintea sepulchralia quod attinet, quibus Judæi cadaver delibutum involvebant, ea vir doctus *præcepto* illo [a] *Ecclesiastici contineri* non temere arbitratur: *fili mi, in mortuum effunde lacrymas*, &c *& secundum judicium contege corpus ejus*: i. e. [b] eo explicante, defunctum *juxta morem funebrem obvolve linteis.* SECT. III.

JUDÆOS hunc funera curandi modum, ab Ægyptiis accepisse, tria cum primis me persuasum faciunt.

PRIMO: Doctorum pene omnium consensus. Inter eos chorum ducat *Tacitus*, qui de Judæis & eorum moribus sermonem faciens, [c] asserit eos, *corpora condere*, non *cremare*, *e more Ægyptio.* Cujus verba optime emendare & explicare videtur *Baronius*, ad *An.* 34. n. 164. ubi ait, *condire aromatibus corpora defunctorum, ab Ægyptiis Judæos esse mutuatos, auctor est Tacitus.* Nam Taciti verba temporis injuriam passa videntur, & in ea *condere* pro *condire*, scribæ alicujus lapsu, irrepsisse: satis enim nos docent exempla Saræ, Abrahæ, & aliorum, sacris literis consignata, Hebræos corpora *condere*, vel sepulchro inferre solitos, priusquam in Ægyptum descendissent. A vero itaque non abit, Tacitum *condire*, non *condere*, scripsisse olim: quo scilicet corporum conservationem per unctionem vel condituram apud Hebræos usitatam, Romanorum destructioni per ignem, ex adverso sisteret: ut [d] alibi, Neronis Poppæam *conditam* dixit, non *igni abolitam.* *Taciti* verba probat [e] *P. Morestellus*, de Unctione ferali sic loquens: *recte autem Tacitus instituti hujus originem ad Ægyptios* refert, *ex quorum ritu Josephus præcepit Pollinctoribus ut Patrem* Jacob *vita functum aromatibus condirent.* Cum eo & *Kirchmannus* judicat, l. 1. de *funer. Rom. c. 8.* ubi historici illius verba referens, *nec in eo*, inquit, *fallit Tacitus*, *quamvis* alias *rerum Judaicarum imperitus.* Eo etiam inclinant [f] *Menochii*, [g] *Montacutii*, [h] *Dilheri*, [i] *Quenstedii*, & aliorum de re funerea scribentium sententiæ, quibus verbatim recensendis immorari non juvat.

SECUNDO: horum rituum funeralium usus apud Ægyptios longe antiquissimus. Nam e sacris monumentis elucescit, Ægyptios, Jacobi Patriarchæ tempore, artem cadavera condiendi apprime calluisse; & suos [k] *ἐνταφιαστὰς* habuisse, qui curandis & medicandis funeribus ex professo præfuerunt. Legimus enim, *Gen. 50. 2, 3.* *Josephum præcepisse servis suis Medicis, ut aromatibus condirent patrem suum.* Quibus, inquit textus, jussa explentibus, *transierunt quadraginta dies*: iste quippe mos erat cadaverum conditorum. Et si temporum omnium memorias replicemus, facile reperiamus Ægyptios vix quicquam prius aut antiquius habuisse quam ut mortuorum corpora unguentis & aromatis a putredinis injuria vindicarent: eosque vix ulla re magis, quam arte cadavera condiendi, apud antiquos claruisse. Nemo itaque, cui sani aliquid, sibi persuadere potest, Ægyptios cadavera curandi morem a Judæis didicisse: cum certum sit cadaverum unctionem apud Ægyptios in more fuisse, cum Judæorum natio nomen aut locum in temporum monumentis nondum habuisset.

TERTIO: in hanc etiam opinionem me ducit summa illa morum similitudo, quibus Ethnici & Judæi in accurandis funeribus utebantur. Multis enim exemplis ostendi possit, vix ovum ovo similius, quam Ægyptiorum & Judæorum ritus in cadaveribus ungendis & convestiendis usitatos. Nam,

(1°.) ÆGYPTII unctionem funebrem, non simul & semel, sed multis diebus & repetitis vicibus peragebant. Cadaver e manibus suis, non nisi saturatum & quasi ebrium unguentis & aromatibus deponebant. Sedulam illam defunctos condiendi rationem apud Ægyptios obtinuisse, satis confirmant *Herodoti* & *Diodori Siculi* testimonia. Hanc autem consuetudinem eos ex vetustate retinuisse, e verbis Historici sacri colligimus: *Genes. 50. 2, 3. & præcepit Joseph servis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem suum*:—*& compleverunt ei quadraginta dies, quia sic complentur* [m] *dies* ימי החנטים *eorum qui aromatibus condiuntur.* Ungebant scil. æternitati: Ideoque operi suo multum temporis & negotii impendendum esse, non temere crediderunt. Eandem & Hebræos in defunctis perungendis operam & sollicitudinem adhibere solitos, e Salvatoris nostri defuncti historia conjectare licet. Nam corpus suum unguentis delibutum fuisse, pri-

a Cap. 38. 16. b *Jo. Chifflet. de linteis Christi sepulchral. c. 4.* c *Histor. 5.* d *Annal. 16.* e *Pomp. feral.* l. 1. c. 12. f De *Rep. Hebr.* l. 8. c. 5. p. 766. g *Orig. Eccles.* T. 1. P. poster. p. 437. h *Disput. Philolog.* T. 1. p. 121. i De *Sepult. Vet.* cap. 5. k Lxx. *in Gen. 50. 2.* l *Εἰσὶ δὲ ἐπ' αὐτῷ τεταγμένοι, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην. Herodot. l. 2. c. 86.* m Lxx. *αἱ ἡμέραι τῆς ταφῆς.*

SECT. III.

uſquam ſepulchro mandaretur, *S. Johannis* teſtimonio confirmatur: cap. 19. 38, 39: *venit ergo Joſeph &c. & tulit corpus Jeſu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum noctu, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jeſu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus*, &c. Quin & [a] *S. Marcus* teſtatum reliquit, Mariam Magdalenam, & alias pietate conſpicuas mulieres ad monumentum ſe contuliſſe, Dominum jam ſepultum denuo petuncturas. Idem & *S. Lucas* verbis apertis tradidit: cap. 23. 55, 56. & 24. 1. [b] Auctor nuperus, poſtquam Judæos tot vicibus unctionis extremæ munus præſtitiſſe obſervaſſet; *inde*, inquit, *palam fit, hunc morem---corpora aromatibus condiendi, Judæos ab Ægyptiis mutuatos fuiſſe; quippe qui haud ſemel duntaxat, ſed iterum atque iterum id, dum pios ſe exhibere cupiunt, inſana permoti prodigalitate præſtabant.*

(2°.) ÆGYPTII, aliique e Gentilium grege, veſte candida plurimum cadavera unguentis perfuſa involvebant. Hoc Ægyptiis in more fuiſſe, jam citatis *Herodoti* verbis convincamus; *Mortuum* ubi abluerunt, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτῶ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης, *ſyndone byſſina cadaver integrum involvunt.* Mos idem apud alios receptus [c] *Artemidori* verbis occaſionem præbuit, ἀνδρὶ νοσοῦντι λευκὰ ἔχειν ἱμάτια, θάνατον προαγορεύει· διὰ τὸ τοὺς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι. i. e. *viro ægrotanti albas habere veſtes, mortem denotat; propterea quod mortui in albis veſtibus efferantur.* Hebræi etiam antiqui cadavera, amictu candente exornata, tumulo inferebant. Huic opinioni locum faciunt [d] *Buxtorfii* verba, mortuo *lineam tunicam induunt* Judæi. Antiquiſſimæ enim hoc apud ipſos eſt conſuetudinis, לקבור בבגדים לבנים *in veſtibus albis tumulo mortuos mandare.* Ita ferebat Hebræorum inſtitutum Domini tempore, qui [*] σινδόνι καθαρᾷ involutus ſepulturæ tradebatur. Mos ille defunctorum corpora veſtibus albis involvendi, a Judæis ad Chriſtianos antiquos tranſiiſſe videtur. Inde enim cauſa data *Prudentii* verbis, *Cathemer.* Hymn. 10.

Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos eſt.

(3°.) MORIS Ægyptii erat cadavera peruncta perpetuis faſciarum linteorum involucris tegere, ut ab aeris aut humoris alicujus injuria eo magis ſecura redderentur. Ægyptios, cum defunctos ad ſepulturam componerent, hujuſmodi vincula lintea uſurpaſſe, ſcripſit *Herodotus*; & eorum omnium oculata fide comprobatum eſt, qui cadavera condita ex Ægypti ſepulchretis in Europam allata viderunt, infantis tæniis aut faſciis circumligati imaginem referentia. Faſcias illas extremas, cum homo ad ſua quaſi initia rediret uſurpatas, *Heſychius* ἐνταφιαστικὰ ἐντετυλιγμένα appellavit. Judæos etiam hujuſmodi faſcias ſepulchrales in uſu habuiſſe, ſatis ex Lazari ſuſcitati hiſtoria innoteſcat: nam *prodiit*, inquit [e] *S. Johannes* δεδεμένος κειρίαις, *ligatus manus & pedes faſciis* mortuariis, voce illa (ſi Grammaticos audiamus) a κὴρ *mors* originem derivante. Inde [f] *Baſilius Seleuciæ Epiſcopus*, de *Lazaro* redivivo loquens, ἐφίστατο, inquit, ταῖς κειρίαις ὡς ἐκ τάφου τεχθεὶς, καὶ μετὰ τόκον φέρων τὰ σπάργανα· *adſtabat cum faſciis mortuariis, tanquam e ſepulchro natus, & poſt partum ferens infantia faſcias.* Cum itaque Dominus Lazarum vidit ligamentis impeditum, quo minus ambularet; ait, *ſolvite eum, & abire ſinite.* Chriſti etiam ſepulti corpus non linteis ſolummodo, ſed & faſciis, more infantium involutum & conſtrictum fuiſſe, ex eodem Evangeliſta intelligamus: Cap. 19. 40. Alibi expreſſe dicit Joſephum Arimathenſem & Nicodemum, *accepiſſe corpus Jeſu, & ligaſſe illud* ἐν ὀθονίοις *faſciis linteis*: Sic enim *Nonnus* eleganter & ex vero locum illum interpretatur:

Λεπταλέαις ὀθόνῃσιν ἐμιτρώσαντο θανόντος
Σῶμα, πολυπλέκτῳ ἑλίκων εὐώδεϊ δεσμῷ·

Tenuibus linteis circumdederunt mortui corpus,
Multiplici circumvolutionem fragranti vinculo.

Hunc loci ſenſum firmat etiam *Heſychius*: apud quem, ὀθόνη idem eſt quod σινδὼν, ζῶμα, τελαμὼν, & τελαμὼν per δεσμὸς & φασκία redditur.

(4°.) ÆGYPTII ſudario, aut velamine quodam linteo, a reliquis defuncti linteis

a *Marc.* 16. 1, 2. b *Paul. Aringh. Rom. ſubter.* T. 1. l. 1. c. 23. §. 8. c *Oneirocr.* L. 2. c. 3. d *Synag. Judaic.* cap. 49. * *Mat.* 27. 59. e Cap. 11. 44. f *Orat. in Public. & Phariſ.* p. 81. B.

diſtincto,

distincto, ad illius caput obtegendum plerunque utebantur. Ita ducor, ut credam conjectura ab [a] iconibus Ægypti ducta: earum enim non paucæ mortuorum corpora repræsentant, linteis a cervice ad imos pedes pertingentibus involuta: eorum autem suprema capita velo tecta, hinc inde in medium pectus propendente, & inter scapulas desinent. Hoc autem velamine (siquid Iconum illarum fidei tribuamus) quandoque faciem integram, nonnunquam posticam solummodo capitis partem obducebant. Judæi etiam consimilem sepulturæ ritum coluere: nam non tantum ταφίας ὀθόνας, & λινέας χιτῶνας, (uti vocat [b] Nonnus) *fascias sepulchrales*, & *lineas tunicas*, sed sudarium defunctorum capiti proprium usurpabant. Hoc e Domini nostri & Lazari sepulti [c] historia constare possit, quos Evangelistæ σουδάριον capitibus sui erinductum habuisse referunt. Est autem σουδάριον, si ad communiorem vocis sensum attendamus, linteum capitis tegumentum. Nam in libro [d] *Ruth*, ubi Hebræus habet, הבי המטפחת *dato mihi linteum* aut *velum*; Chaldæus dicit, הבי סודרא Appellatur etiam a *S. Johanne* σουδάριον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ *Joh. 20. 7.* Hisce pondus addunt [e] *Theophylacti & Oecumenii* testimonia, qui σιμικίνθια *lintea manibus*, σουδάρια vero *capitibus propria* faciunt. Neque hic tacenda [f] *Mayeri* verba, *sepultus fuit Soter noster more Judæorum recepto, qui---linteis minime pretiosis corpus defuncti involvebant, involucrum autem capitis* סודרא *appellabant, quo etiamnum hodie utuntur.* Hinc factum videtur, quod σουδάριον (uti docet [g] *Pollux* in *Onomastico*) priscis ἡμιτύβιον dictum sit, quasi dicas (si vocem finxeris) *Semisepulchralem*; quod scil. supremæ tantum cadaveris parti in sepulchro obtegendæ inserviret. SECT. III.

(5°.) ETHNICI, unctionis ultimæ munus obituri, defuncti crines in antecessum dissecabant. Hoc e *Virgilio* discimus: *Æn. 4. v. 698.* ubi sic canit:

> * *Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem*
> *Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.*

Hisce concinunt & *Statii* illa:

> *Septima lux, & jam frigentia lumina torpent,*
> *Jam complexa manu crinem tenet infera Juno.*

Idem in Judæorum ritus funebres olim transiisse, ex [h] *Maimonide* intelligamus: Ille enim funeris morem apud Judæos receptum referens, inter alia inquit, גוזזין שערו ומלבישין אותן וגו *Abradunt pilos* corporis, *mox vestiunt* involucris, *candido filo lineo consutis*, &c. Hoc tamen honore damnatos minime dignabantur, qui capite [i] intonso sepulturæ tradebantur.

EJAM dictis compertissimum est, Judæos, unctionis & convestituræ feralis munia obituros, mores & ritus Ægyptiis plane similes & conjunctos usurpasse. Si quis autem similitudinis hujusce rationem accuratius investigaverit, haud facile aliam solidiorem reperire queat, quam quod Judæorum ritus funebres ad Ægypti exemplar, tanquam ad amussim, dirigerentur. Nam luce clarius est, Ægyptios, e ritibus quos dixi funeralibus nonnullos saltem, diu ante natum Mosem, in usu habuisse. Nec procul dubio Ægypti fastus & invidia ferre potuit, ut sacros sepulturæ ritus a Judæis derivarent, a quorum nomine & religione, odiis antiquis & inveteratis dissiderent. Cum itaque vero simillimum sit, mortuos ungendi & convestiendi modum ritumque ex Ægypto in Judæam traductum fuisse; inde facili atque obvia conjectura colligamus, Judæos ipsum unctionis & lintei sepulchralis usum e moribus Ægypti desumsisse.

NIL jam superest, nisi ut argumentis quæ nobis maxime adversantur, breviter respondeamus.

HORUM primum hujusmodi est: Inde pateat sententiam nostram longe abesse a vero, quod certum sit Judæos raro aut nunquam unctionem inter ritus suos funerales recepisse: altum enim de Lazari unctione in Scripturis silentium, licet de linteis constet quibus erat involutus: neque tam cito fœtuisset (quod fatetur Martha) si corpus suum myrrha & aloe conditum sepulchro intulissent. Si ad Regum Veterum tempora oculos nostros attollamus, satis pateat Judæos multo longius ab ungendi ceremonia abfuisse. In cujus rei fidem verba prophetæ audiamus, de *Zedekia* dicta, *Jer. 34. 5: non morieris in gladio, sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum, Regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent tibi*, &c. Quasi Obj. 1.

a V. *Chiffiet.* lib. laud. c. 9. b In cap. 20. *S. Johan.* c *Jo. 19. & c. 11.* d Cap. 13. 15. e In *Act. 19. 12.* f *Philolog. Sac. P. 1. p. 286.* g L. 7. c. 16. *Segm. 71.* * Vid. *De la Cerda* in loc. h *Ebhel. c. 4. §. 1.* i *Geier. de Ebr. Luct. c. 5. §. 9.*

SECT. IV. Regum seculo Judæi (contra quam sentit [a] *Tacitus*) non tam *condire* quam *cremare* cadavera didicissent.

Sol. HISCE exemplis non multum urgetur sententia nostra: nam ad Lazari instantiam mutuatis *Montacutii* verbis facile respondeamus: ille enim de Jacobo Patriarcha, Christo, aliisque conditura præmissa, sepultus disserens; *qui tamen mos*, [a] inquit, *non erat vulgaris*, *aut perpetuus*, *sed ad libitum observabatur.* Combustiones Regum quod attinet, eæ non erant cadaverum (quæ unguentis delibuta Sepulchris inferebant) sed supellectilis totius & vasorum regiorum, quibus multa aromata commista, quæ supellectilis comburentis odorem male gratum corrigerent & superarent. Hujusmodi itaque combustiones, non Regum erant, sed eorum gratia, in ipsorum exequiis factæ. Opinionis hujusce se patronos præbuere, *Maimonides Hal. Ebbel.* c. 4. *Sanctius* in lib. 1. *Reg.* c. 31. 12. *Hieron. Magius* in *Miscel.* l. 3. c. 11. *Geierus* de *luct. Ebr.* c. 6. §. 2, 3, 4, 5. *Spondan.* de *Cœmeter. Sac.* l. 1. P. 2. c. 1. §. 6. *Schickard.* de *jur. Reg. Heb.* c. 6. aliique.

Obj. 2. SECUNDO: ad sententiam nostram refellendam dici possit, plane dissimilem cadavera condiendi modum apud Judæos & Ægyptios obtinuisse. Solebant enim Ægyptii cadavera intrinsecus condire, corpore exenterato, & cerebro per nares extracto; ut exemplis illis sordium & humorum receptaculis, ab omni putredine eo securiora redderentur. Apud Hebræos autem mortui, aromata corpori extrinsecus applicando, deinde fasciis involvendo, nulla sectione facta, curabantur. Unde Ægyptii [b] ταριχεύειν, Hebræi autem [c] ἐνταφιάζειν, aut etiam [d] ἀλείφειν dicebantur.

Sol. RESP. ut difficultatis hujusce nodum dissolvamus, negandum non est Judæos & Ægyptios, in cadavera condiendi modo, paululum ab invicem discrepasse. At nil opus est ut discriminis hujusce levioris gratia, Judæos cadavera unguentis perfundendi ritum ex Ægypto in Cananæam secum transtulisse denegemus, & a sententia tot argumentis & testimoniis communita recedamus.

Obj. 3. TERTIO: a veritate alienum videtur, sanctam Deo gentem tot ritus Ægyptios, quibus superstitio causam præbuit, observare voluisse. Ideoque *Calvinus* ipsum *Josephum* in crimen vocat, quod patrem suum, aromatibus condire, luctu septiduano deflere, in sarcophago reponere, ejusque funera ritu plane Ægyptio celebrare vellet. *Nam*, [e] inquit ille, *quod Joseph Ægyptiis se conformat*, *quorum superflua curiositas ludibrio non caruit*, *metu potius quam judicio vel approbatione fecisse credibile est.* *Et forte perperam æmulatus est Ægyptios*, &c. Et statim postea, *Joseph se magis ad perversos Ægyptiorum mores inflexit quam par erat.*

Sol. SAT scio eas esse non paucorum delicias & fastidium, quod ritus quilibet e Gentium usu derivatus iis nauseam moveat: quasi Christiani non minus ab omni Gentium more quam societate & communione abhorrere teneantur. Quis autem gemmam minoris æstimaverit, quod in medio sterquilinio reperta, aut porci naribus affixa fuerit! *Calvini* verba me ad stuporem potius quam assensum cogerent, nisi quod hominis morem & ingenium præfervidum perspectum haberem. Quis enim nisi calore & fastu præcipiti abreptus, candidum *Josephi* nomen conspurcaret adeo, tantum quod innocuis Ægypti moribus se conformârit, & Patri suo jam defuncto ceremoniis (uti mores tunc erant) honorificis reverentiam exhibuerit? Multo magis ad sobrietatem sapuit [f] *S. Augustinus*, cum dixit, *quod neque contra fidem*, *neque contra bonos mores esse convincitur*, *indifferenter est habendum*, *& propter eorum inter quos vivitur societatem servandum est.* Et proculdubio nonnulli e *Calvini* asseclis sibi hominum affectus multo magis conciliassent, si ad verba illa pacem & generosam indolem spirantia magis attendissent; & ab Ecclesiarum moribus plane indifferentibus haud adeo morose recessissent.

SECT. IV.

Epulum Funebre.

SI ad Ethnicorum ritus funebres perscrutandos sedulo incumbamus, facile comperiamus eos varii generis & nominis epula funebria instituisse. De iis autem singulatim perscribere longum esset, & a præsenti instituto alienum. Id tantum cum negotio & instituto nostro conjunctum existimamus, ut de variis Hebræorum Epulis feralibus, & eorum origine, paucis

a *Orig. Ecclef.* T. 1. P. 2. p. 436. b Ταριχεύει ὁ Αἰγύπτιος Lucian. περὶ πενθ. p. 812. D c *Jo.* 19. 40. d *Marc.* 16. 1. e *Comment.* in *Genes.* 50. 2, 6. f In *Ep. ad inquisit. Januarii.* L. 1. Ep. 54. Tom. 2.

a Vid. p. 1143.

dissera-

disseramus. In hoc autem Argumento, id ante alia curandum videtur, ut distincte loquamur, & Epula illa varia suas quasi in classes distribuamus. Errant enim auctores plerique, & erroribus ansam præbent, qui de Judæorum Epulis exequialibus sermonem habituri, miscere solent omnia; epula nova & antiquitus usitata, superstitionis & humanitatis solius causa instituta, eodem nomine appellantes, & de iis, nullo habito discrimine differentes. SECT. IV.

NE & eadem culpa nosmetipsos redarguat, caute distinguendum est inter varia illa Judæorum Epula, quæ uno eodemque generali *funebrium* nomine appellari solent. Monendum itaque duplex Epulum funebre: *sepulchrale* scil. & *domesticum*, apud antiquos Judæos in more positum fuisse. Epulum sepulchrale erat, quod mortuorum sepulchris & tumulis inferebatur: domesticum, quod in ipsis defuncti ædibus agitari solebat, ad eos præcipue exhilarandos qui proximi ex eadem stirpe tanto mœrori superessent. Judæos Epulum utrumque in more habuisse, vel inde conjiciamus, quod & Ethnici (quibus magna rituum funebrium affinitate jungebantur) duplicem etiam cœnam funebrem celebrarint; *unam, quam domi amici defuncti comedebant: alteram quæ ad sepulchrum ferebatur, a paupertina plebe diripiendas* uti e veterum monumentis nos docet [a] *Meursius.*

HUJUSCE conjecturæ eo minus pœnitendum censeo, quod [b] *Tobiæ* verba hortatoria ad filium haud obscure indicent: epulas ad sepulchrum ferendi morem apud gentem Judaicam antiquitus invaluisse; *ἔκχεον effunde panes tuos* & vinum tuum *ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων.* Ex *quo* loco, inquit [c] *Villalpandus*, sat *patet moris fuisse, ut in ipsis sepulchris mortuorum epula ponerentur.* Nec sine ratione hæc dixit *Villalpandus*, cum locus ille nullum alium sensum ferre possit; nisi voces a sensu suo genuino, interpretationibus ad placitum fictis detorqueantur. Contendit equidem [d] Grotius, *super sepulturam*, hoc in loco, esse, *propter sepulturam*; quasi sensus esset, *sepulto aliquo viro bono, proximos ejus solare, missis cibis & vino optimo.* Sed loci totius circumstantiæ rationem hac in re *Grotium* fugisse probant. Si enim Grammaticorum Concilium cogeretur, proculdubio, *ἐπὶ τὸν τάφον, super sepulchrum*, [non *super* aut *propter sepulturam*] denotare, junctis suffragiis comprobarent. Nec proculdubio Tobias filio suo præcipere voluisset, ne de pane & vino suo *ἐπὶ τάφον* effusis manducaret, nisi hujusmodi panes sepulchrales intelligeret; de quibus, utpote donis devotis & solenniter consecratis, comedere apud gentes etiam exteras pro religione habebatur. Neque ad *Grotii* sensum confirmandum quicquam momenti habet ratio quam ille assignavit, *nam apud sepulchra epulari & facere δοχὰς ἐπιταφίας, mos non fuit Hebræorum, sed aliarum gentium, cujus reliquias in Africa mansisse nos docet Augustinus ad sua usque tempora:* at *Tobias* hoc in loco, aperte & sine ulla ambage testatur, Judæos, justorum sepulchra vino perfundere, non tantum in more, sed pietatis parte posuisse. Et eo credibilius est id moris, sub extrema Judaismi secula, inter Judæos invaluisse; quod [e] Christiani veteres (quorum mores non pauci a Judæis hausti) Martyrum & Sanctorum busta & sepulcra Epulis instruere, pium & religiosum existimarint. Ut hisce omnibus fidem paulo firmiorem faciam, luculentum illud [f] *Sirachidis* subjungam testimonium; *Bona clausa* in ore clauso, *θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ*, sunt veluti fercula ciborum ad *sepulchrum posita:* quibus clare indicat veteres Judæos, consuetudinem convivia apud ipsa sepulchrorum loca agitandi, & tantum non in ora defunctorum ingerendi, satis familiarem & cognitam habuisse. Neque enim rationi congruum est, Sirachidem epula illa sepulchralia, ad sensum suum illustrandum, nisi in medio Vulgi usu posita fuissent, adhibere voluisse: Non capit enim hominum vulgus sapientum dicta, nisi similitudine e rebus vulgaribus & usu communi tritis petita illustrentur.

JUDÆORUM epula funebria, quæ discriminis gratia Domestica appellavimus, *publica* erant vel *privata.*

PUBLICA censebantur, cum non tantum defunctorum domestici & necessarii, sed ingens præterea multitudo convivio funebri exciperentur. Hujusmodi convivia in Judæorum mores olim irrepsisse, e [g] *Josepho* discimus, lib. 17. *Antiq. Jud.* c. 8. ibi enim Archelai, Herodis exequias celebrantis, historiam referens, ait eum *per septem dies patris sui luctum celebrasse, & luctu finito epulum* funebre *multitudini præbuisse.* Eandem historiam recoquit, l. 2.

a Lib. de funer. cap. 35. b Cap. 4. 17. c In Ezech. 24. 17. d Annot. ad Tob. 4. 17.
e Vid. Spondan. de Cœmet. facr. l. 1. p. 3. c. 17. f Eccl. 30. 18. g Pag. 771. 35. Ἑστιάσας δὲ τὰς ὄψιας, καὶ κατευθύνας τὸ πλῆθος, &c.

SECT. IV.

de bell. *Jud.* c. dicens, *diebus septem in patris luctu consumptis*, καὶ τὴν ἑστίασιν τὴν ἐπικήδειον πολυτελῶς τῷ πλήθει παρασχὼν, &c. *Epulisque feralibus prolixe populo exhibitis*, —— *ad templum processit* Archelaus. Neque epula illa publica in Regum solummodo, sed & plebeiorum funeribus, (si *Josepho* credamus) ex more parabantur: cum enim narrasset Archelaum patris sui funus convivio splendide apparato cohonestasse, statim [a] addit, ἔθος δὲ τοῦτο παρὰ Ἰουδαίοις πολλοῖς πενίας αἴτιον, διὰ τὸ πλῆθος ἑστιᾶν, οὐκ ἄνευ ἀνάγκης, εἰ γὰρ παραλίποι τις ἀνόσιος. *Hæc autem consuetudo multos e Judæis ad inopiam redegit, quod* scil. *convivium multitudini, non sine necessitate exhiberent: si quis enim neglexerat, impius habebatur.*

EPULA privata, fercula erant in ædes luctuosas a vicinis inferri solita, e quibus una cum defuncti proximis convivabantur; ut hoc modo tristem eorum severitatem corrigerent, eosque ad cibum capiendum invitarent. De hoc [b] convivio exequiali frequens sermo est in Vet. Testamenti scriptis: nam appellatur *Hos.* 9. 4. לחם אונים *panis lugentium*: Ezech. 24. 17. לחם אנשים *panis* [c] *hominum*, scil. miserorum: לחם מרחק Targ. *Hos.* 9. 4. *panis abominabilis*, eo quod lugentes, & eorum omnia, [vestes, cibus, sacrificia] pollutionem a mortuis contraxissent: potus lugentibus, dari solitus כוס תנחומים *calix consolationum* Jerem. 16. 7. dicitur; & domus ubi convivium illud agebant, בית מרזח *domus convivii feralis*, Jer. 16. 5.

HISCE de Judæorum epulis funebribus in antecessum positis, litem totam de horum epulorum origine tribus hisce thesibus facile dirimamus.

HARUM prima sit hæc: Epulæ quas dixi sepulchrales e ritu ethnico ad Judæos emanasse censeantur. Huic opinioni subscribere non dubitarem, si animus meus sola illius probabilitate duceretur. Cum etiam Argumentum præ manibus habeam tanta vetustatis caligine circumseptum, nemo levitatis aut temeritatis dicam mihi scribere debeat, si sententiæ maxima veri specie commendatæ apponam calculum. Annon enim (Lectorem æquum appello) multo similius est vero, Epulum sepulchrale (quo nostris moribus nihil absurdius videri potest) primam ab ethnicis δεισιδαιμονεστέρας originem derivasse, quam a Judæis qui Mose & Prophetis Sapientiæ Magistris utebantur? Alias autem gravioris momenti rationes in promptu habeo, quæ animum meum huic opinioni devinctum tenent. Sunt autem hujuscemodi,

PRIMO: quantum per veterum monimenta percipere licet, mos ille epulas mortuorum sepulchris inferendi a remotissimæ memoriæ seculis apud Ethnicos inolevit. Veteres Ægyptios hujusmodi ferales epulas in more habuisse, e verbis [d] *Apuleii* colligamus; *exclamavit, vivere hominem; procul ignes amolirentur*, —— *cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent.* Apud Græcos antiquiores convivii feralis frequentem mentionem reperiamus: [e] *Homerus* de Patrocli funere verba faciens, inter alia, inquit,

—— Αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαίνυ·

At hic, Achilles, *epulum ferale lautum illis instruxit*,

Ubi *Eustathius* distinguit inter Epulum quod in sepulchro, & quod post sepulchrum vel sepulturam agebatur: illud τάφον, a nomine sepulchri; hoc autem περίδειπνον appellari asserit. Idem apud veteres Trojanos in consuetudine fuisse, e [f] *Virgilii* verbis non temere concludamus:

Solennes tum forte dapes, & tristia dona,
Ante urbem in luco, falsi Simoentis ad undam,
Libabat cineri Andromache, ——

Gaudentius Brixianus rem altius repetendam arbitratur, cum Epulum sepulchrale primam idololatriæ & mortuorum cultui occasionem fecisse asserit. Sed ipsum [g] Auctorem audiamus: *Parentalia, unde malum idololatriæ extulit caput erroris: nam gulæ suæ causa primum cœperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipsi comederent; post hoc ausi sunt sacrificia eis sacrilega celebrare*, &c. Si itaque *Gaudentii* verbis quid veri insit, minime dubitandum est Epula illa sepulchralia (utpote mortuorum cultui coæva) ipsam Judæorum gentem antiquitate superare. Utcunque id unum pro certo habeamus, ritum illum defunctis parentandi, apud gentes omnes antiquiores

a Pag. 1047. 50. b *Humanum sacrificium dicebant, quod mortui causa fiebant.* Festi in voc. *Humanum.* c לחם אבלין panis lugentium: *Targ.* in loc. d *Florid.* 19. p. 820. e *Iliad.* ψ. V. 29. f *Æn.* 3. v. 300. g *Tract.* 4. *de lection. Exod.*

obti-

obtinuiſſe; nec poſſibile eſſe ritus illius fontem aut originem invenire: ideoque nullam modeſtiæ, nec forſan veritati, injuriam facturi ſimus, ſi morem illum convivia defunctis inſtruendi, inter ritus Ethnicos temporibus Judaicis antiquiores numeremus. SECT. IV.

SECUNDO: convivia illa ſepulchralia, (ſi recte judicemus) multo majorem cum religionis Ethnicæ quam Judaicæ principiis affinitatem coluere. Nam Epula illa e duobus potiſſimum principiis, ſuperſtitioni gentilitiæ conjunctiſſimis, fluxiſſe videantur: (1°.) quod hujuſcemodi Epula mortuorum animis, circa corporum ſuorum tumulos & buſta oberrantibus, refrigerio eſſent & oblectamento. (2°.) Quod hujuſcemodi dona & dapes Diis Manibus gratæ accederent, & ab eorum furore amicos ſuos defunctos [a] *Securos* redderent. Duas illas cœnæ feralis cauſas, duplici diſticho complexus eſt *Ovidius*, *Faſtor. 2. v. 565.*

Nunc animæ tenues, & corpora functa ſepulchris
Errant: nunc poſito paſcitur umbra cibo.
Hanc, quia juſta ferunt, dixere Feralia lucem.
Ultima placandis Manibus illa dies.

Ea autem dogmata a Judæorum lege cultuque plane aliena eſſe, cum Gentilium autem ſuperſtitione & fide intime cohærere; quis ita tyro eſt in literis ſacris aut profanis ut ignoret? Cum itaque dogmata illa Gentiliſmi propria eſſent, & Epulis hiſce feralibus conjunctiſſima; ſuadet ratio ut eorum originem ad Ethnicos potius quam Judæos referendam cenſeamus.

TERTIO: certum eſt Mortuorum cultum & ſacrificia, Epulis hiſce feralibus cognata, originem e ſuperſtitione gentilitia derivaſſe. Nam Syri, Chaldæi, aliique a Rep. Iſraelis alieni, numina illa Baalim nomine indigitata, ſacrificiis aliiſque divinis ceremoniis primi coluere. Erant autem Baalim, clari nominis Viri, jam fato functi, quos credulum vulgus in Deorum numerum adoptarat. Atque inde proceſſit, quod gentes antiquæ [b] ritibus plurimum lugubribus & funeri propriis [veſtium laceratione, raſione capitis, lamentis, & hujuſmodi] in Deorum illorum cultu uterentur. Inde factum etiam quod Ethnicorum Sacra, *Mortuorum ſacrificia* appellentur: non quod idolis aut ſtatuis, ſed quod hominibus, vita carentibus, ea immolarent. Cum itaque Epula tumulis appoſita, in mortuorum honorem & refrigerium eſſent comparata; cum etiam convivia illa ſacrificia eſſent ad Deos Manes, i. e. Mortuos placandos inſtituta, ex hac proxima affinitate non temere colligamus, Mortuorum cultum, ſacrificia, & convivia, ex eodem ſuperſtitionis Ethnicæ utero primitus prodiiſſe.

QUARTO: ſi Gentilium & Judæorum Epula ſepulchralia conferamus, ea proxima ſimilitudine conjuncta reperiamus. Nam (1°.) In eadem materia generali conveniebant. Ethnici convivia defunctis inſtruebant, panem præcipue & vinum tumulis inferentes. Panem in Epulis feralibus locum habuiſſe, e verbis [1] *Catulli* intelligamus,

Cum devolutum ex igne proſequens panem,
A ſemiraſo tonderetur uſtore.

Nec vinum defuiſſe, indicio ſunt *Feſti* verba; *Reſperſum vinum ſignificat apud antiquos: quia in ſacris novendialibus vino mortui ſepulchrum ſpargebatur.* Judæos etiam panem & vinum ſepulchris appoſuiſſe, e jam citatis *Tobiæ* verbis innoteſcat, *effunde panem tuum* & vinum tuum *ſuper ſepulchrum juſtorum.* (2°.) In eadem etiam generali forma: Ethnici enim ſatis habebant Deos Manes ad convivium ſobrium admodum & tenue convocare. Hoc elicere licet ex [c] *Ovidii* verſibus:

Eſt honor & tumulis animas placare paternas:
Parvaque in extructas munera ferre pyras.
Parva petunt Manes, pietas pro divite grata eſt
Munere: non avidos ſtyx habet ima Deos.

Et Tobias filium ſuum ad panem tantum & vinum ſuper Juſtorum ſepulchra effundendum hortatus eſt, nec menſam feralem dapibus aut vario ferculorum apparatu inſtructam poſtulavit.

a *Vocas ſecuros* mortuos, *ſi quando extra portam cum obſoniis & matteis — parentans ad buſta recedis.* Tertul. de *Teſtimon. Animæ: cap. 4.* b *Baruc. 6. 31.* c *Ovid. Faſt. 2. v. 533.*

1 *Epigr. 60.*

SECT. IV.

(3°.) In ſcopo etiam & fine præcipuo congruebant: Ethnici enim panem & vinum ſuum, muneris & [a] libaminis vice, ſepulchris afferebant, ut Diis Manibus placatis & facilibus uterentur. Hoc ex *Ovidii* & *Tertulliani* jam adductis teſtimoniis convinci poteſt. Judæi etiam panem & vinum ſuum ad Juſtorum tumulos, tanquam ad aras ſepulchrales, attuliſſe; & utrumque veluti mincham libamen, non Diis Manibus, ſed Deo animarum, *effudiſſe* videantur. Quid enim Tobias, panis & vini effuſionem, tanquam præcipuum charitatis officium defunctis præſtandum, filio ſuo commendatum vellet; niſi qood hujuſmodi panis & vinum, tanquam oblatio & libamen, gratiam divinam juſtorum ſaltem animabus, impetrare poſſe crederetur? Eo autem credibilius eſt, opinionem illam apud veteres Judæos increbuiſſe, quod & [b] Chriſtiani Veteres (morum & dogmatum Judaicorum plus æquo ſtudioſi) Epulas ad Martyrum buſta & memorias agerent; dona illa Defunctis prodeſſe & ad peccatorum expiationem valere exiſtimantes. Ita Veterum fidem & morem habuiſſe fuſe confirmant [c] *Spondanus*, [d] *Kirchmannus*, aliique. E circumſtantiis hiſce ſimillimis (quas nec Lex nec ratio Judæis præſcripſit, haud abſurde colligo, Judæos ad mortuorum tumulos ſe ritu Ethnico geſſiſſe; & convivia illa ſepulchris apponi ſolita (mutatis quibuſdam neceſſario mutandis) e vetuſto Gentilium uſu in mores proprios tranſtuliſſe. Sed vereor ne Epulæ illæ ſepulchrales Lectoris nauſeam jam moveant: alio itaque ſermo transferendus eſt.

THESIS ſecunda hujuſmodi eſt: veriſimile eſt convivia illa funebria, quæ publica appellavi, e luxu & vanitate Romanorum in mores Judæorum tranſiiſſe. Ita enim (quod dixi) Herodis tempore, ferebant Judæorum mores, ut turpe atque impium haberetur, Patris, Uxoris, aut neceſſarii alicujus funus, niſi convivio publice inſtituto, celebrare. Romanos autem, novos illos Judæorum Dominos, mores hoſce novos invexiſſe, me perſuaſum habeo.

(1°.) QUOD per omnes Vet. Teſt. paginas, ne leviuſculam convivii alicujos funebris tanta cum pompa & luxu agitati mentionem reperiamus. Contrarium potius in more fuiſſe videtur, quod ſcil. cibis, æque ac veſtibus vilibus, neglectis, & ad luctus funebris ſeveritatem compoſitis uterentur. Nam, Abnero jam defuncto, populus univerſus ad Davidem veniſſe dicitur להברות [e] *ad comedendum panem cum Davide.* Nam *David Kimchi* vocem illam per להאכיל *ad cibandum* exponit; ita ut אכילה מועטת *cibatio parva*, tenuis, *& quæ luctum deceat*, intelligatur. Sed ſi ſacra hiſtoria ſiluiſſet, ipſum Naturæ dictatum, & Veterum Judæorum ſimplicitas, abunde docerent, eos non dapibus aut ferculis ad luxum quæſitis, ſed pane & vino tenui, funeris mœſtitiam excepiſſe: & mores ſuos (cum res ſuæ ſtatu integro eſſent, & incorrupto) a conviviis illis ad luxum & oſtentationem paratis longe abfuiſſe.

(2°.) HUJUSMODI convivia publica in Romanorum præcipue funeribus uſitata fuiſſe, facile conſtare poſſit eorum monumenta haud otioſe percenſenti. Sub prima equidem Pop. Romani tempora, convivium funebre quod luctui conveniebat, convocatis tantum Defuncti neceſſariis, parabatur. Nam [f] *Cicero*, de ritibus exequiarum antiquitus uſitatis diſſerens, *ſequebantur*, inquit, *epulæ quas inibant parentes coronati.* Syros etiam morem eundem in Epulis exequialibus obſervaſſe, e *Luciani* verbis ſtatim adducendis intelligamus. [g] *Poſtea, creſcente magnitudine Romana, & ſimul luxu, non jam amicis tantum & propinquis, ſed toti populo* convivium *dabant, qui magnificentiores haberi volebant.* Neque hoc *in virorum tantum funere, ſed & mulierum factum eſt.* Moris hujuſce primus auctor *Julius Cæſar* a *Suetonio* dicitur. Cap. 26. ubi ait, *munus populo epulumque pronuntiavit in filiæ memoriam, quod ante eum nemo.* In funere Syllæ, filius ejus Fauſtus [h] *ludos gladiatorios in honorem patris ſui exhibuit*, καὶ τὸν δῆμον λαμπρῶς εἱστίασε, *& populum lauto convivio excepit.* Ad hanc claſſem vocari poſſint Viſcerationes, id eſt, largitiones illæ, quibus multorum animalium caro populo diſtribuebatur. Ita morem funeris apud Romanos habuiſſe, [i] viri docti variis exemplis e *Livio* petitis jam dudum comprobarunt. Cum itaque Jodæi publicis illis & ſumptuoſis conviviis amicorum ſuorum funera cohoneſtarint; ſe & mores ſuos Romanis, rerum ſuarum Dominis, accommodaſſe, non immerito cenſeantur.

(3°.) JUDÆI omnes, Romanorum jugo ſoluti, amicorum funera epulo tantum privato & proximorum ſumptibus comparato ſemper celebrarunt. Ita veterum Judæorum mores ha-

a *Poſt iſtum* ſermonem *poculis aureis memoria defunctorum commilitonum vino mero libant.* Apul. l. 4. *Metam p.* 124.
b Vid. *Serar.* in *Machab.* p. 456. 457.
c De *Cœmet. Sac.* l. 1. P. 3. c. 17, 18.
d De *Funer. Rom.* lib. 4. c. 6.
e 2 *Sam.* 3. 35.
f *Lib.* 2. de *Legib.*
g *Joh. Meurſ.* de *funere* cap. 35.
h V. *Diodor. Hiſt.* l. 37. p. 60. A
i *Kirchman.* de *Fun. Rom.* l. 4. c. 5. *Guther.* de *Jur. Manium.* l. 2. c. 10.

buiſſe,

buisse, e [a] *S. Hieronymi* verbis innotescat; *moris est lugentibus ferre cibos, & praeparare convivium: quae Graeci περίδειπνα vocant; & a nostris vulgo appellantur parentalia.* Sic etiam mos tenuit [b] Mosis Ægypti tempore, qui ea de causa, *cibum lugentium prophetæ inhibitum* fuisse dicit, *eo quod omnis populus primo* luctus *die edat de alieno, veteturque edere de proprio.* Morem illum cibum & potum ad domum luctus deferendi, apud Judæos etiamnum obtinere, testantur [c] *Buxtorfius*, [d] *Leo Modena:* & alii, qui mores Judaicos literis consignarunt. Et proculdubio Judæi morem illum a seculis tempora Romana longe præcedentibus, sancte observarunt. De more itaque, Herodis tempore invalescente, funera epulo, tam publico & magnifico celebrandi, sententiam feramus mutuatis [e] *Geieri* verbis: *Increbuerat tunc in populo* Judaico *perversa illa Gentilium κακοζηλία, qua Romanorum plurima, adeoque Visceratones etiam seu epula ferales, populo exhibitæ, in imitationem venerant.* SECT. IV.

THESIS tertia est hæc: credibile est Judæos epula sua privata e funebribus Gentium vicinarum moribus antiquitus accepisse. Ut hæc sententia credibilis evadat, nonnulla Lectori consulto bene pensitanda proponenda sunt.

(1°.) LXX. Epulo illi quo Israelitæ Davidem lugentem acceperunt, nomen gentilitium (περίδειπνον) imposuerunt. Sic enim locum reddunt, quo cœnæ funebris, Abneri causa institutæ, occurrit mentio, *2. Sam. 3. 35.* καὶ ἦλθε πᾶς ὁ λαὸς περιδειπνῆσαι τὸν Δαυὶδ ἄρτοις, ἔτι οὔσης ἡμέρας. Quid autem interpretes Græci voce illa Gentilium [f] cœnis feralibus propria, ad Hebræorum cibos funebres denotandos uterentur; nisi quod Hebræi ritum illum in funeribus convivandi a gentibus circumvicinis traxerint, æquum autem duxerint Interpretes illi, ut originis Ethnicæ convivium nomine Ethnico designarent?

(2°.) Mos ille Epulum instituendi, apud gentes antiquiores amicis suis exequiarum justa solventes inolevit. Apud Chaldæos id moris servatum, e verbis Scriptoris Apocryphi non obscure colligendum est. Ille nempe, de sacerdotibus Babylonis loquens, [g] *Rugiunt*, inquit, *clamantes* contra Deos, ὥσπερ ἐν περιδείπνῳ νεκροῦ· *sicut in cœna funebri.* Græcos etiam antiquos hujusmodi epulas inter exequiarum ritus numerasse, ex [h] *Homero* discimus, qui in Hectoris funere convivii funebris his verbis meminit:

> Χεύαντες δὲ τὸ σῆμα, πάλιν κίον αὐτὰρ ἔπειτα
> Εὖ συναγειράμενοι, δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα,
> Δώμασιν ἐν Πριάμοιο· ——
>
> *Aggesto autem tumulo redibant: atque deinde*
> *Bene collecti convivabantur splendidum convivium.*
> *Ædibus in Priami* ——

Apud Romanos etiam Epularum hujusmodi funebrium frequentem multiplicemque usum fuisse, multis testimoniis probavit [i] *Villalpandus*, ad cujus eruditas paginas studiosos amandamus. Apud Syros hunc morem increbuisse, arguunt verba [k] *Luciani*, natione Syri: postquam enim luctus funebris ritus varios enumerasset, subjungit, ἐπὶ πᾶσι τούτοις, τὸ περίδειπνον· *post hæc omnia, superest cœna exequialis.* Eodem denique ritu Arabes antiquos exequias reddidisse, inde conjiciamus, quod Turcæ, ab Arabibus propagati, postquam defunctum sepeliverint, sacerdotes aliosque e vicinia [l] *ad prandium convocare* solent. Multo autem probabilius est Judæos a tot gentibus, quam tot gentes a parvula & contempta Judæorum natione, epularum funebrium usum accepisse.

(3°.) JUDÆORUM & Gentilium epulæ funebres *in fine* & *materia* principali conveniebant. *In fine* quidem: ideo enim hujusmodi epulæ institutæ sunt, & lugentibus consolationi foret cibus potusque præditus, cum ipsi forsan aut præ dolore non possent, aut honestum non ducerent in tristi illo rerum articulo de epulis cogitare. Epulas illas e fine Judæis in usu fuisse, e *Jeremia* propheta intelligatur: nam apud eum Dominus, de mortuorum planctu & sepultura agens, [m] *ne ingrediaris*, inquit, *domum convivii, neque consoleris eos, & non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & super matre.* Cœnas exequiales eundem apud Ethnicos usum locumque habuisse, satis testantur [n] *Luciani* illa, *post hæc omnia superest exequialis cœna,* καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες,

a *Comment. in Jerem. c. 16.* b *Ebbel. c. 4. §. 9.* c *Synag. Jud. c. 49.* d *De rit. Jud. P. 5 c. 9.* e *De Ebr. lu&t. cap. 6. §. 21.* f Περίδειπνον, τὸ τῶν νεκρῶν καὶ τοῦτο λέγεται τὸ Ἀττικὸν περίδειπνον. *Suid.* g *Baruc. 6. 31.* h *Iliad.* Ω *v. 801.* i in *Exec. c. 24. pag. 319.* k Lib. περὶ πένθ. *p. 813. A* l *Gabr. Sionit. de Urb. Oriental. c. 16.* m Cap. 16. 7. n Ub. supr.

SECT. V.

καὶ τὰς γονέας παραμυθοῦνται τῷ τετελευτηκότος, καὶ πείθουσι γεύσασθαι, &c. *Jamque adsunt necessarii, ut defuncti parentes consolentur, suadentque uti cibum capiant.* Nec minos *in materia* quam fine principali congruebant. Cum enim Judæi cœnam feralem agerent, panis, vinum, faba, lens & ova solummodo mensis apponebantur: Ethnicos etiam eodem cibo viliori mensam funebrem instruxisse, apertis testimoniis Sectione sequenti probaturi sumus. Unde factum autem quod Judæorum & Gentilium cœnæ funebres circumstantiis tam similibus conjungerentur, nisi quod Judæi simias agerent, & cœnam exequialem, prout & alios ritus funebres, ad morem apud Ethnicos receptum adornarent?

SECT. V.

Luctus funebris ceremoniæ.

CUM id mihi negotii jam datum sit, ut Judæorum ritus funebres e Vetustatis tenebris in apricum proferam, muneri meo plurimum deessem, si tristes eorum ceremonias in luctu funebri usitatas, earumque rationes & origines, intactas præterirem. Ad eas itaque jam stylum convertamus.

INTER eas autem ceremonias, prima & in usu frequenti posita, erat comæ & carnis scissio aut laceratio. Antiquos Judæos (cum amici fato cederent) tristibus hisce ceremoniis, animos doloris impatientissimos prodidisse, e nonnullis Scripturæ locis satis innotescat. In hanc rem apprime accommodatus est locus ille, *Jerem. 16. 6: morientur magni & parvi in terra hac, non sepelientur, neque plangent eos, neque incidetur, neque decalvabitur ob eos.* Huic adtexam locum geminum germanum ex ejusdem Prophetæ cap. 41. 5: *venerunt viri de Sichem de Silo & de Samaria, octoginta* nempe *viri, rasi barba, scissi vestibus, & lacerati,* vel incisi, *carne*; quo scil. habitus ille lugubris dolori suo ob occisum Gedaliam aliosque Judæos concepto conveniret. Hisce tertium subjungam ex eodem propheta non minus luculentum testimonium, nempe cap. 48. 37: ubi propheta, immensas Dei plagas prædicens, inquit, *super omne caput* erit *calvitium, & omnis barba diminuta: super omnes manus incisiones, & super lumbos saccus.* Aliter equidem Judæorum recentiorum moribus comparatum esse testatur [a] *Leo Modena*: nam hodie, inquit, *qui mortui causa crinem aut faciem scindit*, in [b] legis violatæ crimen incidisse creditur. At sane e locis jam citatis perspicuum est, Judæos antiquiores luctum suum, in amicorum funeribus, crine & carne lacerata testari solitos: & [c] *S. Hieronymus* fidem facit Judæos ritum illum funebrem, consuetudine ab antiquis ad sua usque tempora ducta seculis, observasse. Nam ut lucem faceret jam laudatis *Jeremiæ* verbis, *nec incident, nec calvicium facient; mos,* inquit, *hic fuit apud Veteres, & usque hodie in quibusdam permanet Judæorum, ut in luctibus incidant lacertos, & calvicium faciant.*

INDE autem constare posset, Judæos hunc ritum funebrem ab Ægyptiis aut aliis in vicinia gentibus habuisse, quod eum, statim post exitum ex Ægypto, inter alios ritus idololatricos, Judæis interdictum reperiamus: nempe loco illo jam nunc laudato, *Deut. 14. 1. filii vos Domini Dei vestri: non incidetis vos: neque ponetis calvitium inter oculos vestros ob mortuum.* Sed si Scriptura siluisset, ipsi Gentium pene omnium mores summam ritus hujusce antiquitatem aperte loquerentur, eumque a primo usque surgentis idololatriæ exordio obtinuisse indicarent. Scythas in luctu funebri comam & ora sua scissione pro more deturpasse, affirmate tradit *Herodotus* lib. 4. cap. 71. ἐπεάν σφι ἀποθάνῃ ὁ βασιλεύς, —— τῶ ὠτὸς ἀποτάμνονται τρίχας περικείρονται, βραχίονας περιτάμνονται, μέτωπον καὶ ῥῖνα καταμύσσονται, &c. *Quum Rex eorum decesserit, — aurem decidunt, crinem circumtondent, brachia circumcidunt, frontem nasumque sanciant, sinistram manum sagittis trajiciunt,* &c. Romanos eandem insaniam in funeribus insanire solitos ex [d] *Ovidii* versibus colligamus:

Parce tamen lacerare genas: nec scinde capillos.
Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.

a De *Rit. Jud.* P. 5. c. 8. §. 5. b *Deut.* 14. 1. c *Comment.* in *Jerem.* 16. d Lib. 3. *Trist. Eleg.* 3. v. 51.

Quibus

Quibus consonum *Virgilii* illud, *Æneid.* 12. v. 605.

——— Flavos Lavinia crines,
Et roseas laniata genas, ———

Carthaginienses etiam lugentes eandem in genis & brachiis suis lanienam exercuisse docet *Alex.* ab *Alexandro*, *Gen. Dier.* l. 3. c. 7. Græcos non minus inepte de proprio suo corio ludere consuevisse colligamus, quod Solon morem illum funebrem Athenienfibus suis interdixerit. Hoc enim [a] *Plutarchus* de *Solone* literis consignavit, ἐπέτρεψε -- καὶ τοῖς πένθεσι -- νόμον, ἀφαιρῶν τὸ ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον & statim, ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν. At mos ille, vetustatis auctoritate confirmatus, radices nimis altas egerat, quam ut Solonis unius manibus evelli posset: hunc enim mortuos deflendi morem, a majoribus suis acceptum, Græcia etiamnum retinet. In hujus rei fidem [b] testis oculati verba audiamus: *cum quispiam e familia, sive maritus sive affinis, - - moritur, detecto capite & facie in publicum prodeuntes mulieres, urbem circumlustrant, capillis passis, sinuque denudato, ingentes ejulatus & ululatus emittentes. Comas quoque & genas lacerantes. - Dextra autem manu partem sinistram, sinistra vero dextram unguibus dilaniant. Comam quoque eodem modo, ita ut dextra manus sinistrum latus, sinistra dextrum trahendo dilaceret. Et nunc genas per vices scarificando, nunc pectus percutiendo, nunc crines trahendo luctum peragunt. Hunc eundem morem mulieres quoque* Pulgaricas *in hunc usque diem* servare asserit: nam in funere, inquit, *lacertos lacerant, vultum conscindunt laniantque.* Consimiles funebres ceremonias, cum Sitiæ ageret, se vidisse ait [c] Princeps Radzivilus, *maritum*, inquit, *defunctum uxor sepeliebat, quæ facie unguibus conscissa, capillos evellens, vestem in pectore dilacerans, caput muro allidens, non absque sanguinis effusione orbitatem suam miserabiliter deplorabat.* Cum itaque carnis & crinis laceratio, in funeribus facta, apud gentes plerasque antiquiores in usu fuerit; inde conjecturæ locus est, morem illum Judæorum gente antiquiorem fuisse, eumque ab antiquissima & diffusissima Zabiorum gente originem deduxisse.

SECUNDA Veterum Judæorum ceremonia lugubris, a gentium usu hausta, erat cibi cujusdam vilioris & proprie feralis participatio. Hic autem cibus feralis e quatuor imprimis partibus aut ferculis [pane, ovis ad duritiem coctis, lente & legumine] constitisse credatur Antiquos Judæos, cum in luctibus essent, pane præcipue & ovis durioribus vesci solitos, opinari suadent Judæorum mores; quos proculdubio a Majoribus suis propagatos etiamnum retinent. Panem autem & ova duriora locum partemque principem in Judæorum cœnis feralibus hodie obtinere, fidem faciunt [d] *Buxtorfius*, [e] *Leo Modena*, aliique, rerum Judaicarum consultissimi. Veteres etiam Judæi lugentium mensis, more perpetuo. admovebant: mihi in hanc rem testimonium perhibet *S. Hieronymus*, *Epist.* ad *Paulam* de *Blesillæ obitu*, ubi hæc habentur; *flent usque hodie Judæi, & nudatis pedibus in cinere volutati sacco incubant, --- ex superstitione Pharisæorum primum cibum lentis accipiunt.* Sed & Leguminis esum lugentium cœtibus pene proprium fuisse arguunt *R. Eleezeri* verba in *Pirke*, cap. 35. הערשים מאכל צרה הם ואבל ונו׳ *legumen cibus luctus ac doloris est*, &c. Atque ideo summus Judæorum sacerdos, *cui inter lugentes versari nefas erat, legumine abstinuisse* creditur; quod scil. cibus ille ad lugentes & quasi ad mortuos pertinere putabatur.

NEMO autem cui cordis aliquid, dubitare potest quin Judæorum mores, hac in re, ad Gentium exemplum dirigerentur. In eam mentem variis de causis me adduci patior.

NAM (1°.) Certum est Ethnicos, eos præcipue quos dixi cibos βρώματα πένθιμα habuisse. Eos *ova* in hac classe posuisse, inde constet, quod locum haud infimum in cœnæ feralis apparatu obtinerent: hoc discimus e *Juvenalis* verbis, *Sat.* 5. v. 48.

——— Dimidio constrictus cammarus ovo
Ponitur, exigua feralis cœna patella.

Lentem cum *sale* mortuorum cœnis assignat *Plutarchus* in *Crasso*, p. 555. cum ait, Φακοὺς καὶ ἅλας, ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθενται τοῖς νεκροῖς. Idem confirmant [g] *Artemidori* verba,

a In *Vit. Solon.* p. 90. B
b *Petr. Bellon.* de *Medicat. fun.* l. 2. c. 14.
c *Peregrin Jerosolymit.* p. 237.
d *Synag. Jud.* c. 49.
e *De rit. Jud.* P. 5. c. 9. §. 1.
f V *Windet.* de *Mort. Stat.* p. 35.
g *Oneirocrit.* l. 1. c. 70.

SECT. V. φακῇ δὲ πένθος προαγορεύει. *Lens luctum prædicit.* In Epulis autem funebribus maximus erat leguminum usus, si quid fidei habeant [a] *Plutarchi* verba; πρὸς τὰ περίδειπνα καὶ τὰς προκλήσεις τῶν νεκρῶν μάλιστα χρῶνται τοῖς ὀσπρίοις *ad silicernia & advocationes mortuorum maxime utuntur leguminibus.* Hæc autem omnia superstitionem mere Ethnicam & Pythagoricam redolere, nemo vel paulo emunctioris dubitare queat; notum enim omnibus quasi cum religione Gentium philosophi Pythagoræ placitis addicti, a legumine, fabaceo præsertim, abstinuerint. Legumina scilicet cibos mortuis, & eorum epulis proprios existimarunt; ab iis itaque, quasi pollutis, abstinendum censuerunt, ne funestarentur.

(2°.) NULLA ratio, præter Gentium morem, assignari potest, cur veteres Judæi cibos jam dictos cœnæ suæ mortuali proprios fecerint. Nihil enim in Legis aut Naturæ dictatis occurrit, quod hujuscemodi institutioni causam aut colorem præbere potuisset. Quid enim ova durata, quid lentes aut legumina meruere, ut cibi funesti haberentur, & ad mensas lugentium damnarentur? Et ubinam Deus præcepto cavit, ne summus Judæorum sacerdos semetipsum leguminis esu contaminaret? Vel anne credibile est veteres Judæos, pro mero arbitrio, & nulla certa ratione inductos, cibos illos lugentium epulis assignasse? Hic forsan reponet non nemo, Judæos hodiernos ova lugentibus edenda, ob rationem mysticam, præbere solitos, [b] *quemadmodum enim ova rotunda sunt & sphærica, ita quoque mors volubilis est; hodie hunc, cras illum petit.* Nec a vero abludit, eos rationem non minus gravem in promptu habere, cur [c] *lentibus tantum* in jejuniis quibusdam solennibus vesci soleant. Respondeo: non me latet, Judæos hodiernos morum πατροπαραδότων tenacissimos, eorum autem originem plane nescientes, quidlibet excogitare, ut cum ratione aliqua ineptire videantur. Absit autem ut eorum Majores tam hebetes, & genio tam adverso natos existimemus, ut ob rationem tam exilem, insulsam, nullam, hujusmodi tantum cibis, in luctibus suis, se astringi paterentur. Unicum itaque dicendum restat, nempe cibos hosce funebres originem & institutionem suam insulsis Gentilium dogmatis & moribus debuisse. Judæos autem antiquos mensam suam funebrem instruendi modum, a Gentilibus (quibuscum plurimum commercii habuerunt) accepisse, & ad seros suos nepotes propagasse.

(3°.) CERTUM est antiquos Gentium mystas legumina pleraque, fabas cumprimis, cibum cœnæ ferali & mortuorum sacris proprium existimasse. Inde autem assertionis hujusce veritas elucescat, quod a leguminis, fabæ præsertim esu, ipsis Ægyptiorum veterum temporibus, abhorrerent. Nam [d] *Plutarchus* testatum reliquit; Isidis sacrificulos, περιττώματα caventes, παραιτεῖσθαι τῶν ὀσπρίων τὰ πολλά, *legumina pleraque aversari* solitos. Inter legumina vero, eos animum a fabis alienissimum habuisse, claris illis [e] *Herodoti* verbis confirmari potest; κυάμους δὲ ὔτε τι μάλα σπείρουσι Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τάς τε γινομένας ὔτε τρώγουσι ὔτε ἕψοντες σιτέονται &c. *fabas Ægyptii in terra sua nec admodum serunt, nec sponte provenientes comedunt, aut coctas in escam distribuunt: quinimo sacerdotes ne adspicere quidem eas sustinent, arbitrantes haud mundum illud legumen esse.* Pythagoram etiam ejusque discipulos a legumine, fabaceo præsertim genere, religiose abstinuisse, res pueris nota est, nec testimoniis indiget. Quid autem Pythagoras, ejusque præceptores, Ægypti mystæ, adeo leguminum, fabarum inprimis, esum & aspectum fugerent; nisi quod cibi mortuorum cœnis & exequiis proprii, adeoque polluti & abominandi, haberentur? Ideo enim *Flamini Diali*, τῷ Διὸς famulo, *fabam nec tangere nec nominare* licuit, *quod nempe ad mortuos pertinere* crederetur: *nam & Lemuralibus* jaciebatur *larvis*, *& Parentalibus* adhibebatur *sacrificiis*, uti *Varro* & *Festus* referunt. Cum itaque fabæ aliaque legumina, illis remotissimæ memoriæ seculis, ad mortuos eorumque sacra pertinere crederentur; rationi consentaneum existit, Judæos ab Ægyptiis aut Pythagoreis edoctos, lentes & legumina mortuorum exequiis & lugentium epulis peculiariter addixisse.

QUO promptius & facilius in hanc sententiam descendat Lector, necesse est ut duarum Objectionum obstacula de medio tollam.

Obj. 1. HARUM prima est hæc: Lentium & Leguminum in funeribus usus, superstitionem Ægyptiacam multis seculis antevertisse censeatur. Refert enim [f] *R. Eleezer* in *Pirke*, *patres in morte Abelis, in vivicomburio Haranis, in morte Abrahami, in Captivitate, legumina comedisse.* Hoc autem refert proculdubio *Eleezer*, *e* recepta veterum Judæorum fide.

a *Quæst. Roman.* p. 286. E b *Buxtorf. Syn. Jud.* loc. sup. cit. c *Id.* ib. c. 30. d *Lib. de Isid.* & *Osir.* p. 352. F e In *Euterp.* c. 37. f Cap. 35. ר׳ אליעזר אמר

Sol.

AT non est quod scrupulus ille nos multum urgeat: prout enim Christianis seculo tertio aut quarto viventibus in more erat, ritum quemlibet cujus certam originem ignorabant, ad Apostolos auctores referre, eumque *Apostolicum* appellare; sic & solent Judæi ritus suos omnes, nimia vetustate obscuros, primis gentis suæ Patribus, aut Mosi in Sinai lege orali instituenti attribuere. Ideoque, me Judice, a *S. Hieronymi* sententia potior est, & rationi magis consentanea, Judæos scilicet lentem & legumen in luctu comedendi morem, *e superstitione & ritu vanissimo Pharisæorum* petiisse: nec a vero abludit morem illum, una cum multis aliis a ritu vanissimo Gentilium ad Pharisæos pervenisse.

Obj. 2.

SECUNDO: Objici potest, doctorum partem potiorem mihi in hac causa prorsus adversari. Nam si quando mores aliquos Judæis & Gentibus communes observarint, statim clamant Gentiles (ex immenso quo rerum Judaicarum studio ducebantur) Judæorum ritibus manus furtivas injecisse; eosque in rem suam convertisse. E supina dogmatis hujusce fide venisse arbitror, quod [b] auctor ille, literis secretioribus excultissimus, postquam observasset summum Judæorum sacerdotem legumine abstinuisse; continuo addit, *atque inde fortassis ad gentes transiit mos iste silicernia legumine (fabaceo præsertim) instituendi; a quo tamen eorum quoque summus Pontifex abstinebat, ne funestaretur.*

Sol.

SENTENTIAM hanc receptam esse, & plures habere consectaneos minime diffitendum est. Nam Judæorum famæ & honori consultum existimant, si in ritibus omnibus religionem spectantibus, *ducere* potius quam *sequi* videantur. Absit autem ut Judæorum gratia mentiamur, & eorum honori magis quam veritati aut rationi studeamus. Nostram autem sententiam veritati & rationi magis convenire, opinandi causam præbent Judæorum studia moresque in Sacris literis memorati. Nam e quolibet pene Veteris Testamenti libro elucescat, ritus plurimos a gentibus circumvicinis traxisse illud imitatorum genus, & in pejus semper proclivem Judæorum gentem; nec quicquam prius in desideriis habuisse, quam ut gentibus proxima rituum morumque conformitate conjungerentur. Ex adverso, si animos nostros ad Veterum Ethnicorum scripta paulo attentius advertamus, facile percipiamus, eos Judæorum personas moresque insuper habuisse, nec quicquam Gentilibus bilem aut risum citius, quam anomala Judæorum instituta, movere potuisse. Sed ut paulo propius ad rem præsentem accedamus; non minus rationi convenit existimare, Judæos eorumque sacerdotem summum, tantam curam (ne dicam religionem) circa pultes & legumina exercentes, superstitionis suæ causam & exemplar a Gentibus accepisse. Ubinam enim in lege divina sacerdos summus a leguminum esu arcebatur? & quid ratio, quid religio, Judæis dictar, ut lentes & pultes epulis præcipue mortualibus assignarent? Ut paucis compingam omnia: verisimile est, Christianis antiquis, ad Sepulchra Martyrum, [c] pultes, panem vinumque deferentibus, nonnihil fermenti Judaici adhæsisse: nec minus ad veri similitudinem accedit, Judæos (tam solicite circa lentes & legumina occupatos) Gentilium mores & dogmata imbibisse.

ALIÆ supersunt Judæorum ceremoniæ in luctu funebri usitatæ, quas tamen, ne in infinitum excurrat sermo, taciti præteribimus.

S E C T. VI.

Sepulchrum circumeundi ceremonia.

JUDÆIS antiquis exequiarum justa solventibus solenne erat, defuncti Sepulchrum semel aut sæpius circuire. Judæos hoc in institutis funebribus antiquitus habuisse, e moribus suis hodiernis, a majoribus proculdubio propagatis, non temere colligamus. Judæos autem hoc in moribus hodieque receptis retinere, ut circa defuncti sepulchrum aut feretrum orbem solenniter conficiant, *a Buxtorfio* discimus: postquam enim varias Judæorum ceremonias circa defunctos & eorum sepulturam usitatas fuse recensuisset, *ubi*, inquit, *ad sepulchretum*

a *Flent usque hodie Judæi, —Sacco incubant. Ac ne quid desit superstitioni, ex ritu vanissimo Pharisæorum, primum cibum lentes accipiunt.* Epist. 22. ad Paulam. T. 4. P. 2. col. 57. b *Wander. de vet. funebr. stat.* p. 35. c Vid. *S. August.* de *Civ. Dei.* l. 8. c. 27. & lib. 6. *Confes.* c. 2. Tom. 1.

SECT. VI.

perveuerunt, ---pheretrum humi deponunt, sepulchrum --- circumeunt, & longam admodum precem recitant, &c. *Buxtorfii* fidem astruit [b] *Leo Modena*, in gentis suæ moribus proculdubio minime peregrinus: Illius autem verba Latio donata sic sonant: *nonnullis in locis in more habent, ut cum primum loculum juxta sepulchrum collocarint, --- decem personæ septies pheretrum circumeant, certas preces pro anima fratris defuncti concipientes.* Hunc ritum Judæos orientales, ex more antiquissimo retinere, conjicere licet e *Manuscripto Hebraico* apud [c] *Hottingerum* citato, *in quo — prolixe enarrantur preces, conciones, circuitiones, —quibus ad Zacharia* prophetæ *sepulchrum fungebantur* &c.

JUDÆOS autem hunc etiam ritum funebrem e paganismo in mores suos admisisse, me persuasum habeo.

NAM (1°.) Verisimile est ritum illum antiqoissimum fuisse, & diu ante tempora Trojana inter Ethnicos increbuisse. Nam *Cointus Smyrnæus*, morem Græcorum Achillis exequias agentium referens, pedites mistos equitibus illius pyram circuivisse asserit. Sic enim ceremoniam illam descriptam [d] dedit:

Αλλ' ὅτε δὴ περὶ πάγχυ πυρὴν διεκοσμήσαντο
Πεζοὶ ἅμ' ἱππήεσσι σὺν ἔντεσιν, ἐῤῥώσαντο
Αμφὶ πυρὴν πολὺ δάκρυ·

Cum itaque rogum satis superque adornassent,
Pedites cum equitibus armati circuierunt
Pyram lacrymosam.

Testatur etiam multis seculis antiquior [e] *Homerus*, Achillem aliosque ex equitibus Græcis, Patroclo exequiarum justa solventes, circa cadaver se tribus vicibus convertisse: sic enim scribit Poeta:

——Οἱ δ' ᾤμωξαν ἀολλέες· ἦρχε δ' Αχιλλεύς·
Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους
Μυρόμενοι· ——

——*Hi autem plorabant frequentes; praibat vero Achilles:*
Illi autem ter circa cadaver pulchre crinitos egerunt equos
Lugentes. ——

Non est autem rationi consentaneum, Gentes illas antiquissimas hunc ritum a Judæis, tunc temporis vix forsan de nomine notis, accepisse. Nec minus rationi dissonum est, Judæos seculis illis antiquissimis ritum illum in usu habuisse; nisi forsan ab Ægyptiis mutuati fuissent, eumque una cum aliis notæ pejoris moribus, in terram promissam attulissent.

(2°.) SI Gentium annales replicemus, mortuos circumeundi ceremoniam longe frequentius usurpatam & sanctius habitam apud Ethnicos quam apud Hebræos reperiamus. Ritum illum celeberrimum fuisse & in usu frequenti positum, ut conjiciam me adducit ipsa tumuli appellatio: nam [f] *Pindarus* de Pelopis exequiis agens, ejus τύμβον vel *tumulum* ἀμφίπολον vocat, nempe *quod circumambiatur*: Et [g] *Novarinus* Eustathium sic τάφον ἀμφίπολον alicubi explicasse asserit. Gentes etiam ritum illum sanctum & religiosum habuisse, inde discere liceat, quod in funere Augusti primum circumeundi locum *sacerdotibus*, alterum *equitibus* assignarent: uti Auctor est *Dio* lib. 56. p. 685. Idem confirmat quod Ethnici eodem plane modo circa mortuorum tumulos & Deorum aras aut templa verterentur. Hoc e *Statii* verbis innotescat,

——*Lustrantque, ex more, sinistro*
Orbe rogum, ——

Ethnicos autem, cum Deos salutarent, aut templis arisve honorem exhiberent, orbes suos (a sinistra incipientes) dextram versus peregisse, [h] alibi manifestum fecimus. Interea loci, Judæos antiquos, ambitus illos sepulchrales tam frequenter aut tam sancte observasse nullis idoneis testimoniis ostendi potest. Et sane cum dicat *Leo Modena morem illum pheretrum* aut sepul-

a *Synag. Judic. cap.* 49. b De *rit. Jud.* P. 5. c. 8. §. 4. c Lib. de *Cippis Hebraic.* in *præfat.*
d Lib. 3. vers. 691. e *Iliad.* ψ. *vers.* 12. f *Od.* 1. *Olymp.* g *Elect. Sac.* l. 2. c. 12.
h V. L. 4. c. 8.

chrum

chrum *circumeundi*, *locis* tantum *nonnullis* invaluiſſe; inde colligere promptum eſt, Judæorum Majores more illo leviter tantum imbutos fuiſſe, neque circuitus illos inter νομιζόμενα τῶν ταφῶν nullatenus omittenda, poſuiſſe. SECT. VI.

(3°.) JUDÆI, in illa funerum circoitione, illas ipſas circumſtantias, quas & olim Gentiles, ſtudioſe obſervarunt. Nam primo: Gentiles raro aut nunquam fœminæ alicujus ſepulchrum ritu tam ſolenni cohoneſtarunt. In funere quidem Droſillæ, *equites circa tumulum ejus* ſolenniter [a] *obequitaſſe*, non diffitendom eſt: at Druſilla, Druſilla erat, id eſt, loci & ſortis nobilioris fœmina, adeoque prærogativa plane ſingulari cohoneſtata: nam [b] *Gutherius* ſe περιδρομὴν *illam* funebrem *in fœmina unius*, *Druſillæ ſcilicet funere obſervaſſe* dicit. Idem Judæis antiquis in legem abiiſſe, dubitare non ſinunt poſterorum ſuorum mores, quos [c] *Leo Modena* in hæc verba tradidit; *cum primum feretrum juxta ſepulchrum collocarint*, *modo defunctus vir ſit*, *decem perſonæ cadaver circumeunt*, &c. Quibus innuit, in uſu eſſe, ut ceremonia illa in ſexus tantum virilis funeribus uſurpetur. Secundo: Ethnici non ſemel tantum [cum nempe mortuum efferrent] ſed quotannis, quandoque ſæpius, περιδρομὰς haſce funebres, circa ſepulchra præſertim clariora habuere. Huoc morem tangit *Suetonius* in *Claudio*, Cap. 1. ubi ait, *cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret.* Idem Judæis etiam in morem abiiſſe, ſatis indicant circuitiones illæ repetitæ, ſupra memoratæ, quibus Judæi orientales ad Zachariæ ſepulchrum defungebantur.

(4°.) VARIÆ rationes, ex intimis Paganiſmi principiis deductæ, aſſignari poſſunt, cur Ethnici; nulla autem, (præter moris recepti ſtudium) cur Judæi circuitione illa funebri uterentur. Nam Ethnici triplici de cauſa circa mortuorum rogos & tumulos in circuitum iviſſe cenſeantur. 1. Luſtrationis & neſcio quæ mala phantaſtica a mortuis aut vivis depellendi cauſa. Ethnicos ea mente mortuorum rogos circuire ſolitos, ſatis teſtantur quæ [d] *Virgilius* in funere Pallantis tradit:

Ter circum accenſos, cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos: ter mæſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, &c.

Inde [e] Dioni *luſtrare* eſt περιέρχεσθαι, *circumire*. 2. Cultus cauſa, & ut ritu illo Diis Manibus cultum aliquem religioſum exhiberent. Satis enim quæ Cap. 8. diximus manifeſtum faciunt, circuitionem in ceremonias ſacras receptam fuiſſe, & gentes ad Deorum imagines, aras, templa, & loca alia religioſiori obſervatione culta circuitus peregiſſe. Eodem etiam Capite rationem e Paganiſmi myſteriis depromptam aſſignavimus, cur Ethnici motum illum orbicularem in rituum ſacrorum numerum cooptarint. 3. Honoris cauſa, & ut ea ceremonia ſupremum obſervantiæ debitum defuncto ſolverent. Ideoque filii inprimis, ad ſepulchrum circumeundi officium præſtandum, in parentum funeribus, aſtricti credebantur. Nam *Xiphilinus*, de *Severo* defuncto loquens, καὶ τῇ τῶν παίδων, inquit, περιδρομῇ ἐτιμήθη. i. e. *& filiorum ſuorum circumverſione honoratus eſt.* E quibus omnibus ſatis eluceſcit, Ethnicos, cum gyros tam frequentes circa mortuorum tumulos agerent, nihil aliud feciſſe quam quod ſuperſtitionis ſuæ ratio (vel inſania) poſtularet, eique apprime conveniret. At vero nihil Judæorum legibus ac inſtitutis inerat, quod ullam hujuſmodi gyris ſepulchralibus cauſam aut prætextum adminiſtrare poſſet: nam Judæorum fides & religio a Gentilium Luſtratione, cultu Diis Manibus præſtito, & ſuperſtitioſa mortuorum veneratione, tota abhorrebat. Nemo itaque vel conjectura aſſequi poteſt, cur Judæi mortuorum tumulos ambitu tam frequenti cohoneſtarent, niſi quod ritus ille apud gentes exteras (quas ſibi imitandas proponere ſolebant) in morem ſimol & religionem abiiſſet. Hic forſan dicet non nemo, Judæos Sepulchra circuire ſolitos, ut eadem ceremonia Sanctis, qua Ethnici Heroibus ſuis, honorem exhiberent. At unde factum quod ſepulchra in honoris teſtimonium circuirent, niſi quod Gentilium exemplis edocti eſſent, qui, ob rationes religioni ſuæ proprias, ritu illo ad honorem, Diis primo, & dein hominibus, deferendum utebantur?

a Οἱ ἱππεῖς — περὶ τὸν τάφον αὐτῆς περιέδραμον. Dio de Druſilla l. 59. p. 744. b De *Jur. Man.* l. 2. c. 3. c Loc. ſupra laudat. d *Æneid.* l. 11. v. 188. *Dum univerſus denique populus luſtret atque ambiat rogum.* Quinctil. Declam. 329. e Lib. 56. p. 685. C

SECT. VII.

SECT. VII.

Pyramidum erectio.

POSTQUAM Judæi ritibus quos dixi funebribus pietatem suam erga defunctum testati fuissent, proximum erat ut monumento aliquo, defuncti conditioni consentaneo, memoriam ejus posteritati consecrarent. Si quis loco regio aut nobili ortundus e vivis emigrasset, in more fuit ut pyramidibus, columnis, aut utrisque, tumulum suum exornarent. Ita morem habuisse, cognoscere licet e duobus exemplis apud *Josephum* memoratis. Horum primum extat *Antiquit. Judaic.* l. 20. c. 2. ubi memoriæ reliquit Helenam, Adiabenorum Reginam, tumulo conditam, tribus Pyramidibus a Semetipsa extructis decorato, & tertio ab urbe Hierosolymitana stadio dissitis. Quæ quidem Pyramides στήλας διαφανεῖς, *cippi* vel *columnæ illustres*, jure meritoque ab [a] *Eusebio* appellantur. Hanc autem Helenam Hebræam fuisse, quamvis Regi extero matrimonio junctam, conjicere licet e [b] *Pausaniæ* verbis: postquam enim tumulos varios, θαύματος ἄξιον, a se visos affirmasset, duorum duntaxat, tanquam solertioris artificii operum, mentionem facit, *Mausoli* scil. in *Caria*, & *Helenæ* in *Judæa*; dicens, Ἑβραίοις δὲ Ἑλένης γυναικὸς ἐπιχωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Σολύμοις, &c *apud Hebræos in Solymorum urbe, Helenæ indigenæ mulieris*, operis mirandi *sepulcrum* visendum præstat: hic autem [c] *Valesius* erroris arguit Pausaniam, *quod Helenam patria Judæam fuisse existimavit.* Nec opus est ut ipse Helenæ hujusce vindicandæ causa cum *Valesio* pugnem: cum *Josephus* aperte dicat eam cum filio [d] *se ad religionem Judæorum transtulisse*, adeoque si minus sanguine, fide tamen cultuque Judæam fuisse. Absurdum est autem opinari, Helenam illam, Judæis affectu cultuque conjunctissimam, sepulcrum tot pyramidibus insigne sibi extruere voluisse; modo conscia fuisset se opus insolitum moliri, & a gentis illius moribus alienum.

ALTERUM exemplum (cujus etiam [e] *Josephus* meminit) quo ostendi possit Judæos pyramidibos nobilium funera cohonestare solitos, in historia Maccabæorum memoratum reperiamus; nempe lib. 1 cap. 13. ver. 23. &c. ubi auctor Apocryphus monumentum quod Simon Maccabæus parentibus & fratribus vita functis, sibique ipsi posuit, hisce verbis descriptum dedit: *& ædificavit Simon super sepulcrum patris sui & fratrum suorum monumentum altum visu, lapide polito retro & ante: & statuit septem pyramides alteram e regione alterius, patri & matri & quatuor fratribus.* Nisi autem Judæis veteris instituti fuisset, virorum illustrium monumenta pyramidibus exornare; Simon hujusmodi monumentum extruendo, arrogantiæ proculdubio & animi in Gentium mores propensi notam non effugisset.

SIMONEM autem & populares suos pyramidom sepulchralium usum ex Ægyptiis aliisve e Gentiliom grege didicisse, rationes multæ gravesque mihi penitus persuadent. Ex iis quatuor solummodo in medium feram, brevitati studens.

HARUM prima sit hæc: quantum per vetustissimas Gentium memorias percipere fas est, pyramidum sepulcbralium usus gentis Judaicæ initia antiquitate superavit. Nam Historici omnes de Pyramidum origine, tanquam de re e memoria hominum sublata, vel potius abolita, loqui solent. Ipse *Herodotus*, Nehemiæ forsan σύγχρονος, Pyramidis unius originem ad regem Ægypti refert, qui diu ante tempora Mosaica vixisse creditur. Qui Pyramidas Ægypti seculis multo recentioribus extructas asserunt, iis tamen originem mille annis a Christi natalibus remotam tribuendam arbitrantur. Est itaque rationi & Veterum fidei consentaneum, ut credamus Judæos hac in re Ægypti discipulos fuisse; nec eos sepulcra sua pyramidibus cœlum minantibus ornare voluisse, nisi Ægyptii aut alii ab Ægyptiis edocti tanti fastus & magnificentiæ exemplar iis præbuissent.

SECUNDO: mos ille tumulos pyramidibus exornandi, apud gentes plerasque non plane rudes & incultas obtinuisse videtur.. Eas Ægyptiis in usu fuisse, palam est & extra controversiam positum. Ab eodem usu nec Græcos abfuisse, e *Luciano* discimus, cum [f] ait, πυραμίδας, καὶ στήλας, καὶ ἐπιγράμματα, πρὸς ὀλίγον διαρκοῦντα πῶς οὐ περιττὰ, καὶ παιδιαῖς προσεοικότα; *Pyramides, columnæ,*

a *Histor. Ecclef.* l. 2. c. 12. b In *Arcad.* c. 16. p. 633. c *Annot.* in Lib. 2. *Hist. Eccl. Euseb.* c. 12.
d Εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη τὸν βίον μετέβαλλον. *Joseph. Antiq.* l. 20. c. 2. e *Antiq.* l. 13. c. 6. p. 578.
f Lib. περὶ πένθ. p. 812. D

tituli

tituli, ad breve tempus duratura, annon supervacanea & ludicris simillima? Græcos aliis etiam e vicinia gentibus huoc morem tradidisse, inde conjiciamus, quod eum apud antiquos Britannos invaluisse constet. Nam Britannorum Princeps, *Arthurus*, (referente [a] *Camdeno*) sepultus repertus est in *insula Avalonia, sub lapide grandiusculo inter duas pyramides collocato.* Et sub an. 1242. *Robertus* de *Courtney sub pyramide magnifica sepulturam habuit*, quod & idem [b] *Camdenus* memoriæ tradidit. Aliis testimoniis ad moris hujusce frequentiam & antiquitatem firmandam, nil opus esse arbitror, cum illud e *Servii* verbis in ea *Virgilii* carmina abunde confirmetur, *Æn.* 11. v. 849. SECT. VII.

> —— *Fuit ingens monte sub alto*
> *Regis Dercenni terreno ex aggere bustum.*

Apud majores, inquit ille, *nobiles aut sub montibus, aut in domibus sepeliebantur: unde natum est ut super cadavera, aut pyramides fierent, aut ingentes locarentur columnæ.* Cum itaque manifestum sit gentes plerasque morem illum Ægyptium tumulos pyramidibus decorandi tenuisse, verisimile est eas omnes morem illum ab Ægyptiis, temporis decursu, propagatum accepisse. Nam fidei aut rationi convenire nequit, tot magni nominis gentes, cœlo terraque a Judæorum gente separatas, morem illum a Judæis (quorum ne nomen forsitan auribus hausissent) derivare potuisse. Multo magis consentaneum est existimare, Ægyptiam illam sepeliendi rationem gentium antiquarum moribus comprobatam fuisse; & Judæos (qua erant in mores exteros propensitate) huic etiam Gentilium instituto, sub tempora Maccabaica, se conformes præbuisse.

TERTIO: hujusmodi pyramides sepulchrales Cultui & Philosophiæ Gentilium veterum, Ægyptiorum inprimis, consentire videntur. Erant equidem Gentilium cultui antiquissimo apprime consentaneæ: cum enim seculis antiquioribus nondum eo elegantiæ & peritiæ processissent homines, ut statuas & imagines fabricare possent; in more erat columnis quibusdam Numini sacratis cultum exhibere. Nam [c] Callithoe, Junonis sacerdotissa, coronis & sertis Divæ columnam ornasse dicitur: i. e. *Divæ imaginem, eo enim tempore*, inquit [d] Scaliger, *Deorum simulacra erant κίονες πυραμοειδεῖς, columnæ pyramidales.* Et referente [e] *Suida*, Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς nihil aliud erat nisi *κίων εἰς ὀξὺ λήγων, pyramis*, vel *columna in acutum desinens.* Ex eo autem columnarum genere, *Suidas*, nonnullas Apollini, alias Baccho, alias utrisque proprias & sacras fecisse asserit. [f] *Pausanias* etiam de sacris reliquiis Corinthi repertis loquens, *Ἔτι δὲ Ζεὺς Μειλίχιος*, inquit, *καὶ Ἄρτεμις ὀνομαζομένη Πατρῴα, σὺν τέχνῃ πεποιημένα οὐδεμιᾷ· Πυραμίδι δὲ ὁ Μειλίχιος, ἡ δὲ κίονί ἐστιν εἰκασμένη· sunt idem Milichi Jovis & Dianæ, cui Patroa cognomentum*, rudia *& sine arte ulla facta signa. Milichius Pyramidis, Patroa columnæ figuram habet.* Atque inde factum forsan quod Ægyptii columnas in pyramidem fastigiatas sepolchrorum religioni magis consentaneas, & Diis manibus gratiores judicaverint. Nec minus Ægyptii Philosophiæ consentaneus erat Pyramidum sepulchralium usus: nam apud Ægypti philosophos axiomatis vicem tenuit, *durante corpore, durare & animam*, eique (veteris habitaculi oblivisci nesciam) tanquam genium tutelarem & quasi comitem a latere perpetuo adhærere. Fidem illam Ægypti Philosophos occupasse, nos docet *Servius* in ea *Virgilii* verba de *Polydoro* defuncto dicta, *Æn.* 3. v. 67.

> —— *Animamque sepulcro*
> *Condimus* ——

Ægyptii, inquit, *periti sapientia condita diutius reservant cadavera, scilicet ut anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia, nec cito ad aliud transeat.* Quo itaque diutius corpus suo quasi fato superesset, illud non tantum unguentis & aromatibus contra humoris & putredinis alicujus injuriam munitum reddiderunt; sed sepulchro mandarunt altiusculo, & figura pyramidali extructo, qua nulla firmior aut a cœli injuriis securior excogitari potuit. Ideoque non est vana opinio, peculiarem cultus & philosophiæ Ægyptiacæ conditionem (non Judæorum exemplum) frequentem illum pyramidum sepulchralium usum inter Ægyptios invexisse. Cum autem Judæi, cœlitus edocti, cultum & philosophiam plane diversam profiterentur, cur illi eandem cum Ægyptiis sepulturæ formam observarent, nulla ratio vel fingi potest; nisi quod ingenio essent in mores exteros, Ægyptios inprimis, propensissimo.

a In *Reliq. Epitaph.* b *Ibid.* c *Phoronis* apud *Cl. Alex. Strom.* l. 1. p. 418. d In *Euseb. Chronic.* pag. 24. e Ἀγυιεὺς δέ ἐστι, κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν· ἰδίως δέ φασιν αὐτοὺς εἶναι Ἀπόλλωνος οἱ δὲ Διονύσου οἱ δὲ, ἀμφοῖν· in Ἀγυιεύς. f In *Corinthiac.* c. 9. p. 132.

SECT. VII.

QUARTO: in hanc ſententiam quadrat, quod, ſi monumenti circumſtantias omnes diligenter attendamus, facile percipiamus Simonem celebriora Gentilium ſepolcra ante oculos habuiſſe, & omnia ad eorum exemplum & uſum ſtudioſe direxiſſe. Nam (1°.) Gentiles, Ægyptii præſertim, de domorum ſuarum artificio parum ſolliciti, monumenta plurimum magnifica & ad æternitatem affabre facta conſtruebant. Conſtabant enim coloſſis, obeliſcis, labyrinthis, palatiis, mauſoleis, ſphyngibus, pyramidibus, ac cæteris ejuſmodi ædificiis, ſuperbiſſimis ſane & ad ſtuporem factis. Et monimentum Simone auctore factum ejuſmodi fuiſſe e [a] *Joſepho* diſcimus, qui vocat μνημεῖον μέγιστον, ... θαυμαστὸν ἰδεῖν, &c. εἰς ὑπερβολὴν μεγέθους τε ἴσως καὶ κάλλους (2°.) Gentiles columnis & pyramidibus in ſtupendam altitudinem adeo conſpicuas quod inter mundi miracula cenſeantur: & *Porſenæ Regis Hetruriæ* ſepulcrum pyramidibus decoratum eſt, *quarum altitudinem*, inquit [b] Plinius, *Varronem pudait adjicere*, ne forſan verba ſua plus admirationis quam fidei apud Lectores conſultos invenirent. Et eo tandem proceſſit vanitas illa, quod [c] *Demetrius Phalereus* neceſſum duxerit, *lege lata*, *altitudini* nimis exorbitanti modum ponere. Simon etiam monumentum e [d] *lapide prealto* extruxiſſe dicitur, & columnis ea altitudine conſpicuis exornaſſe, quod naves iis inſculptæ nautis e longinqoo ſpectantibus viſendæ eſſent. (3°.) Gentilium monumenta non raro e ſecto & albo lapide ſtruebantur. Lapidum ſectorum meminit *Prudentius*, cont. *Symmachum*, lib. 1. ubi ait, v. 403.

—— Dis Manibus illic
Marmora ſecta lego, quacumque Latina vetuſtos
Cuſtodit cineres, ——

Ethnicos etiam lapides albos ad ſepulcra conficienda plurimum elegiſſe, teſtis eſt [e] *Auguſti tumulus ex niveo marmore ferreis cancellis incluſus*, quem temporis vetuſtas nondum penitus abolevit. Et teſtatur [f] *Joſephus* Simonem ſepulchrum ἐκ λίθου λευκοῦ καὶ ἐξεσμένου, *ex lapide albo & ſecto* vel *polito* extruxiſſe. (4°.) Apud Ethnicos, Græcos imprimis, uſu receptum eſt, ut monumenta ſua variis emblematibus & ſignis, τὰ ἐπιτηδεύματα & vitam defuncti docentibus, inſignirent. Interdum & arma atque inſtrumenta, quibus quis in vita uſus fuerat, ſepulchrorum columnis aut pyramidibus affigebantur. Moris hujuſce fidem confirmant varia Veterum teſtimonia, quæ [g] Scriptores de re funebri curioſis abunde ſuppeditabunt. Cum etiam Simon monumentum ſtrueret viris, qui non terra ſolum, ſed & mari fortaſſe fortiter & feliciter geſtis inclaruerunt; ſuper eorum *columnas* ſepulchrales *arma*, *& juxta arma naves ſculptas* poſuiſſe dicitur, *1 Mac. 13. 29*. E ſuperioribus ſat liquet Simonem pleraſque monumenti ſui circumſtantias ab Ethnico exemplari petiiſſe: ideoque rationi convenit, columnas & pyramidas ſuas ſepulchrales ex eadem fodina, Ethnicorum uſu antiquiſſimo, prodiiſſe.

HOC jam videmur conjecturis non contemnendis aſſecuti, nempe Judæos hunc etiam ritum funebrem (Pyramidum ſupra defunctos erectionem) a vicinis gentibus accepiſſe: nec quicquam jam ſupereſt, quam ut duo ſubjungam (quæ inſtar Epilogi erunt,) virorum doctorum teſtimonia. Primum erit [h] *Montacutii* noſtri, qui aperte aſſerit *Judæos ab Ægyptiis pleroſque ſuos ritus ſepulchrales* mutuatos fuiſſe. Alterum [i] *Johan. Chifflet*, qui poſtquam nonnulla ex *Herodoto* de ceremoniis Ægypti funebribus attuliſſet, addit, *Hæc ille de Ægyptiis, ex quibus pleroſque ritus ſuos* funebres *hauſere Judæi.*

a *Antiq.* lib. 13. c. 6. p. 578. 35. b *Hiſt. Nat.* L. 36. c. 13. c *Super terra tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem.* Cic. l. 2. de leg. d *1 Mac.* 13. 27, 29. e *Georg. Fabric.* αὐτοπτ. in lib. de *Roma* c. 20. f Ub. ſup. p. 578. g *Kirchman. de fun. Rom.* l. 2. c. 18. *J. Dought. Analect. Sac.* P. 1. *Excurſ.* 174. V. & *De la Cerda. in 6. Æneid.* p. 635. h *Orig. Eccleſ.* T. 2. P. 2. p. 437. i *De Lint. Chriſti Sepulchral.* c. 7. p. 21.

CAP.

CAP. X.

Ritus in deferendis primitiis ad Hierosolymam observati.

QUO paulo majorem Argumento nostro lucem afferamus, & Lectori vel maxime moroso & difficili assensum extorqueamus; ritus alios originis Ethnicæ in medium jam producemus, qui in primitiis ad Jerusalem deferendis, ab Hebræis servabantur. Ritus autem illos discere licet e *Mischna* Auctore, teste, cujus antiquitas maxima meretur, ut ei hac in re fidem securam tribuamus. Ille autem literis consignavit, Judæos (cum primitiis offerendis vacarent) e plurimis vicis ad urbem aliquam primariam convenire solitos; & inde multa cum pompa & processionis cujusdam solennis ritu, iter Hierosolymam versus suscepisse. Sic etiam processionis hujusce ceremonias descriptas [a] dedit, והשור הולך לפניהם וקרניו מצופות זהב ועטרת של זית בראשו החליל מכה לפניהם עד שמגיעים קרוב לירושלים הגיעו קרוב לירושלים שלחו לפניהם ועטרו את בכוריהם i. e. *Bos cornibus deauratis præcedebat eos, in cujus capite erat corona ex oliva. Canebat tibia ante eos usque dum appropinquarent Hierosolymis. Cum autem propius accederent ad Hierosolymas, mittebant aliquem ante se, & coronabant primitias.* Quæ sane verba (ut hoc obiter moneam) magnam lucem præferant moribus in Ecclesia Judaica, sub templi secundi tempora obtinentibus: & luculenter ostendunt, Judæos ad Gentilium mores, nisi lege aliqua vetitos, in sacris suis obeundis quam proxime accessisse. Nam bos cornibus deauratis, victimæ caput corona vel vitta insignitum, tibicinum præcedentium cantus, coronatio primitiarum, & processionis illius solennis pompa, merum gentilismum sonant; & inde in Judæorum mores ea dimanasse, nemo literis humanioribus vel leviter tinctus temere denegabit.

QUONIAM autem sat novi plurimorum animos adeo præjudiciis occupatos, quod sententiam hanc, nisi rationibus probe munitam, auribus parum æquis accepturi sint; eam speciali Inductione, primo; deinde, generalibus quibusdam Argumentis (quæ omnem dubitandi rationem adimere possunt) confirmare conabor.

AB inductione speciali initium capiemus, eo quod lucis nonnihil argumentis generalibus suo in loco adducendis accommodabit.

CUM autem Inductionis conditio postulet, ut singularia omnia ad examen vocemus, & eorum probationi sigillatim immoremur; a Victimæ Coronatione ordiemur, eamque a [b] Gentibus ad Judæos transitum fecisse, qua rei vetustas & obscuritas patietur, ostendemus. Ut paucis agam, quatuor inprimis me persuasum faciunt, Judæos ritum il'um a gentibus mutuatos fuisse. (1°.) Gentilium ingenia huic ceremoniæ, præ aliis omnibus, (pene dixeram, ad insaniam usque) addictissima. Hoc innumeris Veterum testimoniis apertum fecit [c] *Paschalius*, qui in hoc dicendi campo adeo laboravit, ut messem simul & spicilegium integrum reportasse videatur. Nec opus est ut Auctoris illius scrinia, ad frequentem coronæ in sacris Ethnicis usum probandum, compilemus; cum vox illa, στέμμα, ad omnem apparatum sacrificalem denotandum usurpetur. Eo sensu sumi videtur, *Act.* 14. 13: *at sacerdos Jovis —— ταύρους καὶ στέμματα*, i. e. *tauros & coronas adferens, cum turbis volebat sacrificare:* ubi vox illa omnia ad sacrum faciendum requisita denotat. Si cui pauca hæc de coronis Gentilium dicta sitim acuant, præter *Paschalium*, [d] *Saubertum*, [e] *Doughteium*, [f] *Ludovicum de la Cerda*, aliosque adeat: e quibus compertum habebit, nec Numen, nec rem vel personam apud gentes sacram, incoronatam abiisse. (2°.) Coronatio Victimarum in usu fuisse videtur, diu antequam Judæorum aut legum suarum fama ad Gentilium aures pervenisset. Nam [g] *Philo Judeus*, de Nadab & Abihu loquens; *exiit*, inquit, ignis de cœlo, & consumpsit quæ erant super altari, ὁλοκαυτώματα καὶ τὰ στέμματα, *Victimas & coronas* nempe quibus redimitæ altaribus adducebantur. Et proculdubio eorum victimæ ideo coronis instruebantur, ne quid agerent præter morem sacrorum, antiquo gentium usu confirmatum. Et *Philoni* hac in re fidem eo faciliorem habeamus, quod [h] *Tertullianus* antiquissima Gentium numina, Saturnum, Jovem, Liberum, primos *rei* coronarum *auctores vel illuminatores fuisse* asserat. (3°.) Coronæ in sacris usus maxima semper apud Christianos anti-

a *Tractat. de Primit.* c. 3. §. 3. b V. *Hamm. Annot.* in *Ep.* ad *Heb.* c. 5. 13. c De *Coron. Veter.* d De *Sacrific.* c. 18. e *Analect. Sac.* P. 2. *Excurs.* 12. f *Comment.* in 9. Æneid. vers. 627. *Et statuam ante aras aurata fronte juvencum.* g *Phil.* τὶς τῶν θεῶν κλῆρον. h Lib. de *Coron.* c. 7.

CAP. X.

quos infamia laboravit. Hoc cuivis constabit, modo laudatum *Tertulliani* librum consulenti. Quid autem, nisi quod ritum illum usu idololatrico conspurcatum, eumque non ad Judæos, sed idololatras auspices, referendum existimarent? (4°.) Inde etiam sententiæ nostræ robur accersere liceat, quod victimarum Judaicarum coronæ ex olea conficerentur. Quid autem Judæi coronis ex olea tantum concinnatis victimas suas decorarent, nisi quod coronationis ritum a gentilibus derivarent, qui corona tantum oleagina in sacris Numini supremo, Jovi nimirum, peractis utebantur? Multis enim Veterum testimoniis docuit [a] *Paschalius*, ficum recentem Saturni, populum albam Herculis, pinum Panis, hederam Bacchi, oleam autem Jovis coronamentum fuisse. Ei consonus est [b] *Pausanias*, qui Jovem memorat *ex auro & ebore factum, & corona capiti imposita olea ramos imitante* insignitum. Judæi itaque coronam oleagineam victimæ capiti imposuisse videntur; & insigni illo se Jovi, vel potius Jehovæ, sacram & dicatam testaretur. Atque hæc omnia efficiunt, ut sententia nostra de victimas coronandi ritu a gentibus accepto, haud prorsus absurda videatur.

SECUNDA ceremonia in jam dictis Mischnæ verbis memorata, erat deauratio cornuum bovis altaribus consecrati. Hanc autem ceremoniam Gentilium ingeniis originem suam debuisse, & ab iis ad Hebræos transiisse, tribus rationibus inductus me persuasum habeo. (1°.) Verisimile est alia victimarum Judaicarum ornamenta [[c] Infulas, vittas & corollas] e Gentium consuetudine ad Judæos devenisse. Judæos insignibus hisce bestias jam Deo offerendas non raro exornasse, ex iis quæ [d] *Josippus* memoriæ commendavit, haud inscite colligamus. Cum enim *Hyrcanus* rerum Judaicarum potiretur; *Antiochus* Juvencum Deo immolandum misisse dicitur, קרניו מלובשי זהב וגו׳ *cujus cornua* [*] *auro erant obducta, caput aurea corona, & collum torque aureo gemmis distincto circumdatum.* At proculdubio nec *Antiochus* victimam auro cæterisque ornamentis illustrem Deo Israelis attulisset, neque *Josippus* factum ejus in laude posuisset; nisi quod moris Judaici fuisset, ut victimæ in hunc modum ornatæ, mactandæ adducerentur. Ethnicos etiam victimas suas hujusmodi ornamentis insignes, altaribus non raro attulisse, nemo ne cit, qui literas humaniores vel a primo limine salutavit. (2°.) Deauratio victimæ & illius coronatio, ritus plane gemelli, & ejusdem originis & conditionis fuisse videantur. Nam ritus illos, apud Judæos simul & Gentiles, arcto quasi fœdere constrictos & conjunctos perpetuo reperiamus. Judæos easdem victimas & deaurare & corona vel vitta decorare solitos, satis e jam dictis *Mischnæ* & *Josippi* testimoniis intelligatur. Quibus etiam *R. David Ganz*, Magistri haud obscuri, subjungam testimonium: refert autem [e] ille quod *Imperator Nero juvencum unum miserit Hierosolymam in holocaustum, redimitum magna corona aurea, cujus cornua obducta erant auro.* Neque facile creditu, Neronem, Judæorum Deo offerentem, quicquam præter antiquum & satis perspectum gentis illius institutum, facere voluisse. Erat etiam ex antiquo Gentilium instituto, ut aurum & corollas aut vittas in sacris ornandis conjunctim usurparent. [f] Poetæ moris hujusce testimonium frequentes perhibent: unum tantum *Ovidium* rei hujusce testem adhibere placet, qui ritus utriusque conjunctim meminit, *Met.* l. 15. v. 130. ubi sic canit,

Victima labe carens, & præstantissima forma,
——— vittis præsignis & auro,
Sistitur ante aras.

Ovidii fidem firmat [g] *Plutarchus*, qui *Pauli Æmilii* triumphum referens, hæc inter alia literis consignavit, *μετὰ δὲ ταύτας ἤγοντο χρυσόκερῳ βόες, ἑκατὸν εἴκοσι, μίτραις ἠσκημένοι καὶ στέμμασι* *secundum hæc, boves armentales centum viginti cornibus auratis ducebantur, mitris ornati & corollis.* Cum itaque illi, affinitate simul & Gentium usu, tam arcte jungerentur; rationi consonum est existimare, victimas deaurandi æque ac coronandi ceremoniam ex eodem fonte (antiqua Gentium consuetudine) in cultum Judaicum profluxisse. (3°.) Gentilium ruditati, inscitiæ, & puerili ingenio convenit, ut ritus hujus initium ad Ethnicos potius quam Judæos referamus. Quid enim victimam vittis & corollis ornatam, quid bovem auro & crystallo splendidum altaribus admoverent? quid pompam illam, theatro magis quam templo convenientem in sacris agendis adhiberent; nisi quod humiliter admodum de Deo sentirent, eumque, pueri ad instar, bove

a De *Coron.* L. 4. c. 2. b *Στέφανος δὲ ἐπίκειταί οἱ τῇ κεφαλῇ, μεμιμημένος ἐλαίας κλῶνας* *Pausan. Eliac.* prior. c. 11. c V. *Guther.* de *Jure Pontif.* L. 4. c. 21. d L. 4. c. 3. p. 259. * *Et auratam Junonis cæde Juvencam.* Juvenal. Sat. 6. v. 48. e צמח דוד p. 92. f V. *Saubert.* de *sacrif.* c. 18. p. 436, 437. g In *vit. P. Æmil.* p. 273. A

deau-

deaurato & corollis vittisque redimito magnopere oblectari & demulceri posse existimarent? Judæorum itaque honori consultum est, quod primam moris tam puerilis originis Gentilibus naturæ divinæ nescius tribuamus; & gentes ex fide & vanitate, Judæos autem ex more & quadam obsequendi necessitate ritus illos elegantes servasse sentiamus. CAP. X.

CEREMONIA tertia in primitiis deferendis servari solita, erat Tibicinis pompam præcedentis cantus. Tibicinem etiam pompæ & festi Ethnici partem magnam fuisse, e [a] *Plutarcho* discimus, qui nonnullos e Græcia populos festa Ἐλευθέρια dicta hunc in modum celebrasse perhibet: Τῷ Μαιμακτηριῶνος μηνὸς τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα πέμπουσι πομπήν, ἧς προηγεῖται μὲν ἅμ' ἡμέρᾳ σαλπιγκτής, &c. *Mæmacterionis mensis die decimo sexto pompam agebant prima luce, quam antecedebat tubicen classicum canens, sequebantur vero plaustra myrto & coronamentis plena, una cum tauro nigro*, &c. Hanc aut consimilem aliquam Gentilium consuetudinem, ceremoniæ quam dixi Judaicæ caussam & exemplar præbuisse, eo minus dubitandum arbitror; quod ex argumentis jam adductis & statim adducendis perspicuum sit, Judæos ritus cæteros in jam dictis *Mischna* verbis memoratos e Gentilismo habuisse. Inde etiam credi possit, tibiarum in pompis & festis cantum primam inter Ethnicos originem invenisse, quod inter cæteras eorum ceremonias eminentiam attigisset, & ad quandam observationis luxuriem processisset. Huc clare indicat [b] *Arnobius*, dum tibiarum in sacris usum, præ cæteris Gentilium ceremoniis, tam acriter perstringat: *quid sibi volunt*, inquit, *excitationes illæ, quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus? An numquid ut parvuli pusiones ab ineptis vagitibus exterrentur*, - *eadem ratione & omnipotentia numina tibiarum stridore mulcentur, & ad numerum cymbalorum mollita indignatione flaccescunt?* Non est autem verisimile Gentiles ritum illum tam arctis ulnis amplecti voluisse, nisi ingenii sui fœtum genuinum existimassent. Et apertum est, dogmata moresque a Judæis mutuatos haud adeo alte in Gentilium animos descendisse, nec eos ceremonias advenas eo affectu quo indigenas & quasi domi natas accepisse.

CEREMONIA de qua sermonem proxime instituemus, est Primitiarum Coronatio. Difficile est autem ritus hujusce peragendi modum e vetustatis tenebris in lucem protrahere, & vix ullus est in tota Mischna locus, cujus explicationi Judæorum Magistri, majore cum labore, minore cum effectu, incubuere. Nec mirum est eos hic in tenebris versari, & a veri vicinia aberrare, qui lucem omnem a Gentilium monumentis petitam prorsus aversantur. At vero, cum tot Veterum Judæorum monumenta temporis injuria interciderint, consultum erit, si quando in ritibus Judaicis explicandis hæreamus, oculos nostros in parallelos Gentilium ritus convertere, & inde de Judæorum moribus conjecturam facere. Si itaque Gentilium ritus paulo diligentius observemus, facile comperiamus varios coronandi modos, pro varia primitiarum conditione, apud eos obtinuisse. Nam (1°.) Quandoque primitias suas in acervum aut cumulum ad modum comnæ fastigiatum coactas afferebant. Athenienses hunc ipsum primitias solvendi morem servasse, e [c] *Porphyrio* discimus, quos *hordea*, *triticum*, *placentas e farina triticea & hordeacea in altitudinem fastigiatas*, & hujusmodi, in honorem *Solis & Horarum* obtulisse refert. Hisce consentanea [d] *Apuleii* verba, *pulvinaribus sese proximam intulit. Videt spicas frumentarias in acervo, & alias flexiles in corona: & spicas hordei videt.* (2°.) Quandoque canistra quibus primitiæ inerant sertis aut vittis redimita & coronata afferebant. Nam [e] *Tibullus* se & canistra coronat myrto, cum ait,

Hanc pura cum veste sequar; myrtoque canistra
Vincta geram, myrto vinctus & ipse caput.

Et multo antiquior, [f] *Aristophanes*, canistrum corollis implicatum memorat, dicens,

Τὸ κανοῦν πάρεστιν, ὀλὰς ἔχον, καὶ στέμμα, &c.

Canistrum adest hordeum habens & corollam.

(3°.) Nonnunquam recentes tritici spicæ in corollas plictiles colligabantur, & templi foribus aut parietibus appendebantur. Moris hujusce testem se præbuit *Tibullus*, lib. 1, *Eleg.* 1, Cererem in hunc modum alloquens,

a *Plut.* in *Aristide*. p. 332. A. b *Advers. Gent.* L. 7. p. 227. c De *Abstin.* l. 2. §. 7. d *Metam.* 6. sub init. e Lib. 1. *Eleg.* 10. f *Aristoph.* *Eq.* v. 948.

CAP. X.

Flava Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona
* *Spicea, quæ templi pendeat ante fores.*

Hue ſpectant etiam Apuleii *ſpicæ flexiles in corona, in pulvinaribus viſa*, ante paucas lineas memoratæ. (4°.) Nonnunquam ſerta aut coronas, e floribus, aut frondibus, auro quandoque & argento compactas primitiarum caniſtris impoſuerunt. Quinam e jam dictis primitias coronandi modis apud Hebræos obtinuerit, non eſt noſtræ tenuitatis confidentius determinare. Mallem rem tam obſcuram eorum judiciis tradere, qui multo majorem rerum & literarum Judaicarum uſum habent. Quamvis autem ceremoniam illam peragendi modum in medio relinquamus, id tamen nobis certum ratumque habendum eſt, Judæos ritum ipſum, e gentium moribus deſumptum, ſacris ſuis annumeraſſe. Quid enim Judæi ritum illum in uſum tam frequentem reciperent? quid victimas, quid primitias coronis inſignirent; niſi quod Ethnicorum veſtigiis inſiſterent, apud quos [a] omnia ad religionem ſpectantia coronare, pium & religioſum habebatur? Unde etiam *Tertullianus* Chriſtianis nonnullis crimini aſcriberet, quod coronis ornati prodirent, niſi quod uſus ille profanum quiddam & gentilitiam ſolummodo ſuperſtitionem redoleret? Quid etiam Judæi coronas tum primum primitiis imponerent, cum Hieroſolymis appropinquarent; niſi ut, coronas in *ipſo* quaſi *ſacrorum aditu* accipientes, ſe gentes æmulari, & [b] coronas non gloriæ ſed religionis cauſa geſtare teſtarentur? Hiſce accedat, quod ſi morem illum ad ſua initia derivemus, originem & inventionem ſuam idolis & idololatricis debuiſſe videatur: hoc enim [c] *Tertullianus*, ad quem curioſos amandamus, multiplici exemplorum inſinuatione demonſtrare nititur.

UNUM jam ſupereſt, nempe ut de pompa in primitiis deferendis uſitata, ejuſque origine breviter diſſeramus. Conſtabat autem pompa e ſolenni illa proceſſione, maxima hominum frequentia, canticis & tripudiis, & ritibus jam dictis πρὸς τὸ θυσιάζειν comparatis, quibus oblationis illius celebritas augebatur. Quantum autem, in re tam obſcura, ratione & ingenio aſſequi licet, pompa etiam illa e Gentilium religione ortum traxit, quæ ad vulgi oculos animosque paſcendos & alliciendos tota componebatur. Sic mihi perſuaſum eſt. (1°.) Quod Ethnici, diu ante conditam Judæorum gentem, pompam conſimilem in primitiis deferendis adhibuiſſe videantur. Hic fidejuſſorem meum afferam *Diodorum Siculum*: ille enim ceremonias [d] referens quibus Ægyptus antiqua Iſidi ob fruges inventas honorem tribuebat, παρ' ἑκάστοις τῶν πόλεων, inquit, καὶ τοῖς Ἰσείοις ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι πυλώνας πυρῶν καὶ κριθῶν, &c. *Apud nonnullas quoque urbes, cum Iſeia* (feſtum Iſidis) *celebrantur, in pompa, tritici & hordei vaſcula circumferri* ſolent, *ad primitus Deæ induſtria repertorum memoriam.* Iſide autem nihil ſanctius, nihil antiquius agnoſcit priſca Gentilium theologia. (2°.) Gentilium religio e ſpectaculis, pompis, proceſſionibus, feſtis, aliiſque ſacris, multo cum ſplendore & negotio peractis, pene tota coaleſcebat. In cujus rei fidem & illuſtrationem, audiamus [e] *Petri Caſtellani* verba, qui Gentilium ferias agentium ritus curioſe perluſtravit: *præcipua feſtorum* Ethnicorum *ſolennitas in pompa cernebatur. Eſt autem Pompa traductio, ſive tranſvectio per publicas urbis vias, a loco certo in certum locum, ſive eundem, ſive alium. Nec tantum rebus ad ſacra pertinentibus, ſed vario etiam ſpectaculorum apparatu inſtruebatur, qua undique multitudinem illiceret; & confluebat immodica accendente cupidinem viſendi fama celebritatis.* Et hujuſmodi pompæ eo uſque tandem invaluerunt, & partem adeo magnam in Gentiliſmi ritibus habuerunt; quod omnes olim ſacro initiati lavacro ταῖς πομπαῖς τοῦ κόσμου (verbis ſpecialibus) renunciarent. Cum itaque Gentium religio in hujuſmodi pompas & ſpectacula, ad plebem capiendam excogitata, pene tota abiiſſet; rationi convenit ut ſentiamus Judæos a Gentilibus potius quam Gentiles a Judæis hujuſmodi puerilia recepiſſe. (3°.) Si Judaicos & Ethnicos primitias offerendi modos una conferamus, eos ex omni parte ſimiles & cognatos reperiamus. Judæos enim huic muneri vacantes pompam egiſſe, e jam dictis liquet: eum etiam apud Græcos primitias ſolvendi morem uſitatum fuiſſe, e [f] *Porphyrio* diſcimus, qui aſſerit eos, *in honorem Solis & Horarum*, πομπὴν πομπεύειν, & omnis generis fructus ritu ſolenni circumferre ſolitos. Judæis in pompa toties memorata bos cornibus inauratis & corona oleagina inſignitus præcedebat. Et [g] *Heliodorus*, pompam Ethnicam, *inter paucas celebrem*, (uti vocat) fuſe referens, inter alia, boves nigros altaribus dicatos memorat,

* *Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.* Ovid. Met. l. 10. v. 433. vid. *Paſchal.* de *coron.* p. 503. a *Sacrificantes id quod Diis offerebant, vel acceptum etiam referebant, coronabant.* Athen. l. 25. b *Ii qui ſacris operabantur, in ipſo myſteriorum aditu coronam accipiebant.* Paſchal. de *Coron.* p. 263. c De *Coron.* c. 7. d *Biblioth. Hiſt.* l. 1. p. 13. e *Syntag. de feſt. Græcor* in Præfat. f Lib. 2. de *Abſt.* §. 7. g Κέρας, τὸ μὲν ἐπίχρυσον, τὸ δὲ ἀνθινοῖς στεφάνοις διαπλέκον. &c. *Æthiopic.* l. 3. ſub. init.

quos

quos *cornua partim deaurata, partim coronis e floribus implicita* gessisse refert. Judæis pompam sacram ducentibus tibicen præcessisse dicitur: & in pompa illa gentilitia varia victimarum genera seorsum ducebantur, * *αὐλῷ καὶ σύριγγος τελεστικόν τι μέλος καὶ καταγγελτικὸν τῆς θυσίας ὑπαρχόντων· cum tibia & fistula initiatoriam quandam & denunciatricem sacrificii partem inciperet.* Judæi divites, (quod notant [a] Hebræi) *primitias deferebant in canistris, auro & argento ornatis.* Apud Athenienses etiam puellæ nobiles primitias in canistris, illisque aureis, ferebant & offerebant. Consuetudini huic [b] *Scholiastes Aristophanis*, his verbis testimonium perhibet, Κατὰ τὴν τῶν Διονυσίων ἑορτὴν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις αἱ εὐγενεῖς παρθένοι ἐκανηφόρουν· ἦν δὲ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα, ἐφ' ὧν τὰς ἀπαρχὰς ἁπάντων ἐτίθεσαν· i. e. *Per festum Dionysio sacrum, apud Athenienses virgines natalibus claræ canistra ferebant ex auro confecta, in quibus omnium fructuum primitiæ imponebantur.* Æthiopes etiam morem eundem tenuisse, in pompis quas primitias ferentes celebrabant. Ex [c] *Heliodoro* colligamus. Unde factum vero quod Judæi & Gentiles, primitias offerentes, in morum tam similium usu conspirarent; nisi quod Judæi Gentilium mores ante oculos ponerent, & religiose curarent, ne quid pompæ vel elegantiæ in sacris gentilitiis ad populum captandum usitatæ, ritibus suis deesse videretur?

AD alteram jam pensi mei partem accedo, in qua recepi me argumentis nonnullis generalibus sententiæ meæ veritatem firmaturum.

HORUM primum sit hoc: non constat e Rituali Mosaico Deum de hujusmodi ceremoniis cum primitias offerrent, observandis legem aliquam Scriptam tradidisse. Nec verisimile est Deum legem aliquam oralem de ritibus illis servandis instituisse; cum sacræ paginæ ne levissimam coronationis aut pompæ alicujus, in surgentis Judaismi exordio usitatæ, mentionem ingerant. Quis autem prudens rerum æstimator sibi persuadere potest, Judæos, modo lege aliqua obstrictos, ceremonias illas plane omittere, aut Scripturam (si unquam in usu fuissent) eas silentio ubique præterire voluisse? Rationi itaque convenit, ritus illos origine Ethnicos fuisse, & Judæos, sub ultima politiæ suæ tempora, cum res moresque sui in pejus ire cœperunt, eos ex Ethnicismo in cultum suum transtulisse.

(2°.) CEREMONIÆ illæ (victimæ coronatio, cornuum ejus deauratio, tibicinis præcedentis strepitus, primitiarum coronatio, magna hominum spectantium multitudo, & processionis totius pompa & solennitas,) gentilismi ingenium sapiunt, qui se ad [d] vulgi oculos & affectus accommodavit, & id semper egit ut hominum plebem (qui cerebrum in oculis gestant) ceremoniis pompa & elegantia maxima conspicuis alliceret & fascinaret. Sed & Gentiles (Dei naturam suo ex ingenio judicantes) se persuasos habebant, ceremonias splendore & officio plenas Deo voluptatem incredibilem attulisse; nec quicquam auro, coronis, & pompa illa theatrica, ad gratiam & favorem divinum impetrandum, efficacius excogitari potuisse. Suadet itaque ipsa Gentilismi ratio simul & simplicitas, ut cultus, tanta cum pompa & negotio peracti, originem Gentilibus ascribamus. Sat norant Judæi cultum a Deo vero institutum nativa sua venustate contentum esse; nec fuco ullo meretricio ad hominum affectus sibi conciliandos indigere: nec error tam crassus genti sanctæ illudere poterat, ut Deum Optimum Maximum cultu illo phalerato capi & oblectari posse somniarent. Quod itaque Judæi ritu tam splendido & eleganti primitiarum oblationem celebrarint, ex æmulatione profectum videtur; qua in Gentium ritus, elegantiæ præ[illegible]um & venustatis alicujus nomine commendatos, zelo præcipiti perpetuo ferebantur.

(3°.) FIERI vix potuit, ut Gentes & Judæi, cætera divisi maxime, in tot ritibus convenirent; nisi Judæi, pro insita gentis vanitate, Gentes sibi imitandas proposuissent. Nam notum omnibus Gentiles abjecte admodum de Judæis & eorum sacris cogitasse: Ægyptios, Romanos, aliosque sollicite curasse, ne ulla moris peregrini contagio gentem suam afflaret; nec quicquam Romanos pejus habuisse, quam quod, victa Judæa, populares sui non pauci ingentis devictæ mores transirent, & ab ipsis captivis suis vitæ cultusque leges derivarent. Judæorum itaque vanitati & propenso in mores Gentilium studio tribuendum videtur, quod gentis utriusque instituta religiosa conferentes, omnia gemina & plane eadem utrique fuisse, non raro comperiamus.

* Id. ib. p. 128. a In *Exposit.* מסכת בכורים c. 3. §. 8. b *Scholiast. Arist.* in *Acharn.* v. 241. c *Æthiopic.* l. 3. pag. 128. d *Arnobius*, de Diis Gentium ad mentem vulgi loquens, inquit, *etiamne Dii sertis, coronis afficiuntur, & floribus?* L. 7. p. 237.

CAP. XI. SECT. I.

C A P XI.

Judæorum Nudipedalia.

MOS ille facra omnia pede nudo peragendi adeo inoleverat olim, & cum Judaiſmo tam intime conjunctus fuerat; quod viri ſancti ceremoniam illam eadem religione qua & alias omnes a Deo inſtitutas obſervaſſe videantur. Cum enim *Bernice* fœmina Judæorum fide imbuta, ſe voto Nazaræatus obſtrinxiſſet, & Hieroſolymam voti perimplendi cauſa adiiſſet; [a] *Joſephus* eam nudis pedibus ad templum veniſſe, & rem ſacram feciſſe refert. Et *S. Hieronymus* oſtendere volens Apoſtolum ſe in omnia vertiſſe, ut omnes lucrifaceret, *circumcidit*, [b] inquit, *Timotheum; raſit ipſe calvitium; nudipedalia exercuit; comam nutrivit*, &c. adeo ut nudipedalium ritus pari dignitatis paſſu cum cæteris Judæorum ceremoniis inceſſiſſe putetur. Imo vero (ſiquid Ethnici teſtimonio dandum ſit) Judæi morem illum multo frequentius exercuiſſe, eique multo majorem ſanctitatem quam ritibus aliis a Deo ipſo præceptis tribuiſſe cenſeantur. Hac enim periphraſi utitur [c] *Juvenalis*, ut Judæam Lectori ſuo deſcriptam daret:

Obſervant ubi feſta mero pede Sabbata reges,
Et vetus indulget ſenibus clementia porcis.

Ubi Poeta *mero*, pro *nudo* pede eleganter poſuit: nam quemadmodum vinum, in quo nil aliud quam vinum, *merum* dicatur; ſic pes, ubi nihil aliud quam pes [nec calceus, nec tibialia,] *pes merus* haud inſulſe appelletur. Quid autem *Juvenalis* de nudipedalium ritu & porcorum abſtinentia, tanquam Judææ characteribus & inſtitutis illi regioni propriis & peculiaribus loqueretur, niſi quod Judæi eodem zelo nudipedalia, præ cæteris ceremoniis, exercerent, quo a porcis præ aliis animalibus abhorrerent?

CUM itaque Judæi ritum illum tam frequenter uſurparent, & illius uſu apud gentes exteras adeo inclareſcerent; omittere non potui quin ſermonem breviuſculum de ritu, tam claro inſtituerem, & illius originem, qua licet, indagarem. Quo vero diſtincte & illuminate diſſeramus, ſermonem ducemus a Sacerdotum nudipedalibus, deinde ad Judæorum vulgarium nudipedalia progreſſum faciemus.

S E C T. I.

Ubi agitur primo de Sacerdotum Nudipedalibus.

JUDÆORUM ſacerdotes nudis pedibus, vel (quod proxime abeſt) ſocco lineo coopertis, ſacris operatos fuiſſe, communi Judæorum fide confirmatur. Ita morem fuiſſe teſtatum fecit *Maimonides* in בית הבחירה Cap. 7. §. 2. & *Obad. Bartenora Comment.* in *Miſ. Tractat* de *Siclis*, c. 5. §. 1. aliique. Idem e ſacris etiam paginis convinci poteſt: ſic enim lege divina cautum legimus, *Exod.* 30. 19, 20. *Et miſſa aqua lavabunt in eo*, mari nempe æneo, *Aaron & filii ejus, manus ſuas & pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonii, — & quando acceſſuri ſunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino.* Unde promptum eſt colligere, ſacerdotes non niſi nudatis pedibus templi limina tranſilire ſolitos. Hinc factum videtur, quod cum Dominus in lege antiqua cunctis membris ſacerdotalibus ornamenta pulcherrima præſcripſiſſet, obſervante [d] *Nyſſeno*, οὐδένα τοῖς ποσὶ κόσμον ἐπετεχνήσατο, *nullum ornamentum* ſacerdotum *pedibus fabricandum curaret.* ἀλλ' ἦν καλλωπισμὸς, inquit, τῷ ἱερατικῷ ποδὶ τὸ γυμνὸν εἶναι πάσης περιβολῆς καὶ ἐλεύθερον &c. *Nam pedi ſacerdotali cultus pulcherrimi loco erat, quod ab omni tegumento nudus & immunis eſſet, cui ſcilicet in ſacro conſiſtendum pavimento.* Et ſane, niſi hæc *Nyſſeni* ratio rem totam in aperto poneret, plane mirum eſſe poſſet, quod Moſes indumentorum ſacerdotalium numerum & materiam tam accurate præſcribat, & Scriptores antiqui [[e] *Philo*, [f] *Joſephus*, [g] *Origenes*, [h] *S. Hieronymus*, [i] *Iſidorus Hiſp.* & [k] *Beda*] de ſacerdotum veſtimentis tam copioſe diſſerant; ne leviſſimam tamen de ſacerdotum tibialibus vel calceamentis mentionem

a De *Rel. Judaic.* l. 2. c. 15. b T. 4. P. 2. l. 1. *Adv. Jovinian.* p. 159. c *Sat.* 6. v. 158. d *Homil.* 11. in *Cantic.* p. 636. B e Lib. 3. de *vit. Moſ.* f Lib. 3. *Antiq. Jud.* cap. 7. g *Homil.* 6. in *Levit.* h *Epiſt.* ad *Fabiolam.* T. 2. col. 574. i *Origin.* l. 19. c. 21. k Lib. 3. de *Tabern.* cap. 3. & ſeq. T. 4. col. 842.

inge-

ingerant. E tot auctorum unanimi silentio jure inferamus, sacerdotes Judaicos, ob venerandam loci Deo consecrati sanctitatem, pedibus (prout nos hodie, capitibus) nudatis Dei templum ingredi consuevisse. Ne quid autem injuriæ a cœli aut pavimenti frigo : sacerdotes discalceati paterentur, probe curatum est ut præsto esset locus quidam, בית המוקד [a] *domus foci* vel *incendii* dictus, ubi sacerdos quispiam, si forte frigoris impatiens, semetipsum refocillaret. *Ab ardendo* enim *nomen habet hæc structura*, inquit [b] L' Empereur, *quod ibi perpetuo lignorum strues arderet: idque in usum sacerdotum, quo paratum semper haberent ignem, quandoquidem discalceatis pedibus in loco sancto versari tenebantur.*

SECT. I.

MULTA autem me persuasum tenent, morem illum ab Ægyptiis, aut gentibus aliis Ægyptios antiquitate vincentibus, profectum fuisse: nempe,

(1°.) PRÆCEPTUM illud divinum, quo Moses, sermonem cum Deo conferens, calceos exuere tenebatur: *Exod. 3. 5. solve calceamenta de pedibus tuis, nam locus in quo stas, terra sancta* est. Nam palam est Deum, in eo præcepto, hujusmodi ceremoniam non tantum in signum reverentiæ & cultus, singulari Numinis præsentiæ debiti postulasse; sed in pignus quoddam & testimonium cultus, quem tota Hebræorum natio, post paucos menses elapsus, sibi fuisset, eo [c] ipso in loco, exhibitura. Quis autem in animum inducere potest, Deum hujusmodi cultus sui signum & pignus præcipere voluisse, nisi quod seculis illis antiquissimis nudipedes ad religionem cultumque pertinerent, & Moses (Ægypti moribus innutritus) ceremoniæ illius sensum mentemque satis intelligeret? Et nisi usu receptum fuisset, Numini aut loco alicui præsentia sua singulari consecrato discalceationis ritu reverentiam summam exhibere; Moses rationis illius vires & momenta [solve calceos, *nam terra sancta* est] minime percipere potuisset. Sed & rationi consonum fuisset, ut Deus juberet Mosem, non tam calceos exuere, quam pedes referre; ne vel eiminimi incessu terræ illius sanctitatem violaret.

(2°.) SAT constat Deum nullum præceptum in Lege de pedibus in templi aditu nudandis, sacerdotibus tradidisse. Quidni itaque concludere liceat, Deum morem illum, utpote cultus & reverentiæ signum, non tam præcepisse quam reliquisse; & sacerdotes eum, non tanquam legibus jussum, sed moribus receptum, in sacris peragendis retinuisse? Si quis hic objiciat, sat esse quod Deus Mosi mandatum dederit de calceis exuendis, cum in loco sanctitate singulari donato pedem figeret; in promptu responsio est: si mandati illius verba paulo attentius expendamus, facile percipiamus Mosem in verbis illis non tam de ipso calceos exuendi ritu, quam tempore & loco quo præstari debuit, mandatum accepisse. Rem totam hoc uno exemplo captu facillimam faciamus: si quis peregrino alicui in Aula versatu dixerit, "caput aperias quæso, nam locus in quo jam stas, camera præsentiæ Regiæ renunciatur;„ quivis inde colligat, caput aperiendi ceremoniam in signum honoris apud nos Anglos usurpari solitam, & hospitem illum, non tam de ritu ipso, quam tempore & loco quibus omitti non debuit, mandatum, vel potius monitum habuisse. Sed neque necesse est ut concedamus mandatum illud extra ordinem & occasione speciali oblata Mosi datum, nec adhuc forsan literis consignatum, sacerdotes in perpetua secula obstrictos tenuisse.

(3°.) QUANTUM e Veterum testimoniis conjicere licet, mos ille sacra omnia pedibus discalceatis peragendi, apud Ægypti sacerdotes, diu ante Mosis tempora, inoleverat. Nam [d] *Prudentius*, de Iside [aliis Cybele, Magna Deorum matre dicta] verba faciens, exsectos illius sacerdotes nudis pedibus incessisse, his verbis testatum reliquit:

Nudare plantas ante carpentum scio
Proceres togatos, Matris Idea sacris.
Lapis nigellus evehendus essedo,
Muliebris oris clausus argento sedet.
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis,
Almonis usque pervenitis rivulum.

Ritum illum, una cum Magnæ Deæ ceremoniis, ad Romanos transiisse, ex *Ovidio* discimus;

a *Cod. Middoth.* cap. 1. §. 6. b In loc. c *Exod.* 9. 12. d Lib. *Peri Stephanon.* 10. v. 154.

qui

SECT. I.

qui matronas Romanas ædem ejus nudis pedibus adiisse, refert [a] *Fast.* l. 6. ubi ait,

Huc pede matronam nudo descendere vidi.

Ægyptios autem ritum illum, instituto Isidis cultui coævo usurpasse, non est quod dubitemus: nam certum est primoris ævi homines ceremoniis peculiaribus & religioni propriis summam suam erga Numina & loca sacra reverentiam exhibuisse: cum autem seculis illis antiquissimis sacra omnia capite cooperto celebrarent, & pedum denudatio ritus esset expeditus & citra laborem peragendus; nobis facile persuadeamus, antiquos ceremoniarum sacrarum Magistros ritum illum religioni proprium fecisse, & Ægyptios nudato pede Numini & locis sua præsentia augustis, ab ipso pene gentis exordio, honorem tribuisse. Si quis hic objiciat, satis e *Tertulliani* verbis constare, Ægypti sacerdotes, in Isidis sacris, non plane discalceatos, sed *pedibus molli papyro redimitis* incessisse; appositis illis [b] *Baldvini*[1] verbis facile respondeamus, *Tenuioribus ejusmodi papyri membranulis cum pedes indutos haberent illi sacerdotes*, ἀνυπόδητοι *sive discalceati dici poterant, nudisque pedibus incedere: cum proprie nec calceorum, nec solearum usum membranula illa præstarent.* Ideo *Tertullianus facile cum Prudentio*, nudas plantas sacrificulis illis tribuenti, conciliari potest.

(4°.) IN hanc sententiam eo majore lubentia feror, quod illius veritas *S. Cyrilli* testimonio astruatur: ille enim rationem redditurus, cur Deus Mosi solum sacratum insistenti mandatum de calceamento solvendo dederit: ἀπὸ τῆς παρ᾽ Ἕλλησι, [c] inquit, συνηθείας ὁ Θεῖος ἡμῖν ἐπαιδεύετο Μωσῆς, ὅτι μὴ θέμις ἐγγίζειν Θεῷ, τὸν -- ἐν ἑαυτῷ τὰ ἐκ τεθνεώτων ζώων ὑποδήματα τοῖς ποσὶν ἐνδεδυμένον. &c. *a Gentilium consuetudine divinus ille Moses didicerat, nefas esse eum ad Deum accedere, in quo reliquiæ corruptionis & mortalitatis insunt: neque enim ii templa adibant pedes induti calceis exanimatorum animalium pelle confectis: id enim eorum legibus inter immunditiæ genera recensebatur.* Quæ sane omnia clare indicant *S. Cyrillum* nobiscum cogitasse, Mosem scilicet pedem in locis sacris nudandi ceremoniam a Gentilium consuetudine didicisse; nec Deum hac in re quicquam a more antiquitus recepto alienum Mosi præcepisse. Cum autem *S. Cyrillus* tam fidens asserat, Mosis calceamenta e pelle confecta; eumque mandatum illud a Deo accepisse, quod hujusmodi calceamenta, utpote λείψανα νεκρότητος, pro immundis haberentur; mihi fidem suspensam tenere certum est: nam [d] *Baldvinus*, veteris Ægypti morem spectans, non sine ratione *Mosis calceamenta e junco marino*, papyro textili, aut crassiore papyri cortice compacta fuisse existimavit. Neque necesse est ut Mosis calceamenta, modo e corio confecta, pro immondis habita fuisse concedamus: tunc enim religio, non tantum in loco sacrato, sed & profano, ea induere & gestare vetuisset. Sed me recipio, paululum digressus.

HIC forsin insurgent nonnulli, contra sententiam meam *S. Justini* auctoritate pugnaturi: [e] ille enim de Gentilium ritibus e Scriptura furtim desumptis disserens, καὶ τὸ ὑπολύεσθαι ἐπιβαίνοντας κελεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερατευόντων, ἐκ τῶν συμβάντων Μωσεῖ τῷ εἰρημένῳ προφήτῃ μαθόντες οἱ δαίμονες ἐμιμήσαντο· *& illud, quod fana eorum ingredientes calceos deponunt, & cultores eorundem idem facere sacerdotes jubent; dæmones, per imitationem ejus quod Mosi propheta jam dicta accidit, instituerunt. Nam -- Christus noster, e rubo cum eo colloquutus, Solve, inquit, calceamenta tua & accedens audi.* E quibus obvium est colligere, *Justinum Martyrem* primam hujusce moris origionem non Gentilibus, sed Judæis, aut saltem Deo Judæorum tribuisse.

SIC equidem *S. Martyri* sententiam stetisse non diffitendum est: ego autem, honorem tanto nomini præfatus, credere non possum, Deum Mosi præcipere voluisse, ut discalceatione sibi & loco præsentia sua sacrato cultum & honorem perhiberet; nisi quod seculi illius usu comparatum esset ut ritus ille honoris divini signum & indicium haberetur. Alias enim Deus mandatum illud de calceo exuendo nulla de causa & pro mero arbitrio Mosi dedisse credatur: absit autem ut Deo (cujus viæ omnes, judicium) mandata aliqua arbitraria, & e sola voluntate profecta tribuamus. Hic forsan objiciet non nemo, quod quamvis ritus ille plane novus fuisset & extra usum positus, Moses tamen mandati illius rationem & scopum facile intelligere

a *Carmine* ad *Senator.* c. 2. b *B. Baldvin.* de *Calceo antiq.* c. 3. c De *adorat.* in *Spirit.* l. 2. p. 64. d Ubi sup. c. 3. e *Apolog.* I. p. 91.

1 *Baldvinus* laudat *Carmen ad Senatorem*, c. 2. ubi legimus, ——— *Caligaque remota Gallica, sit pedibus molli redimita papyro.* *Carmen* autem illud (quod inter *Spuria* etiam *Cypriani* legitur, p. 473.) non esse *Tertulliani*; doctissimus *Alix.* (*Dissert. de vit. & script. Tertul.* & non multo ante *Constantini* tempora scriptum, satis probavit.

potuisset;

potuisset; cum discalceatio naturaliter & absque humano instituto cultum vel maxime submissum indicet. At objectio illa ne minimum veri colorem habet, cum ceremonia pene omnis ex instituto & consensu significet; & ipsam hanc pedis denudationem, nunc reverentiæ, nunc tristitiæ, nunc humilitatis, quandoque cultus superstitiosi & diabolici, significationes olim præbuisse, satis ex iis quæ jam proxime dicemus elucescat. Sed & multis exemplis a [a] *Baldvino* adductis innotescat, ritum illum, pro vario regionum discrimine & ingenio, significata multa [*] alia & plane diversa habuisse. Si hæc non satisfaciant, liceat mihi *S. Cyrilli* modo laudati auctoritatem, *Justino Martyri* ex adverso sistere. SECT. II.

SECT. II.

De Gentis totius Nudipedalibus.

JUDÆORUM sacerdotes nudis pedibus adstare solitos, cum religioni inservirent, eosque morem illum ab antiquo Gentium usu, potius quam mandato aliquo divino hausisse, me ratione probabili docuisse arbitror. Ordo jam postulat, ut de nudipedalibus toti Judæorum genti communibus agam, & eorum originem (quantum per vetustatis tenebras concessum) in lucem proferam. Hoc ut eo felicius contingat exequi, necesse est ut sermonem breviusculum de variis Nudipedalium generibus apud Judæos invalescentibus præmittamus.

JUDÆI itaque tria Nudipedalium genera, *civilia*, *superstitiosa* vel *magica*, & *religiosa*, in more habuisse censeantur.

NUDIPEDALIA *civilia* ea voco, quæ Judæi veteres in luctu funebri vel rebus parum prosperis, ad summum animi mœrorem & demissionem testandam exercuere. Judæos in luctus funebris testimonium pedibos nudatis in publicum prodire solitos, ex *Ezechiele* colligere licet, Cap. 24. 17. ubi propheta, præter gentis morem, in uxoris funere cuncta lætitiæ signa jubetur retinere: *luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua* erunt *in pedibus tuis.* Unde obvium est inferre, Judæos in luctu funebri discalceatos incessisse. Ritus ille e more in legem tandem transiisse videtur; nam *Moses Ægyptius*, de [b] luctu funebri differens, *portantes*, inquit, *feretrum* אסורין בנעילות הסנדל *arcentur ab induitione sandaliorum*: quibus consona quæ [c] *Buxtorfius de* hodiernis Judæis, luctui impensius vacantibus, memoriæ tradidit: *Qui principes funus deducunt, sive filii, sive proximi agnati, —- per septem dies humi nudis pedibus sedent*, &c. Neque vero in funere solummodo, sed & alia quavis occasione ingentem luctus materiam afferentes morem illum tuebantur. Nam *David* יחף *discalceatus* incessisse dicitur, *2 Sam. 15. 30.* cum Absalomi conjuratio grande aliquod malum sibi & populo suo minari videretur, & tristissima rerum facies spem omnem reditus subitanei ad Dei habitaculum inhiberet. Ahab etiam, metu & mœrore non levi perculsus, nudis pedibus in publicum prodiisse creditur: nam *1 Reg. 21. 27.* ubi historia sacra Achabi pœnitentis meminit, *Chaldæus Paraphrastes* Ebræum אט reddit יחיף *discalceatus*; & [d] *Josephus*, eandem historiam referens, habitum illum Achabo pœnitenti tribuit.

NUDIPEDALIA *superstitiosa* vel *magica*, quæ proximo expedienda sunt, in ritibus superstitiosis & sacris magicis obeundis locum habuere. Gentiles, superstitionis ritus peragentes, calceos utrosque ponere solitos, e [e] *Plinio* discimus; sic enim ille; *Privatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere* [*] *incitati mensis, nudis pedibus recincta.* A quibus non longe abeunt *Hesiodi* monita, agricolæ tradita, Εργ. καὶ Ημερ. lib. 2. sub init.

——— Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
Γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι, εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλησθα· &c.

Nudus serito, nudusque arato, nudus quoque metito: siquidem tempestiva omnia voles opera ferre Cereris. Sed forsan ab *Hesiodi* mente minus aberravit, qui verba sua de tempore æstivo, agricolæ operibus sua in regione magis opportuno, interpretatur. Nudipedalia magica (a quibus paulum deflexi) uno tantum pede nudato celebrata fuisse, multis testimoniis,

a De *Calceo Antiq.* c. 24. b In *Tract. Ebhel.* c. 4. §. 3. c *Synag. Judaic.* cap. 49. d Μετάμελος, .. γυμνοῖς τοῖς ποσὶ διῆγεν. *Antiq.* l. 8. c. 13. p. 383. 20. e *Hist. Nat.* l. 17. cap. 28. * Legend. forsan *incitata mentis.*

SECT. II. ſi tanti res eſſet, oſtendi poſſet. [a] *Virgilius* Didonem, cum Magam ageret, ſic nobis deſcriptam dedit,

> *Ipſa mola, manibuſque piis, altaria juxta,*
> *Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta,*
> *Teſtatur moritura Deos,* ———

Sic etiam [1] *Ovidius* de *Medea* artem magicam exercente loquitur.

> *Egreditur tectis veſtes induta recinctas,*
> *Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos.*

Plura teſtimonia curioſis ſuppeditabunt *Ludov. de la Cerda* [b] *Commentarii* in jam laudata *Virgilii* Carmina. Judæos hæc nudipedalia magica & ſuperſtitioſa exercuiſſe, nullo forſan diſerto & ſatis antiquo teſtimonio probari poteſt: cum autem Judæis ſacra eſſet & [c] inexplebilis rituum exterorum ſitis, & ita loquatur Scriptura quaſi Judæa Pantheon quoddam eſſet, in qua Gentium pene omnium [d] Numina rituſque ſuperſtitioſi fautores invenirent; cum etiam e Scriptis ſacris & Judaicis manifeſtum ſit Judæos antiquos arti magicæ impenſe ſtuduiſſe; hujuſmodi mores ſuſpicandi cauſam non levem præbent, Judæos nudipedalia illa ſuperſtitioſa, ad morem Gentium, quandoque exercuiſſe.

Ad nudipedalia religioſa, pietatis teſtandæ aut promovendæ cauſa celebrari ſolita, jam tranſeundum eſt. Ea vero in duo genera, Ordinaria ſcil. & Extraordinaria, diſtribuamus. Ordinaria voco, quæ in Sabbatis, feſtis, ſacrificiis, aliiſque temporibus quibus intra *montem ædis* venerunt, agebantur. Nam Judæis, intra templi ſepta verſantibus, *ἀνυποδησία* ſemper in uſu erat, loci ſanctitate (uti vulgo creditum) nudos adſtantium pedes poſtulante. Ita more factum fuiſſe, e *Juvenalis* verbis jam citatis intelligatur.

> *Obſervant ubi feſta mero pede Sabbata reges.*

Quibus conſentanea quæ *Maimonides* e veterum Judæorum legibus, ad templi reverentiam conſervandam latis, tranſcripſit, in *Halac. Beth. Habbechira*, cap. 7. §. 2. ubi hæc leguntur, לא יכנס אדם להר הבית במקלו או במנעל שברגליו וגו׳ *Nemo in montem templi veniat cum baculo, aut calceamentis pedum, neque cum mantica, neque cum pulvere pedibus adhærente*, &c. Legis hujuſce memoriam aliquam retinent hodierni Judæi, qui, referente [e] Buxtorfio, *præ ſynagogæ foribus ferrum habent muro impactum, quo ſinguli calceos ſuos, ſi lutum contraxerint, repurgare debent*. Qui vero crepidas geſtat, illas omnino exuat oportet, ſi inquinatæ fuerint; ne ſchola *polluatur*.

Nudipedalia Extraordinaria erant, cum Judæi, non tantum in templi aditu, ſed & domibus privatis, publicis etiam plateis, pedibus diſcalceatis verſari tenebantur. Ea autem præcipue in feſto Expiationis, Jejuniis, & Litaniis aut precibus ſolennioribus locum habuiſſe videantur. Judæos in Expiationis feſto hunc morem ſancte obſervaſſe, e [f] *Ioma* diſcimus; ubi inter alia, in annua illa criminum deploratione interdicta, נעילת הסנדל *calcei* [puta coriacei] *inductio* recenſetur. Et Judæi omnes ea lege tam arcte tenebantur, quod, præter Regem & Reginam, nulli niſi puerperæ calceos inducendi licentiam dederint, quod ea valetudine ſatis integra nondum uteretur. Hunc feſti morem Judæos etiamnum tenere, quamvis iis in locis degant ubi frigus urget, teſtatur [g] *Buxtorfius*. Nec mirum, cum diſcalceationem partem non ultimam *afflictionis animæ*, in Expiationis ſolennitate requiſitæ, antiquitus habuiſſe videantur. Ita colligere licet e verbis *Jonathanis Paraphraſtæ*, in *Levit*. 16. 29. per otium lectoris conſulendis. Judæos etiam, cum jejunia ſolenniora inſtituerent, calceis exutis in publicum produiſſe, credere jubent *S. Leonis* verba, de Hebræis, in quodam de *jejunio* [2] *ſermone*, in hunc modum exclamantis, *habeant illi nudipedalia ſua, & in triſtitia vultuum, oſtendant otioſa jejunia*. Eodem etiam ritu uſi videntur, cum vota nuncuparent, aut precibus ſolenniter vacarent, ut Deus bonum largiri aut gravius aliquod infortunium avertere dignaretur. Hoc in more fuiſſe cum ſe

a *Æneid*. 4. v. 517. b Pag. 459. c *Ezec*. 16. 28, 29. *Jerem*. 2. 25. d *Ezec*. 23. 7, 14, 15, 40. *Jerem*. 2. 36. e *Synag. Jud.* cap. 10. f Cap. 8 §. 1. g *Synag. Jud.* c. 26.

1. *Metam*. L. 7. v. 182.
2. *Serm*. 4. de *Jejunio Sept. Menſis*.

voto

voto aliquo liberarent, inde colligi possit, quod [a] *S. Hieronymus* referat Apostolum, Nazaræatus voto ligatum, comam posuisse & nudipedalia simul exercuisse. Et a [b] *Josepho* memoriæ mandatum est *Berenicem*, ut Deo vota solveret pro salute, Hierosolymas venisse, & pro more patrio, hostiis cæsis capillisque detatis *nudipedem ante Flori tribunal stetisse.* Non est autem verisimile Berenicem, loci regii fœminam, calceis exutis pro tribunali stare voluisse, nisi quod more gentis receptum esset, ut voto tam solenni obstricti, pedibus nudatis, in ταπεινοφροσύνης testimonium, plateas obambularent. Tota etiam Judæorum natio hunc morem servasse videtur, si quando necessitatibus aliquibus implicati essent, aut mali gravioris metu percellerentur. Nam certum est veteres Christianos (quorum mores non pauci e Judaismo hausti) ἀνυποδησίαν illam in usu habuisse, cum [c] supplicationibus solennioribus vacarent, aut gravior aliqua miseriarum tempestas Ecclesiæ vel Reip. impenderet. SECT. II.

HISCE in antecessum traditis, animi nostri sensum de Nudipedalium Judaicorum orgine quatuor hisce thesibus explicabimus.

HARUM prima sit hæc: Nudipedalia quæ dixi civilia e receptis gentium orientalium moribus in luctu usitatis in Judæorum ritus transiisse censeantur. Nam gentes antiquas hunc morem in funeribus observasse, satis e [d] *Suetonii* verbis intelligatur; *Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati & discincti pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt:* ut eo scil. ritu luctum ex *Augusti* funere conceptum testarentur. Gentium autem consuetudinem Judæis etiam ritum illum in luctu usurpandi occasionem præbuisse, non dubitanter affirmemus. Unde enim Judæi ritum illum, nisi ex usu illo plurimo qui Judæis cum gentibus circumvicinis intercessit, haurire potuissent? Quid eos inducere posset, ut ceremoniis a gentium usu alienis ad luctum indicandum uterentur? & quale sibi odium conciliassent Judæi, si in re tantilla a vicinorum moribus abiissent, quasi ingenia fera & a reliquis aversa gentibus habuissent? Deinde, e plurimis Scripturæ locis manifestum est, gentes exteras cum luctui indulgerent, vestes lacerare, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, calvitium inducere, unguibus ora violare, habitum lugubrem induere, capiti pulverem inspergere, & similia alia animi tristitia gravati documenta edere consuevisse: quæ tamen omnia, non e Judæorum institutis, sed generis humani consensu vetustissimo, aut naturæ quodam instinctu, in gentium mores fluxisse, facile censeantur. Cum itaque discalceatio unam aut plures e tristibus quas dixi ceremoniis conjunctissime comitata sit; quidni eam ejusdem originis & vetustatis ceremoniam lugubrem agnoscamus, eamque e communi gentium usu in Judæorum mores transiisse arbitremur?

SECUNDA: extra dubium est, Judæos nudipedalia superstitiosa (si tale aliquid in usu habuissent) ex impuris Gentilium moribus accepisse. Nam Gentilismus perpetuum erat superstitionis Judaicæ seminarium & officina: nec quicquam superstitiosum, magicum, & Legi dissonum Judæorum mores unquam infecisse legitur, quin illius vestigia (clara vel evanida) in superstitionis Ethnicæ monumentis deprehendi possint. Nec ulla ratione gentis sanctæ honori melius consulamus, quam si ritus cujusvis sani sanctique origo, Judaismo; superstitiosi autem & in Magiæ confiniis positi, Gentilismo, tribuatur.

THESIS tertia hujusmodi est: Nudipedalia Judæorum ordinaria, in sacris agendis usitata e vetustissimo Gentium usu in ritus Judaicos dimanasse, non immerito censeantur. Sat scio sententiam plane contrariam doctorum non paucorum animis penitus diuque insedisse. [e] *Baldvinus*, postquam testimoniis nonnullis ostendisset Romanos aliosque pede nudato sacris interesse solitos, continuo addit; *Ducta, ut credere par est, imitatione, a sacris nudipedalibus, quæ quidem Judæi peragebant nudis pedibus, sacco induti, & in pulvere volutati.* Nec ab eadem sententia abfuit *Grotius*: nam Dei præceptum de solvendo calceamento Mosi datum explicans. Hoc, [f] inquit, *Pythagoras imitatus apud Iamblichum*, dicens, ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει. Hisce plane gemina & cognata sunt [g] *Lilii Gyraldi* illa; *Pythagoræ symbolum* hoc est, Nudis pedibus rem sacram facito, & adorato. *Pythagoras symbolum hoc ab Hebræis accepisse videri potest: nam (ut alibi ostendimus) & ipse ab Hebræis originem duxit, apud quos morem fuisse accepimus sacra & sancta non ingredi loca nisi nudis pedibus.* At multa faciunt quo minus huic opinioni assentiri possim. Nam

(1°.) SACERDOTUM Judaicorum nudipedalia e Gentium moribus longo usu firmatis

a *Loco sup. laudat.* p. 1166. b De *bello Jud.* l. 2. c. 15. c Vid. *B. Baldvin. de calc. antiq.* c. 23. & *Joh. Doughs. Analect. Sac. P. I. Exc.* 55. d In *Augusto:* cap. 100. e Ubi supra. f *Comment.* ad *Exod.* 3. 5. g *Var. Critic. Dialogism.* 10. p. 883.

SECT. II.

originem deduxerunt. Hoc iis argumentis me probasse arbitror, quæ cuivis non plane moroso & obstipa cervice Lectori sufficere possint. Haud itaque a ratione deerrabit qui sentiet, Judæorum etiam plebem pedes nudandi ceremoniam, cum sacris interessent, ex eodem seculi more derivasse. Si enim Legem integram excutiamus, ne syllabam quidem præcepti alicujus de calceis in templi ingressu exuendis populo dati reperiamus. Deum equidem Mosi & Josuæ, in terra sancta stantibus, de calceamento solvendo [a] mandatum dedisse legimus; satis autem Sectione proxima probasse videor, ritum illum cultus religiosi signum diu ante habitum fuisse, & Deum mandato illo, non tam exordium, quam sanctionem & auctoritatem novam discalceationis ceremoniis tribuisse.

(2°.) PALAM est Judæos & Ethnicos, calceos exuendi ceremoniam, eodem consilio, & ad res easdem denotandas adhibuisse. Nam, primo, Ethnici ritu illo ad cultum religiosum Numinibus suis præstandum, ubicunque consisterent, usi videantur. Hoc e *Procli* exemplo discere licet, qui Lunam, tum primum ab interlunio apparentem, ea ceremonia adorasse legitur. [b] Auctoris mei verba huic rei fidem pleniorem facient: *Ille*, Proclus, *non longo spacio progressus, conspicatus & ipse ex eadem domo Lunam apparere*, ὑπολυσάμενος αὐτόθι ἃ ἦν αὐτῷ ὑποδήματα ὁρώντων ἐκείνων τὴν Θεὸν ἠσπάζετο· *depositis ibi quæ habebat calceamentis, illis inspectantibus, Deam salutabat*. Ritum illum aliorum etiam religione consecratum fuisse, e jam [c] dicto Pythagoræ symbolo colligamus; ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει· *Discalceatus sacrificato & adorato*. Apertum est etiam Judæos religioni proprium habuisse, & ea mente [nempe ut Numen adorarent] illum usurpasse, quod eorum officiis sacris plerisque omnibus, ordinariis & extraordinariis, tam arcto vinculo conjungerentur. Idem probat sensus genuinus mandati Mosi Josuæque dati, *solve calceamenta, nam locus in quo stas terra sancta est*: hoc est, " locus quem jam occupas, non Angeli " alicujus, sed Numinis supremi præsentia decoratus est, & in templi cujusdam dignitatem " evectus: tuum est itaque calceos ponere, & ritu illo quem seculi usus Deo & religioni sacrum fecit, Deum submisse venerari. Secundo: Gentiles hunc ritum usurparunt, ut rebus locisque sanctitate singulari prædits, & Numini affinitate quadam conjunctis honorem exhiberent. Ethnicos sic templis suis honorem tribuisse, nos docent [d] *Solini* illa, *Ædem numinis*, Dianæ, *præterquam nudus vestigia, nullus licito ingreditur*. Eos etiam ritu illo sacris suis reverentiam exhibuisse, e [1] *Floro* discimus, cum ait, *virgines ex sacerdotio Vestæ nudo pede fugientia sacra comitantur*. Apud Judæos etiam, sacris adesse aut templi atria ingredi, nisi pedibus solutis, religioni habebatur. Sed & multis testimoniis, jam allatis aut statim afferendis, constare potest, Judæos simul & Gentiles eandem ceremoniam, in humilitatis, doloris, animi devoti & precibus attenti, documentum usurpasse. Unde factum autem quod tanta animorum & finium conjunctio Judæis cum Gentilibus in Nudipedalium exercitio intercederet? certum est Deum, calceos exuendi ritum, in fines tam dissimiles usurpandum, nullibi præcepisse; nec rationi convenit unam eandemque Judæorum gentem ceremoniam illam, in templo quidem, cultus & religionis; extra templum autem, doloris aut jejunii, signum statuere voluisse. Nec minus cum ratione discordat, Ethnicos (quorum in nomen Judaicum infinitum erat odium) Judæorum vestigiis omnibus tam religiose insistere voluisse.

(3°.) HINC etiam constet assertio nostra, quod mos ille pedes nudandi apud Ethnicos pene omnes in Sacris suis ad Deum accessibus olim obtinuerit. Nam Ægyptios, Græcos, (Pythagoreos inprimis) Romanos, aliasque gentes cœlo miti utentes, calceos inter sacra posuisse, satis e testimoniis jam adductis elucescat. Nullo autem (quod antea monui) certiore indicio summa ritus alicujus vetustas innotescat, quam si gentes pleræque eum in sacris suis retinuerint.

Ex hisce omnibus simul collatis haud absurde colligamus, Ægyptios aliosque, diu ante Mosis tempora, calceos exuendi ritum religiose observasse; & Deum morem illum (utpote cultus divini signum consuetudine confirmatum) Israelitis suis reliquisse, potius quam præcepisse. Ad pietatem enim & rerum sacrarum dignitatem tuendam plurimi intererat, ut ceremoniæ omnes, quas seculi usus honoris & reverentiæ signa constituisset, locum & virtutem antiquam retinerent.

a *Exod.* 3. 5. *Jos.* 5. 15. b *Marin. de vit. Procli*: sub med. c *Iamblic. Orat. Adhort.* p. 136.
d *Solin.* cap. 11.

1 Lib. 1. cap. 13.

QUARTA:

QUARTA: Nudipedalia Extraordinaria, a Gentium moribus desumpta, & recentioribus Judæorum legibus sancita censeantur. Eo autem inclinat sententia, ob rationes (si bene judico) non parvi ponderis. SECT. II.

NAM (1°.) Ritus ille calceos exuendi, pro signo tantum reverentiæ & honoris religiosi seculis antiquioribus habebatur. Hoc e superioribus constare arbitror. Unde itaque factum est, ut in humilitatis signum tandem transiret, & jejuniis, expiationibus & tonsuræ Nazariticæ, tanquam comes individuus, conjungeretur; nisi quod Judæi commercia tandem cum gentibus exercerent, quæ nudipedalia inter alios dejecti corporis habitus & ταπεινοφρονοῦντος indicia numerabant, eaque rebus tristibus & solennioribus religionis officiis apprime convenire existimabant.

(2°.) NUDIPEDALIA extraordinaria iisdem de causis apud Judæos quibus & apud Ethnicos indicebantur. Erant enim apud Judæos solennia quædam deprecantium piamenta, cum peccati conscientia urgeret, aut mali alicujus gravioris metu vel sensu tangerentur: ideoque in eorum jejuniis & expiationibus locum haud postremum habuere. Apud Ethnicos etiam in publicis calamitatibus, eas nempe averruncandi causa, in religionem abiere. Hoc docent *Tertulliani* verba, de *jejuniis* adversus *Psychicos*, cap. 16. *sed & omnem ταπεινοφρόνησιν Ethnici agnoscunt. Cum stupet cælum & aret annus, nudipedalia denunciantur, magistratus purpuras ponunt, faces retro avertunt, precem indigitant*, &c. Similia occurrunt *Apologet.* lib. 2. cap. 40. Eodem ritu obsequium suum testabantur Judæi, si quando Dei gratiam aut propensius auxilium magnopere postularent: nam [a] *Josephus* Berenicem *nudis pedibus incessisse, & Judæos omnes, qui per triginta dies precibus vacarent, morem eundem servasse* asserit. Ethnici etiam eodem humili officio defungebantur, ut Deorum benignitatem in collatione salutarium quorumvis munerum eo magis propensam experirentur. In hanc opinionem me ducunt [b] *Callimachi* verba,

> Ως δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἄστυ πατεῦμες,
> Ως πόδας ὡς κεφαλὰς παναπηρέας ἕξομεν αἰεί·
>
> *Utque viam terimus pede nudo, & vertice nudo,*
> *Sic caput atque pedes omni sint tempore salva.*

Hinc pronum est opinari, vetustis Gentium moribus receptum fuisse, ut pedes nudandi (æque ac saccum induendi & in pulvere volutandi) ceremoniam, in signum tristitiæ & ad sui misericordiam commovendam usurparent; & Judæos, Orientalium usu monitos, hunc habitum lugubrem, prout & alios supra memoratos, e vitæ communis usu in ritus suos sacros transtulisse, ut dolorem peccati causa conceptum indicarent; & Numinis favorem tam humilis obsequii documento impetrarent.

(3°.) CLARA & testata res est, gentium aliarum mores sacros hac in re a Judæorum institutis haud multum abiisse. In illis enim regionibus, quibus haud multum incommodi ab immodico terræ vel aeris frigore metuendum, [c] gentes pene omnes plantis nudatis in publicum prodierunt, cum iram Deorum infortunio aliquo graviori testatam deprecari vellent. Sat scio longe plurimos in ea esse sententia, quod ille morum consensus Gentilium æmulationi tribuendus sit, qui sacra sua omnia ad Cultus Judaici normam studiose & serviliter conformarint. Ego vero in illam sententiam concedere nequeo, cum apertum sit Ethnicos simultates semper gravissimas cum Judæis exercuisse, eorum ritus plerosque odio & ludibrio habuisse, eosque quasi furca expulisse. Quis autem credere potest, Gentiles ritus quidem nonnullos, tantum quod e Judæa orti essent, summo honore; alios autem, eo ipso nomine, summo odio & contemptu dignos judicare potuisse?

(4°.) QUANTUM per Scripturas intelligere licet, ritus ille honoris tantum & cultus indicium seculis vetustioribus habebatur. Ideo enim Mosi & Joshuæ, in terra sancta stantibus, præceptum de calceamento solvendo datum est, eo quod seculo illo solenne esse reverentiam Deo & sacris debitam ritu illo exhibere. Nec credi possit, eo seculo in morem venisse, ut nudipedalia luctus aut pœnitentiæ signa haberentur; quum certum sit Judæos discalceatos in templo incessisse, illis ipsis diebus quos festa lætaque celebritate coluerunt. Est itaque simillimum vero, gentes, quas Judæi in terra promissa viventes sibi vicinas habebant, nudipedalia in rerum tristium luctusque signum exercere solitos, & inde morem illum ad Judæos (e multo quem cum gentibus usu habebant) tandem transiisse.

MEAM jam de nudipedalium Judaicorum origine sententiam protuli, meliora tamen docenti cedere paratissimus.

a Loc. supr. laudat. b *Hymn.* in *Cererem*, v. 125. c *Dempster. Antiq. Rom.* l. 5. c. 36. & *Scalig. Animad.* in *Euseb. Chronolog.* pag. 80. & 82.

CAP. XII. SECT. I.

CAP. XII.

Lotiones Hebræorum quotidianæ.

PROXIMIS ante Christi adventum seculis, Judæi, bello sæpius victi captique, inter Gentes vivere, & frequentia cum iis commercia exercere cogebantur. Inde factum est, quod multi essent e Gentilibus Θεοσεβεῖς, qui leviores quasdam Judaismi tincturas hauserunt; multi etiam e Judæis ἀντιδογματιστῆρες, qui ritus haud paucos a Gentibus mutuo sumserunt, eosque Dei legibus & institutis assuerunt. Inter eos, lotiones eorum quotidianas numerandas arbitror: erant autem illæ, vel *totales*, quæ corporis totius ablutione; vel *partiales*, quæ manuum tantum immersione peragebantur.

SECT. I.

De Lotionibus eorum totalibus.

QUANQUAM *Moses* βαπτισμοῖς διαφόροις (uti loquitur Apostolus) *varios* corporis *baptismos* præcepisset; Judæi, puritatis abundatioris studiosi, multos alios corporis baptismos & immersiones induxerunt; quibus seipsos, nulla licet immunditie legali laborantes, quotidie exercuerunt. *Epiphanium* moris hujusce testem affero: [a] ille de *Scribis* loquens, asserit eos, *Judæorum institutis maxima ex parte inhærentes, ea superstitiosis inventis interpolasse*, συχνῷ καθαρισμῷ τινος δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀποσμηχομένους, *aquis & lavacris se frequenter abstergentes.* Hujusmodi lotiones & *Essenos* in usu habuisse, testatur *Josephus*: de iis enim verba faciens, *cum*, [b] inquit, *ad horam quintam studiose fuerint operati, in unum congregantur*, ζωσάμενοί τε σκεπάσμασι λινοῖς, οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι· *linteisque præcincti velaminibus, ita corpus aquis frigidis abluunt.* Alios e Judæorum gente memorat [c] *Epiphanius*, quos *Hemerobaptistas* vocat, quibus in more erat, χειμῶνί τε καὶ θέρει πάντοτε καθημέραν βαπτίζεσθαι, *hyeme simul & æstate quotidie se abluere.* Horum & *Justinus Martyr*, nomine *Baptistarum* meminit: nam apud [1] Auctorem illum, *ubi sectarum Judaicarum nomina recensentur*, [d] *Grotius* non temere *legendum* putat Φαρισαίων καὶ βαπτιστῶν, *Pharisæorum & Baptistarum*, *non* Φαρισαίων βαπτιστῶν, *Pharisæorum Baptistarum.* Horum sectæ se adjunxisse videtur *Banus* ille, cujus disciplinæ se tradidit *Josephus*; nam [e] testatur illum ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, *purificationis causa sæpius de die & de nocte se frigidis abluisse.*

VIDENTUR autem Judæi lustrationes hasce quotidianas e Gentium institutis in religionem suam traduxisse, quod magnam puritatis cujusdam delicatioris speciem præ se ferrent, & Judæi, ab ipsis Ethnicis puritate vinci, a *sanctitate* & dignitate sua quam maxime alienum existimarent. In hanc sententiam fertur animus, ponderis haud exigui pressus argumentis: nam,

(1°.) ÆGYPTII, Græci, aliique e Gentilium grege, lotiones hasce, diu ante Sectarum (quas dixi) Judaicarum tempora, frequenti in usu habuerunt. Nam sacerdotes Ægyptii, uti [f] auctor est *Cheremon Ægyptius*, ante cultum solenniorem τρὶς τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῷ ἀπὸ τῆς κοίτης, καὶ πρὸ ἀρίστου, καὶ πρὸς ὕπνον· *Ter unoquoque die se frigida abluebant: a lecto, ante prandium, & cum ad dormiendum se conferebant:* Et statim subjungit, Λουτρῷ μὲν ἂν καὶ κατὰ τὸν ἄλλον ἐχρῶντο βίον, ὁ μὴν ὅτι πλεονάζων· *Frigida quidem aliis temporibus utebantur, sed non tam crebro.* Neque hic negari potest, religionem illam inter Ægyptios *Cheremonis* tantum seculo viguisse: nam [g] *Herodotus*, sacerdotes Ægypti memorans, λοῦνται, inquit, δὶς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός· *lavantur quotidie frigida, interdiu bis, & noctu bis*, & ritum illum recenset, inter alias puritatis externæ ceremonias a primis usque superstitionis Ægyptiæ cunabulis usitatas. Ritus hujus affines erant & Græci veteres: eos enim ἀπὸ τοῦ τριόδου ··· κατὰ κεφαλῆς λούεσθαι, *aqua in caput aspersa in compitis se lustrare solitos*, e [h] *Theophrasto* discimus. Lustratione consimili Græci

a Adv. *Hæres.* l. 1. *Hæres.* 15. b De *Bel. Jud.* l. 2. c. 8. p. 1061. 20. c *Ub. supr. Hæres.* 17. d Ad *S. Marc.* 7. 4. e In *Vit.* p. 905. 10. f Ap. *Porphyr.* περὶ ἀποχ. l. 4. §. 7. g Lib. 2. cap. 37. h *Charact.* περὶ δεισιδ.

1 Vid. *Dialog.* cum *Typh.* Part. 2. p. 313.

a foro

a foro redeuntes utebantur; nam, teste [a] *Casaubono*, non *solum in templis erant περιρραντήρια, sed etiam ad fori introitum, quorum*, inquit, *sæpe meminere Oratores Græci*. Græcos autem, aliasque gentes profanas, diu ante nati Pharisæismi tempora, hujusmodi lustrationes exercuisse dubitari nequit; cum e Gentium monumentis planissime constet, religionem profanam externæ puritati semper impense studuisse, & veteres idololatras inter aquas [in balneis, mari, ac fluminibus] puritatis & lustrationis gratia, frequentissime versatos fuisse. Cum itaque gentes exteræ, puritatis causa, lavacris hisce corporeis priores uterentur; ratio suadet credere Judæos lotiones suas ordinarias, e superstitiosa quadam Gentium æmulatione, in mores induxisse. SECT. II.

(2°.) CUIVIS apertum est, Judæos lotiones illas sæpe repetitas e Legis Musaicæ decretis haurire minime potuisse. Lege quidem decretum est, ut quivis sanguinis aut seminis fluxum passus, quivis etiam reptilis, leprosi, vel menstruosæ tactu pollutus, corpus integrum ablueret, si Dei templum adire statuisset: nusquam autem præceptum legimus, ut Judæi, nulla licet immunditie legali laborantes, nec templum propediem aditori, quotidianis hisce corporis totius immersionibus uterentur. Cum itaque certum sit, lotiones illas quotidianas a Dei Lege minime fluxisse, consentaneum est opinari Judæos lustrationes illas, inter alia multa, a Gentibus accepisse, easque, utpote meras ἐθελοθρησκείας, Deo pergratas existimasse.

(3°.) JUDÆI eodem consilio quo & Ethnici [ad peccata scil. expianda] se lotionibus hisce quotidianis exercuerunt. Judæos eo animo lotiones tam frequentes usurpasse, e verbis [1] *Justini Martyris* intelligatur: Judæi in omni vita baptizabant, & baptizando leviora crimina, *τὰ μὲν μηδὲν εἰς πολιτείαν βλάβην συντελοῦντα, ἢ ζωῆς ἀνθρώπων, quæ nec Reip. damnum inferrent, nec hominum vitæ*, tolli putabant. Huc faciunt etiam quæ habet [b] *Epiphanius*, de Judaica *Baptistarum* secta loquens; *ita statuebant: vivere aliter hominem non posse εἰ μή τι ἄρα καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτίζοιτό τις ἐν ὕδατι, ἀπολουόμενός τε καὶ ἁγνιζόμενος ἀπὸ πάσης αἰτίας, nisi quis quotidie se aquis immergat*, ea ratione *ab omni crimine ablutus & purgatus*. Ethnicos etiam solennes ablutiones *εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος, in purgationem sceleris* usurpare solitos, multis probare possem, si [c] *Seldenus* noster hanc provinciam non occupasset. Cum itaque Judæi Gentium opinionem de peccato lotionibus illis expiando comprobarent, iisque *οὐχ ἕνεκεν πλύσεως σώματος, ἀλλ' ἕνεκεν ἁμαρτημάτων* (uti loquitur *Epiphanius*) *non corporis curandi, sed peccati purgandi causa* uterentur; ratio suadet opinari, Judæos lotiones illas mere arbitrarias, una cum dogmate illo merum Ethnicismum olente, a Gentilibus accepisse. Alias enim, ne quidem conjicere datum est, unde hæc opinio de peccato lotionibus expiando, quæ Gentilium animos misere frustrata est, inter ipsos Judæos tot patronos inveniret.

(4°.) HÆC sententia non tantum argumentis, sed & auctorum doctorum suffragiis, sustineri potest. Ex iis, in præsens unius *Hammondi* mecum suffragantis subjungam testimonium. [d] Ille autem Christi verba de Pharisæorum baptismis explicans. "Quod inquit, hic de Pharisæorum baptismis dicitur, ab *Epiphanio* de Essenis observatur, qui tamen ablutiones suas, "inter alia multa, a *Pythagoræ* sectatoribus habuisse videntur. Illius enim dogma erat ἁγνείαν "εἶναι διὰ καθαρμῶν, καὶ λουτρῶν, καὶ περιρραντηρίων, *puritatem purgationibus, ablutionibus, & aspersio-"nibus acquirendam esse*. Hisce convenit quod de [e] *Proclo* Philosopho *Pythagoræ* verbis addictiori memoriæ proditum est, quod *usus sit νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἀποτροπαῖς, καὶ περιρραντηρίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις καθαρμοῖς, noctu & interdiu deprecationibus, aspersionibus & aliis purificationibus; — & unoquoque mense, bis aut ter ad mare descenderet*, lavandi causa.

SECT. II.

De Lotionibus eorum partialibus, ante prandium usitatis.

E JUDÆIS nonnulli, puritatis accuratioris laudem ambientes, se totos (uti diximus) in aquas frequenter immergebant: plerique vero, disciplina mitiore usi, manus tantum, cum cibum capturi essent, frequenter abluebant. Hunc ritum plerosque omnes, Pharisæos imprimis, domi suæ privatim exercuisse, eumque in præcipua religionis parte posuisse, sa-

a *Comment.* ad *Theophr.* περὶ δεισιδ. b Adv. *Hæres. L.* 1. *Hær.* 17. c De *Synedr.* l. I. cap. 10.
d *Annot.* in *S. Marc.* 7. 4. e V. *Marin.* in *Vit. Proc.* sub fin.

1 Vid. *Quæst.* & *Resp.* ad *Orthodox.* 97. vid. *Spencer.* p. 863.

SECT. II

tis e [a] *S. Marci* verbis cognoscatur: Οἱ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων· Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι· Hinc factum est, quod ὑδρίαι λίθιναι (quarum meminit [b] Evangelista) per singulas Hebræorum ædes disponerentur, quod scilicet omnes cibum sumpturi lavacris frequentibus e disciplina Pharisæorum uterentur. Erant autem hæc vasa ad quotidianas hasce Judæorum purificationes peragendas maxime accommodata: nam Judæis [c] solenne erat, nunc χερνίπτειν, aqua affusa manus abluere, nunc βαπτίζειν, manus carpo tenus aquis emergere; & lotionem priorem per נטל posteriorem per טבל exprimebant: cum autem vasa illa [d] syphonibus instructa essent, aquæ manibus affundendæ commode inservire; cum etiam bene magna essent, manus ad carpum immersas facile recipere poterunt. Multa alia huc spectantia e doctissimo nostro *Pocockio* petat, cui libitum est.

HASCE lotiones ante cibum usitatas, Judæi a Gentium vicinarum moribus mutuati videantur. Neque hæc conjectura suis rationibus caret maxime probabilibus:

NAM primo: sat constat e Veterum scriptis, gentes antiqoas, quotiescunque cibis vescerentur, manus antea curasse diligenter abluendas. Sacerdotes Ægyptios πρὸ ἀρίστου *ante prandium* solenniter abluisse, pateat e modo citatis *Porphyrii* verbis. Consuetudinis ejusdem apod Græcos antiquiores obtinentis, certissimum nobis testimonium præbet *Homerus*, Odyss. 4. ubi hæc habentur, v. 52.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα,
Νίψασθαι· παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν·
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα·

Aquam ancilla in gutturnio fudit ferens,
Ad Lavandum, juxta vero politam extendit mensam:
Cibum vero veneranda custos apposuit.

Manuum lotionem ante cibum, & inter cœnaculi Romani constituta fuisse, nos docet [f] *Plautus*, cum ait,

——*Huc accumbe: ferte aquam pedibus.*

Huc faciunt [g] *Petronii* illa, *Tandem ergo discubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus nivatam infundentibus.* Cum itaque gentes antiquiores hanc ante cibum lavandi consuetudinem tam constanter observarint, haud absurde creditur gentes illas hunc morem non tantum pro munditie, sed pro religione coluisse, easque Judæos hac in parte religionis suæ sectatores atque æmulos habuisse.

SECUNDO: palam est, Hebræorum lotiones inter prandendum usitatas e *Mosis* decretis oriri minime potuisse. Certas equidem immunditias lotionibus expiari jussit *Moses*, at lotiones ante cibum causa puritatis usitatas nusquam in Lege præceptas inveniamus. Hoc veteres Judæi libere fatebantur, lotiones illas inter [h] *Seniorum traditiones* numerantes. Agnoscunt etiam recentiores Hebræi lotionem manuum ante cibum, non esse מדאורייתא *de præceptis Legis*, sed מדרבנן *ex præceptis Rabbinorum*, vel מדברי סופרים *de verbis Scribarum* seu מצות חכמים *præceptum sapientum*; quod [i] *Buxtorfius* testimoniis apud Auctores suos passim obviis probatum dedit. Cum itaque certom sit, lotiones illas traditioni Seniorum originem suam debuisse, æquum est, ut Gentium mores illi Seniorum traditioni causam & initium dedisse censeantur. Nam incredibile est, Seniores illos lotiones plane novas & inauditas antea populo, sub variorum baptismorum onere jam laboranti, pro solo arbitrio suo imponere voluisse: vel si Seniores illi potestatem tam tyrannicam in Gentem propriam exercere voluerint, æque incredibile est totam Gentem traditionem illam tam cito sancteque recipere atque observare voluisse. Notum enim est omnibus Historiæ sacræ studiosis, Hebræorum gentem a ritibus novis atque insolentibus semper abhorruisse, & ritus tantum Gentium aliarum moribus consentaneos animo lubenti recepisse. Nisi itaque Gens illa Patrum naturam & ingenium prorsus exuisset, lavandi ritum ante prandium nullatenus observasset, nisi Gentium aliarum usu æque ac Seniorum traditione commendatus accessisset.

a Cap. 7. 3, 4. b S. Joh. 2. 6. c V. Pocock. Not. Miscel. c. 9. p. 393. d Hoc non absurde colligitur e Domini verbis, Jo. 2. 8. ἀντλήσατε νῦν. e Ub. supr. f In Pers. Act. 5. Scen. 2. g Satyric. p. 96. h Mat. 15. 2. i Diatrib. de lot. man. ante cib. §. 5, 6, 7.

TRA-

TERTIO: ipsa lotionis in limine prandii cujusvis usitatæ radix & origo Gentium doctrinam & philosophiam redolet. Nam Judæi cibum capturi manus tam diligenter abluebant, serio persuasi, corporis munditiem animæ munditiem parere; & e diverso, leviculam quamvis corporis immunditiem in animam redundare, eamque in consensum trahere. Hinc ante alia curatum est, ut vasa in quibus obsonium coqueretur, ut pocula in quibus poturi essent, & manus quibus cibum sumerent, lotione frequenti mundarentur; nempe, ne cibus, vasis, poculis, aut omnibus impuris inquinatus, corpus primum, deinde & animam inquinaret. Judæos ea opinione fuisse, & ea de causa manus ante prandium diligenter abluisse, colligere licet e Judæorum [a] scriptis, & [b] *Salvatoris* nostri verbis, cum Judæi discipulos suos in crimen vocarent, quod panem manibus illotis manducarent. Judæorum autem Magistri sententiam hanc e Gentilium placitis hausisse censeantur, quod [c] *Porphyrius* eo nomine puritatis externæ studium commendet, quod corporis mundities ad animæ puritatem conferat, & illius immundities ipsi animæ maculas inurat, & affinitatem quandam cum Dæmonibus inducat. Sed ipsa auctoris verba audiamus: ἐν τῷ ναῷ τοῦ πατρὸς, τῷ κόσμῳ τούτῳ τὸν ἔσχατον καὶ ἐκτὸς ἡμῶν χιτῶνα τὸν δερμάτινον, οὐκ ἁγνὸν προσήκει .. διατρίβειν ἐν τῷ ναῷ τοῦ πατρός; εἰ μὲν γὰρ ἐν τῷ μεμολύνθαι, &c. *In templo patris*, id est, *hoc mundo, extimam & externam cutis nostræ vestem puram servare, eamque in Patris templo mundam gestare, non convenit? Si enim in sola cutis* [aut corporis] *immunditie periculum versaretur, liceret forsan negligere, & inertiæ indulgere: cum autem unumquodque corpus sensibile Dæmonum materialium effluentias gestet, fit ut una cum illa impuritate, quæ ex carnibus & sanguine oritur, potestas impura, propter similitudinem & cognationem adsit amica & familiaris.* Hæc opinio, de anima corporis impuritate contaminata, in causa erat, quod [d] Philosophi καθάρσεις τοῦ ψυχικοῦ σώματος, *purgationes* seu *lustrationes animalis corporis*, tanquam præcipua puritatis acquirendæ media, discipulis suis commendarent, iisque ipsi tam frequenter uterentur. Cum itaque dogma vel opinio, cui Judæorum lotiones innitebantur, e Gentilismo fluxerit; inde & ipsas eorum lotiones emanasse, non est quod dubitemus. SECT. II.

QUARTO: Judæorum lotionibus, cum cibum sumerent, magna erat cum Gentilium lotionibus affinitas & similitudo. Nam (1°.) Gentiles non tantum *ante*, sed & *post* cibum manus solenniter abluebant. Gentes cibum sumturas id moris habuisse, e testimoniis jam adductis elucescit. Iis etiam in consuetudine fuisse, ut remotis mensis aqua manibus lavandis effunderetur, discere licet e [e] *Platone* comico, *qui*, post epulas, unum e servis socium suum sic alloquentem introducit,

——τί ὐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις;
Ἐγὼ δὲ [f] λύτρον παραχέων εἰσέρχομαι·

—— *Mensas cur non cito removes?*
Ipse aquam manibus lavandis ut affundam venio.

Quomodo Veteres duas hasce lotiones ab invicem discriminarent, ex [g] *Athenæi* verbis cognoscatur: Παρὰ τοῖς παλαιοῖς, τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου, λέγεσθαι κατὰ χειρός· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. *Veteribus ante prandium & cœnam, dictum erat* κατὰ χειρὸς, *cœnatis autem & pransis*, ἀπονίψασθαι. Judæos etiam duas hasce lotiones [ante & post cibum] constanter observasse, nos dubitare non sinit [h] *Buxtorfii Differt. de ritu lotionis manuum ante & post cibum* inter Judæos usitato: ubi *de priori*, inquit ille, *dicunt esse* מצוה *Præceptum, sed liberum: quia liberum est homini panem edere vel non edere. De posteriori*, חובה *debitum necessarium.* (2°.) Nonnulli e Gentilibus multo cum opere & diligentia loti ad mensam accedebant. Nam [i] *Jamblichus* de *Pythagoræ* discipulis verba faciens, refert eos, μετὰ τὸν περίπατον λουτρῷ χρῆσθαι· λουσαμένους τε ἐπὶ τὰ σιτία ἀπαντᾶν· *post ambulationem lotionibus usos fuisse, post lotiones ad cibum capiendum convenisse.* Judæos etiam μετὰ πολλῆς σπουδῆς, sedulo admodum seipsos pransuros abluisse, satis e [k] *S. Marci* verbis intelligatur, πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, —— καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. Quæ sane verba, quocunque sensu capiantur, satis indicant Judæos in ablutionibus hisce peragendis operam haud perfunctoriam posuisse. (3°.) Gentes non tantum in principio & fine prandii, sed sæpius inter prandendum, ad singula fercula illata, manus abluebant. Hoc apud Græcos & Romanos usitate factum fuisse, si id jam agerem, ex [l] *Athenæo*, [m] *Lipsio*,

a V. *Pocock. Not. Miscel.* c. 9. p. 352. b *Mat.* 15. 2, 15. c De *Abstin.* l. 2. sect. 46. d V. *Hierocl.* in *Carm. Pythag.* p. 222. e Ap. *Athen.* l. 15. c. 1. f Sic *Casaubon.* [non λίτρον] legendum censuit. g Lib. 9. c. 18. h Sect. 62. i De *Vit. Pythag.* cap. 21. k Cap. 7. 3. 4. l Lib. 4. c. 3. &c. 2. m *Saturn.* l. 2. c. 1.

SECT. II. aliis, facili opera probare possem. Inde venit, quod Epulæ magno ferculorum apparatu instructæ, a crebris inter epulas manuum lotionibus, [a] *Lautia* dicerentur. Erant etiam inter Judæos non pauci, qui manuum lotionem בין תבשיל לתבשיל *inter edulium unum & alterum* [b] *iterabant. Hanc lotionem vocabant* מים אמצעיים *aquas medias.* Hoc innui videtur illa variis interpretum sententiis vexata phrasi, πυγμῇ νίψωνται, *Marc.* 7. 3. Quamvis enim nonnulli phrasin illam referant, ad *mensuram* lotionis, quasi lotionem על פרק ad carpum seu manus curvaturam denotaret; alii ad *formam*, sic phrasin exponentes, *nisi* pugno *laverint manus*, quasi lotionem operosam & accuratam, quæ pugno palmæ immisso fieri solet, indicaret; loci scopo & vocis usui magis consentaneum videtur, ut πυγμῇ de crebra & repetita lotione dictum intelligamus. Nam eo in loco Pharisæi discipulos reprehendunt, non quod perfunctorie, sed non omnino lavarent, cum cibum sumerent; cum ipsi πυγμῇ *crebro* lotionibus inter prandendum uterentur: & hoc sensu vox illa apud [c] *Epiphanium*, sic de Scribarum lotionibus loquentem, sumitur; πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι, πυγμῇ δὲ καὶ καθαρισμούς τινας δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀπομαχόμενοι, *manus* frequenter *abluentes*, *certas etiam purificationes*, (*aquis* nempe *& lavacris* factas) frequenter *abstergentes.* Huic sensui suffragantur, *Arabs*, *Erasmus*, *Casaubonus*, Interpretes nostri Anglicani, aliique. Si quis huic interpretationi obstare putabit, quod vox πυγμὴ ea notione nusquam occurrat apud Scriptores Græcos; [d] *Casaubonum* adeat, qui illum hoc scrupulo liberabit. Sed jam forsan lineas paululum transiisse videamur: ut itaque ad principium redeat sermo, ex hac affinitate quæ inter Judæorum & Gentilium lotiones ante-conviviales intercessit, aperte colligatur, Judæos lotiones illas a Gentilibus accepisse, ideoque eas ad morem & exemplum Gentilium conformasse. Nam Judæi, ex antiqua & penitus insita Gentis vanitate, Gentium mores imitari facile censeantur; quis autem vel probabiliter dixerit, cur Gentes Judæos hac in re tam studiose sequerentur?

ADVERSUS hæc omnia tribus Objectionibus pugnari potest, quibus succincte respondendum est.

Obj. I. HARUM prima sit hæc: veteres Hebræorum Magistri harum lotionum originem, non ad morem Gentilium, sed Seniorum traditionem, referebant. Hoc satis e verbis [e] Evangelistæ discitur, *tunc interrogabant eum Pharisæi & Scribæ; cur discipuli tui non ambulant secundum traditionem seniorum, sed manibus illotis panem comedunt?* Unom autem Magistrorum adeo antiquorum de rebus suis testimonium, plus fidei quam argumenta nostra omnia, mereri censeatur.

Sol. RESP. Lotiones illæ, *proxime* quidem & immediate a Seniorum traditione, *remote* vero a Gentium consuetudine & Judæorum cacozelia manasse putentur. Talem fuisse lotionum earum originem, hæc mihi persuadet conjectura. Postquam [f] *Epiphanius* Judæorum traditiones, quas Πρεσβυτέρων vocant, ad quatuor genera revocasset; quartum & novissimum ad *Asamonæi* filios, id est, *Maccabæorum* tempora atque instituta, referendum dicit. Jam vero perquam credibile est, lotiones hasce Judaicas huic ultimo *Traditionum* generi accensendas esse, easque e Maccabæorum temporibus & institutis (non a *Salomone*, quod Rabbinis placet) originem suam petiisse: nam lotionum earum ne minimum vestigium in scriptis ullis Captivitate antiquioribus percipere fas est. Maccabæorum temporibus frequens erat Judæorum consuetudo, cum Ægyptiis, Syris, Macedonibus aliisque gentibus; & sub ea tempora, Judæi multa alia Gentium instituta (de quibus alibi sermo est) ad morem cultumque suum accommodassent; Dominus etiam de lotionibus illis loquitur, tanquam ritibus novis & quasi nudiustertius in mores introductis: nam *Pharisæo mirante quod manus ante prandium non abluisset*, respondet [g] Dominus, νῦν ὑμεῖς, *Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis & catini mundatis*, &c. Ubi *Grotius* vocem [νῦν] emphatice sumendam, & textum integrum sic exponendum, sentit; *ut nunc res sunt, nihil aliud curatis quam quod ad exteriorem munditiem attinet: ut sui potissimum seculi mores respiciat Christus: — Potuit autem hoc eo justius facere, quia traditio illa non erat admodum antiqua.* Quid autem Maccabæi [vel, quod aliis placet, *Hillel & Schammai*,] lotiones illas ante-mensales Judæis observandas traderent; nisi quod iis, sub illa tempora, multum commercii cum Gentilibus intercederet, & Judæorum nonnulli in mores Ethnicos (si præsertim puritatis alicujus specie commendatos) propenderent? Si enim quidam solummodo purum illum manus lavandi morem coluissent, tota natio in sectas forsan & partes abiisset.

a V. *Fest.* in *verb.* laut. b V. *Buxtorf. diatr.* de *lot. man.* §. 49. c Adv. *Hæres.* l. 1. *Hær.* 15.
d *Not.* in *S. Marc.* 7. 3. e *S. Marc.* 7. 5. f Adv. *Hæres.* l. 1. *hær.* 33. g *Luc.* 11. 38. 39.

SECUN-

SECUNDO: dici potest, quod lotiones ante prandium usitatæ, non ex Ethnicæ puritatis æmulatione, sed Legis servandæ zelo & cura singulari produisse videantur. Nempe obtendunt Hebræi lotiones illas fuisse inter decreta a [a] Majoribus facta, ut essent סיג לתורה *sepes legis, & homines ab ejusdem violatione longius avocarent.* In horum numero Judæi lotiones suas ante-mensales collocandas esse sentiunt, quod constet eorum Patres [b] *βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν*, etiam mundorum, in mores invexisse, ut seipsos a legibus de vase, poculo, aut lecto polluto, violandis longo intervallo removerent. SECT. II. Obj. 2.

HOC equidem dicunt Judæi, quod Gens sint totius antiquitatis, etiam ad seipsos pertinentis, ignarissima; adeoque lotiones hasce ad veram earum originem referre nesciant. Certe si Majores sui manus lavandi morem induxissent, ut a violatione legis de immunditie latæ se longius abducerent, manus suas non ante prandium tantum, sed & ante somnum, abluissent; nec manus solummodo (quod Lex Dei vix unquam postulavit,) sed & pedes, imo corpus integrum, aquis immersissent. Neque extra suspicionem positum est, quod a Judæis de lotione poculorum, æramentorum, & lectorum, dicitur: nam leges de poculis, vasis, aut lectis mundandis neminem tenuerunt, nisi certo constaret, reptilis aut immundi alicujus tactum ea polluisse. Mihi itaque vero similius videtur, Judæos æramenta & vasa alia domestica frequenter abluisse, puritatis illius exemplo ab Ægyptiis ducto. Hoc enim [c] *Herodotus* de Ægyptiis memoriæ consignavit: *ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι, διασμῶντες ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην· οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ᾽ οὔ, ἀλλὰ πάντες· ex aheneis poculis potant, singulis ea diebus extergentes: non eorum aliquot, aliquot etiam non, sed universi.* Sol.

TERTIO: nonnulli forsan & hoc argumento contra sententiam nostram sunt pugnaturi: e modo citatis Evangelii verbis elucet, Judæos non e moris alicujus Ethnici sed puritatis Lege præscriptæ studio, manus abluendi consuetudinem observasse. Quid enim *a foro reversi* manibus lavandis tam sedulam darent operam, nisi quod metus aliquis subesset, ne in frequenti foro versati, Pagani aut immundi alicujus vestem tangentes, se inscios & imprudentes inquinassent? Obj. 3.

AT in promptu est quod Objectioni regeratur: nempe, nihil fuisse cur Pharisæi, a promiscua fori multitudine reversi, se lotionibus istis exercerent, e metu ne incauti atque inscii, polluti vel plebeii alicujus vestem tetigissent: nam testante [d] *Maimonide*, legis vicem tenuit, *si dubitaverit Pharisæus utrum vestes plebeii alicujus tetigisset necne, ecce mundus est*: Et si Pharisæi legalem hujusmodi pollutionem contraxissent, certum est eam, non manuum lotione, sed corporis totius immersione purgari debuisse. Quod itaque Judæi, domum e foro reversi, manuum lotionibus ante prandium uterentur, inde factum erat, quod manus (in foro præsertim) *negotiosæ* essent, iisque utpote nudis & apertis, multa occurrerent quæ earum munditiem violarent, easque ad panem ea qua decebat munditia tractandum, ineptas reddere credebantur. Sol.

SUPEREST jam ut unum atque alterum subjungam testimonium, ne hæc omnia e meo tantum sensu fluxisse censeantur. Horum primum sit [e] doctissimi Pontificii, his verbis conceptum: *Ablui cum quis accubiturus esset, necessarium ex consuetudine ab illis* (Ethnicis) *censebatur: quæ quidem consuetudo pro natura adeo inolevisse existimabatur, ut non lotum cœnare, summum putaretur nefas. Quamobrem, quod aliquando Christus ad Pharisaicam superstitionem reprehendendam, illotus accubuisset, scandalo fuit cuidam Pharisæo, qui illum ad prandium invitaverat*, Luc. 11. 37, 38. *Nec enim illotum recumbere Pharisæo scandalum fuisset; nisi consuetudo illius ætatis lavacrum ante prandium, quasi Gentium jure debitum, postulasset.* Huic accedat cognatum, & veluti generis consimilis, R. *Montacutii* testimonium: ille de totius corporis immersionibus, & manuum ante cibum lotionibus, scholæ Pharisaicæ magisterio injunctis loquens; *istam*, [f] inquit, *lavandi consuetudinem, a lustrationibus Paganorum mutuati credi possunt Pharisæi, Ægyptiis præcipue & Persis. Καθαρμοὶ enim & ἀπονίμματα frequentius apud illos usurpabantur: unde se expiandos & mundandos credebant. Sed & ante, & post cibum constanter lavabant: aquam prius affusam κατὰ χεῖρας, dicebant: post cibum vero ἀπόνιμμα detersionem; quasi qui vescebantur animalium carnibus, animam & corpus eo pastu profanassent.*

a *Pirk. Avoth.* cap. 1. b *Marc.* 7. 4. *Lev.* 11. 32, 33. *Num.* 31. 22, 23. c In *Euterp.* cap. 37.
d *Not.* ad *Mych. Taharoth.* c. 4. §. 12. e *Fortunat. Schac. Myroth.* P. 1. c. 31. f *Apparat.* 7. §. 26.

CAP. XIII. SECT. I.

CAP. XIII.

SECT. I.

De Purificatione vel Baptismo ad initiationem.

BAPTISMUS ad initiationem, sub affinitatis alicujus specie, a [1] baptismo ad munditiem clare distinguebatur. Nam baptismus ad immunditiem contractam eluendam, erat tantum temporalis, & si res exigeret, sæpe repetendus: at baptismus Initiationis sacræ perpetuus erat, & baptizato simul & posteris suis sanctitatem quandam semper duraturam [a] impertiebat. [b] *Initiationis ejusmodi baptismus erat Aharoni & filiis suis sacerdotii receptioni prævius, nec eo nomine iterandus: licet illi non aliter atque alii pro re nata postmodum essent aliis baptismis* lustrandi. Sat scio non deesse viros doctos, qui Initiationis baptismum inter Talmudicorum figmenta numerant, plane negantes Judæos, Salvatoris nostri tempore, *Proselytos in Ecclesiam suam per baptismi collationem admisisse.* Quo felicius itaque jam suscepto defungar munere, probabo primo, Judæos, diu ante adventum Domini, Proselytos ablutionis aut baptismi ritu in Ecclesiam suam cooptasse: Deinde ritus hujus originem indagare conabor, & ostendere, Judæos eum ab Ægyptiis aut aliis Gentibus perpetua traditione derivasse.

NE sermonis nostri fundamentum vitium facere putetur, probandum est primo, Judæos diu ante adventum Domini, Proselytos solennis ablutionis ritu in Ecclesiam suam recepisse. Hoc autem multis argumentis evinci potest:

HORUM primum petitur ex hodierno Judæorum usu, & Majorum suorum testimonio. Ex usu, inquam, hodierno: nam & nunc qui ex Gentibus circumcisis, ut Ismaelitis, Persis, Turcis, ad Judaismum veniunt, ab ipsis baptizari [c] perhibentur. Cum autem Judæi a Christianorum moribus semper abhorruerint, non potuit usus ille non manare a Majorum suorum remotiorum traditione. Idem etiam abunde confirmetur e Talmudicorum & aliorum Magistrorum veterum testimoniis, quæ simul contulerunt, *Petrus Galatinus* de *Arcanis catholic. verit.* lib. 10. c. 2. *Seldenus* de *Synedr.* l. 1. c. 3. & de *jur. nat. sec. Hebr.* l. 2. c. 2. *Buxtorf. Lexic. Talmud.* voc. גר col. 407. *Jacob. Alting. Differt. Philolog.* 7. *Hammond. Annot.* ad *Mat.* 3. 7. *Lightfoot. Hor. Hebr.* in *Mat.* 3. 6. aliique Hebræorum scriptis exercitati. Tradunt autem illi, eos omnes qui Legis totius jugum subire, & civis Judaici juri adipisci voluerunt, non necesse habuisse circumcidi; sed satis fuisse, modo ablutione & solenni sacrificio se ab idolis recedere testatum facerent. Utcunque testimonia illa omnia, tot doctorum licet fide firmata, insuper habenda censuit Auctor, quem honoris causa non nomino: cum enim inter Magistros ab Auctoribus quos dixi citatos, *Maimonides* principatum teneat, *Maimonides* autem sua pene omnia e Talmude [*errorum labyrintho, & fabularum Judaicarum fundamento*] hauriat; *Non possumus,* inquit, *ejus testimonio acquiescere.* Agnosco & ipse pleraque Veterum Judæorum fabulas & delira dogmata in *Talmud*, tanquam in sentinam quandam coaluisse: absit autem ut *Talmud* fide tam sublesta scriptum censeam, ut ei, ne quidem mores & ritus gentis referenti, fidem tuto adhibeamus. Si enim Talmudis Auctores ritum aliquem, tanquam antiquum & Salvatoris nostri seculo receptum, falso tradidissent; constans Gentis traditio, & plurima quæ tunc extabant Gentis monumenta, eos proculdubio mendacii arguissent. Dicam paucis: Fidem omnem excedit, Magistros illos in *Israele*, ipsum Initiationis ritum [rem tam insignem, publicam, & jactatam adeo] ignorare potuisse, vel fingere voluisse.

SECUNDO: Judæos antiquiores Baptismum inter initiamenti ritus observasse, credibilius existimetur, quod *Essæi* Ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος (ita dicit *Josephus*) novos homines in communionem & familiam suam ritu illo cooptarent. Hoc enim de Secta illa, pietatis nomine laudatissima, testatur [d] *Josephus, si quis secta illius amorem profitetur, & per annum integrum continentia experimentum dederit,* πρόσεισι μὲν ἔγγιον τῇ διαίτῃ, καὶ καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει·

a *Exod.* 40. 12. b *Seld.* de *Synedr.* Lib. I. p. 24. c Vid. *Grot.* ad S. *Mat.* 3. 6. d De *Bel. Judaic.* L. 2. c. 8. p. 1062. 20.

1 Vid. Lib. 3. Differt. 3. Cap. 3.

cum

eum communi mensa dignantur, & aquarum ad puritatem maxime facientium particeps factus est. Essæos autem hunc morem e recepto Gentis] suæ in Proselytis initiandis ritu petiisse, non facile dubitandum est; cum præsertim e *Josepho* constet Sectam illam Judæorum ritibus religiosius adhæsisse. SECT. I.

TERTIO: Judæos antiquos Baptismi ritu Proselytos admisisse, ex [a] *Arriani* verbis haud obscure colligatur. Cum enim eos increparet qui *Philosophi* nomen gererent, & præterea nihil; *quid*, inquit, *te Stoicum nominas? quid populo fucum facis? quid cum Judæus sis, te Græcum simulas? nonne vides, ut quisquis dicatur Judæus, ut Syrus, ut Ægyptius? quod si quempiam ἐπαμφοτερίζοντα, animo alternante & ancipite, viderimus*, dicere solemus, *eum non Judæum esse sed simulatorem:* ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος· οὕτω καὶ ἡμεῖς παραβαπτισταί, λόγῳ μὲν Ἰουδαῖοι, ἔργῳ δ' ἄλλο τι· *Cum autem induerit sibi affectum Baptizati, & inter Sectatores asciti, tum revera Judæus & est & nominatur. Ita & nos quoque parabaptistæ* [seu, ut non legitime tincti] *sumus: nomine quidem Judæi, re vero ipsa aliud quid.* Quibus *Arriani* verbis, *Judæorum proselytos, seu Judæos circumcisione & baptismo ex Gentilibus factos innui*, vix ambigendum asserit [b] *Seldenus* noster. Hic tamen nonnulli in contrarium eunt, dicentes *Arrianum* hic *confuse loqui, & Christianos, quorum* χαρακτὴρ *& nota est baptismus, hic Judæos, ut alibi Galilæos, appellare.* At hæc opinio eo minus apud me fidem invenire potest, quod clarum sit *Arrianum* de Judæo, quatenus Græco (i. e. cuivis Gentili) opponitur, hic verba facere; & maxime probabile sit *Arrianum* non Judæorum, sed trito Galilæorum nomine, Christianos appellare solitum. Sic opinandi, vel ipsa hæc Objectio causam non levem præbet.

QUARTO: Rationi & Gentium omnium mori consentaneum est, opinari Judæos solennitate & ritu aliquo religioso Proselytos in Ecclesiam suam recepisse. Nam observante [c] *S. Augustino, in nullum nomen religionis, seu verum seu falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium consortio colligentur.* Cum autem Baptismus ritus esset nulli gravis, apud Gentes etiam profanas in Initiis suis usurpatus, & illius significatio [puritatis nempe & innocentiæ propositum] adeo obvia esset, & vel nullo docente hominum animis se ingereret; minime dubitandum est, quin Judæi ritum tam gratum & ad usus suos accommodatum in Proselytis initiandis usurpare voluissent.

QUINTO: unanimi doctorum consensu receptum est, alterum Ecclesiæ Christianæ Sacramentum (nempe Cœnam Domini) a Judæorum ritibus in Paschate observatis originem petiisse. Est itaque cur credatur, gemellum Baptismi Sacramentum ab antiquioribus Judæorum ritibus (nempe baptismis suis initialibus) originem derivasse. Ideo enim Domino visum est, antiquum Paschatis ritum in Eucharistiæ sacramentum evehere & transformare, ut Religio sua moribus antiquis accommodata, suaviter & sine strepitu procederet, nec quisquam eam, tanquam novam & hesternam, in invidiam traheret: & vel ob hanc solam rationem Baptismus etiam Christianus a Judæorum lotionibus aut baptismis originem traxisse censeatur.

SEXTO: Judæi baptismum ad initiationem diu ante Christi tempora in usu habuisse putentur. quod Christianorum veterum Baptismus illum imitari, & circumstantias ejus omnes exprimere videretur. Nam Judæi מקוה מים in *confluente* seu *conceptaculo aquarum* (fluvio, stagno, fonte) Proselytos baptizabant: & Christiani veteres in fluentis aut grandioribus aquarum receptaculis baptismum administrabant. Judæi non aspersione faciei, sed immersione corporis baptismum celebrabant: & Christianos antiquos hunc morem tenuisse, plurimis Veterum testimoniis (si præsentis operæ res esset) ostendi posset. Apud Judæos Proselyti institutio baptismum semper antecessit: & Christianorum Baptismo, juxta Domini præceptum, [d] instructio semper præmittebatur. Apud Judæos, Proselyti, non nisi post solenne examen & sinceritatis fideique suæ professionem, ad baptismum admittebantur: Christianos etiam baptismi ritum peracturos morem aliquem cognatum observasse, e [e] Scripturis sacris satis aperte colligatur. Apud Judæos sapienti consilio constitutum est, ut tres minimum adessent Baptismi celebrati testes: & hic etiam Christiani veteres Judæorum mores & disciplinam imitati videantur, tres minimum testes (quos & *Susceptores* vocabant) actionis tam sacræ constituentes. Judæi Proselyto jam loto novum indusium induebant, eumque plurimum novo nomine consalutabant: & Christiani veteres recens baptizato nomen imponebant, & vestes albas induebant. Apud

a In *Epictet.* l. 2. c. 9. b De *Successión.* in *Bon. Def.* c. 26. c *Contr. Faust.* l. 19. c. 11. col. 319. Tom. 8. d *Mat.* 28. 19. e *Act.* 2. 41. & cap. 8. 12, 36, 37. & 1 *Pet.* 3. 21.

SECT. I.

Judæos cautum est, ot Proselyti Baptismum suscepturi, in signum mentis compositæ & actionis momentum religiose meditantis, in baptisterium descenderent, non saltu se præcipitarent: Idem & Christiani veteres observarunt, quos in aquam [leniter & gradu composito] *descendisse* [a] legimus. Denique, apud Judæos baptismus ille, *Regeneratio* & Baptizati pro *Regenitis* & nova quasi vita donatis, habebantur: & Christianorum Baptismus λουτρὸν παλιγγενεσίας audit, *Tit. 3. 5.* & nuper baptizati ἀναγεγεννημένοι, *regeniti* appellantur. *1 Petr. 1. 23.* Ex his omnibus [longo testium catalogo facile confirmandis] abunde constat, arctam affinitatem inter Baptismum Judæorum & Christianorum intercedere. Tantæ autem affinitatis causam & originem mihi non datur intelligere, nisi Christianorum Baptismus ab antiquiore Judæorum Baptismo principium duxerit, & ideo Christiani veteres æquum censuerint ut Baptismi sui ritus ad Baptismi Judaici formam & exemplar componerennt. Certe fidem meam excedit, Judæos, nominis & fidei Christianæ hostes infensissimos, Christianorum ritus æmulari voluisse.

ULTIMUM, idque palmarium, argumentum petimt e frequenti Baptismi hujus mentione in Vet. & novi Testamenti scriptis. Nam in Vet. Testamento legimus Aaronem & filios ejus solenni Baptismo Tabernaculi ministeriis initiatos, *Exod. 29. 4.* Et puella bello capta, & in Israelitæ thorum conjugalem assumenda, prævia lotione (si Judæorum Magistros audiamus) Dei populo inserebatur. Sic enim [b] *Jonathan* legem de tali puella latam explicat, *mutabit vestimentum captivitatis, -- & lavabit se, & Proselytam se faciet in domo tua*, &c. In Novo etiam Testamento ejusdem Baptismi mentionem, licet subobscure factam, reperiamus: nempe *S. Johan. 1. 25.* ubi Pharisæi a Synedrio missi sic Baptistam alloquuntur; *quid ergo baptizas, si tu non es Christus ille, neque Elias neque Propheta ille?* Quasi dixissent, "probe novimus Baptismum, " publicam Religionis alicujus tesseram esse, & tunc solum tam publice & solenniter celebran- " dum, cum homines ex Ethnicismo ad fidem cultumque meliorem sint transituri. Quum au- " tem personæ a teipso baptizatæ Dei veri fidem cultumque profiteantur, *quid baptizas* eos. & " ita tractas quasi eodem loco haberes eos, quo Gentes profanas & nondum initiatas? Si quidem " Messias esses, Elias, aut Propheta ille magnus, adeoque novam aliquam Oeconomiam aut " religionis normam introducendi potestate præditus, jure tuo prophetico uti posses, & par " esset ut populum novis tuis institutis novo baptismo initiares. Quum autem nec illi Ethnici " sint, nec Tu propheta; cur variis Gentis nostræ baptismis novum superaddis? Quibus respondet Baptista, se [non merum טבילת גרות *Baptismum Proselytismi*; sed] טבילת התשובה *Baptismum pœnitentiæ* celebrare; ut hominibus a peccato conversis, Messias jam [c] venturus aditum promptum facilemque reperiat. Neque ideo censendus est S. Baptista ritum plane novum & a Gentis usu alienum jam peregisse: nam in more fuisse dicitur, ut Gentili jam Baptismum suscepturo adstaret בעל תשובה *Præfectus mysteriorum* sive *Magister pœnitentiæ*, monitum illud frequenter ingerens. *a statu peccati revertaris.* Sed ut institutum persequar, hujus etiam Baptismi vestigia aliqua percipere licet in sermone quem Dominus cum *Nicodemo* habuit; *Johan 3.* Ubi Nicodemum alloquens, inquit, *Amen, Amen dico tibi, nisi quis regenitus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei:* h. e. nisi quis e statu Judaico per aquam Baptismi, in Evangelicum; & e statu carnali, per gratiam Spiritus, in spiritualem transeat, & sic quasi renatus factus sit, non possit in regnum Dei intrare, & Messiæ beneficia participare. Cum autem Nicodemus hæc miratus, instaret; quæritans, *quomodo possunt hæc fieri?* Respondit [d] Dominus, *Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras?* Quasi dixisset, [e] "apud Magistros vestros tri- " tum est, peregrinum quemvis, proselytum Baptismo factum, Regeneratum esse כקטן שנולד " דמי *velut infantem* [f] *recens natum*; & Messiam, cum venerit, in novam religionis normam " baptismi ritu proselytos suos admissurum: Tu vero *Magistri* locum titulumque tenens, hæc " nescis? Duobus hisce, Apostoli subjungam ad *Hebræos* testimonium, Cap. 6. 1, 2. ubi inter alia capita, *sermonem principii Christi* facientia, βαπτισμῶν διδαχὴν, *Baptismorum doctrinam* refert: ibi enim *Baptismorum* nomine, duo illi Baptismi venire videntur, quorum alter Judaismo, alter Christianismo, proprios erat & peculiaris. Ideo vero Apostolus, sub ipsa Religionis initia, Hebræos aliosque in gemini illius Baptismi naturis erudiri voluit; quod utriusque cognitio, sub nascentis præsertim Christianismi tempora, maximi momenti esset ad fidem & pietatem promovendam.

a *Act. 8. 38.* b *Paraphr.* in *Deuter. 21. 13.* c V. *Mat. 3. 3.* d *Jo. 3. 9, 10.* e V. *Seld. de Jur. Nat. & Gent.* L. 2. c. 4. p. 162. f *Jo. 1. 25.*

JAM

Jam primam pensi mei partem absolvisse videar, & satis clare docuisse, Judæos diu ante Messiæ adventum, Baptismum tanquam initiationis ceremoniam usurpasse. Id mihi proximo incumbit, ut, quantum rerum Judaicarum vetustas patitur & obscuritas, ritus hujus originem pervestigarem. Atque hic viros doctos studia in contraria scissos comperio: nam, SECT. I.

(1°.) Grotius, si sensum suum bene capio, ritum illum jam inde ab ipsius mundi renascentis exordio originem accepisse sentit. Postquam enim observasset, Proselytos olim, non circumcisione tantum, sed & ablutione, Judaismo initiatos; continuo [a] addit, *credibile est ablutionem hanc fuisse inter vetera instituta, orta, ut arbitror, post magnum diluvium in memoriam purgati mundi.* Atque huic conjecturæ suppetias affert exemplum *Jacobi* Patriarchæ, qui Ethnicos omnes secum commorantes in Ecclesiam & cultus veri professionem solenni ablutione recepisse dicitur, *Genes. 35. 2.* Hic autem a Cl. *Grotio* discedendum arbitror: cum enim homines a Deo ad cultum idolorum nundum defecissent, nil opus erat ut in Dei familiam per Baptismum transirent, aut ritu illo se Dei veri cultores profiterentur. Deinde, si pii viri Baptismum, tanquam initiationis ritum, ab ipsa rerum origine usurpassent; cum maxime credibile est Historiam sacram [quæ circumcisionis exordium memorat] aliquam ritus tam sancti & antiqui mentionem facere voluisse. Nil hic attinet de *Jacobi* exemplo loqui: nam sat liquet e textus verbis, Jacobum ritum illum non advenis tantum secum commorantibus, sed & domesticis ac necessariis suis, diu antea proculdubio initiatis, imposuisse. Nec minus apertum est *Jacobum* tum primum famulos suos se lavare jussisse, cum de sacris in *Bethele* offerendis cogitaret: nam ab ultima rerum memoria ea erat omni genti religio, ut ad sacra puri accederent, nec illotis manibus.

(2°.) Arbitrantur nonnulli, Judæos hunc Baptismum initialem, sub schismatis Samaritani exordium, Circumcisioni addidisse. Sic animum induxit vir non vulgariter doctus, [b] *Wilhelmus Schickardus*: nam de Proselytorum per Circumcisionem admissione loquens, ait, Judæos, *ad differentiam Samaritanorum addidisse Baptismum quendam, de quo Rab Alphes.* Sed nil opus est ut multum operæ impendam in hac sententia refellenda, quæ satis *Seldeni* nostri verbis reprehenditur. Postquam enim Judæorum baptismum ex instituto Mosaico manasse, probare studuisset, [c] subjungit. *Quod vero ait Schickardus, -- Judæos ad differentiam Samaritanorum Baptismum addidisse, &c. quasi Baptismus eorum -- non ex origine ante ostensa manasset, sed ex nescio qua obscura atque ad Proselytos suos ab eis qui in Samaritanorum sectam transirent discriminandos recentius inventus fuisset; fateor me nondum illud aut ea de re quidquam alibi legisse. Nec quod ex Alphesio -- affert, ejusmodi quid omnino sapit. Et sane apud Alphesium ipsum, & in Commentariis ei adjectis, compluria sunt jam ante ostensis undiquaque consona.*

(3°.) Persuasum est aliis, hunc Judæorum baptismum toties a Magistris memoratum, Christi seculo recentiorem esse, & Illius aut Apostolorum exemplo in Judæorum mores introductum; eo quod hujus baptismi vix ulla in Vet. T. vestigia reperiri possint. At & hujus Opinionis vanitatem satis evincunt [d] *Seldeni* verba: *Si res ita habuisset, proculdubio de ea non reticuissent primitivi temporis patres Christiani. —— Nec Judæos, in re adeo insigni ac publica atque in ipso initiationis ritu, mores eorum, quos tanto semper odio prosequuti sunt, imitatos esse, -- mihi omnino est verisimile.* Hujus etiam sententiæ falsitatem probant Scripturæ loca modo dicta, quibus clare constat hunc ritum apud Judæos in usu fuisse, diu antequam Christus eum in Ecclesiæ suæ sacramentum evexisset.

(4°.) Plerique baptismi Judaici originem ab instituto Mosaico petendam sentiunt: nempe, inquiunt, clarum est, solennem lotionem aut baptismum [e] Israelitis jam Legem recepturis a Deo imperatam, eosque baptismo illo, tanquam ritu fœderali, ad Legem observandam se devinxisse. Cum autem [f] Indigenæ atque Advenæ ad eosdem ritus observandos tenerentur, inde colligunt Peregrinos Judaismo nomina daturos (æque ac Israelitas olim) ad baptismum suscipiendum obligari. In hanc sententiam pedibus eunt Magistri Judæorum omnes, quos fide cœca sequuntur Auctores plerique Christiani. At satis e jam dicendis constabit, hanc etiam sententiam fulcris male firmis suffulciri, eamque Judæorum crassissimam rerum sacrarum & profanarum ignorantiam sapere.

a *Annot.* ad *Mat. 3. 6.* b Lib. de *Jur. Reg.* cap. 5. Theorem. 17. p. 127. c Lib. I. de *Synedr.* cap. 3. p. 41. d Ub supr. p. 40. e *Exod. 19. 14.* f *Num. 15. 15.*

SECT. I. CUM jam compertum sit, varias doctorum senteotias de Baptismi hujus origine a vero aberrare; Lectoris cum venia, senteotiam meam proferam, tribus hisce *Thesibus* comprehensam.

HORUM prima hujusmodi est: *Sacerdotum Baptismus, quo Tabernaculi & Altaris ministeriis initiati sunt, immediate quidem ab instituto Mosaico, mediate vero ab Ægyptiorum aut aliarum Gentium usu, manasse videatur.* Atque hæc assertio rationibus (ni me fallam) haud infirmis nititur. Harum prima petitur e verbis [a] Legis de Sacerdotibus baptismo inaugurandis latæ: *Aaronem & filios ejus appropinquare facies ad portam Tabernaculi testimonii, & lavabis eos aqua:* qoid enim de re tam minuta (ipso Baptismi loco) curaret Legislator, nisi ut circumstantia illa Sacerdotum suorum baptismis a lotione in Gentilium initiis usitata clare discerneretur? nam Gentium lotiones sacræ, non ad templi portam, sed tergum, non raro peragebantur. Moris illius vestigia in [b] Prophetæ verbis deprehendit [c] *Scaliger*; *qui purificantur & lustrantur in hortis pone* UNUM *in medio:* sic enim hunc locum explicandum censet; *Februationes & lustrationes Deo illi sive Idolo* fiebant, *quem Deum ipsi vocabant* AHAD, *id est* UNUM; *idque in medio hortorum, qui illi idolo dicati* erant *in opisthodomo templi: subintelligendum enim templum*, pone templom Ahad. Sed utut hæc res se habeat, difficile est causam vel probabilem reddere, cur Deus Sacerdotes suos ad ipsam Tabernaculi sui portam baptizari jusserit, nisi ad differentiam baptismi in honorem suum peracti, a baptismo in Gentium initiamentis usitato. Hanc rationem eo firmiorem censeo, quod omnium consensu firmatum sit, Deum legem [d] illam de animalibus ad ostium Tabernaculi mactandis tradidisse, ut animalia hoc ritu mactata ab animalibus passim in agris, & in Dæmonis honorem oblatis discriminarentur. Hæc omnia novas vires acquirunt a Ratione mea secunda, quæ ab Ægyptiorum & Æthiopum ritu in sacerdotibus initiandis usitato ducitur. Nam Ægyptios sacerdotes suos solenni baptismo consecrare solitos, nos docet [e] *Apuleius*, ipse Isidi initiandus: *Sacerdos*, ait, *stipatum me religiosa coborte deducit ad proximas balneas: & prius sueto lavacro traditum, præfatus Deum veniam, purissime circumrorans abluit.* Æthiopes etiam ritu consimili sacerdotes suos inaugurare solitos, testatur [f] *Diodorus Siculus*: nam antiquiores eorum ceremonias referens, inter alia dicit, καθαρεύειν ἅπαντας τὰς περὶ τὴν τῶν Θεῶν θεραπείαν ὄντας, ὁμοίως ἐξυρημένους, &c. *Omnes Deorum cultui & ministerio consecratos, aqua purificari debere, & capite esse abraso*, prout & Sacerdotes Ægyptiorum. Cum autem Gentes illæ Judaica multo antiquiores essent, & plerosque alios Judæorum ritus contemnere solerent aut abominari; nequaquam credibile est eas primos sacerdotum suorum baptismos a Judæorum exemplo sumere voluisse: cum præsertim *Diodorus* Æthiopes Ægyptiis antiqotores fuisse referat, & instituta sua plurima ex Ægyptiorum disciplina traduxisse.

THESIS secunda sic se habet: *nec Scriptura, nec ratione probari potest, Israelitas Ægypto nuper egressos Baptismum initiantem suscepisse, aut ritu illo fœdus nationale cum Deo ad montem* Horeb *iniisse.* Sat novi hanc Thesin, non tantum Magistris Judaicis, sed (si eos audiamus) apertis Scripturæ verbis adversari. Cæterorum loco loquatur [g] *Maimonides*: וטבילה היתה במדבר קוד׳ מתן תורה שנ׳ וקדשתם היום ומחר וכבסו שמליתם *Baptismus fuit adhibitus in Deserto ante datam Legem; quia* [h] *dicitur, & sanctificabis eos hodie & cras, & lavabunt vestes suas.* Receptum est autem apud Magistros, vestium ablutione seu baptismo hic & alibi corporis totius baptismum designari. At facile crediderim Magistros illos hic graviter errare, genuinum textus Hebræi sensum & antiquos Gentium ritus sacris officiis prævios, nescientes. Nam vox כבס in eo textu usurpata, *lavit* aut *purgavit* notat, cum *Maimonides* & Consectanei sui hunc baptismum initiantem per טבילה *immersionem* exprimant. Sed & Gentibus antiquissimis, ad Deos accessuris aut sacra peracturis, solenne erat, vestes lavare, dies aliquot Veneris expertes ducere, manos, pedes, quandoque & corpus integrum, aqua perluere; ut ritibus illis, puritatis speciem præferentibus, reverentiam Deo & religioni debitam exhiberent. Israelitis itaque Dei legem propediem accepturis, pro more seculi vestium lotio imperata est; ne minore religione ad Deum, quam Gentes ad Deos suos accedere viderentur. Gentium mores huic lotioni præcipiendæ causam dedisse, credibilios existimetur, quod quamvis Deus, si [i] præcepti sui corticem spectemus, nihil nisi præviam vestiom lotionem populo imperasset; Moses tamen hoc præceptum populo referens, id quasi de suo [k] addat, *& ne acce-*

a *Exod.* 29. 4. b *Jes.* 66. 17. c *Not.* in *Fragment.* p. 39. d *Levit.* 17. 4, 5. 6. e *Metam.* lib. 9. p. 394. f *Biblioth. Hist.* l. 3. p. 144. g *Tr. Issure Biah.* c. 13. h *Exod.* 19. 10. i *Exod.* 19. 10. k V. 15.

dite

dite ad uxores vestras: quid autem, nisi quod *Moses*, sub vestium lotione, corporis baptismum & abstinentiam a congressu conjugali contineri crederet, eo quod Gentes sacris officiis vacaturæ ritus hosce omnes conjunctum observarent? Nihilo magis ad opinionis hujus Rabbinicæ probationem valet locus ille [a] Apostoli ad Corinthios: *nolim vos ignorare, fratres, Patres nostros omnes sub nube fuisse, & omnes per mare transiisse, & omnes in Mosem baptizatos esse in nube & mari.* Nam populum in transitu illo aqua aliqua pluviali vel [b] marina perfusum, vel de fœdere aliquo ineundo edoctum fuisse, nusquam legitur. Ideoque a nonnullis temere asseritur, Israelitas aquis e nube illa stillantibus perfusos, & [illegible] illum miraculosum subeuntes, fidem suam in Mosis doctrinam professos fuisse, & ad legis suæ observationem sese astrinxisse. Multo similius est vero, transitum illum Baptismi nomen ob similitudinem & analogiam aliquam consecutum. Nam, observante [c] *Grotio*, *nubes impendebat illorum capiti: sic & aqua iis qui baptizantur. Mare circumdabat eorum latera: sic & aqua eos qui baptizantur.* Neque hic aliena sunt [d] *Tertulliani* illa; *Populus de Ægypto expeditus, vim Regis Ægypti per aquam transgressus evadit, ipsum Regem cum totis copiis aqua extinxit. Quæ figura manifestior in Baptismi sacramento? liberantur de seculo nationes, per aquam scilicet, & Diabolum dominatorem pristinum, in aqua oppressum derelinquunt.* Lucem paulo clariorem huic loco accendit [e] Cl. *Seldenus*, ad quem, pace sua, Lectorem amandamus. SECT. I.

THESIS tertia est hæc: *verisimile est Judæos Proselytorum baptismum, a vicinis gentibus, solenni ablutione cultus sui sacratioris candidatos præparare solitis, recentius accepisse:* nempe ut ea rituum affinitate Gentiles ad sua sacra allicerent, & Proselyti (quibus lucrandis impense [f] studebant) transitum suum a Gentilismo ad Judaismum eo minus gravate ferrent. Hæc sententia ratione non debili confirmetur: nam,

(1°.) CERTUM est Judæos nullum a Deo præceptum de peregrinis in Judaismum per baptismum cooptandis accepisse. Nam e sacro Codice manifestum est, Deum ad Circumcisionem, tanquam unicum insitionis ritum & communionis religiosæ conditionem, Indigenas & Advenas pariter astrictos tenuisse. Mecum sentiet proculdubio, qui animum advertet ad Legis verba, *Exod. 12. 48. Si peregrinabitur apud te peregrinus qui facere voluerit pascha Jehovæ, circumcidetur ei omnis masculus: & tum accedat ad faciendum illud, & esto sicut ipse indigena terræ.* De baptismo Judæorum initiante, Circumcisioni addendo, ne verbum extat. Judæi hic ad incitas redacti, Baptismi hujus institutionem e *Numer. 15. 15.* probare satagunt; ibi enim sic cautum est de indigenis & peregrinis, *statutum unum erit vobis & peregrino peregrinanti inter vos: sicut vos estis ita erit & peregrinus coram Domino.* At inquiunt Judæi, testatur Scriptura, *Exod. 19. 10.* totam Hebræorum gentem Baptismo initiatam & in fœdus receptam; eodem itaque ritu recipiendi & Peregrini: sed ab hac difficultate nos facile explicemus: nam cuivis ad locum illum paulisper attendenti pateat, Mosen ibi non de initiationis sed oblationis ritu loqui, & legem illam Indigenas & Peregrinos ad eosdem sacrorum ritus observandos devincire. Neque *vestium lotio*, *Exod. 19.* memorata, Judæorum causam adjuvat: nam e jam dictis nemo non videt lotionem illam eo tantum fine præceptam, ut populus Deo in montem descensuro cum decoro quodam occurreret, Eique, ritu quem seculi usus religiosum fecisset, reverentiam exhiberet. Sed hic forsan plus æquo morari videar, cum assertionis meæ veritas tam fortiter eluceat, quod *Gulielmus Parisiensis* eam per omnes traditionum Judaicarum nebulas percipere potuerit. Nam de ritibus loquens, quibus Peregrini in Judæorum fœdus & societatem cooptati censebantur, *intrant*, [g] inquit, mulieres *in pactum Abrahæ per quædam baptismata & traditiones quæ in corpore Legis non inveniuntur.* Dum itaque Proselytorum Baptismus, non a Deo institutus fuerit, sed Seniorum consilio Circumcisioni additus, & quandoque sine Circumcisione usurpatus; Judæi ritum illum ab Ægyptiis aut aliis e vicinia gentibus hausisse, non sine ratione censeantur.

(2°.) HINC etiam sententiæ nostræ firmetur fides, quod apud Gentes exteras, Æthiopes, Ægyptios, Persas, Græcos, Romanos, alios; usurpatum fuerit, ut qui mysteriis suis initiari vellent, prius toto corpore abluerentur. Æthiopes & Ægyptios hunc ritum in initiamentis habuisse, e testimoniis jam adductis intelligatur: eundem & Persas ritum in initiis observasse colligo, quod [h] primus ille ritus quod *Mithræ* religioni devovebantur, esset βαπτίζεσθαι ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις

a *1 Cor. 10. 1, 2.* b *Exod. 14. 16.* c *Annot.* in loc. d Lib. de *Baptism.* cap. 9. e Lib. 1. de *Synedr.* c. 3. p. 42. f *Mat. 23. 15.* g Lib. de *legib.* cap. 3. i Teste *Nonno* apud *Selden.* de *Success.* in *Pon. Def.* c. 26.

SECT. I. ὕδωρ πολύ, *complures dies per multum aquæ natare.* Græcos etiam non nisi sollicita purgatione præmissa, admissionem ad mysteria sua concessisse testatur [a] *Clemens*, dicens, οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν, ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν· *non immerito apud Græcos in mysteriis suis primum locum tenent* expiationes *& lustrationes*, *sicut apud Barbaros lavacra tantum.* Clementi facilius credimus, quod apud [b] *Theonem Smyrnæum* quinque occurrant ad sacra quædam mystica admissionis gradus, quorum primum Καθαρμὸν *purgationem* aut *ablutionem* vocat. Ritum eundem in Romanorum & aliarum Gentium initiis usitatum fuisse, dubitare non sinunt [c] *S. Augustini* verba; *in multis idolorum sacrilegis sacris baptizari homines perhibentur.* Plura moris hujus ubique olim vigentis testimonia, ex [d] *Hesychio*, [e] *Grotio*, [f] *Doughteio*, aliisque, petant studiosi. Cum itaque in aperto sit, solennem lotionem in Gentium pene omnium initiis locum principem habuisse; æquum est credere, ritum illum non a Judæis (odio semper aut ludibrio habitis) ad Gentes, sed ab Ægyptiis (quod sentit [g] vir doctissimus, aut aliis gentibus, ad Judæos propagatum. Nullum enim ritum, in Gentium omnium sacra receptum, novi ipse, cujus origo Judaica claris argumentis evinci potest. Claris inquam argumentis: nam hominum dictata in hac re non magni æstimo.

Hujus Argumenti nervos (ne quid dissimulem) incidere videtur *Tertullianus*, qui Gentium baptismos initiales Diabolo auctori, Dei Christique instituta studiose semper æmulanti tribuendos, eosque ritibus suis haud ita pridem adscriptos asserit. Nam de Baptismo [h] loquens, ait, *Hic quoque studia Diaboli cognoscimus res Dei æmulantis, cum & ipse baptismum in suis exerceet*, —— *Nam & sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis alicujus aut Mithræ.* Sed hoc testimonium sententiæ nostræ obstare non potest, nisi quis rei historicæ tam rudis sit, ut sibi persuadere possit, nullos *Isidis* aut *Mithræ* sacris *per lavacrum initiatos*, antequam Dominus noster Baptismum tanquam Christianismi portam instituisset. Censeo itaque nonnullos a Christi fide ad Ethnicismum deficientes, ritus aliquos e Christianorum disciplina ad profana Gentium mysteria secum traduxisse, & verbis illis *Tertulliani* causam præbuisse. Nam [i] alibi, non tantum baptismum & sacrum quoddam veluti crucis signaculum, sed cœnæ Dominicæ ritus, in sacrilegis Gentilium ceremoniis, ex odio vel ludibrio usurpatos asserit. Sed in hoc argumento plus æquo forsan morari videamur.

(3°.) Ideo Judæorum Baptismus a Gentilium quas dixi lotionibus originem traxisse putetur, quod Initiationis ritus ab eorum initiis haustus, ad usus quosdam sacros maxime accommodatus esset, & Ecclesiæ Judaicæ rationibus optime inserviret. Nam Ethnici Judaismo per novum baptismum initiati, eo ipso se veteri suo baptismo renunciare, eumque profanum atque irritum habere, significarunt. Hic ritus a Gentilismo sumptus & in Sacramentum pene evectus, plurimum valuit proculdubio ad aversos Gentilium animos Judæis & Religioni suæ conciliandos. Gentiles hujusmodi Baptismo, multo fortius quam circumcisione, ad vitam bene instituendam & veteres errores deponendos astringebantur. Nam probe norant, eos qui sacris suis initiari vellent, prius toto corpore ablutos, ut propositum innocentiæ testarentur. Ethnicos eo animo Novitios suos abluisse, e [k] *Clem. Alexandrino* discimus: πρὸ τῆς τῶν μυστηρίων παραδόσεως καθαρμούς τινας προσάγειν τοῖς μυεῖσθαι μέλλουσιν ἀξιοῦσιν· ὡς δέον τὴν ἄθεον ἀποθεμένους δόξαν, ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τρέπεσθαι παράδοσιν· *Priusquam mysteria tradunt, purificationes quasdam adhibent initiandis: hoc volentes opinionibus impiis depositis, ita demum ad rectam traditionem eundum.* Si Gentiles sola circumcisione, cujus intentionem non adeo perspectam habebant, initiati fuissent; paulo excusatius peccassent, si sub Judaismi specie mores suos Ethnicos retinuissent. Præterea, verisimile est, ritum tam facilem & Gentium omnium usu comprobatum, ad Judæorum fidem amplectendam non paucos allicere voluisse, qui forsan ab eorum sacris abhorruissent, modo sola Circumcisione ad eorum Ecclesiam aditum habituri. Sat scio Talmudicos, & Magistros in eorum verba juratos, dicere, Gentili olim non sine Circumcisione & Baptismo *in fœdus intrare* licuisse. Anquoitus autem nonnullos pleraque Proselytorum jura solo baptismo consecutos, me persuasum facit rei ipsius probabilitas, & dictum illud [l] *R. Joshua* in Talmude memorati, *qui baptizatur, at non circumciditur, ecce ille est Proselytus.*

a *Stromat.* l. 5. p. 688. 25. b In *Mathemat.* cap. 1. p. 18. c Cont. *Donatist.* l. 6. c. 25. col. 176. Tom. 9. d In voc. ὑδρανόν e In *S. Mat.* 28. ver. 19. f *Analect. sacr.* P. 2. *Excurs.* 84. g *Marsham. Chron. Can.* p. 193. h Lib. de *Bapt.* cap. 5. i *Signat illic in frontibus milites suos* Diabolus: celebrat & panis oblationem, &c. Lib. de *Præscript. Hæret.* c. 40. k *Strom.* L. 6. p. 845. l V. *Lightfoot. Hor. Hebr.* in *S. Mat.* 3. 6.

(4°.) Sen-

(4°.) SENTENTIA nostra de Baptismi hujus origine probabilior habeatur, quod [a] ποτήριον εὐλογίας Cœnæ paschali additum a Gentium moribus exordium sumpsisse videatur. Nam agnus in Paschate institutionis divinæ fuit, & sic quidem panis: at unde בוכ הברכה (uti vocabatur) *poculum benedictionis*; tanta cum religione consecratum haustumque, nisi a Græcorum moribus? Quamvis enim Græci convivantes poculis frequentibus sese invitarent, erat tamen unum [ποτήριον ἀγαθοῦ δαίμονος dictum] *pro sacro habitum*, quod *eo tempore bibebatur* [b] *quo mensæ tollebantur*. Ad hoc poculum allusum est forsan verbis [c] illis Apostoli, *non potestis poculum Domini bibere*, καὶ ποτήριον τῶν δαιμονίων. Et quamvis in cœna Paschali poculum sæpius circumferebatur, erat tamen unum cæteris [d] sacratius, quod sub finem Cœnæ suæ bibebant Judæi. quod & Christus in poculum [e] Eucharisticum & novi fœderis signum evehebat. Cum itaque ritus origine Ethnicus uni Sacramentorum Judaicorum [Paschati nimirum] adderetur; haud absurdum est opinari, Baptismum, [Sacramento alteri, nempe Circumcisioni, additum] e Gentilium initiis originem petiisse. SECT. II.

CORONIDIS loco observare juvat, Christum in Sacramentis suis instituendis ritus e Gentilismo petitos [Baptismum nempe & Poculum paschale] præcipuo honore affecisse. Nam Judæorum Circumcisione & Cœna Paschali repudiatis, Baptismum & Poculum sacrum, iis annexa & e Gentium ritibus ascita, in Novi sui fœderis signa promovit & sacramenta: atque hac ratione Gentilium conversioni studuisse, & eorum in Ecclesiam suam receptione quasi præluisse, censeatur.

S E C T. II.

De Purificatione ad expiationem.

DEUM peccati vindicem omnes homines, Naturæ quodam instinctu, timere docentur. Hinc factum est, quod, sceleris alicujus conscii, tam varios Deum placandi & peccata expiandi modos excogitarunt. Inter alios, operosam & solennem corporis ablutionem in mores induxerunt, eamque ad Numinis iram extinguendam & peccati reatum tollendum valere somniarunt.

JUDÆOS antiquiores errorem tam crassum imbibisse, satis e Veterum testimoniis intelligatur. Refert [f] *Epiphanius*, Hemerobaptistas (qui gentis Judaicæ pars magna fuerunt) pro certo statuisse, ἄλλως πῶς μὴ εἶναι ζῆν ἄνθρωπον, εἰ μή τι ἄρα καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτίζοιτό τις ἐν ὕδατι, ἀπολουόμενός τε καὶ ἁγνιζόμενος ἀπὸ πάσης αἰτίας· *vivere aliter hominem non posse, nisi aquis quotidie abluatur, atque ea ratione ab omni crimine purgatus evadat & expiatus.* Ab iis nonnullos, erroris ejusdem fermento vitiatos, suo etiam tempore propagatos asserit, [οἱ] μὲν ἐλούοντο, inquit, οὐχ ὑπὲρ πλύσεως σώματος, ἀλλὰ ἕνεκεν ἁμαρτημάτων, *qui non corporis curandi sed sceleris expiandi causa lavabantur.* Errorem illum *Ebionæi* [Hæretici a Judæis oriundi] a patribus suis traducem acceperunt: nam, eodem [g] *Epiphanio* auctore, cum lascivia & quovis scelerum genere polluti essent, εἰς πεισμονὴν τῆς ἑαυτῶν πληροφορίας, τῷ ὕδατι ἀφειδῶς χρῶνται, ἵνα δῆθεν ἑαυτοὺς ἀπατήσωσι, διὰ βαπτισμῶν ἔχειν τὴν κάθαρσιν νομίζοντες· *quo sibi certam spem & fiduciam concilient, aqua largius utuntur, ut seipsos decipiant, repetitis hisce lavationibus existimantes, se purgationem a peccatis acquisituros.* Eadem fide Judæos imbutos fuisse, eamque alte retinuisse, probant [h] *Petri Blesensis* verba, *crediderunt etiam Judæi, & adhuc credunt sibi per aquam frigidam peccata dimitti: unde & ipsi solent in multis baptismatibus exerceri.* Huic errori evellendo manus admovisse dicitur *Johannes Baptista*: cum enim Judæi ad Baptismum ejus catervatim accederent, docuisse [i] fertur οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν (τῷ Θεῷ) φανεῖσθαι μὴ ἐπί τινων ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης· *tum demum baptismum Deo acceptum fore, cum eo non ad peccatorum quorundam* (quibus indulgere adhuc vellent) expiationem & excusationem *uterentur, sed ut ad corporis munditiem, mentis quoque justitia expurgata puritatem adderent.* Idem pene de Baptista literis consignavit *Josephus, Antiq.* l. 18. c. 6. sed error ille nimis altas radices egerat, quam ut Baptistæ solius manibus evelli posset: Apostolus itaque ad Hebræos scribens, multis contendit argumentis, baptismos quos tanti habebant, omni ad conscientiam aut animam purgandi virtute destitutos: nempe quod eorum animi

a 1 *Cor.* 10. 16. b V. *Grot.* ad *S. Mat.* c. 26. 26. c 1 *Cor.* 10. 21. d *Luc.* 22. 20. e 1 *Cor.* 11. 25. f Lib. 1. Adv. *Hæres.* 17. p. 37. g Ibid. p. 145. h Cont. *perfid. Judæor.* c. 26. i *Euseb. Hist. Eccl.* l. 1. c. 11.

SECT. II. *ἐμπιστευμοῖς* illis, tanquam spei suæ anchoris, affigerentur. Et diu postea *Justinus* cum *Tryphone* [1] disputans probavit, *τὸ μόνον βάπτισμα καθαρίσαι δυνάμενον*, *solum baptisma quod purgare potest*, *esse μετάνοιαν καὶ γνῶσιν τοῦ Θεοῦ*, *pœnitentiam & cognitionem Dei:* eo quod Judæus ille, pro more Majorum, religionis totius proram & puppim in sacrificiis & baptismis externis collocaret.

JUDÆOS autem sententiam hanc de peccatis frequenti baptismo dimittendis, a Gentibus hausisse, non levibus inductus argumentis arbitror. Nam,

(1°.) COMPERTISSIMUM est Scripturam sacram virtutem illam expiatricem aquæ lustrali nusquam tribuisse. Lex equidem immunditiem ritualem, qua Judæi a piorum cœtu & sacrorum communione arcebantur, corporis & vestis lotione abluendam docuit: de macula vero ipsi animæ adhærente solo baptismo eluenda ne verbum reperiamus. Imo vero Deus sententiam tam crassam & mente omni vacuam reprehendere videtur, [a] Prophetæ verbis, *quoniam si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi saponem, signata est iniquitas tua coram me.* Cum itaque cuivis apertum sit, Judæos opinionem illam de peccato lotionibus expiando e Lege aut Prophetis haurire minime potuisse; unde nisi a Gentilibus, qui in cogitationibus suis de Deo & sacris *ἐματαιώθησαν*, eam accipere potuissent?

(2°.) HÆC opinio a Gentilibus ad Judæos emanasse putetur, quod Gentiles eam aperta fronte docuisse, & inter ipsos fidei suæ articulos posuisse videantur. Nam eo stuporis deventum erat, quod si quis homicidio, perjurio, aut alio quovis scelere, seipsum alligasset, aquis lustralibus a sceleris illius reatu solutus exire credebatur. Ethnicos homicidium lotionibus expiari credidisse dicit [b] *Tertullianus: penes Veteres*, inquit ille, *quisquis homicidio se infecerat, purgatrice aqua se expiabat:* & fidejussorem habet *Virgilium*, cum ait, *Æn. 9. v. 818.*

Et letum sociis abluta cade remisit.

Eos etiam perjuria baptismis expiata censuisse; docent *Ovidii* de perfido mercatore verba, *Fastor 5. v. 679.*

Spargit & ipse suos lauro rorante capillos:
Et peragit solita fallere voce preces:
Ablue præteriti perjuria temporis, inquit:
Ablue præterita perfida verba fide.

Opinionis hujus ridicula vestigia apud Turcas etiamnum remanent: nam [c] *Gabriel Sionita* de eorum purificationibus & baptismis agens, *has lotiones quotidianas* inquit, *ad leviora delenda peccata fieri autumant, pro gravioribus emundandis, balneis utuntur; ac lotione totius corporis ad crimina delenda opus esse nugantur.* E Judæis interim plerique (ut cum ratione aliqua insanirent) peccata tantum leviora Baptismis, ut graviora sacrificiis, expiari credidere. Adeo ut hæc opinio inter Gentiles quidem nata, ad Judæos autem non nisi emendata, & illius veneno paululum correcto, venisse censeatur.

(3°.) ANTIQUI primam tam crassi dogmatis originem non ad Judæos, sed Græcos, aut idololatras Orientales referebant. *Ovidius* illius natales Græciæ tribuit, *Fastor.* lib. 2. v. 37. ubi hæc habet,

Gracia principium moris dedit: illa nocentes
Impia lustrates ponere facta putat.
Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
Cade per Hamonias solvit Acastus aquas.

Inde autem *Ovidius* opinionis hujusce ansam accepisse videtur, quod Græci ad cædes & alia scelera purganda *καθαρμοὶ*, i. e. lotiones suas frequentius adhiberent, easque pluris quam cæteræ gentes æstimarent. Hoc satis e *Pausania*, *Diodoro* & *Plutarcho* constat, & clarius constaret si *Empedoclis* liber *περὶ καθαρμῶν*, & *Pythagora* scripta de eodem argumento superessent. Utcunque, veritatem hac in re *Ovidium* fugisse, mihi facile persuadeo: nam *καθαρμοὺς* ad cædes expiandas usitatos, *Orphei* ætate primum institutos nos docet marmor antiquum a [d] *Seldeno* illustratum: adeo ut omnino credibile sit *Orpheum* eos ex Oriente in Græciam attulisse. Æquum est itaque

a *Jerem.* 2. 22. b Lib. de *Baptism.* c. 5. c De *Orient. urb.* & *morib.* c. 15. d *Marmor. Arundel.*
1 Pag. 163.

ut

ut Judæi, æque ac Græci, doctrinam de expiatione Baptismo peragenda a Gentibus orientalibus accepisse censeantur; cum præsertim extra dubium sit, doctrinam illam primam, inter Orientales, Judæis vicinos, fidem invenisse, eosque opinionibus suis plerisque aliis Judæorum animos infecisse. SECT. III.

(4°.) IPSA dogmatis hujus absurditas & aperta vanitas argumento est, illud non e fonte Israelis sed Gentium lacunis (sub prima forsan ineuntis Pharisæismi tempora) profluxisse. Dogma profecto tam crassum est, quod Patres illud non tam refutare solent quam reprehendere. a *Epiphanius*, Judæos aliquos hoc errore ductos memorans, οἱ ὅλως, inquit, *ἐκ ἀπέχονται τοῦ ἁμαρτάνειν, νομίζοντες ὅτι τὸ ὕδωρ καθαρίσει τοὺς ἐνδελεχῶς καθ' ἑκάστην ἁμαρτάνοντας, μάταιος αὐτῶν ἡ ὑπόνοια, καὶ τὸ ἐπιτήδευμα φαῦλον καὶ ἔωλον· quod si peccare omnino non desinunt, existimantque se, cum perpetuo ac diebus singulis peccent, expiari aqua posse, vehementer aberrant; nec est eorum instituto vanius aut absurdius quicquam.* Sed quid ego *Epiphanium* memoro, cum ipse *Ovidius* sententiæ tam absurdæ patronos ludibrio habeat, dicens, *Fast.* 2. v. 45.

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua!

Et *Catullus*, *Gellium* perstringens, qui matrem, sororem, patrui uxorem, pluresque cognatas puellas, libidine prodigiosissima polluisset, inquit, *Carm.* 89. in *Gellium*:

Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Thetis,
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

Cum itaque dogmatis hujus absurditas vel Ethnicis paulo nasutioribus suboleret, vix credi potest Judæos, Dei legibus edoctos, illud omnium primos excogitasse. Satius opinari Judæos, Chaldæorum, Græcorum, & Romanorum armis fractos, in eorum dogmata & mores nimis concessisse, adeoque hoc, inter alia, serviliter aut oscitanter ab iis accepisse.

SECT. III.

De Purificationibus ad sanctitatem vel regenerationem.

JUDÆI solenni ablutione ad sanctitatem acquirendam, & animam non tantum a reatu sed & pollutione peccati liberandam utebantur. Credebant scilicet animam, non tantum nativa quadam immunditate ab affectibus ἀλόγοις oriunda laborare, sed novas quotidie maculas a rebus externis haurire, aquæ lustralis usu frequenti eluendas. Judæos antiquos ita censuisse, colligere licet e verbis b *Maimonidis*, de Sapientibus Talmudicis ista referentis; *Ita dixerunt de pollutionibus & purificationibus*, הן הן גופי תורה *hæ, hæ sunt substantialia Legis. Et qui aliter fieri potest*, inquit, *cum sint illa scala ad Spiritum sanctum? Sicut dixerunt*, טהרה מביאה לידי קדושה *purificatio perducit ad sanctitatem.* Hanc sententiam, Talmudici, Majorum auctoritate firmati, tuebantur: nam c *Josephus*, *Bani* (Pharisæi cujusdam Eremitæ) morem referens, narrat eum solitum fuisse; ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις [λουόμενον] πρὸς ἁγνείαν, *nocte dieque aqua frigida, ad puritatem acquirendam, se frequenter lavare.* Superstitionem illam a Judæis (ni fallor) hausit *Mohammedes*, & in Legem suam transtulit: unde factum, quod illius Sectatores lacus & balneas ὕδατι χύσει frequentent, nec inde sese proripiant, priusquam sibiipsis satis puri videntur. Prout autem Mohammedes & gregales sui ritum illum a Judæis, sic & illi a Græcis aut Magistris quibusdam doctrinæ Pythagoricæ studiosis, mutuati videantur. Nam,

(1°.) PYTHAGORAS d docuisse fertur, homines Deum colere debere, λευχειμονοῦντας καὶ ἁγνεύοντας, *alba veste indutos & puritati operam dantes*: τὴν δὲ ἁγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν καὶ λουτρῶν καὶ περιρραντηρίων, *puritatem autem lustrationibus, & balneis & aspersionibus comparandam.* Quidni itaque Judæi doctrinam illam a Pythagoreis hausisse credantur, cum in propatulo sit eos multa dogmata (de fato, de animarum transmigratione & præexistentia, de Angelorum cultu, aliisque ex inani Græcorum philo-

a *Adv. Hæref.* L. I. p. 37. b *Præfat.* in *Seder. Taharoth.* c *Jos. Vit.* p. 905. 10. d D. *Laert.* in *Pythagor.* p. 222.

SECT. IV. ſophia, ſub ſeneſcentis Judaiſmi tempora derivaſſe? Deinde, ſatis e Gentilium ſcriptis, quæ ſub prima Chriſtianiſmi tempora in orbem prodierunt, intelligi datur, doctrinam de maculis animæ inuſtis ablutione tollendis plurimum tunc temporis invaluiſſe; & puritatis internæ Magiſtros, *καθαρμοὺς* ſeu luſtrationes, tanquam præcipua puritatis illius acquirendæ media, Diſcipulis ſuis commendaſſe. Eſt itaque longe credibilius, doctrinam illam a Philoſophis ad Judæos, quam a Judæis ad Philoſophos, profluxiſſe.

(2°.) JUDÆORUM purificatio ad Sanctitatem a Gentilibus accepta putetur, quod pateat eam a principio & radice mere gentilitia pullulaſſe. Nam Gentes antiquæ corporis & animæ pollutionem aut purgationem tam arcte conjunctam crediderunt, ut ſiquis corpus uſu vel cibo ſordido polluiſſet, ipſa anima immunditiem contraheret aquis abluendam: & ſiquis animam cæde vel ſtupro contaminaſſet, & in flumine vivo manus aut corpus abluiſſet, ipſe continuo purus efficeretur. Hinc factum quod Ethnici, perjurii, ſtupri, vel cædis rei, frequentibus ablutionibus ſeſe exercerent; quod ſcil. corporibus ablutis animas etiam purgatas exiſtimarent. Huic dogmati paſſim obtinenti, illud [a] *Epicharmi* dictum e diametro opponebatur, *καθαρὸν τὸν νοῦν ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ· mundam ſi mentem habeas, es mundus toto corpore:* cum gentes e diverſo, mundum ſi corpus haberent, ſe mundos mente crederent. Eadem opinio per animos Judæorum pene omnium antiquitus pervaſiſſe videtur: eos enim corpus re aliqua in impuris habita contaminatum, animæ maculam imprimere crediſſe, e baptiſmis ſuis millies repetitis, e ſermone Domini cum Judæis & diſcipulis ſuis habito, *Mat. 15.* & hydriis [b] illis amplioribus in quavis pene domo *κατὰ καθαρισμὸν* collocatis, abunde cognoſcatur. Eos etiam exiſtimaſſe corporis ablutionem ipſi animæ puritatem conciliare, intelligere licet e [c] *Maimonidis* teſtimonio; *puritas corporis inducit in Sanctitatem animæ ab affectibus malis: ſanctitas animæ in ſimilitudinem Dei.* Horum omnium fidem paulo firmiorem faciunt [d] *Joſephi* verba: *μετὰ μὲν νόμιμον συνουσίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀπολούσασθαι κελεύει ὁ νόμος· ψυχῆς τε γὰρ καὶ σώματος ἐγγίνεται μολυσμός,* &c. *Poſt commixtionem etiam legitimam viri & fœminæ, lavatio Lege imperata eſt. Nam inde facta eſt animæ ſimul & corporis contaminatio. Corporibus enim malum patitur anima. Dumque hoc fit, aquam purificationis cauſa talibus imperavit.* Satis e jam dictis intellectum arbitror, frequentes Judæorum ad ſanctitatem comparandam ablutiones e dogmate inter ipſos recepto & merum Gentiliſmum redolente promanaſſe: æquum eſt itaque ut exiſtimemus, Judæos ipſas illas ablutiones; cum dogmate illo conjunctiſſimas, a Gentilibus accepiſſe.

(3°.) PURIFICATIO ad animæ delicta vel maculas eluendas, tam abſurda erat & ab animæ natura aliena, quod ipſa ritus *ἀλογία* originem ejus Ethnicam ſatis prodere cenſeatur. Nam *delicta*, quod ait [e] *Tertullianus*, *non in carne comparent, quia nemo ſuper cutem portat maculam idololatriæ, aut ſtupri, aut fraudis: Ejuſmodi delicta in ſpiritu ſordent, qui eſt auctor delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur.* Nemo itaque, niſi mediis Ethniciſmi tenebris innutritus, ſomniare potuit, cutis ablutionem maculas animo conceptas tollere potuiſſe. Certe nonnulli e ſagacioribus *Pythagoræ* diſcipulis minime ferent, ut eorum Magiſter doctrinæ tam craſſæ & ineptæ patronos habeatur. Novum itaque ſenſum verbis ſuis affigere ſolent: dicunt enim *Pythagoram* docuiſſe, *καθαρμάτων* non *φυσικῶς* & *ex opere* (uti loquuntur) *operato*, ſed *συμβολικῶς* & per modum typi & monimenti, puritatem internam producere. Atque huic interpretationi conſentit [f] *Porphyrius*, Pythagoræ verbis addictiſſimus: cum enim ei de purificatione ſermo eſſet, addit, *οὕτως (φασὶ) τὴν ἁγνείαν φυλακὴν πρὸς εὐλάβειαν, οἷον σύμβολον ἢ σφραγῖδα θεῖον,* &c. *purificationem* aiunt *eſſe pietatis præſidium, & quaſi ſymbolum aut ſigillum divinum, quo quis ab iis quibus pollui poſſet, tutus conſiſtat.* Multo conſultius loquitur [g] *Juſtinus Martyr*: nam Judæorum opinionem de purificationibus ſuis conceptam arguens, *λουτρὸν τῆς μετανοίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ* appellat *βάπτισμα τὸ μόνον καθαρίσαι τοὺς μετανοήσαντας δυνάμενον, unicum baptiſmum qui pœnitentes purgare poteſt.* Et ſtatim ſubjungit: *τί γὰρ ὄφελος ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος, ὃ τὴν σάρκα καὶ μόνον τὸ σῶμα φαιδρύνει; βαπτίσθητε τὴν ψυχὴν ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἀπὸ πλεονεξίας* &c. *quod enim commodum eſt baptiſmatis, quod carnem & corpus ſolummodo nitidius efficit? Abluite animam ab ira, ab avaritia, ab invidia, ab odio: & ecce corpus mundum fuerit.*

a Ap. *Clem. Alex. Strom.* l. 7. p. 844. 30. b *S. Johan.* 2. 6. c Ub. Supr. d Cont. *Apion.* l. 2. p. 1381. 10. e Lib. de *Baptiſ.* c. 4. f De *Abſtin.* l. 2. ſect. 44. g *Dialog.* cum *Tryph.* p. 163.

(4°.)

(4°.) CERTUM est Legem Mosaicam huic ritui, vel dogmati cui innititur, ansam omnino nullam præbuisse. Si quidem tactus rei legaliter impuræ quempiam immundum & sacris participandis inidoneum reddidisset, Deus aquam lustralem instituit, quæ (ut phrasi utar [a] Apostolica) *ad carnis emundationem sanctificaret:* Deum autem lavacri usum ad animam mundandam præcepisse, nusquam legitur. Quamvis itaque Christus instituta Legis observaret, constat Eum lotiones ὁσίας χάριν usurpatas insuper habuisse, & mensæ manibus illotis accubuisse; ut ostenderet eas nihil ad morum sanctitatem conferre, nec originem suam a cœlo ducere. Cum itaque facile appareat, Judæorum lotiones ad animæ puritatem acquirendam institutas e Dei legibus minime promanasse; suadet ratio ut eas e Gentium dogmatis, sub Maccabæorum tempora nimis invalescentibus, effluxisse censeamus. SECT. IV.

(5°.) HÆC sententia probabilior habeatur, quod Judæorum baptismi ad pœnitentiam & vitæ purioris propositum indicandum usitati, de Gentium moribus translati videantur. Judæorum pœnitentes vitæ purioris propositum, totius corporis immersione, significasse, ea [b] Auctore *Reshith Cochma* discimus, ubi inquit צריך לטהר עצמו בטבילה וגו׳ *oportet pœnitentem purgare se lavacro, & postmodum sanctificare se jejuniis.* Judæos etiam Veteres in pœnitentiæ signum baptismos usurpasse testatur [c] *Herbanus* Judæus his verbis: Νόμος ἔκειτο ἵνα ὁ ἁμαρτάνων ἐπί τινι πράγματι, καὶ βουληθεὶς μεταμεληθῆναι, λέγοι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἀφορίζηται, τοῦ εἰς τὸν ναὸν εἰσιέναι· καὶ πληρωθέντος τοῦ ὅρου ἀπολουόμενος, κατὰ ψυχὴν λυτρωθεὶς, &c. *Lex lata erat, ut qui in re aliqua peccat, & vult resipiscere, dicat sacerdotibus, & ob lapsum a templi ingressu separatur: impleto vero termino* [d] *ablutus & animo expiatus, templum intrepide ingrediens sua sacra peragit.* Hæc autem Hebræis טבילת התשובה *Baptismus pœnitentiæ*, Hellenistis autem *Baptismus regenerationis* vel *renovationis* appellata est: ut titulo illo peculiari a plurimis aliis Judæorum ablutionibus discerneretur. Nec Judæi tantum, sed & Gentiles, lotiones frequentes instituerunt, ut purioris vitæ studium indicarent, & mores veteres se una cum corporis sordibus deposuisse testarentur. Nam apud Veteres Ægyptios *aqua & ignis* puritatis hieroglyphica habebantur, iisque in lustrationibus & initiamentis frequenter utebantur. Refert etiam [e] *Clem. Alexandrinus*, apud alias gentes usitatum fuisse, ut qui initiari vellent, prius toto corpore abluerentur; eo ritu procul dubio novæ cujusdam vitæ propositum animo conceptum indicantes. Huc spectare videtur nota [1] *Tertulliani* verba: *Certe ludis Apollinaribus & Eleusiniis tinguntur: idque se in regenerationem & impunitatem perjuriorum suorum agere præsumunt.* Cum autem apertum sit Deum quotidianos Hebræorum baptismos, ad pœnitentiam & vitæ purioris studium indicandum usurpatos, nullibi præcepisse; nil vetat credere Judæos, aliarum Gentium exempla secutos, pœnitentes & vitæ purioris professores abluisse. Si itaque Judæorum ablutiones puritatis testandæ gratia celebratæ, e Gentilium ritibus haustæ putentur; consentaneum est, ut baptismi ad sanctitatem acquirendam usurpati, a Gentibus etiam petiti censeantur.

SECT. IV.

De Lotionibus ad purgationem.

APUD Judæos & Gentiles, καθαρμὰς & περιῤῥαντισμὰς [purgationes & aquæ lustralis aspersiones] *ad innocentiam acquirendam* institutos fuisse, satis extra dubium posuisse videar. Probandum est proximo, Gentem utramque lotiones *ad innocentiam testandam* frequenter usurpasse, & lotiones illas purgatorias ab antiqua Gentium consuetudine ad Judæos devenisse.

QUOD antiquiores Hebræi lotiones ad crimina purganda frequenter usurparent, satis magno argumento esse debet [f] Psalmistæ dictum: *lavabo manus meas inter innocentes, & sic circuibo altare tuum, Domine:* quam *Vulgati* lectionem firmant LXX, qui בנקיון ἐν ἀθῴοις transferunt: iis autem verbis allusum est ad Hebræorum morem, qui sacris operam daturi lavabant manus, ut ritu illo loquaci se puros a scelere testarentur. Interpretationi meæ auctoritatem conciliat [g] *Philonis* testimonium: nam de victima loquens, inquit, ἀπονιψάμενος ὁ προσάγων, τὰς χεῖρας ἀνα-

a *Hebr.* 9. 13. b Ap. *Selden.* de *success.* c. 26. c *Disp.* cum *Gregent.* p. 234. d *Ita reddi debet*, *non* absolutus, *ut in Nic. Gulonis versione effertur.* e Ubi supr. f *Psal.* 26. 6. g Lib. de *Victim.* p. 838. C.

1 De *Baptism.* c. 5.

SECT. IV. φερέτω τῇ τοῦ ἱερείου κεφαλῇ· *hanc qui offert, ablutas manus illius capiti imponat.* Hujus autem ritus intellectum obscuriorem sic nobis statim interpretatur: *Quod manus abluta capiti victima imponuntur, evidens indicium est innocentia,* καὶ βίου μηδὲν ἐπιφερομένου τῶν εἰς κατηγορίαν, ἀλλὰ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις καὶ θεσμοῖς συνᾴδοντος, *& vita nulli accusationi obnoxia, sed natura legibus & oraculis divinis consonantis. Postulat enim Deus a sacrificante, primo mentem bonam, sanctam, & in pietate exercitam: deinde vitam benefactis ornatam, ut dum manus imponit, possit libera conscientia dicere: manus ha nec muneribus corrupta, nec innocenti sanguine polluta sunt; noxam, injuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi prabuerunt ministerium,* &c. Sed a *Philone* (qui nos paulo diutius detinuit) ad [1] *Aristeam*, moris hujus Judaici testem locupletem, transeamus: Refert enim Auctor ille vetustissimus, Septuaginta Seniores, qui libris sacris vertendis operam impenderunt, priusquam ad lectionem se accingerent, manus lavare solitos. Cum autem nonnulli moris hujusce causam requisivissent, διεσάφουν, ait ille, ὅτι μαρτύριόν ἐστι τοῦ μηδὲν εἰργάσθαι κακόν· *Declarabant hoc signum esse, se nil mali* prudentes *admisisse.* Multis autem argumentis colligo, lotionis hujusce causam & originem ex antiquis Gentium moribus arcessendam: nam,

(1°.) SATIS e Lege constat, hunc lavandi ritum ad innocentiam testandam, diu ante Mosis ætatem inter gentes usitatum. Nam [a] Lege curatum est, ut homicidio in agris commisso, maxime vicini convenientes, manus supra occisum lavarent, & se manus ab ea cæde puras habere proclamarent, eamque nec fecisse se, nec dum fieret interfuisse. At vero, nisi seculi consuetudo ritum illum populo probe notum & familiarem reddidisset, vix credibile est Deum præcipere voluisse, ut homicidii suspicionem manuum lotione a seipsis amolirentur. Æquum erat ut rudis ille populus, ritu quem Gentium usus familiarem & pene sacrum fecisset, a tanti sceleris suspicione seipsos liberarent.

(2°.) HIC ritus vitam integram scelerisque puram, luculenter & temporum antiquorum simplicitati congruenter admodum exprimere videtur. Nam puritatem aquæ elemento designare, adeo naturale est, quod, Auctore [b] *Philone*, λουτρὰ σύμβολον ἀνυπαιτίου ζωῆς, *lavacrum symbolum vita inculpata*, ab antiquis haberetur. Nec minus obvium est naturale, vitam criminis expertem manuum lotione & puritate significare, cum manus instrumenta sint animæ quarum ministerio mala pleraque operatur. Hinc scriptura sacra, quæ accommodate ad ævi prisci simplicitatem loqui solet, vitæ innocentiam per *manuum lotionem* & puritatem exprimit: *Psal 73. 13. Frustra mundavi cor meum,* καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀθῴοις, *& lavi inter innocentes manus meas:* Et *Psal. 18. 24. Reddidit mihi juxta justitiam meam,* כבר ידי *juxta puritatem manuum mearum* &c. pro quo habetur, *2 Sam. 22. 25.* כברי *juxta puritatem meam.* Cum itaque nihil huic ritui insit, quod artem aut ingenium sapit, nihil nisi quod temporum antiquiorum simplicitati convenit; suadet ratio, ut originem a Gentium antiquiorum ruditate traxisse censeatur.

(3°.) QUANTUM e veteris historiæ reliquiis conjicere licet; Gentes pleræque olim innocentiam suam solenni manuum lotione testabantur. Nam e veterum testimoniis passim obviis abunde constet, Gentes plerasque sacris officiis perfuncturas, ὁσίους χεῖρας, *sanctas*, i. e. ablutas, *manus* semper attulisse. Eas autem ritum illum in testificationem innocentiæ tam solenniter observasse, e collatis *Livii* & *Lampridii* testimoniis elucescat. Nam apud [c] *Livium* Lucius Atilius pro indubitato sumit, *omnem præfationem sacrorum eos quibus non sunt pura manus, sacris arcere:* Et [d] *Lampridius* hanc præmonitionem in *Eleusiniis* solennem refert, *nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem novit.* Sed ritus hujus usum & scopum magis in aperto ponit disertum [e] *Porphyrii* testimonium: ὅταν μὲν τοῖς τὰ Λεοντικὰ μυουμένοις, εἰς τὰς χεῖρας ἀνθ' ὕδατος μέλι νίψασθαι ἐγχέωσι, καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας παραγγέλλουσιν ἀπὸ παντὸς λυπηροῦ καὶ βλαπτικοῦ καὶ μυσαροῦ· *dum iis qui Leonticis sacris initiantur, aquæ loco mel manibus lavandis affundunt;* ritu illo *annunciant eos manus ab omni tristi noxioque scelere puras habere*, vel *habere* debere. Multo autem similius est vero, Judæos a multis Gentibus, quam Gentes multas & dissitas a Judæis, morem illum accepisse.

(4°. ARGUMENTUM ultimum e [f] *Pilati* exemplo petitur, qui manuum lotione con-

a *Deut.* 21. 6, 7. b L. 3. de *Vit. Mos.* p. 674. A c *Decad* 5. l. 5. Cap. 5. d In *Alexand. Sever.* p. 908. e De *Antr. Nymphar.* p. 260. f S. *Mat.* 27. 24.

1 Vid. pag. 913.

dem-

demnatæ innocentiæ crimen a se removit in furiosæ plebis capita. Hic ab interpretibus anxie quæritur, an lotio manuum a *Pilato* usurpata, ex antiqua Gentium consuetudine sit orta, vel Judæorum. Contendit *Baronius*, Pilatum e Judæorum ceremoniis exemplum esse mutuatum, & ad sententiam firmandam illum e [a] *Deuteronomio* locum affert. *Sed mihi valde mirum videtur*, inquit [b] Casaubonus, *Pilatum hominem Romanum, instituto Judaico eo potissimum tempore usum esse, quo videbat se a sceleratissimis Pontificibus, Sacerdotibus, & furente populo Judaico, ad scelus patrandum adigi, quod ipse horrebat.* Aliis itaque visum est, Pilatum hic ritu Romano se a sanguinis innoxii reatu liberasse: at neque hæc opinio viritati consona videtur, cum *Origenes in Matthæum præcise neget sale quid apud Romanos fuisse factitatum.* *Casaubonus* itaque Pilatum hoc e more Gentibus omnibus communi fecisse [c] sentit: nam [1] *Veteribus*, inquit, *in more positum erat, ut sensa animi non verbis solum, sed etiam factis declararent:* cujus rei *exemplum illustre* habetur *Act. 21. 11. in Agabo manus & pedes sibi vinciente.* At, si verum amamus, neque hinc facti illius ratio arcessenda est: quamvis enim Prophetæ, Philosophi, & Sacerdotes antiqui, animi sensa signis & symbolis obscurioribus quandoque declararent, hoc a Judice factum vel Magistratu (qualis erat *Pilatus*) vix unquam legimus. Ut hæc incommoda vitet *Heinsius*, asserit Pilatum, non ad innocentiam testandam sed acquirendam, manus abluisse. Nempe, [d] inquit, *Pilatus, cum piaculo, ex iis quæ tum agebantur, teneri se videret, ductus pœnitentia*, hac *ablutione* tanquam piaculari, *usus est: quod ἀπονίζεσθαι Græci dicunt.* At si contextus diligenter expendatur, facile appareat Pilatum manus abluisse, non ut scelus (quod nondum patrasset) expiaret; sed ut manus suas a scelere jam perpetrando puras ostenderet, & illius reatum in Judæos integrum rejiceret. Dum enim manus coram populo lavaret, sic animi simul & facti ejus intentionem explicat, *liber sum a sanguine hujus justi, vos ipsi videritis:* h. e. "Hunc hominem criminis immunem judico, & ut sanguinis innoxii reatus manibus meis adhæreat, non sinam, non patiar: si pereat, vestra culpa pereat. Cui populus quasi meticulosum Pilati animum exprobrans, respondisse dicitur, *sanguis ejus sit super nos & filios nostros:* q. d. conditionem accipimus, & sanguinis sui reatus, si quis sit, a te, in nos & posteros nostros transferatur. Sed in re tam clara quid moror? Cum itaque Pilatus hoc ritu usus sit, ut innocentiam suam & animum a cæde quæ jam parabatur abhorrentem testaretur; cum etiam e dictis pateat, Pilatum lotionis hujus exemplum, non e Judæorum aut Romanorum ceremoniis mutuatum fuisse; consentaneum est, ut ritus ille nullius gentis proprius habeatur, sed Pilatus more Gentibus communi manus ad innocentiam testandam tam solenniter abluisse censeatur. CAP. XIV.

ALIIS argumentis evinci posset, manuum lotionem, ad crimen purgandum inter Judæos usitatam, ex antiqua Gentium consuetudine oriundam: sed de hac ceremonia, utpote ab instituto præsenti nonnihil sejuncta, satis, fortasse nimium, disseruimus.

CAP. XIV.

Annua Encæniorum celebratio.

ENCÆNIORUM festa de quibus sermo præsens instituitur, occurrunt *Johann. 10. 22. Facta sunt autem Encænia Hierosolymis, & hyems erat.* Ut hujus loci sensus germanus, & horum *Encæniorum* annuorum origo clarius innotescat, usui erit de vocis hujus intentione sensuque nonnulla prælibare.

DE vocis hujus intentione sensuque e docti inter se non multum dissident. Quamvis enim nonulli vocem hanc de Encæniis *Salomonicis* reverentibus, alii de *Zorobabelianis*, de *Herodianis* alii, interpretentur; sententia tamen doctorum longe plurimorum calculo honestata hæc est, *Encænia* scil. a *S. Johanne* memorata, festa fuisse mense nono quotannis agitata, in memoriam [f] Templi purgati, & altaris [quinquennio ante ab *Antiocho Epiphane* polluti] denuo renovati, & procurante *Juda Maccabæo* solenniter dedicati. Duplex autem ratio assignari potest, cur festis illis annuis nomen Ἐγκαίνια tribuebatur: (1°.) Quod solennitas illa [g] *Maccabaica*, cujus memoriam hæc annua festa renovabant, ἐγκαίνια, ἐγκαινισμὸς, חנוכה *initiamenta, renovatio, dedica-*

a Cap. 21. 6, 7. b *Exercit.* 16. n. 75. c Ubi supr. p. 436. d *Exercit. Sacr.* in *S. Mat.* 27. 24.
e Vid. *Seldon.* de *Synedr.* L. 3. c. 13. § 7. f *2 Mac.* 1. 18 g V. *1 Mac.* 4. 56, 59. & *Schindl.* in voc. חנוכה

1 *Veteribus* &c. sunt verba *Nic. Cabasila* in *Exposit. Liturgia*, ad quem *Casaubonus* provocat.

CAP. XIV. *tio* ſeu *initiatio* vocabatur: quod ſcilicet altare recens extructum & a pollutionibus expurgatum tunc *inchoarent* aut primo oterentur, collapſum Templi cultum renovarent, & Altare Templumque ſacris uſibus ſolenniter addicerent & conſecrarent. (2°.) Quod anniverſarias haſce feſtivitates ſic agebant Judæi, ut Encæniorum Maccabaicorum imaginem quandam repræſentare, & non tam Encæniorum illorum memoriam, quam illa ipſa, renovare & repetere viderentur. Nam apud [a] auctorem Maccabaicorum legitur, Encænia illa originaria, ludis, epulis, oblationibus, hymnis, inſtrumentis muſicis, aliiſque lætitiæ indiciis, obſervata fuiſſe: & Encænia Judæorum annua ritu non abſimili celebrata, colligere licet e literis ad Judæos Ægyptum incolentes [b] datis: in iis enim Judæi Hieroſolymitani ſic eos alloquuntur, *facturi igitur quinta & vigeſima die menſis Casleu* καθαρισμὸν τοῦ ἱεροῦ, *purificationem Templi, neceſſarium duximus ſignificare vobis,* ἵνα καὶ αὐτοὶ ἄγητε τῆς Σκηνοπηγίας, *ut vos etiam agatis feſtum* quaſi aut inſtar *Scenopegiæ*, &c. Nullis autem non innoteſcit, per feſtum illud, epulis, tripudiis, oblationibus, inſtrumentis muſicis, & ſimilibus hilaritatis indiciis agi ſolitum, & nihil apud Judæos extitiſſe feſto *Scenopegiæ* hilarius.

EJAM dictis Vocis hujus intentio ratioque ſatis innoteſcat. Penſi mei ratio jam poſtulat, ut ſolennitates illas annuas non a Deo inſtitutas, ſed ab imitatione Gentilium fluxiſſe probem. Ut ita ſentiam, rationes haud inertes inclinant animum: nam,

PRIMO: e Veterum ſcriptis abunde conſtat, Ethnicos Templorum ſuorum dedicationes ſæpe celebraſſe, & illa quallacunque Encænia in feſtivitates quotannis iterandas abiiſſe. Sed res longe aliter ſe habuit apud Iſraelitas: Tabernaculum quidem in Deſerto conſtructum publica & ſolenni initiatione conſecratum legimus; *Exod. 40. 9, 10, 11.* Salomon etiam Templom multa cum pompa & ſolennitate divinis cultibus dedicaſſe dicitur, *1 Reg. 8.* Templo per Babylonios vaſtato, eodemque reparato, magna celebritate ad uſum veræ religionis per Zorobabelem aliofque dedicatur, *1 Eſd. 6.* Com etiam [c] Urbi reparandæ manus admoverent, illius muros ſolenniter dedicarunt: *verum iſta dedicationes omnes,* inquit [d] Hoſpinianus, *ſolennitatibus anniverſariis caruerunt: ſemel enim facta non amplius fuerunt repetita.* Gentes aotem, ut Urbium, Principum, Privatorum, natalitia, ita & Templorum initia & encænia, celebritate quotannis repetita cohoneſtabant. Hoc apud Ethnicos uſitate factum fuiſſe, tot exemplis probavit [e] *Seldenus* noſter, quod operis eſſet ſupervacanei plura addere. Cum itaque Judæi ſola (qnod ſcimus) Encænia Maccabaica ritu feſto renovarent, apud Ethnicos autem Encænia pleraque feſta quotannis agerentur; æquum eſt opinari Judæos Encænia ſua anno quovis revolvente celebrandi morem a Gentibus accepiſſe. Nam multo proclivius eſt credere, Judæorum Encænia onica quotannis celebrata a plurimis Gentium Encæntis, quam plurima Gentium Encænia annua ab unis Judæorum Encæniis, originem accepiſſe.

SECUNDO: quantum ex hiſtoria judicare licet, Ethnici diu anteqnam Judæi feſta Dedicationis anniverſaria coluerunt. Nam Judæi Dedicationem annua ſolennitate cultam tam ſero in mores recepiſſe videntur, ut [f] *Hoſpinianus* de Machabaica loquens, *atque hæc* inquit, *dedicatio prima anniverſaria facta eſt.* Cum eo ſentit Cl. [g] *Seldenus*, ſic animi ſui ſenſum exprimens: *licet* Romani *didiciſſe videantur ab Ebræis Dedicationes ſolennes ipſas (nam Templum Salomonicum circa annos 270. ante Romam conditam magnificentiſſime dedicatum eſt; ut Dedicationes alias prætermittamus) attamen, recurrens earum quotannis Hieroſolymis celebratio non reperitur ante Encænia Maccabaica. Tametſi non defuerint --- recentiorum nonnulli qui pariter Salomonicam & Zorobabelianam quotannis celebratam eſſe aſſeruerint.* Hæc aotem Encænia Maccabaica (ni fallat *Hoſpinianus*) annis tantum 162. Chriſti natalem præceſſerunt: atqui multo antiquiores ſunt complures anniverſatii dies, qui, Dedicationis nomine, feſti apud Romanos agebantur. Multo enim antiquior videtur *Ædis Concordiæ*, a *Camillo* extructæ, dedicatio, 17. *Kal. Januarii* quotannis celebrari ſolita. Feſtivitatis illius *Ovidius*, his verbis meminit, *Faſt.* L. 1, v. 640.

Nunc te ſacrata conſtituere manu.

i. e. Hic dies eſt Dedicationis tuæ feſtus anniverſarius. Idem *Ovidius* in memoriam revocat templom non [h] minus antiquum, Jovi Victori ſacrum, ad cujus dedicationem *Idib. Aprilis* factam, adeoque menſis illius dies feſtos augentem, alludit, cum ait, *Faſt.* L. 4. v. 621.

a *1 Mac. 4. 54.* &c b *2 Mac. 1. 18.* a *Nehem. 12. 27.* d De *Orig. Feſt. Jud.* l. I. c. 13. a De *Synedr.* l. 3. c. 14. §. 7, 8. f Ub. ſupr. g De *Synedr.* l. 3. c. 14. p. 293. 294. h *Extruct.* A. U. C. CDLVIII.

Occupat

Occupat Apriles Idus cognomine Victor
Jupiter: hac illi sunt data templa die.

Alia festorum anniversariorum e Dedicatione pendentium exempla profert [a] *Seldenus* noster, quibus Encænia quotannis agendi morem, Romanis antiquissimum fuisse & cum Urbe condita quasi natum, apertissime demonstratur. Hunc autem morem Romani a Græcis hausisse videntur: nam apud *Lycophronem* de templo legimus in Parthenopes honorem structo, & libationibus sacrificiisque annuis honorato: h. e. iisdem sacrificiis quibus in prima templi dedicatione utebantur, & postea quotannis iterabant. Cum itaque templorum Dedicationes festis annuis observandi consuetudo, primo (quod scimus) apud Græcos & Romanos inoleverit; inde non difficulter intelligitur, Judæos morem illum a Gentibus [non Gentes a Judæis] accepisse.

Tertio: hinc etiam jam dictis accedet color, quod ipsa illa Encænia Maccabaica e Gentium moribus deducta videantur. Quamvis enim præcepit forsan Deus, ut Israelitæ templum & altare recens extructum multa cum ceremonia & celebritate dedicarent: nullibi præceptum est, ut templum & altare quodvis restitutum aut repurgatum rursus dedicarent, quasi profanus usus religionis & sanctitatis suæ pristinæ characteres omnes obliterasset. Cum itaque liquido constet, Deum instauratam illam *Judæ Maccabæi* Dedicationem minime præcepisse, suadet ratio ut eam ex æmulatione quadam morum Ethnicorum ortam censeamus. Nam apud Ethnicos in more erat, uti dedicationes fierent, ut recens extructarum Ædium sacrarum, ita & [b] restitutarum, quemadmodum in Encæniis Zorobabelianis & Maccabaicis. Quin & omni fide caret, Judæos, a ritibus novis & extra morem positis semper aversissimos, altaris aut templi tantum restituti ἐγκαίνια facere voluisse, nisi probe calluissent hujusmodi dedicationes iteratas, apud alias Gentes in morem & religionem abiisse. Cum itaque Judæi, veluti Gentium imitamento, ipsa Encænia Maccabaica celebrarent; facile credi potest, eos Gentium exemplo ductos, Encæniorum eorum memoriam, anno quovis recurrente, festive recoluisse.

Quarto: Dedicationes aliæ complures apud Hebræos usitatæ [domorum, murorum, camerarum, urbium, & similium] e morum Ethnicorum æmulatione fluxisse videntur. Eos domos nuper extructas dedicare solitos, ex ipsa Lege manifesto deprehenditur, *Deut.* 20. 5. *quis est homo qui ædificavit domum novam,* ולא חנכו & [c] *non dedicavit eam?* Huc nonnulli spectare volunt *Psalmum* trigesimum, cui titulus מזמור שיר חנכת הבית לדוד *sic a Græcis redditus,* ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου τοῦ Δαυΐδ *Psalmus cantici dedicationis domus David.* Eos etiam muros nuper instauratos quandoque dedicasse, ex Historici sacri verbis eliciamus, ובחנכת חומת ירושלם [d] *& in dedicatione muri Hierosolymorum, quæsiverunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Hierosolyma, & facerent* חנכה *dedicationem,* &c. Hujusmodi Celebrationem factam cameras Templo vicinas nuper absolutas insecutam fuisse docet auctor Maccabaicus, lib. 1. c. 4. v. 57. Locus ita se habet: *& exornarunt faciem Templi coronis aureis,* &c. καὶ ἐνεκαίνισαν τὰς πύλας καὶ τὰ παστοφόρια, *& dedicarunt portas & cameras,* &c. Cum etiam Urbis ampliandæ studio ducebantur, locum novis ædificiis designatum ritu solenni consecrare seu dedicare soliti sunt. Judæos id moris habuisse pateat e testimonio [e] *Maimonidis.* Cum autem clarum & apertum sit, Deum tam varias multigenum structurarum dedicationes nullibi præcepisse, rationi consonum est, ut earum origo ad Gentes antiquas referatur. Eo enim processit Gentilium Veterum superstitio, quod, observante [f] viro doctissimo, vix ullum esset *ædificii genus, nulla pene structuræ qualiscunque moles, quam illi non aliquo ritu sacrare consuerunt* & dedicare. *Theatri* καθιέρωσιν vel dedicationem a Pompeio factam memorat [g] Dio: *Porticus* per Æmilium [h] Plinius: *Statuarum* per Augustum [i] Suetonius: *Macelli* obsonatorii per Neronem Xiphilinus: *Thermarum* per eundem Neronem [k] Suetonius. Refert idem [l] auctor Caligulam *Pontem Puteolanum,* Neronem *ædes domosque suas* ritu solenni dedicasse. Lectorem obtunderem, si rei tam claræ tritæque diutius immorarer. Hæc autem structuras omnigenas dedicandi consuetudo, apud antiquas gentes maxime frequens & familiaris, opinari suadeat, morem illum inter Ethnicos ἀρχαιογονώτερον originem invenisse, & ab iis ad

a Ub. supr. b *Jacob. Gutber. de Vet. jur. Pontific.* l. 3. c. 13. c Καὶ οὐκ ἐνεκαίνισεν αὐτήν Lxx. d Καὶ ἐν ἐγκαινίοις τείχους Ἱερουσαλήμ, Lxx. in *Nehem.* 12. 27. e In *Halach. Beth. habechir.* c. 6. §. 10. 1, 2. f *Dought. Analect. Sac.* P. 1. *Excurs.* 64. g Lib. 39. h *Hist.* l. 1. i In *August.* c. 31. k Cap. 32. l Cap. 31.

CAP. XIV.

Judæos transisse, qui structuras suas multo parcius & majore cum delectu, (saltem ante Captivitatem Babylonicam) dedicasse videntur. Cum itaque tam probabile sit, Dedicationes plerasque alias inter Judæos usitatas, originem a Gentium more petiisse; Dedicatio Maccabaica & solennitas (de qua jam loquimur) in illius memoriam quotannis iterata, ab eodem fonte fluxisse non absorde censeatur.

QUINTO: Judæi ceremonias in Dedicationibus usitatas a Gentibus antiquis mutuari videantur. Nam Judæi multo cum apparato, festo musicorum cantu, choreis, precibus, oblationibus Eucharisticis, celebri Levitarum & aliorum hominum concursu, gratiarum actione, & consimili pompa ritum illum peregerunt. Hoc satis intelligitur e [a] *Psalmista*, [b] *Nehemia*, & Scriptore [c] *Maccabaico*, qui de variis Hebræorum dedicationibus mentionem faciunt. Et apud Ethnicos eandem fere fuisse solennium rationem, cum templa vel ædificia quævis alia dedicarent, [d] *Cicerone*, [e] *Dione*, multisque Veterum testimoniis a [f] *Seldeno* congestis, opera non adeo difficili conferendis, edocemur. Hæc autem rituum similitudo non obscure demonstrat Hebræos dedicationum suarum ceremonias [cum delectu tamen] a Gentilibus accepisse. Si enim Gentiles ritus jam dictos de imitatione Judæorum in Encæniis suis ostentassent, proculdubio paulo propius ad eorum exemplar accedere studuissent. Non augures, sed sanctos Dei Sacerdotes ad dedicationes suas rite peragendas advocassent: nec curassent ut [g] *spatium omne templo* extruendo dicatum, -- *milites* tantum *quibus fausta nomina*, *felicibus ramis* ingrederentur: nec operi sacro manum admovissent, *Jovem*, *Junonem*, *Minervam*, *præsidesque imperii Deos*, invocantes; nec ritus alios complures, crassum Ethnicismum olentes, in Encæniis suis exercuissent. Si itaque ritus in Hebræorum dedicationibus usitati, quasi proselyti fuerint, e Gentilismo in Judaismum venientes; ipsas eorum dedicationes e repurgatis Gentilium Encæniis ortum duxisse non facile dubitandum est.

SEXTO: Christiani Veteres Encænia sua, & solennitates annuas in eorum memoriam institutas, a Judæis aut Ethnicis mutuas acceperunt. Christianos antiquos (sub *Constantini* saltem tempora) ritu solenni templa dedicasse, Dedicationum memoriam annua festivitate celebrasse, morem etiam utrumque e Judaico vel Ethnico exemplo derivasse, sæpius laudatus [h] *Seldenus* extra dubium posuit. Cum itaque Christiani Veteres prima simul & anniversaria Gentilium encænia longo usu insolita, tolerarent, & Dedicationes olim in Dæmonum & Heroum cultum præstitas, ad Dei & Sanctorum honorem transferrent; non debet aut mirum aut a vero alienum videri, Judæos antiquos varias Ethnicorum dedicationes, pietatis alicujus specie commendatas, imitatos fuisse, & eorum superstitionem in cultum Deo tributum immutasse.

SEPTIMO: Gentes antiquiores, non Judæorum exemplis, sed rationibus ex ipsa superstitionis suæ natura fluentibus inductæ, structuras qualescunque dedicasse putentur. Quantum enim e Veterum scriptis, & superstitionis Ethnicæ genio, colligere licet, hisce de causis ædificia omnia [sive publica sive privata] in usus post futuros solennitate aliqua peculiari & religiosa seponebant: (1°.) In ædibus suis privatis Penates Laresque, Deos suos domesticos, colere solebant Ethnici; Ideoque in religionis parte habitum est, ut vel ædes suæ privatæ sacrum quendam characterem gererent, & Dii sui non sine specialibus devotionis ceremoniis inibi ponerentur. (2°.) Ut ædibus jam primum conditis & earum incolis Dii se propitios & tutelares ostenderent. Gentes antiquæ, cum primum animos ad ædificandum appellerent, non raro Deos per augoria consulebant: cum etiam manum supremam ædificiis apposuissent, ea in Deorum quasi tutelam dedicatione solenni tradiderunt: quid autem, nisi ut opera sua, in Diis suis incepta & finita, prosperum eventum sortirentur? (3°.) Ut ædificia publica (qualia sunt, Theatra, Gymnasia, Templa, Bibliothecæ, Fora, Aquæ ductus, alia) dedicando sacra fierent, & in Deorum quasi dominio & clientela posita: adeoque populus ab eorum violatione, religione aliqua & ipsa characteris sui reverentia, teneretur. (4°.) Ut hoc ritu zelum & voluntatem suam in Deos propensissimam testatam facerent. Nullum enim illustrius specimen affectus sui in Deos plane singularis edere poterant, quam quod ædibus nuper extructis Deos propitios & præsentes advocarent, eas Deorum favori acceptas referrent, & earum usum a precibus, augoriis, oblationibus, hymnis, & hujusmodi dedicationis ritibus, auspicarentur. (5°.) Ut Deos suos in ædium suarum quasi partem vocarent, easque (prout & alia pene

a *Psal.* 30. tit. b *Nehem.* 12 27, 28. c 1 *Mac.* 4. 54, 55, 56, *&c.* d *Orat.* pro *Domo sua.* e Lib. 59. in *Calig.* f De *Syned.* l. 3. cap. 13, & 14. g *Tacit.* Hist. l. 4. p. 102. h De *Synedr.* l. 3. c. 15. §. 1, & 6.

omnia) cum Diis suis communicarent. Nam eo tandem processit apud Ethnicos dedicandi consuetudo, quod non tantum pleraque usibus sacris, sed & communibus inservientia ritu aliquo dedicarent. Statuas in defuncti memoriam positas Numini alicui dedicare [a] solebant: animalibus in nomine Dei alicujus mactatis, eique sacratis, plurimum vescebantur: epulis etiam accumbentes, vini partem aliquam in terram vel ignem effundere solebant, eamque ritu illo Diis suis libare & sacrare censebantur. Si quid veri jam dictis inest, Ethnici, non Judæorum exemplo, sed superstitiosa aliqua ratione moti, dedicationis ritum frequenter exercuisse, eumque ab ipsis Ethnicismi primordiis in usu habuisse, videantur. Cum itaque (quantum ex Ethnicismi genio colligamus) Gentes antiquæ dedicandi ritum priores usurparint, consentaneum est ut Hebræorum Encænia e cauta & prudenti morum Ethnicorum imitatione manasse censeantur. Hebræi vero (si bene conjicio) ritum illum eo libentius a Gentibus acceperunt, quod moribus suis apprime conveniret, eximiæ pietatis speciem gereret, Ethnicos a communione sua minus aversos redderet, & quod ritus ille correctus & emendatus omnem superstitiosa Gentium Encænia imitandi causam & occasionem tolleret.

CAP. XV.

Mos orandi versus Templum.

JUDÆOS Deo supplicantes, ora Templum versus direxisse, e Salomonis templum dedicantis oratione colligendum est: [b] *Quum procedat populus tuus in bellum contra inimicos suos, si orabunt Jehovam versus civitatem hanc quam elegisti, & versus domum hanc quam ædificavi nomini tuo; tunc audi in cœlis*, &c. Idem exemplo Danielis evincatur, qui *apertis fenestris suis ex* [c] *adverso Hierosolyma, & tribus vicibus in die procumbens in genua sua orabat, & confitebatur coram Deo suo, quemadmodum solitus erat.* Zorobabel etiam [d] *faciem ejus versus Hierosolymam* [templi locum] *direxisse, & cœli Dominum laudasse dicitur.* Hunc orandi ritum (facie scil. in Urbem sacram Templumque conversa) Judæi Veteres tam constanti religione tenuerunt, ut eum vel morientes & preces extremas effundentes observarent. Nam [e] *Eusebius*, mores Judæorum in Hierosolyma morientium referens, καὶ τῶν ἀποθνησκόντων, inquit, ἕκαστος ἀντικρὺ εἰς τὸν ναὸν ἐφεώρα, *Morientium singuli recta templum spectabant.* Multa alia huc referenda curiosi petant e [f] *Jacobo Golio*, & [g] *Johanne Gregorio* nostro, viris rerum Orientalium peritissimis.

Si quærat quispiam, unde ritus ille precandi causam & exordium sumserit? Mihi responsum videtur eum ratione maxime conjunctum, ritum illum ab eodem fonte & origine, quo & ipsum Templum (veteri nempe Gentium usu) dimanasse. Nam,

PRIMO: nusquam legimus Deum Judæis præcepisse, ut vultu in Templum converso supplicarent. Hoc, aperta veritatis evidentia coacti, non pauci confitentur: ex iis unum [h] *Serarium* audire sufficiat: e Judæis, ait ille, *multi, idque optime & religiosissime sese ad Templum convertebant* orantes: *ad hoc tamen nulla obligabat Lex.* Neque Judæi lege Naturæ magis quam lege *Mosis* ad precandum facie versus Templum directa tenebantur. Quantum enim ex hominum usu maxime familiari colligamus, Natura dictat ut homines ora in cœlum (non templum) orantes converterent, & ipso corporum situ se Deum nullibi inclusum colere testarentur. Judæi itaque, munia sacra facie ad templum versa peragentes, sese procul dubio ad consuetudinem antiquissimo Gentium usu cohonestatam composuerunt. Nam Gentiles, e regione Templorum suorum victimas offerre, & ore ad templum converso supplicare solitos, vetustiorum temporum historiæ luculentum faciunt. Nam [i] *Herodotus* sacrorum ritus Ægyptiis observatos referens, inquit, θυσίη δέ σφι ἥδε κατέστηκε, *sacrificandi autem iis eis est ritus: pecude ad aram ubi immolatur adducta, pyram incendunt:* ἔπειτα δὲ ἐπ' αὐτοῦ οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηΐου ἐπισπείσαντες, &c. *deinde supra pecudem libato ex adverso templi vino, ac Deo invocato, eam mactant.* Ceremonia consimili supplices utebantur: nam *Pausanias*, (auctore [k] *Plutarcho*) cum hostibus dimicans & de prælii eventu sollicitus, τρέπεται πρὸς τὸ Ἡραῖον τῇ ὄψει δεδακρυμένος· καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν εὔξατο Κιθαιρωνίᾳ Ἥρᾳ, καὶ θεοῖς ἄλλοις· *lachrymis oppletus, convertit se ad fanum Junonis, manusque ad cœlum tendens, precatur Citheroniam Junonem cæterosque Deos.*

a V. *Salmas.* not. in *dedicat. stat. Regil.* p. 73. & 74. b *1 Reg.* 8. 44, 45. V. *Hamm. Ann.* in *Act.* 10. 9. c Nempe, obversa ad Templum facie, qui mos orantium, &c. *Grot.* in *Dan.* 6. 10. d *1 Esdr.* 4. 58. e *Hist. Eccles.* l. 3. cap. 6. f *Not.* in *Alfergan.* p. 136. g *Not. & Observat.* c. 3. h *Minerval.* l. 5. c. 5. i In *Euterp.* cap. 39. k In *Aristid.* p. 329. E.

CAP. XV.

SECUNDO: Judaica illa, facie ad Templum conversa, supplicandi consuetudo, e Gentilium imitatione nata credatur, eo quod illi ritum illum priores usurpaverint. Multis enim testimoniis & argumentis [a] alibi productis extra controversiam ponitur, Ethnicos templa primos extruxisse: æquum est itaque, ut existimemus Ethnicos oculos suos inter precandum ad templa convertisse, cum præsertim ea notas Deorum sedes & ædes existimarent. Nam apud Ethnicos Templa sedes & habitacula Deorum censebantur; & eo consilio Templa dedicabant, ut Diis in propinquo gauderent, iisque semper præsentibus uterentur. Certe Gentes, cum imagines adessent, ideo oculos in eas inter orandum intendebant, quod imaginibus illis Deos affixos & præsentes existimarent: ideoque facile credi potest, Gentes ab idolis longa dissitas, oculos inter sacra templis advertere voluisse, quæ Dii sui præsentia sua singulari decorare credebantur.

TERTIO: Judæi, e communi Gentium consuetudine, versus Templum orasse putentur, quod ritus ille temporum antiquiorum ruditatem sapiat. Quid enim Templum magis quam cœlum versus orarent Hebræi, nisi quod Deum in cœlis agentem nimis a rerum humanarum cura remotum, in templo autem prope adesse, & omnia in ipsis quasi oculis gerere, putarent? Non paucos hujus opinionis affines fuisse, e verbis [b] Prophetæ non obscure colligatur; *putasne quod ego Deus e vicino sim, ναὶ ἐγὼ Θεὸς ἐγγίζων, & non Deus e longinquo, dicit Dominus?* Hæc autem opinio merum Ethnicismi vetustioris ingenium & ruditatem olet: ideo enim Gentes antiquæ Templa dedicarunt, idola fabricarunt, & Penates suos habuerunt, ut Dii semper in promptu essent, preces audituri, & manum auxiliarem, re postulante, porrecturi: ideo etiam oculis in templum aliquod aut idolum, magis quam cœlum, conversis, precabantur; quod Deum, in templo quidem propinquum & propitium, in cœlis autem a rerum humanarum sensu remotum crederent. Deus itaque Judæis permisit (non præcepit) ut inter precandum ad Templum verterentur, ne & ipsi [Gentium ritu] crederent, preces suas in irritum cadere, si ad cœlum immediate dirigerentur.

UNUM jam superest, ut scil. argumenta ab adversis partibus allata paululum expendantur. Horum primum petitur e Salomonis verbis, *1 Reg. 8. 48: & conversi fuerint ad te toto corde suo, — & oraverint — versus domum hanc quam ædificavi nomini tuo*: hinc enim non pauci colligendum sentiunt Deum præcepisse, ut oculis in Templum conversis orarent supplices, adeoque ritum illum precandi non consuetudine sed lege introductum fuisse. Ea sententia fuisse videtur *S. Hieronymus*, qui historiam Danielis versus Hierosolymam orantis explicans, *orat*, inquit, *secundum præceptum Dei, dictaque Salomonis, qui contra Templum orandum esse admonuit.*

ITA quidem *S. Hieronymum* & alios haud obscuri nominis auctores opinatos fuisse non veremur confiteri. At ratio ferre nequit, ut credamus *Salomonem* in ipsis precibus ejus præceptum tradere voluisse: neque æquum est credere auctores illos hoc in animos suos inducere potuisse, si ad formam verborum Salomonis paulo diligentius attendissent. Nam cuivis verba jam citata perpendenti pateat, aliquid in iis tanquam usitatum supponi, nihil autem veluti novum & a more alienum præcipi.

SECUNDO: hoc etiam jam dictis opponi potest, quod hic orandi modus, non e vetusto Gentium usu, sed fonte longe puriori [nempe ipsa templi natura] fluxisse videatur. Cum enim Deus Templum, tanquam secundam a cœlo sedem, incoleret, & ibi præsentiæ suæ documenta frequenter exhiberet; Judæi non tam consuetudine quam ratione moti, vultu in templum converso precati censeantur: suasit enim decori ratio, ut eo vultus suos inter precandum converterent, ubi Deus habitavit & singulari ratione se præsentem præbuit.

HÆC Objectio duplici responso diluatur: (1°.) Si decori ratio suadeat, ut homines dum precantur locis numinis præsentia cohonestatis obvertant vultus; facile credamus hunc precandi modum ab ipsis usque templorum primordiis inter Gentes obtinuisse, & ab iis ad Hebræos, una cum Templo suo devenisse. Nempe Templum domus est numini alicui sacra, ejusque præsentia sæpissime cohonestata: & consentaneum est ut cultus omnis eo dirigatur ubi Deus sedem habet, & se præsentem exhibet. (2°.) Quamvis illa, facie in Templum obversa, precandi consuetudo, ipsi Templi naturæ, tanquam causæ proximæ & immediatæ, tribuenda sit; quoniam tamen gentium antiquiorum consuetudo Templo extruendo causam præbuerit, mos orandi versus Templum Gentium antiquiorum consuetudini non immerito ascribatur. Nam partus ventrem sequitur, & filia eidem, cui & ipsa mater, familiæ & origini accenseri solet.

TERTIO: hoc etiam argumento sententia nostra premi potest: nisi jam dictus precandi ritus plane novus esset & Hebræorum genti proprius, haud facile est rationem reddere, cur

a V. Lib. 3. *Dissert. 6.* b *Jerem. 23. 23.*

Salomon

Salomon eos de vultibus ad Templum convertendis [a] toties admoneret, iisque tam ampla beneficia peteret, si in terris exteris agentes, versus Templum supplices adorarent. CAP. XV.

SED nec hoc argomentum multum negotii nobis exhibiturum est, cum variæ rationes occurrunt, cur *Salomon* hunc precandi modum [licet Hebræis cum aliis Gentibus communem] tam frequenter inculcaret: nempe, (1°.) Ne Judæi, inter gentes exteras versati, & a Templo suo longissime remoti, versus templum aliquod Ethnicum, aliarum Gentium ritu, precarentur. Semper enim ad sensibile aliquod cultus objectum affectu calidiori ferebatur Hebræorum natio, & ea ruditate erant, quod Deum colere nescirent si nihil adesset quod oculis inter adorandum obversaretur. Ne itaque ruditas illa populo forsan captivo fraudi esset, Salomon beneficia non volgaria precatur iis, qui versus templum aut civitatem ubi templum situm erat, e terris exteris adorarent. (2°.) Seculis antiquioribus, vultus ad templum conversio, cultus numini cui templum illud sacrum erat exhibiti, signum certissimum habebatur. Nam [b] *Daniel*, quod orans versus Templum spectaret, *coram Domino Deo suo preces effudisse, & faciem suam ad Dominum Deum posuisse*, dicitur. Opus itaque fuit ut Israelitæ, cum præsertim Gentibus immisti viverent, ad Hierosolymam & Templum conversi supplicarent; ut ipso corporis situ se Dei veri cultui devotos indicarent, & non minus animum quam vultum a Gentium templis & idolis aversum ferre significarent. (3°.) Verisimile est paucos e Gentilibus oraturos vultum ad templa longe remota convertisse. Nam Gentium templa & idola passim obvia, nullum tam operosæ pietati locum reliquerunt. Ideoque probabile est Israelitas, in gentes remotas deportatos, preces ad Templum intendere noluisse, nisi *Salomon* hunc precandi modum Deo gratum acceptumque futurum sæpius innuisset. Ita enim nati erant Israelitæ, quod ad mores omnea a Gentium aliarum usu paulisper aberrantes, difficulter adducerentur.

QUARTO: Sententia adversa & hoc colore tingi potest: cum preces versos Templum effuodendi ritus, *1 Reg. 8.* memoratus, a tot viris pietate claris usurpatus, & in signum cultus Deo præstiti permissus aut institutus fuerit; ratio non patitur opinari, eum e Gentium profanarum moribus originem sumere potuisse.

AT neque hæc Objectio sententiæ nostræ qoicquam obest: nam multi alii ritus aut mores eo ipso in capite memorantur, qui e communi Gentium usu in Judæorum mores transiisse videntur. Nam,

(1°.) VERSU 13°. mentio facta est Extructionis templi vel domos qoam Deus habitaret: his verbis, *ædificavi Tibi domum habitaculi, locum paratum ubi habites in secula.* Hæc autem ex aotiquissima Gentium consuetudine in vota moresque populi fluxisse putetur: nam templorum usum diu ante *Mosis* ætatem inter Ægyptios obtinuisse, satis e Veterum scriptis intelligitur. Refert [c] *Artapanus*, cum *Ægyptus*, Mose exitum postulante, grandine & terræ motu vehementer affligeretur, *συμπεσεῖν τὰς μὲν οἰκίας πάσας, τῶν τε ναῶν τὰς πλείους, corruisse domos quidem universas & Templorum pleraque.* [d] *Lysimachus* etiam, Hebræorum hostis infensissimus, refert *Mosem* comitesque suos, in Exitu & itinere in Cananæam, ubique *Θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν, Deorum & Templa & Aras, in quas nempe inciderent, evertisse.* E quibus die clarius est, *Artapanum* & *Lysimachum* de Templis Mose antiquioribus & seculo suo frequentibus, nullateous dubitasse. Neque Veteres Ethnici tantum, sed & Hebræi, patem vetustatem Templis tribuebant: nam, referente [e] *S. Hieronymo*, *Hebræi* ipsi *autumant, quod nocte qua egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa sint, sive motu terræ, sive ictu fulminum.* Hanc sententiam firmat frequens in [f] sacris literis mentio Urbium antiquissimarum (ut *Beth-Phegor*, *Beth Shemesh*, & hujusmodi) quæ a domo vel templo ibi fundato nomina reportarunt. Sed de hoc argumento satis Libro præcedente dixisse videar.

(2°.) VERSU 22°. mentio occurrit Orationis *coram altari* factæ. Textus sacri verba sic sonant: *& Salomon stetit coram altari Domini, —— & extendit palmas suas* ad *cœlos.* Hæc autem *coram* (vel tacto) *altari* precandi ceremonia e seculi more nata censeator. Fam enim nusquam præceptam, & a Gentibus exteris oso frequenti tritam, reperiamus. [g] *Lucianus*, aram lapideam memorans, in medio lacus haud longe a templo Deæ Syriæ sitam, inquit, *πολλοὶ δὲ καὶ ἑκάστης ἡμέρης κατ᾽ εὐχὴν ἐς αὐτὸν νηχόμενοι, στεφανηφορέουσι· multi quotidie precandi causa ad ipsam enatantes coronas gestant.* Huc faciunt [h] *Macrobii* verba, rogabant enim Deos, *ararum ansas tenentes.* Ex eo more factum est, quod [i] *Judas Maccabeus* & comites sui, hostium suorum copiis impares, ad pedes altaris caderent, a Deo auxiliom efflagitantes.

a V. *1 Reg. 8. 33, 38, 44, 48.* b *Dan. 6. 10, 11. & 9. 3.* c Ap. *Euseb. Præp. Evang.* l. 9. c. 27.
d Ap. *Joseph.* contr. *Apion.* l. 1. sub. fin. e *Epist. 127.* ad *Fabiol.* de *Mansion. Israel. Mans.* 1. col. 588. T. 2.
f *Josh. 13. 20. & 15. 10.* g Lib de *Dea Syr.* p. 1074. A h *Saturn.* l. 3. c. 2. i *2 Mac. 10. 26.*

CAP. XV.

(3°.) VERSUS trigesimus precum in ipso Templo conceptarum meminit. Ibi enim *Salomon* hac etiam Oratione Templum consecrasse dicitur, *exaudi orationem quam populus tuus Israel oraverit* אל המקום הזה [a] *εἰς τὸν τόπον τοῦτον*. Quibus verbis facem accendit versus 33, ubi Salomonem sic orantem legimus, *si oraverint & precati fuerint ad Te* בבית הזה [a] *in domo hac, Tu exaudi* in *cœlis*, &c. Hic autem in ipso Templo preces fundendi ritus e recepto Gentium usu fluxisse videtur. Nam [b] occisus est *Senacherib dum oravit* בית נסרך in *templo* Numinis sui *Nisroch*: unde promptum est intelligere, illum officia sacra in Templo & sub ipso quasi Numinis conspectu peragendi morem, perantiquum fuisse; & *Salomonem* tantum precatum fuisse, ut Deus privilegium, quo templa alia gaudebant omnia, suo etiam Templo impertiret; nempe ut Israelitæ, Gentium aliarum ritu, preces suas in Templum [c] ferrent, & ibi Deum sibi precibusque suis facilem & præsentem experirentur.

(4°.) VERSUS trigesimus primus juramenti *tacto* vel *coram* altari præstiti mentionem facit. Verba textus accipe: *si vir peccaverit in proximum suum, & exegerit ab eo juramentum, & venerit juramentum ante altare tuum*, &c. Hic autem allusum videtur ad morem, non tum primum introductum, sed diu antea Gentium pene omnium usu tritum & confirmatum. Nam tanta fuit altaris apud antiquas gentes reverentia, quod altare tenentes, sive adstantes, jusjurandum conciperent, & hanc jurisjurandi formam sanctissimam existimarent. Ita morem habuisse, multis Veterum testimoniis probatum dedit, [d] *Heraldus*, [e] *Grotius*, [f] *Schedius*, alii, quorum ego cisternas integras & intactas prætereo. Ad hæc, apertum est *Salomonem* hic nil novi statuere, sed tantum supponere, non paucos (ex more nempe recepto) jurajuranda altari tacto concepturos.


(5°.) DEDICATIO seu consecratio Templi ritu solenni peracta versu 63°. memoratur: *Et Salomon obtulit sacrificium pacificorum*, —— *Et Rex & omnes filii Israel dedicaverunt domum Domini.* At siquid fidei Veteris historiæ reliquiis habeamus, & hic ritus e Gentium moribus & exemplis principium duxit, Nam [g] *Artapanus*, in libro de Judæis, de Apide loquens, scribit *Chenephren*, regem Ægyptium Mosi coævum *κελεῦσαι τὸ ἱερὸν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους καθιδρύσασθαι*, *jussisse templum ejus a plebe fundatum dedicari.* Et e recepta seculi sui fide refert [h] *Strabo*, Mosem comites suos docuisse Deum colere, *τέμενος ἀφορίσαντας καὶ σηκὸν ἀξιόλογον τιμᾶν εἶδος χωρίς*, *Templum ei solenniter separantes* aut dedicantes, & Habitationem illam honorare, sed *citra simulacrum*. E quibus percipere licet, *Artapanum* & *Strabonem*, Templorum consecrationem aut dedicationem Mose antiquiorem credidisse. Eorum autem fides eo minus vana videri potest, quod [i] *Beth-Dagon*, *Beth-Phegor*, & *Beth-Shemesh*, in Scripturis memorata, probent Gentes domos aut templa *Dagoni*, *Phegori*, & Soli, circa secula illa adeo vetusta, propria vovisse seu dedicasse. Cum itaque templa dedicandi ritus Salomonis ævum antiquitate multum superaverit; Ratio suadet credere, Gentium exemplum & consuetudinem, non minus Templi dedicationi, quam ipsi Templo, causam & originem præbuisse. Hoc & eo propius est fidem, quod Deus de Templi dedicatione, tot sacrificiis, epulis, & solennibus ceremoniis peragenda, nihil omnino *Salomoni* in mandatis dederit.

QUÆ jam dixi non obscure probant, multos alios ritus, *1 Reg. 8.* memoratos, apud omnes fere gentes observatos fuisse, & ex imitatione Gentium in mores Hebræorum transiisse. Nulli itaque mirum aut rationi dissonum videri debet, quod ritum precandi versus Templum, licet virorum sanctissimorum exemplo consecratum, ex antiqua Gentium consuetudine originem traxisse dixerim.

SUMMA quæ dixi omnium hoc redit: cum Templorum usus ubique terrarum obtineret, & Israelitæ *κακοζηλίᾳ* Gentium inducti Templum peterent; Templi extruendi licentiam eorum infantiæ & pertinaciæ concessit Deus. Cum etiam gentes aliæ, Deos templis suis affixos opinatæ, nunc *in* templis, nunc [k] *ante*, nunc *versus* ea precari solerent; omnes illi precandi modi, inter Hebræos usitati, ad Hebræos (una cum ipso Templo) e Gentium more atque imitatione venisse, non inepte censeantur.

a LXX. *ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ*. b 2 *Reg. 19. 37.* c *Fero nocturnas in tua templa preces.* Ovid. d *Digress.* L. 1. *Digr. 16.* e *Not.* ad 3 *Reg. 8. 31.* f De *Diis German. Syngr. 2.* c. 25. g Ap. *Euseb.* de *Præp. Evang.* l. 9. c. 27. h *Geogr.* lib. 16. p. 1104. i *Josh.* 15. 41. & 13. 20. & 15. 10. k —— *Et pandere palmas* —— *Ante Deum delubra* —— Lucret. L. 5. v. 1199.

DISSER:



DISSERTATIO

DE

NATURA & ORIGINE

PHILACTERIORUM JUDAICORUM.

PRÆFATIO.

NORUNT omnes, qui norunt Evangelium, Judæos olim quibusdam instumentis, quæ [a] Phylacteria dicebantur, instructos, in publicum prodire solitos. Cum itaque cura studiumque meum circa ritus & instituta Judæorum jam occupetur, non committendum censui, ut eorum Phylacteria pristina caligine velata relinquerentur; præsertim cum phylacteria, pleraque alia pietatis indicia vel instrumenta dignitate præcellere censeantur. [b] *De istis* enim *integros, & quidem sesquipedales, componunt libros*, Phylacteriorum suorum nomine cristas erigunt, prærogativi singularis loco habent, ea contra Dæmonum & aliorum malorum incursus valere somniant, inter sacratoria gentis suæ κειμήλια & privilegia numerare solent. Quantum Phylacteriis hisce gloriantur, & quali virtute Phylacteria sua donata sentiunt, e *Chaldæo Paraphraste* satis intelligendum est. Nam loco [c] textus ejus, *læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, hoc ab eo substituitur, אמרת כנשתא הישראל אנא בחרתא מבל עממיא רי אנא קטרא תפלין ביר שמאלי ונרי *Dixit Synagoga Israel, Ego electa sum super omnes populos, quia ego alligo frontalia manui sinistra mea, & capiti meo, chartulaque* Mezuztha *affixa est lateri dextero porta mea cujus tertia pars respicit thalamum meum, ut non habeant Damones licentiam ad nocendum mihi.* Cum hac Paraphrasi consentit ea benedictio qua Phylacteria, jam capiti & manibus adaptata, gloriabundi consectare [d] solent, ב״או אמ״ה אק״בו להגיח תפלין *Benedictus tu Domine Deus noster, totius Mundi Domine, qui nos praceptis tuis sanctificavisti, & ut Phylacteria indueremus pracepisti.* Neque Judæi minorem sanctitatem quam virtutem & dignitatem iis ascribebant: nam קרושת תפילין קרושת גרולה *sanctitas frontalium sanctitas magna*, inquit [e] *Maimonides*: imo *maxima*, si Judæorum decreto fidimus, qui [f] *Magistrum vel quatuor cubitos sine Phylacteriis incedentem, Deum profanare* statuunt. Legem etiam de *Tephilin* institutam Judæi tam sanctam habeot, ut *vix ullum præceptum extet in* [g] *Lege, quod Judæi tanta religione aut superstitione potius observandum esse ajunt, hodieque observant.*

HORUM autem originem Iudæorum natio præcepto illi Mosaico tribuendam sentit. [h] *Et ligabis ea quasi signum in manu tua*, והיו לטוטפות בין עיניך *& erunt in Totaphoth inter oculos tuos, scribesque ea* אל מזוזת *super postes domus tua & super limina.* Nam legis hujusce verbis perperam intellectis nixi, Judæi tria olim (uti & hodie) in usu habuere muneris affinis instrumenta, generali *Phylacteriorum* nomine nuncupata; nempe טוטפות quæ frontibus, תפילין quæ manibus, & מזוזות quæ postibus suis affigebantur. Meum erit in præsenti Phylacteris præ-

a *S. Mat.* 23. b *Buxtorf. Synag. Judaic.* cap. 9. c In *Cantic.* 8 3. d V. *Buxtorf. Synag.* ub. sup. e *Halac. Tephil.* cap. 4. §. 25. f *Guil. Vorst.* in *Maim. de fund. leg.* c. 5. §. 15. g *Episcop. Instit. Theolog.* l. 3. c. 1. p. 62. h *Deuter.* 6. 8, 9.

C A P. I. cipue capitis & manus disquisitionem instituere, eoque libentius, quod in hoc dicendi campo, plerique vix ad primum ruborem seipsos exercuerint, sed uberem messem pene intactam prætererunt.

Quo vero sermo meus de Phylacteriis hisce methodi saltem luce Lectori commendetur, eorum *Naturam* aut *Fabricam*, *Nomina*, *Auctorem* aut *Originem*, instituendi *Causam*, *Usum* & *Intentionem*, & *Antiquitatem*, ordine conabor investigare.

C A P. I.

De Fabrica Phylacteriorum, ubi de eorum materia & forma agitur.

CUM Phylacteria Judæorum e loris, nodis, cellulis, membranulis, aliisque minutis, ratione plane singulari paratis & compactis constent; Lector eorum materiam & formam, αὐτοψίᾳ, quam longa verborum serie, certius & citius assequetur. Negotium itaque non minus inutile quam operosum foret, omnes eorum circumstantias accuratius explicare. Quoniam vero generalia quædam, de eorum materia & forma prælibata, multum lucis & firmitatis postea dicendis accommodabunt; de iis nec nihil nec nimis in sermonis mei limine dicendum existimavi. Ut autem eorum *Fabricam* dilucidius explicem, commodum erit de Phylacteriis capitis & manus sermonem distinctum & separatum instituere. Par est itaque ut sermo meus a Phylacteriis capitis exordium sumat.



UT eorum materia & forma clarius intelligatur, monere debeo, Judæos, phylacteria capitis confecturos, corium parvum, vitulinum, nigrum, & crassulum, accepisse, & ex eo quadrangulum octuplicatum consutum facere solitos; ita ut quatuor distinctas & separatas ædiculas aut capsulas habere, & formam quatuor dentium referre videatur. Hujusmodi phylacterium Lector hac imagine rudius expressam intueri potest.

DIVISIONIBUS vel capsulis hisce separatis membranas quatuor, diversis [a] Legis suæ portiunculis inscriptas inserunt: deinde capsulas hasce separatas tenuissimis nervis aut chordis, e vituli, vaccæ, vel tauri nervo factis, divisim consuunt, ne membranæ illæ perexiguæ forsan elaberentur. Corio illo crassiori sic in nodum compacto & membranis instructo, ei corrigias aut lora tenuiora e pelle vitulina resectas assuunt, iisque nodum illum alligunt, ultro citroque mobilem. His ita comparatis, corrigias aut lora illa coriacea sic alligant frontibus, ut in nodum revincta totum caput cingant, & ad humeros revoluta ad ipsos pene talos pendeant.

RATIONE non prorsus absimili [1] manus Phylacteria compingi solent. Aliud enim corium quadrangulum, eodem pene modo quo superius confectum, capiunt: deinde, versus aliquot ex *Exodi* 2. in membrana descriptos, in pelliculam instar digitalis concavam includunt, & crasso illi simul compacto corio assuunt, postea corrigiam aut lorum pelliceum bene longum addunt, & illud ita brachio sinistro circumvolvunt, ut in anteriorem usque manus descendat partem.

HODIERNA Judæorum phylacteria formam jam dictam gerere, cuivis innotescit qui ea oculis usurpavit. [b] Auctores ea describentes consulenti pateat. His etiam Veterum frontalia perquam similia fuisse, tribus inductus argumentis me persuasum habeo: (1°.) Ex [c] Evangelio colligere fas est, Judæorum Majores phylacteria in usu & pretio habuisse; non est autem vel simile vero, Judæos unquam a phylacteriorum forma inter Majores suos usitata recedere voluisse; cum præsertim gens nulla mores sacros a Majoribus sibi commendatos tam diligenter colat, & phylacteriorum gestatio Majorum solummodo traditione sibi commendetur. (2°.) Modo citata *S. Matthæi* verba [πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν] causam ita sentiendi non levem præbent. Nomen enim φυλακτήρια, frontalibus antiquitus impositum, non obscure docet, ea non minus olim quam hodie ad Ethnicorum φυλακτηρίων & ligaturarum formam concinnata fuisse: vox etiam πλατύνουσι nulli rei tam apte convenire potest quam phylacteriorum nodis & loris, quæ

a Viz. *Exod.* 13. 3, 4, 5, 6, 7. *Ex.* 13. 11, 12, 13, 14, 15, 16. *Deut.* 6. 5, 6, 7, 8, 9. *Deut.* 11. 13, 14, 15. &c.
b V. *Buxtorf. Syn. Judaic.* c. 9. & *L. Moden.* de *rit. Jud.* P. 1. c. 11. c *Mat.* 23. 5.

1 Vid. Cap. 4. Sect. 1.

Pharisæi

Pharisæi πλατυνθέντα & admodum conspicua fecisse videntur, ut pietatis famam amplam & late propagatam reportarent. (3°.) Liquidum est, ætate Patrum, membranas Legis portiunculis inscriptas, & corrigias aut ligulas coriaceas, in phylacteriis conficiendis partem non exiguam habuisse. Nam [a] *Justinus Martyr*, de phylacteriis loquens, χαρακτήρων τινῶν ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων, *literarum* sacrarum *in tenuissimis membranis descriptarum* meminit. [b] *S. Hieronymus*, cum ejusdem rei mentio incideret, *Pharisæi*, inquit, *scribebant in membranis decalogum Moysi, id est, decem verba Legis; complicantes ea, & ligantes in fronte*, &c. Ligulas etiam coriaceas antiquos frontalium comites fuisse testatur [c] *Epiphanius*: nam de Pharisæorum usu loquens, ait eos eundem cum Scribis cultum habuisse ἐν πλατείαις ταῖς κρηπῖσι, καὶ γλώτταις τῶν ὑποδημάτων μηκύνοντας, *cum latioribus crepidis, & solearum ligulis procedentes*: istas autem *solearum ligulas*, quæ viros doctos non parum torserunt, [d] Auctor nuperus, erudite & ad rem meam accommodate, sic interpretatur: Γλώτταις ὑποδημάτων sive *solearum ligula, in quibus procedebant Pharisæi, nihil sunt aliud quam lora Phylacteriorum, quæ capitibus & brachiis illorum circumligata, porro deinde propendebant: his enim nihil æque ac calceorum & solearum ligula erat simile, tum quoad exteriorem formam, tum quoque quia Phylacteria brachiis aptata ipsam quodammodo rationem, qua pedi solea alligabatur, referebant.* CAP. I.

His omnibus, de Phylacteriorum forma dictis, non-nemo forsan ipsum opponet *Epiphanium*, qui Judæorum phylacteriis formam a jam dicta toto cœlo distantem tribuit. Nam Scribarum cultum referens, [e] inquit, φυλακτήρια παρ᾽ ἑαυτοῦ ἐπὶ τὰ ἱμάτια ἐπετίθετο, τουτέστι πλατέα σήματα πορφύρας, *vestes phylacteriis distinctas gerebant, quæ sunt latiora quædam purpuræ segmenta.* His etiam, paucis interjectis, hæc addit, *cum stolis, sive vestimenti genere quodam uterentur isti, quod Dalmaticas, aut Colobia appellare possumus, quæ amplioribus e purpura segmentis erant intexta;* τὰ δὲ σήματα τῆς πορφύρας φυλακτήρια εἰώθασιν οἱ ἠκριβωμένοι μετονομάζειν, *ejusmodi porro segmenta qui accuratius loquuntur nominare Phylacteria soleant; horum consuetudinem secutus Dominus, eadem illa Phylacteria nuncupavit.* Hæc de forma & origine Phylacteriorum, jam dictis adversa, dixit *Epiphanius*: nihil autem probabilitatis habet, *Epiphanium* hic in errore versatum fuisse, cui (ipso teste) familiaritas multa sibi cum Judæis intercesserit, & ipse Judæorum vestes oculis suis frequenter usurpaverit. Occurritur argumento quod his adversari videtur.

Hoc *Epiphanii* testimonium auctoribus licet eximie doctis molestiam non levem dedit, nec quispiam adhuc huic modo eundem satis aptum excogitavit. *Scaliger* hic *Epiphanii* fidem aut sententiam in dubium vocat, [f] dicens, *de Dalmaticis & colobionibus* Epiphanii suspendenda est assensio, quum ex iis pro *fimbriis mala punica* pependisse scribat. Et statim, *Epiphanio*, inquit, a quodam Judæo impositum est, ut manifesto in aliis. *Petavius Epiphanii* Manes modestius paulo tractandos existimavit: nam voces eas [φυλακτήρια, τουτέστι πλατέα σήματα πορφύρας] explicare studens, hæc [g] habet; *Mira vocabuli hujus* τῶν φυλακτηρίων *interpretatio; clavos esse purpureos latos, qui colobiis & epomidibus insuerentur, ad eundem modum quo Romani Senatores sui ordinis insigne gestabant. Hoc vero, inquam, admirandum potius, quam aut sine alio idoneo auctore nimis amplectendum, aut acrius reprehendendum; quod in Elencho Scaliger instituit. Atqui utrum Dalmaticas istas, & Colobionas clavatos Pharisæi olim gesserint, eaque Phylacteria plerique nominaverint, necne, aliunde constare non potest, & ex reconditis Judæorum libris ac ritibus multa Epiphanius potuit addiscere, quæ hoc seculo & hodiernis Judæis ignota sunt. Est igitur; clavos etiam istiusmodi* φυλακτήρια *nuncupaverint, vulgo tamen* φυλακτήρια *illa, quorum Matthæus meminit, cum Hieronymo pittaciola, & membranacea frontalia eruditi homines* [addo & Patres] *interpretantur.* Hoc *Petavii* responso Lector una mecum acquiescat, donec ingenia feliciora quid sanius aut veritati similius adinvenerint.

a In *Dialog.* cum *Tryph.* p. 230. b *Comment.* in *S. Mat.* 23. 5. c Adv. *Hæref.* lib. 1. *hær.* 16. §. 1. d *Wagenseil.* Not. in *Excerpt. Gemar. Cod. Sot.* p. 404. e *Hæref.* 15. p. 32. f *Elench. Trihæref.* cap. 8. g *Animadv.* ad Tom. 1. *Epiph.* L. 1. p. 31, 32.

CAP. II. SECT. I.

CUM jam Phylacteriorum formam verbis expressam dederim, Judæum precibus attentum, adeoque תפילין (*bc*) טלית (*a*) & ציצית (*d*) ejus, instructum, hic depingendum curavi: nam Phylacteriorum imago ob oculos posita, res eas animo Lectoris accuratius exhibebit, quam prolixa verborum series.



CAP. II.

De Nominibus Phylacteriorum.

CUM horum instrumentorum formam, rudiori licet penicillo delineaverim; rerum series & Argumenti ratio postulant, ut eorum nominibus, antiquitatis caligine circumfusis, lucem afferam. Sunt autem quatuor, Hebræa duo, & Græca totidem. Pensum meum a nominibus Hebræis exordium sumet.

SECT. I.

De Nominibus eorum Hebraicis, טטפות & תפלים

PHYLACTERIA duobus nominibus Hebræis, טטפות & תפלים a Judæis appellari solent. A *Totaphoth*, utpote nomine sacro & in usu maxime familiari sermo noster exordium sumat.

JUDÆI *Deuteronomii* 6. 8. nomen *Totaphoth* phylacteriis imponendi causam præbere sentiunt. Nam eo loci Deus, mandatorum suorum jugem & assiduam meditationem præcipiens, *& ligabis*, inquit, *ea quasi signum in manu tua*, והיו לטטפות *& erunt in Totaphoth* aut *frontalia inter oculos tuos*. Cum itaque verbis illis frontalia gestare teneri censeant, ea *Totaphoth* appellant, nomen illud ipsa Legis auctoritate sancitum & sacratum arbitrantes.

SECT. 1. De origine Totaphoth.

HIC autem ambage longa Lectorem detinerem, si de vexatissimæ vocis hujus origine varias doctorum opiniones enumerarem. Ne longum faciam: mihi facile persuadeo, vocem illam vocabulis pure Hebraicis accensendam esse; non *Africanis*, uti [a] *Judæi*; non *Arabicis*, uti [b] *Fullerus*, aut *Ægyptiacis*, uti [c] *Mayerus*, existimarunt. Est enim nomen plurale, quod vocum Hebræarum analogiam & formationem adamussim servat. Et ambigere nequeo, quin a singulari טטפת licet in Scriptura non occurrat, formari debeat; prout illæ voces affines חותמות a חותמת *sigillum*, עופרות a עפרת *plumbum*, תולעות a תולעת *vermis*, יותרות a יותרת *reticulum*, כותרות a כותרת *corona* vel *cinctura*, aliæque passim obviæ, deduci solent: nil itaque novi, si טטפות a טטפת deducamus.

SI jam ab origine vocis hujus, ad illius notationem & sensum germanum sermo progrediatur, vox hæc triplicem olim significatum [latum, strictum, strictissimum,] habuisse videatur.

Et triplici notatione.

NAM (1°.) late sumpta, rem quamvis corpori circumligatam, affixam, appensam, adjunctam vel adhærentem, olim notasse censeatur. Huic voci significatum illum asserunt *Onkelos* & *Jonathan*, a quibus טוטפות per תפלין exponi solet: תפלין autem a תפל aut (literis ת & ט ejusdem organi permutatis) טפל *conjunxit*, *adhæsit*, originem derivare, loco magis opportuno probaturi sumus. Hunc etiam vocis sensum firmat [d] *Aquila*, qui טוטפות *ἀσάλευτα* vertendum censuit; quasi *adhæsilia*, vel potius *alligabilia* sive *ligamina*, a verbo *ἐπέχεσθαι*, *obstringi*, *obligari*, vel *alligari* significante. Huic significationi nonnihil opis afferunt [e] Talmudici, qui טוטפות per חומרתא *nodum* aut *ligamen*, explicant. Hunc vocis intellectum astruunt LXX, qui *Totaphoth ἀσάλευτα*, h. e. *immobilia*, reddidere; quod nempe fronti manuique sinistræ manerent alligata, nec inde (præsertim inter orandum) moverentur. *Quocirca*, inquit [f] Fullerus, *ex Græcorum versione versionem Vulgatam emendandam arbitror*, *nec pro & reposito*, *sic*, Eruntque, nec movebuntur, inter oculos tuos, h. e. *ἀσάλευτα immota manebunt*, *vel immobilia*, *inter oculos*. His omnibus accedat, quod e priori [g] legis modo citatæ clausula [*ligabis ea in signum manui tuæ*] non absurde conjiciamus, voces sequentes [והיו לטוטפות] sensum haud multo dissimilem continere, & de rebus quibusdam, signi vel memoriæ causa, fronti appensis aut alligatis interpretandas esse. Si voci טוטפות hunc significatum assignemus, nil vetat eam, cum *Avenario*, *Schindlero*, aliis, a טטף *circundare*, *circumligare*, derivare. Quamvis enim radicis illius usus jam exoleverit, cognatione propinqua cum voce טוטף & Arabica טוף *circumire* conjungi videatur. Hanc opinionem [h] *Fullerus* noster suffragio suo cohonestavit: *Mihi certe maxime consentaneum rationi videtur*, ait ille, vocem טוטף *ex Arabica lingua peti*, *quæ Hebraica dialectus est altera: quippe Arabibus verbum est* טוף *circumire denotans*. *Unde dictum conjectemus* טוטף *nempe quia frontem brachiumque circumire*, *eisque ritu Judaico circumdari*, *solet*.

(2°.) VOX hæc, stricte sumpta, nonnunquam *armillam*, *frontale*, *tiaram*, *coronam* [utpote præcipua corporis adjuncta vel appendices] olim indigitasse videatur. Hunc vocis usum & sensum probabilitate carere non patitur cognata Chaldæorum lingua, qui vocabulo טוטפא & טוטפתא a טוטפות derivato, ad armillam aut tiaram, ornamentum brachio vel capiti circumligatum, notandum utebantur. Hoc Paraphrastes Chaldæus extra controversiam ponit, qui vocibus illis brachii vel capitis ornatum non semel exprimit. Nempe *2 Sam. 1. 10.* וטוטפתא *& armillam quæ erat in brachio ejus*: & *Esth. 8. 15.* *Et supra coronam erant* טוטפן *tiara* vel appendices ad ornatum facientes. His addo locum illum *Ezech. 24. 17.* טוטפתך *tiara tua erunt super te*. Chaldæorum autem טוטפתא ab Hebræorum טוטפות derivari, dubitare non sinit vocum earum affinitas, & formationum similium exempla passim obvia. Ex iis unum sufficiat Chaldæorum כותרא & כותרתא *corona*, ab Hebræorum כותרת arcessitum.

(3°.) VOX ea, paulo strictius accepta, appendiculam *μνημονευτικὴν*, vel adminiculum aliquod ad vividam rei alicujus memoriam conservandam olim notasse putetur. Idem enim quod

a *Martin. Pug. Fid.* P. 3. c. 12. §. 9. b *Miscel.* lib. 5. cap. 7. c *Prodrom. Chald.* P. 1. c. 3. d In *Exod.* 13. 16. e V. *Buxtorf. Lex. Talm.* col. 870. f *Miscel.* lib. 5. cap. 7. g *Deut.* 6. 8. h Ub. supr.

SECT. I.

Exod. 13. 9. לזכרון *in memoriale*, [a] postea לטטפות fronti alligari dicitur. Ideoqoe [b] Aben-Ezra *Totaphoth* ait esse כמו זכרון *ὡσεὶ μνημόσυνον* & vetus ioterpres Latinus vocem hanc per *appensum quid ob recordationem* interpretatur. Præterea huic significationi firmandæ ipsa [c] legis forma, qua vox *Totaphoth* occurrit, argomentum oon leve præbet. Nam liquidum est, vocibus iis, והין לאוה ידך filum vel quidvis aliud manibus affixum ad memoriam rei alicujus inducendam aut conservandam denotari: suadet itaque sequentis clausulæ *συνώνυμα* [והיו לטטפות בין עיניך] ut eam de re aliqua ita fronti appensa & in ocolos incurrente intelligamus, ut rem quam significat nunquam animo gestantis excidere patiator. Nisi enim aliqua sensus aut significationis affinitas inter clausulas hasce dnas intercedat, nulla constat ratio cur eodem in commate tam arcte conjungantur. His argumentis inductus (si mei arbitrii res esset) hanc tertiam vocis hujusce notationem facile præferendam judicarem.

De significatione genuina vocis Tephilin.

AD alterum nomen Hebræum, nempe תפלין aut תפליםן Phylacteriis inditum, jam accedat oratio. Hebræos id nominis appendicibus illis antiquitus imposuisse, patet e [d] *Chaldæo Paraph.* qui loco *Totaphoth* לתפלין habet; & e [e] *Syro*, qui *φυλακτήρια αὐτῶν* per תפליהין reddit. Hujus autem vocis originem quod attinet, id omnino tenendum arbitror, תפלין ad תפל ceu radicem genuinam, referri oportere: תפל autem ab Hebræo טפל derivari, literis ejusdem organi inter se permutatis, [f] *Fullerus*, [g] *Weemesius*, alii certum & manifestum habent. Valet autem טפל *adjunxit*, *adhæsit*, *conjunxit*, *applicavit*: hinc enim effluxit interpretatio [h] *Symmachi*, qui verbum טפל *προσθεῖναι*, & [i] *S. Hieronymi*, qui *applicare*, transtulit. Targum insuper, locis aliquot a [k] *Schindlero* notatis, eundem significatum huic verbo tribuit. Ratio itaque manifesta est, cur antiqui Judæi, quos sequitur Chaldæus uterque, טוטפות per תפילין exposueriot, & hanc vocem sæpe loco prioris usurpaverint; quod nempe significatus vicini nomina sint, cum טטפות *appensa*, *adjuncta*, *alligata*, תפלין etiam *apposita*, *adhærentia*, *adjuncta*, *applicata*, denotet.

HÆC omnia, quod obiter moneo, crassam linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ ignorantiam in Judæorum plerisque produnt.

HEBRAICÆ primo: docent enim Judæorum Magistri, quatuor capsulas aut ædiculas, tot schedarum repositoria, parari debere, nullo solidiore fundamento nixi, quam quod *Totaphoth* vox divisa sit & peregrina: nam *in Europa*, inquiunt, טט *tat* duo, *&* פת *in Africa* duo *significat*. Atque hæc vocabuli *Totaphoth* originatio non pueris tantum placuit, sed primi subsellii Magistris; cum [l] eam in *Talmude*, *Kimchio*, *R. Salomone*, *Auct. Baal Turim* & *Baal Aruch*, inveniamus. Ea vero quæ jam dixi, vocem *Totaphoth* ad originem Hebræam referendam, & Rabbinicam illam etymologiam risu potius quam refutatione dignam, probaot.

JUDÆI non absimilem linguæ Chaldaicæ ignorantiam produnt, תפלין a תפלה *oratione* vel פלל *oravit* deducentes; quasi frontalium istorum usus præcipuus esset, in oratione, & hoc pacto *Tephillin* dicerentur, quomodo Pontificii corollas suas sive rosaria solent *Patenostres* appellare. At vero vocem eam a טפל non a פלל arcessendam esse, ex idiomate Syriaco manifestum arbitror. Nam *in eo*, quod observat [m] *Fullerus* noster *punctis subjectis Tephela plane habetur, non Tephilla sicut in Thargum mendose scribitur, & a Judæis recentioribus vitiose profertur*. His addi potest, quod תפלה *precatio*, io plurali תפלות rite formet, non תפלים aut (quod idem est) תפלין. Hæc secum attente cogitasse videtur Auctor *Aruch*, quem [n] R. Elias, *Tephilin* non in radice פלל *oravit*, sed תפל (pro טפל) *adjunxit*, *adhæsit*, adduxisse refert. Absit interim ut *Fulleri* doctissimi conjectoram omni probabilitate destitutam sentiam; nempe [o] *nomen hoc per allusionem impositum fuisse, qua veteres Judæorum doctores mirifice* delectabaotur; ut *Tephelin quasi Tephillin παρονομάζοντες appellarint, non utique nativam* solummodo *vocis notationem, sed solennem* etiam *in precationibus potissimum, rei usum spectantes.*

a Vers. 16. b *Comment.* in *Exod. 13. 16.* c *Et ligabis ea quasi signum in manu tua, & erunt in frontalia &c.* d In *Deuter. 6. 8.* e In *S. Mat. 23. 5.* f Ub. supr. g Lib. de *Legib. Cerem.* cap. 32. h *Job. 13. 4.* i *Psal. 119. 69.* k *Lexic.* in voc. טפל l V. *Mayer. Philolog. Sacr.* P. I. cap. 3. m *Miscel.* l. 5, cap. 7. n In *Thisb.* ad voc. תפלין o Ubi supr.

SECT.

SECT. II.

SECT. II.

De Nominibus eorum Græcis, φυλακτήρια scilicet & ἀσάλευτα.

AD nomina Græca τῶν *Tephilin*, eo me ducente methodi mihi præscriptæ filo, proximo devenientum est. Hæc etiam duo sunt, φυλακτήρια & ἀσάλευτα. Horum primum loco illo [a] *S. Matthæi*, jam sæpe citato, reperitur, πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν: posterius e Græca versione petitur, ubi LXX verba de Phylacteriis dici credita sic transferenda censuerunt, καὶ ἔσται ἀσάλευτον πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν.

SERMONEM meum a voce φυλακτηρίων, utpote nomine clariori & inter Hellenistas olim maxime recepto, auspicari debeo. Rationes autem variæ solent assignari, cur Hellenistæ veteres id nominis τοῖς *Tephilin* suis imposuerint. Nam, 6. Rationes nominis φυλακτηρίων, reddi solitæ, rejiciuntur.

(1°.) NONNULLI sic ea dicta sentiunt, quod ad Phylacteriorum ethnicorum speciem & similitudinem efficerentur. Ratio illa [b] *Cameroni* placuit: nam *Phylacteria Græce dicuntur*, inquit ille, *quod fuerint ad instar phylacteriorum* aut amuletorum ethnicorum *concinnata*. In eandem sententiam concessit [c] *Grotius*, qui, de membranis fronti Judæorum alligatis agens, hæc habet; *vox φυλακτηρίων ideo membranis istis Judaicis aptari cœpit, quia similes erant τοῖς περιάπτοις quæ Græci adversus morbos valere credita inde φυλακτήρια nuncupabant: quorum mentio est in Canone 36. synodi Laodicenæ.* Hanc autem rationem vitiosam existimo quod e jam dictis & postea dicendis aperte constet, Ethnicorum phylacteria (si speciem externam spectemus) vix ullam cum Judæorum phylacteriis affinitatem aut similitudinem habuisse. Nusquam enim legitur, Ethnicos membranas Legis portiunculis inscriptas, locis coriaceis in pectus pendulis, fronti pro phylacteriis alligasse. Neque facile est creditu, Hellenistas omnes nomen ethnicum, imo magicum, nulla cogente necessitate, sacris illis appendiculis affigere voluisse.

(2°.) VISUM est aliis, Hellenistas id nominis eorum frontalibus imposuisse, quod usum τῶν φυλακτηρίων præstare, eosque a fascinatione, morbo vel dæmone, φυλάττειν, crederentur. Nam φυλακτήριον Græcis est περίαμμα *amuletum*, quod alligatur homini, & ab eo genium malignum, oculum invidum, morbum, aliaque mala amoliri creditur. Hoc sensu occurit *Concilii Laodiceni Canone 36.* ubi omnes qui solent ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, *facere quæ dicuntur phylacteria*, Concilium Ecclesiæ communione privandos decernit. At neque hanc rationem quid sani continere sentio: quamvis enim Judæi nonnulli, rei magicæ studiosi, phylacteriis suis ad usus tam profanos frequenter abuterentur; certum est non minus Ecclesiæ Judaicæ quam Christianæ præsides ab hujusmodi moribus abhorruisse, & homines pœnis & censuris gravioribus ab hac superstitione coercuisse. Hujus rei [d] *Maimonidis* verba fidem indubitatam faciont
המניח ספר תורה או תפלין על הקטן בשביל שישן לא די להם שהם בכלל מנחשים וגו׳
id est, *qui imponit librum Legis, vel Tephilim* aut Phylacteria *super infantem, ut dormiat; non solum censetur inter præstigiatores & incantatores, sed etiam annumeratur inter eos qui Legem negant: quia verbis Legis ad valetudinem corporis utitur, quum non sint nisi animarum medicina: juxta illud* Proverb. 3. 22. *Et erunt vita animæ tuæ.* Et [e] alibi, *qui scribunt*, inquit, *in interiore parte* Mezuzæ *nomina Angelorum, vel nomina sancta, vel versum vel signacula,* הרי הן בכלל מי שאין להם חלק לעולם הבא *Illi censentur inter eos qui non sunt participes seculi futuri. Ii enim stulti non solum irritum faciunt præceptum, sed etiam præceptum magnum, quod est de unitate & cultu Dei; & faciunt* Mezuzam קמיע *amuletum & ligaturam ad privatos ipsorum usus.* Cum itaque saniores Hebræorum magistri eos omnes qui phylacteriis ad bonum aliqood corporale consequendum, aut malum arcendum, utebantur, inter præstigiatores & apostatas a lege numerarent, iisque partem ullam in seculo futuro denegarent; fidei difficile est, ea φυλακτηρίων ethnicorum vicem præstitisse, vel Hebræos antiquiores vim illam (qoam dixi) φυλακτικήν iis tribuisse, vel inde nomine Phylacteriorum frontalia sua nuncupasse. Hæc eo minus dubitanter assero, quod hanc nominis hujusce rationem [f] *Epiphanii* sententia damnatam videam. *De* Phylacteriis, ait ille, *cum Evangelium meminerit, suspicari quispiam possit*, μὴ ἄρα περιάπτων λέγει· ἐπειδὴ γὰρ καὶ εἰώθασί τινες τὰ περίαπτα φυλακτήρια ὀνομάζειν· *de amuletis ibi sermonem institui, quod a nonnullis amuleta Phylacteria*

a Cap. 23. 5. b *Prælect.* ad *Mat.* 19. pag. 174. c *Annot.* ad *Mat.* 23. 5. d *Tractat.* de *Idol.* c. 11. §. 14. e *Tract.* de *Tephil.* & *Mezuz.* c. 5. §. 4. f Advers. *Hæres.* lib. 1. *hær.* 15.

 vocentur:

SECT. II. *vocentur: οὐκ ἔχει δὲ ὁ λόγος τὸ πιθανὸν περὶ τούτου· sed longe alia est nominis hujusce ratio*, ad quam (ne forte Lectoris expectationi desim) proximo transeundum est.

(3°.) ITAQUE censuit *Epiphanius* nomen illud φυλακτήριον a vestimenti genere, Judæis olim familiaris, originem accepisse. Tunc enim inquit [a] ille *stolis quibusdam utebantur, quas Dalmaticas appellare possimus, quæ amplioribus ex purpura segmentis erant intexta.* Τὰ δὲ σήματα τῆς πορφύρας φυλακτήρια εἰώθασιν οἱ ἀκριβούμενοι μετονομάζειν, ταῦτα ἔλεγεν φυλακτήρια αὐτῶν καὶ ὁ Κύριος καθ' ἐκεί-νας λέγων· *ejusmodi porro segmata, qui accuratius loquuntur, Phylacteria nominare solent. Horum consuetudinem secutus Dominus, eadem illa Phylacteria nuncupavit.* His ut fidem ampliorem afferat, addit, *prout vestimentorum* Judaicorum *fimbrias* [b] κράσπεδα, *ita & purpureos illos quos dixi clavos* Phylacteria *appellavit.* Quid veri ferant hæc *Epiphanii* verba, difficile est in tanta vetustatis caligine percipere, vel fidenter affirmare. Certum est, antiquos alia omnia de Phylacteriis hisce Judaicis posteritati tradidisse. Consultum est itaque rem hanc in medio relinquere, nec sententiam vel *Epiphanio* vel cæteris e Senatu veterum injuriam hic interponere. Liceat tantum hoc unum addere: cum dominus Judæorum κράσπεδα & φυλακτήρια loco jam citato simul junxerit, & certum Evangelistam vocem κράσπεδα e versione [c] Græcorum accepisse; probabilitatis haud parum habet nomen illud ἀδελφὸν, nempe, φυλακτήριον, ab eodem utero, Græca versione nimirum prodiisse. Sed hac de re sensum meum statim uberius & luculentius exprimam.

(4°.) NONNULLI φυλακτήρια sic dicta volunt, quod aliquas Legis Mosaicæ sectiones, populo in memoriam assiduo revocandas, custodirent. Atque ea ratio vocis adeo placuit [d] *Abulensi*, quod φυλακτήριον a φύλαξ *custos* & Thorah *lex* (quis a risu temperet?) derivandum senserit. At nullam apud me fidem invenire potest, Hellenistas nomina *Totaphoth* & *Tephilin*, apud contribules suos unice recepta, repudiare; & nomen φυλακτήριον, vocem quæ nullam cum iis affinitatem colit, in eorum locum sufficere, voluisse; tantum ut appensa illa coriacea Legis sectiones aliquas custodire significarent: cum præsertim res ea cuivis e media plebe satis innotesceret; & phylacteria pellicea Legis sectiones *custodire*, non nisi metaphoræ durioris ope, dicerentur.

(5°.) SENTENTIA vulgo recepta est, frontalia nomen illud inde reportasse, quod eorum gestatores de legibus custodiendis admonerent, & earum observationi, tanquam memorialia semper ob oculos posita, feliciter inservirent. Hanc nominis hujus originationem multi magnique viri sigillo suo non indignam judicarunt. [e] *Fullerus*, hoc nomen φυλακτήριον memorans, *nomen hoc Græcum*, inquit, *a fine videtur inditum: quia* טוטפות *adhibita essent tanquam adminicula ad efficacem Legis memoriam firmius conservandam.* Consentit [f] *Lightfootus*, sic nominis hujusce rationem explicans; *dicta sunt Græce* φυλακτήρια, *id est*, Observatoria; *eo quod essent memorativa Legis.* At in hac etiam ratione soliditatem desidero, cum vox Græca significatum illum non admittat: nam φυλακτήριον, substantive sumptum, stationem custodum vel amuletum notat; adjective vero, hominem *aptum ad custodiendum*, vel *qui custodiendi vim habet*, nec unquam significatum transitivum recipit. Nec opinari facile est, Hellenistas omnes nomen illud novum, φυλακτήριον, veteri Judæorum *Totaphoth* anteponere voluisse, tantum ut illum frontalium finem, cuivis e trivio notum, indicarent.

(6°.) IN hanc sententiam feruntur aliqui, Hellenistarum φυλακτήριον nempe τοῦ *Totaphoth* & *Tephilin* Hebræorum ex adverso respondere, & utraque illa nomina, sed obscurius, interpretari. Præcipuum opinionis hujusce [g] patronum rem totam clarius explicantem accipiamus; *concedere oportet* φυλακτήριον *sic finem τοῦ* תפלין *significare, ut habendi modum situmque etiam simul denotet. Nam cum adjectivum sit, consistere per se nequit nisi subintelligatur substantivum* περίαμμα, *aut aliud simile quod* alligationem *sonet aut* conjunctionem; *perinde ut Syriacum vel Chaldæum* תפלא *quo a veteribus* טוטף *semper exprimebatur.* Adeo ut (si *Fullerum* audiamus) vox φυλακτήριον, aperte quidem *conservatorium*, obscure vero *quid alligatum* aut *appensum*, denotet. Hanc autem conjecturam plane coactam & invita Minerva factam arbitror. Gratis enim dicitur, φυλακτήριον, adjectivum esse, vel (si nomen adjectivum esset,) *consistere non posse, nisi substantivum* περίαμμα, *subintelligatur.* Deinde, cum notationes vocum earum תפלין & φυλακτήρια toto cœlo distent, necesse est ut Lectori consulto prorsus incredibile videatur, Hellenistas φυλακτήριον, ad sensum vocabuli תפלא reddendum elegisse, cum præsertim περίαμμα *subintellectum* ei magis apte responderet.

a Ub. supr. p. 32. b *Mat.* 23. 5. c V. *Numer.* 15. 38. & *Deut.* 22. 12. d *Comment.* in *Exod.* 13. Qu. 3. e *Miscel.* L. 5. c. 7. f *Hor. Hebr.* in S. *Mat.* 23. 5. g *Fuller.* ub. supr.

SECT. II.

Auctoris opinio de nomine φυλακτήριον.

Si quis jam dicta secum pensitaverit, rationem nominis hujusce [φυλακτήριον] inter adhoc ignota & desiderata numerabit. Ut itaque tenebris hisce quid lucis afferam, dicendum arbitror; Hellenistas nomen φυλακτηρίων appendiculis illis imposuisse, quod vocis illius *sonus* & *sensus* iis versionis Græcæ locis examussim convenirent, quibus horum phylacteriorum usus & institutio præcipue niti censebantur. Hoc paucis apertum fiat: nam,

PRIMO: nominis hujusce *sonus* iis Græcæ Scripturæ locis apte quadrat, qui phylacteriis illis occasionem dedisse videantur. Loci vero quos in animo jam fero, nobis occurrunt *Proverb. 6. 20, 21.* υἱὲ φύλασσε νόμους πατρός σου,---ἄφαψαι αὐτὰς ἐπὶ σῇ ψυχῇ διαπαντὸς, & *cap. 7. 1, 2.* υἱὲ φύλασσε ἐμοὺς λόγους, τὰς δὲ ἐμὰς ἐντολὰς κρύψον παρὰ σεαυτῷ --- φύλαξον ἐμὰς ἐντολὰς καὶ βιώσεις &c. Quanta vero soni similitudo vel consensus inter præceptum φύλαξον, (locis hisce traditum) &, inde deductum, φυλακτήριον, cuivis obvium est intelligere, qui Græce vel hiscere didicit.

SECUNDO: nominis etiam hujusce *sensus* aut significatio triplex locis jam dictis adamussim convenit. Nam (1°.) φυλακτήριον *amuletum* aut *conservatorium* notat, quod scilicet ad fugandos Dæmones & mala quævis alia propulsanda, vim habere creditur. Judæi etiam *Tephilin* eorum amuleta quædam (non magica, sed) sacra fuisse, & ad malorum incursum inhibendum valuisse, censuerunt. Hujus autem sententiæ fundamentum jam dicta [a] Proverbiorum loca, perperam intellecta, posuerunt: υἱὲ φύλασσε νόμους πατρός σου, *& ne dimittas legem matris tuæ—cum ambulaveris, deducet te, & cum dormieris, custodiet te* -- τοῦ διαφυλάσσειν σε ἀπὸ γυναικὸς ὑπάνδρου, καὶ ἀπὸ διαβολῆς γλώσσης ἀλλοτρίας. His addo *Prov. 3. 21, 22, 23. Fili mi, custodi legem & consilium; & erit vita animæ tuæ, & gratia circa collum tuum:* [b] ἔσται δὲ ἴασις ταῖς σαρξί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς σοῖς ὀστέοις: *tunc ambules fiacus in pace omnes vias tuas, & pes tuus non impingat.* (2°.) φυλακτήριον, exponente *Suida & Etymologo*, τόπος, ἔνθα οἱ φύλακες οἰκοῦσι, *locus est in quo custodes habitant.* Cum itaque Dei leges (uti dictum est) hominum custodes essent, *Tephilin* haud immerito φυλακτήρια dicebantur, quod loci essent in quibus custodes illæ, vel earum nonnullæ, disponebantur. (3°.) φυλακτήριον, adjective sumptum, rem aut personam sonat, aptam ad custodiendum, vel custodiendi potentia præditam. Et eo sensu vox hæc in phylacteria cadit maxime, non tantum quatenus leges nonnullas conservarent ipsa, sed quatenus legis memorialia essent, & homines ad eas custodiendas frequenter excitarent. Nec minus locis modo citatis convenit, qui sapientiæ filios ad leges custodiendas non semel adhortantur.

CUM itaque nominis hujusce celeberrimi sonus & sensus locis hisce, prout in versione Græca leguntur, aptissime conveniant; inde probabile factum est, versionem illam Hellenisticam ei principium tribuisse. Inde probabilitatis aliquid acquitat hæc conjectura, quod apertis argumentis, statim producendis, evinci possit, Salomonis verba (prout a Judæis intellecta) multis Phylacteriorum circumstantiis instituendis occasionem administrasse. His accedat, quod æquum erat ut frontalia Judaica nomine *Totaphoth* inter Hebræos, sed nomine φυλακτηρίων inter Hellenistas, versionis uti & linguæ præcipue Græcæ studiosos innotescerent.

De nomine secundo Ἀσάλευτα.

SUPEREST ut alteri nomini Græco frontalibus hisce tributo, scil. ἀσάλευτα, cogitationes nonnullas impendamus. Hoc nomen e LXX petitur, qui *Totaphoth* Hebræorum tribus in locis ἀσάλευτα transtulerunt. Hujus autem nominis, Eruditi varias rationes & origines excogitarunt: nam

(1°.) SCALIGER ἀσάλευτον ad verbum aliquod Græcum jam deperditum, significatum amuletis affinem habens, tanquam radicem ejus, referendum censuit. Sed rem totam ex ore [c] Auctoris ipsius accipiamus: *Totaphoth Septuaginta interpretes* ἀσάλευτα, *id est amuleta verterunt: quam vocem Grammatici nondum in sua Lexica retulerunt. Itaque idem est* ἀσάλευτον & φυλακτήριον. *Utrumque enim est Amuletum. Veteribus Latinis, Varrone teste,* Proebia, *pro quo in Glossario perperam* Praevia. φυλακτήριον Servatorium, Amolimentum, Amoletum, Praevia. *Vitium ex prava V. cum B. commutatione natum.* Hæc equidem dixit Auctor ille, sed argumenta conquirere debuit, si fidem apud homines non prorsus incredulos invenire voluit. φυλακτήριον quod attinet, vox ea *Scaligeri* causam non multum adjuvat: constat enim, Hellenistas nomen illud sensu gentili non accepisse, nec illud frontalibus suis imposuisse, quod ea mali curandi remedia, vel Dæmonia fugandi virtute pollere crederent; sed respectu ad Græcam versionem habito, & alias ob causas e jam dictis intelligendas.

a *Prov. 6. 20, 22, 24. & c. 7. 5.*　b *Hic versus in Hebræo deest.*　c *Elench. Trihæres. c. 7.*

(2°.) NOMINIS hujus origo diversa, quamvis eadem notatio, [a] *Samueli Petito* placuit. Dum enim vocem ἀσάλευτα idem quod φυλακτήρια vel *amuleta*, notare docet, sic nominis originem illustrare satagit: *Lxx Interpretes accesserunt proxime ad nominis* טוטפת *notationem & rei usum: nam vertunt* טוטפת *ut nobis quidem videtur*, ἀζάλευτα, *quomodo emendandum putamus, voce composita, quæ derivatur* ἀπὸ τῆς ἄζης καὶ τῦ ἀλείω. *Significat* ἄζα, *ut constat ex Hesychio*, αἰδοῖα· *videtur significare* pudenda. *Hesychius* enim *interpretatur* ἀναθυμίασιν *&* κονισάλος, ἀφροδίσια καὶ τὰ αἰδοῖα· ἀλεῖν *vero, eodem Hesychio teste, idem est quod* φυλάσσειν· *Quare* τὰ ἀζάλευτα *sunt appensa* αἰδοῖα ἐπὶ ἀποτροπῇ, *quæ in voce habes significationem vocis* טטפת *& præterea horum pudendorum appensorum usum, nempe ut* φυλακτήρια amoleta *essent*. Hæc ille: nunquam autem eo me adduci patiar, ut (cum *Petito*) sentiam versionem Græcam hic emendandam esse, vel ἀσάλευτον loco veteris ἀζάλευτον irrepsisse; cum ἀζάλευτον vox sit nondum Athenarum civitate donata, & ingenii temerarii sit, lectionem exemplariom omnium fide & consensu probatam solicitare: ut alia jam taceam, ad conjecturam illam evertendam non minus obvia quam efficacia.

(3°.) PLERIQUE alii vocem ἀσάλευτα, *immota*, *inconcussa*, denotare judicant, & Lxx vocem eam usurpasse, quod mentem sensumque vocabuli טוטפת feliciter interpretetur. Fos autem *æquo Jove judicare* sentio, quod vox ea res notet fronti vel manui tam firmiter alligatas aut adhærentes indicet, ut illic immotæ maneant aut inconcussæ. Inde factum est, quod Hebræi Veteres aliique voces eas, ad phylacteria significanda, præ cæteris aptas & accommodatas existimaverint: quod scilicet eodem in loco, nimirum in fronte manuque sinistra (quibus alligari moris est Judaici) semper hærete, præsertim inter orandum, nec inde moveri deberent; nec a Pharisæis, re Judaica florente, unquam inde movebantur.

CAP. III.

De Auctore & Origine Phylacteriorum.

QUÆSTIO illa, *Judæorum phylacteria unde erant, e cælo an ex hominibus?* quæstio perplexa est admodum, & Veteres simul & Modernos in partes traxit; nonnullis ea divinitus instituta, aliis ea Judæis auctoribus ascribenda, sentientibus.

EXISTIMAVIT [b] *Justinus Martyr*, Deum ad Phylacteria gestanda Jodæos lege diserta devinxisse: nam contra *Tryphonem* Judæum disserens, in hanc sententiam loquitur, *ut coccineum panniculum sibi ipsis Judæi circumponerent, præceptum est vobis, quo per eum vos Dei non caperet oblivio;* καὶ φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν, ἃ πάντως ἅγια νοοῦμεν εἶναι, περικεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε, &c. *Et phylacterium, literis quibusdam, quas sanctas omnino esse intelligimus, in tenuissimis membranis descriptis, circundare vos jussit & per ista religionem quandam vobis incuteret*, &c. Censuit etiam *S. Chrysostomus* usum phylacteriorum non fuisse ἐθελοθρησκείαν Pharisaicam, sed e mandato divino principium accepisse: nam de phylacteriis agens, [c] ait, ἐπειδὴ συνεχῶς ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν τῦ Θεῦ, ἐκέλευσεν ἐγγραφῆναι βιβλίοις μικροῖς τὰ θαύματα αὐτῦ, καὶ ἐξηρτῆσθαι αὐτὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν· *quoniam facile Dei beneficiorum obliviscebantur, idcirco Deus signa sua in libellis brevissime conscribi, & manibus eorum appendi jussit.* Magistri sui vestigiis insistit [d] *Isidorus Pelusiota*, & illius verba transcribit. Ita judicavit etiam [e] *Josephus*, [f] *Aristeas* [1], [g] *Onkelos & Jonathan*, [h] *Scaliger*, alii, acclamante per tot annorum series tota Judæorum gente.

IN sententiam adversam fertur *S. Hieronymus*, aperte negans Judæos ullum præceptum de phylacteriis aot membranis hisce frontalibus habuisse; sed aliorsum atque Deus intendit, Illius mandatum accepisse. Postquam enim legis illius, *Ligabis ea in manu tua* &c. mentionem fecerat, continoo [i] addit, *sensus est: præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur: sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisæi male interpretantes, scribebant in membranis Decalogum Moysi, id est, decem verba Legis; complicantes ea, & ligantes in fronte; & quasi coronam capitis facientes.——Non intelligentibus Pharisæis, quod hæc in corde portanda sint, non in*

a *Var. Lection.* Cap. 20. b In *Dialog.* p. 229. c *Homil.* 73. in *S. Mat.* d Lib. 2. *Epist.* 150. e *Antiq.* l. 4. c. 8. f Pag. 18. g Nam loco טטפות ponunt תפלין h In *Elenc.* c. 8. i *Comment.* in *S. Mat.* 23. 5.

1 Vid. pag. 913.

corpore.

corpore. Idem, ni fallor, & [a] *Theophylacto* visum est: postquam enim dixisset, Judæos ad phylacteria gestanda se præcepto jam dicto devinctos existimasse; statim subjungit, ὁ δὲ Θεὸς οὐ τοῦτο ἐβούλετο, ἀλλὰ διὰ τὸ μὲν ἔχειν ἐπὶ τῆς χειρὸς τὸ φυλακτήριον, ἐσήμαινε τὸ δεῖν ἐργάζεσθαι τὰς ἐντολάς. *At Deus hoc nolebat, sed jubendo ut babeant super manum quod dicitur* phylacterium, *significare volebat eos mandata operari oportere*. In hanc opinionem coocurrunt, cætera divisi maxime, *P. Fagius*, *Petavius*, *Camero*, *R. Montacutius*, *Menochius*, *Grotius*, *Episcopius*, *Rivetus*, *Hammondus*, aliique multi non cum vulgo docti. C A P. III.

Quod autem doctorum senatus in studia tam contraria circa phylacteriorum originem distrahatur, id ex ambiguo legis [b] illius sensu nascitur, qua phylacteriorum gestatio præcepta dicitur. Nam, observante [c] *Drusio*, ea in lege לטטפת *tam potest exponi*, erunt phylacteriorum loco, *quam* erunt phylacteria. *Sic*, inquit, לאשה *dicimus*, *pro*, *uxoris loco*. Si prior interpretatio recipiatur, tum sensus erit, “ Præcepta & beneficia mea tibi semper ob oculos “ versabuntur, eaque memoria tam tenaci retinebis, perinde ac si ea tanquam frontalia vel “ [d] *gemmas a fronte pendentes*, inter oculos collocasse. Sin autem interpretatio secunda præferatur, textus hunc sensum dabit; “ Statuta mea non tantum in cordis secreto, sed ipsa fronte “ & manu tua, velut appensa & pene inscripta, geras; & sint tibi vice phylacteriorum, in- “ aurium, & armillarum omnium, quibus Ægyptii, vel aliæ gentes exteræ, sibi maxime mu- “ niti vel ornati videntur. Et pro hoc sensu literali Judæi omnibus, quod aiunt, ungulis pu- “ gnare soleot.

Sed qoicquid in adversom a Judæis dicitur, me persuasum habeo, Deum phylacteria nec hic nec alibi præcepisse, nec ea *in animum ejus unquam ascendisse*. In hanc autem sententiam his argumentis adductus & plane confirmatus sum.

(1°.) Ne lyncei oculi quicquam in Dei legibus de tot membranulis, nodis, loris, cellulis, & hujusmodi aliis ad phylacteria spectantibus, observare valent. Hoc & ipsi Judæi palam coofitentur: si enim de phylacteriorum nodis, gestatione in sinistra, quatuor cellulis, aliisque minutiis apud eos in religionis parte habitis, quæstio moveatur; nihil aliud occurrit pro responso, quam quod [e] *ea omnia sint* הלכה למשה מסיני *ordinatio Mosis e monte Sinai*, perpetua traditione ad posteros propagata. Cum autem Deus omnia alia Legis instituta, quoad minimas plerunque circumstantias, *lege scripta* & aperte determinarit; quis nisi Judæus opinari potest, Eum phylacteria instituisse, circumstantias tamen omnes ad ea spectantes *lege* tantum *orali* tradere voluisse; cum præsertim instrumenta sanctitatis incredibilis habeantur? Judæos equidem ita credere posse, nemini mirum videri queat: *nihil enim tam praposterum & absurdum, atque ab omni credulitate alienum dementia & phrenesis humana animo concipere potest, & scriptis exprimere, quod illi protinus velut Mosi a Deo in monte Sinai traditum, aut saltem ut quid divinum a Majoribus continua successione derivatum non amplectantur & suscipiant*: hoc [f] *Morinus*, in scriptis moribusque Judaicis versatissimus, de Judæorum gente (utinam magis acriter quam vere) pronunciavit. Judæis enim solenne est, eorum traditiones & deliria Mosi & Prophetis accepta referre, quo majorem auctoritatem apod credulam plebem habeant; & mons ille *Sinai* sæpe parturire cogitur, ut ridiculus mus traditionis alicujus absurdæ honeste nasci censeatur. Quoniam autem Judæi rationes in re ne pili unius æstiment, & causæ suæ præsidium in loco illo [g] *Deuteronomii* præcipue ponant; instituto præsenti maxime convenit, ut illius momentis expendendis immorer, & eum spes nullas eorum causæ præbere manifestum faciam. Addo itaque,

(2°.) Lex ea, *Deuteronomii* sexto tradita, modo sensu literali capta, nollo modo servari queat, nisi quis omnia Dei præcepta membranis inscribi, & fronti vel manui alligari posse sentiat. Nam ipsa legis hujusce verba manifestum faciunt, eam non de uno vel altero versiculo (quod somniant Judæi) sed in genere, de omnibus Dei præceptis fida memoria retinendis & constanter observandis, intelligendam esse. Sic enim se habent ipsa Legis verba: *& erunt verba ista quæ Ego præcipio tibi hodie, super corde tuo: & repetes ea filiis tuis, & loqueris de iis quando sedebis in domo tua* &c. *Et ligabis ea in signum manui tuæ*, &c. Haud dubie vero verba illa quæ Deus *hodie præcepisse* dicitur, non de una illa Legis portiuncula Judæorum phylacteriis includi solita, sunt intelligenda; sed de verbis iis quæ Deus Judæorum filiis inculcari voluit, qui proculdubio, non portiuonculæ tantum hujus & illius, sed Legis integræ cognitione imbui debuere.

a *Comment.* in S. *Mat.* c. 23. p. 136. b *Deuter.* 6. 8. c De *trib. Sect.* l. 2. c. 16. d *Jes.* 3. 21.
e *Buxtorf. Synag. Jud.* cap. 4. f *Exercit.* lib. 2. cap. 1. p. 24. g *Deut.* 6. 7. 8.

CAP. III.

buere. Et Moses ipse legem hanc, loco [a] illo parallelo, sic interpretatur; *eris itaque si serio auscultaveritis praeceptis meis quae ego praecipio vobis hodie, diligendo Jehovam Deum vestrum, & colendo Eum ex toto corde vestro & ex toto animo vestro; ut dem pluviam terrae vestrae*, &c. *Ideo reponetis haec verba mea in corde vestro, & in animo vestro, & alligabitis ea in signum manui vestrae*, &c. Neque Scriptura tantum, sed & Ratio, legem illam sensu tam lato sumendam docet: nulla enim causa reddi potest, cur Deus curaret, ut [b] eas imprimis Legis sectiones [in quibus *magnum mandatum* de proximo diligendo prorsus omittitur] membranis inscriberent, easque frontibus alligarent. Ideoque veteres Judaei majore cum ratione delirasse videntur, qui legem quam prae manibus habemus de verbis decem in Sinai traditis, & Decalogum (non quatuor Legis sectiunculas) phylacteriis eorum inscripsere. Sciat Lector hoc trium testium antiquorum fide confirmari posse: horum primus sit [c] *S. Hieronymus*, qui de phylacteriis agens, inquit, *Pharisaei scribebant in membranis decalogum Mosis, id est, decem verba Legis: complicantes ea, & ligantes in fronte*, &c. Ab his non multum diversa sunt illa *Theophylacti*, ἔγραφον ἐπὶ δύο διφθέραις, τὰς δέκα τῶ νόμου ἐντολάς, &c. *Scribebant* Pharisaei *in duabus membranis decem praecepta Legis, & ponebant unam super frontem*, &c. Extat etiam apud *Eucherium* liber explicationem vocabulorum in literis sacris occurrentium continens, in quo sic scriptum invenimus, *Phylacteria pittaciola erant, ubi Judaei decem praecepta scribebant, & fronti suae alligabant.*

(3°.) IPSA luce clarius est, duas Legis sectiones in membranulis illis exarari solitas non posse de verbis aliquibus describendis & obtutu frequenti exponendis intelligi; sed necesse esse ut de rebus fido pectore grataque memoria reponendis eas intelligamus. Agitur enim *Exod. 13. 8, 9.* de liberatione ex Ægypto, & Paschate in perpetuam tanti beneficii memoriam instituto; & ver. 11, 12. de primogenitis in perpetua secula Deo sacrandis, ut memoria primogenitorum Ægypti (quos Deus eorum gratia trucidavit) in eorum animis vigeret, nunquam interitura. Pascha vero, & primogeniti Deo sacrati, signa quidem & monimenta fuere: qui vero ויהי תפלין esse potuerunt, aut frontibus alligari? Quid Judaei hic responsuri sunt, e [e] *Jonathanis* paraphrasi conjecturam faciamus: ויהי לך ניסא הדין חקיק ומפרש על תפילת ידא גבי *eritque tibi signum miraculosum hoc, sculptum & explanatum in Tephila manus, & in memoriale sculptum & explanatum in Tephila capitis.* Nihil autem manifestius quam quod Pascha, non qua literis consignatum, sed qua tot ritibus emphaticis observatum, signum & memoriale nuncupetur. Sed studiose excutienti, Sol ipse non sufficit.

(4°.) VOCIS טוטפות eo *Deuteronomii* loco usurpatae, sensus & origo genuina minime feret ut eam de phylacteriis Judaicis ibi praeceptis interpretemur. Spissum foret, & Lectori taedium parerem, si varias doctorum sententias de vocis hujus vexatissimae notatione & origine recenserem. Id satis ex iis quae Capite superiore dicta sunt elucere sentio, vocem illam, vel tiaram, vel quidvis appensum aut alligatum, ad memoriam praecipue refricandam, denotare; adeoque vocem illam, non ex vi sua, sed usu Judaeorum, phylacteria significare. Liquet itaque, Mosem proverbiali quadam loquendi formula hic usum fuisse, & de phylacteriis, quae Judaeorum mentes & frontes occupant, ne cogitasse quidem. Deus hic id unum a Judaeis exigit, ut quemadmodum fieri nequit, ut quis signi in manu, tiarae in capite, vel appensi aliquid & moventis inter oculos, oblivioni tradat; ita ne praeceptorum aut beneficiorum suorum immemores sint, sed ea memoria perpetua tueantur. Inde vero probabilior evadat haec interpretatio, quod hoc ipsum παροιμιῶδες loquendi genus ad assiduam rei alicujus memoriam denotandam, frequenter in [f] Scripturis usurpetur. Sic sponsa, memori mente retineri cupiens, [g] *pone me*, inquit, *ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Quibus plane gemina [h] Salomonis verba, *misericordia & veritas ne te deserant: liga eas faucibus tuis, inscribe eas tabulis cordis tui.* Prov. 6. 20, 21. *Fili mi, custodi praeceptum patris tui, neque deserito doctrinam matris tuae: alliga ea cordi tuo jugiter, annecte ea faucibus tuis.* A proverbialibus hisce loquendi formulis, levi distant discrimine ea Mosis verba, *Deuter. 6. 6, 8. & erunt verba ista quae Ego praecipio tibi hodie, in corde tuo: & alligabis ea in signum manui tuae, & erunt in frontalia inter oculos* &c.

(5°.) NON defuerunt ex ipsa Judaeorum gente nonnulli, qui legem illam sensu tantum

a *Deut. 11. 13, 14, 18, 19. 20.* b *Deut. 6.* a vers. 4. ad 9. & cap. 11. a 13. ad 20. & *Exod. 13.* a 2. ad 9. & c. 13. a v. 11. ad 16. *Leo Moden.* de *ritib. Jud.* c. 15. c *Comment.* in *S. Mat* 23. & *Ezec.* 24. d *Comment.* in *S. Mat. p.* 136. e *Paraph.* in *Exod.* 13. 9, & 16. f *Isai* 49. 16. *Job.* 31. 35, 36. *Jerem.* 22. 24. *Hag.* 2. 23. g *Cantic.* 2. 6. h *Prov.* 9. 3.

meta-

metaphorico exponendam censuerunt. Inter eos, Lxx interpretes cum primis notandi veniunt, qui quod in Mose est טוטפות ipsi non φυλακτήρια sed ἀσάλευτα transtulerunt. Hic etiam a grege suo dissentit *Lyra*, qui locum illum parallelum, *Exod 13. 9.* sic intelligendum putavit; *quando vult quis alicujus rei recordari, pro signo recordationis ligat in manu sua filum, vel ponit ante oculos aliquid in signum recordationis: & hoc modo loquitur hic Scriptura.* Sic etiam *Tremellius* hunc locum explicat, *ut sit tibi in signum ad manum tuam*, &c. *id est*, ait ille, *quod in promptu habeas quasi manibus palpandum, oculis continenter spectandum, & ad omneis usus recolendum: hyperbole ex hominum more sumpta, ut etiam* Jes. 49. 16. CAP. III.

CONTRA hanc sententiam, licet argumentis & testimoniis hisce communitam, pro solito suo calore vehementer contendit *Scaliger*. Nam, *Duæ Scaligeri* Objectiones enervantur.

(1°.) POSTQUAM *S. Hieronymi* verba, in capitis hujus ingressu laudata, recitasset; statim subjungit, *hoc sane ab eruditissimo Hieronymo dictum est: quod magis mirari possumus, quam defendere. Nam omnino illi verba Legis adversantur, & vetustissimus mos Judæorum.* Et post pauca: *Omnes omnino* phylacteria gestare *tenebantur disertis verbis Legis: aliter tanquam legirupa lapidibus obruti necarentur. Et miror tanto viro, Hieronymo, tam alienam a mente Mosis, a veteri Judæorum & Samaritarum consuetudine, sententiam excidisse.* 1°.

SCALIGERO non possum aptius quam verbis a *Petavii* respondere: *non inficior plerisque videri,—mandatum de gestandis alligandisque frontalibus Judæis editum. Sed hoc ex Legis verbis aperte colligi posse, quod putat Scaliger, hoc vero pernego. Et multo mihi probabilior Hieronymi sententia videtur: cum antiquissima Judæorum consuetudo non majus hac in parte præjudicium afferat, quam sexcenti alii ritus, ac δευτερώσεις nugacissimæ, quos jam tum Christi Domini tempore, non minus stolide quam pertinaciter, ex verbis Legis eliciebant.*

SED instat Scaliger: *Christus phylacteria non damnat,——sed ambitionem Pharisæorum exagitat, qui, ut supra alios sanctissimi viderentur, ea latiora quam reliqui Judæi gestarunt. Quod dilatarent igitur, non quod ferrent,—hoc est, ambitionem, non observationem damnavit Dominus.* At, si phylacteria usum tantum auctorem habuissent, Pharisæi ea dilatantes, non ambitionis tantum sed & superstitionis, fuissent arguendi. Quantum hoc argumentum apud Auctorem nuperum valuit, e verbis [b] ipsius intelligendum est: *Phylacteria revera a Deo præscripta fuisse—[nempo* Exod. 13. 16. *&* Deut. 6. 8, 9.] *mihi videtur constare ex* Mat. 23. 5. *Ubi Servator non reprehendit Scribas & Pharisæos quod phylacteria habuerint, sed quod hypocritice eis abusi fuerint; quemadmodum &* [c] *fimbriis, quas tamen certum est Israelitas ex Dei præcepto in Legis recordationem habere debuisse.* 2°.

AT hoc telum nos petit quidem, sed non pungit: cum enim Dominus noster totus esset in Pharisæorum hypocrisi, tyrannide, & fastu arguendo, (quod e contextu pateat) non erat cum re præsenti conjunctum, ut mores eorum omnes a Legis præscripto devios reprehenderet. Neque vero gestatio phylacteriorum (si rite res æstimetur) reprehensionem apertam & severam meruisse videatur. Ritus enim erat in usum religiosum institutus, & cui verba Legis colorem & prætextum tam speciosum præbuere, quod phylacteria divinitus instituta fuisse, non tantum Judæi, sed multi e Christianis antiquis & modernis existimarint. Si tamen Domini verba paulo propius & attentius intueamur, facile percipiamus, Eum non sine strictura & reprehensione leviore præterire. Cum enim dixisset, Pharisæos pietatem suam populo probare studuisse, ideoque in ritibus observandis qui externa tantum specie valent se plurimum exercuisse; hoc, inquit [d] *Grotius, exemplo duorum rituum probat, quorum alter usu receptus, alter lege erat institutus*, dicens, *πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν·* Quibus verbis innuit, ea *gloriæ animalia* phylacteria & fimbrias suas pari cum zelo fastuque dilatasse, & æquam ex utrisque gloriam captare studuisse. Huic autem vanitati ut occurrat Dominus, de phylacteriis loquens, ea vocat φυλακτήρια αὐτῶν, *ipsorum* [non patris sui] *phylacteria*: de fimbriis autem mentionem faciens, ea tantum κράσπεδα τῶν ἱματίων vocat, cum certum sit Deum fimbrias in vestium oris apponendas in Lege præcepisse.

a *Animadv.* ad T. 1. *Epiphan.* lib. 1. p. 31. b *Christoph. Cartwright.* in *Exod.* 13. 9. c *Numer.* 15. 38.
d *Annot.* ad *S. Mat.* 23. 5.

CAP. IV. SECT. I.

C A P. IV.

De Causis aut Occasionibus instituendi Phylacteria.

DE Phylacteriorum origine negative disserui hactenus, eaque non a Deo originem hausisse, iis testimoniis & aliis argumentis probatum dedi, quæ cuivis pertinaciæ (nisi forte Judaicæ) frangendæ sat esse possint. Cum itaque phylacteria Judæorum magistris antiquioribus ortum suum debuisse, dubitari nequeat; hanc quæstionem nonnulli movebunt procul dubio, quid antiquis Ecclesiæ Judaicæ præfectis phylacteria illa instituendi occasionem administravit; vel quid instituta tam anomola, ne dicam monstrosa in animos eorum induxisse censeatur? Quantum autem ratione probabili rem, quæ multa dies jam pene delevit, allequi liceat; harum appendicum institutin duabus e causis præcipue fluxisse videatur: Primo, nonnullis Scripturæ locis perperam expositis & intellectis: Secundo, nonnullis Ethnicorum moribus late propagatis, quos Ecclesiæ Judaicæ præsides in formam meliorem translatos in usum sacrum convertendos esse censuerunt.

S E C T. I.

De Causa Phylacteriorum prima, Scriptura nempe perperam intellecta.

UT eo clarius eluceat, Scripturam perperam intellectam præcipuam Phylacteriorum causam extitisse, hæc duo mihi incumbunt ostendenda; Primo, Judæos Phylacteriorum usum nonnullis Scripturæ locis præceptum & institutum existimasse; Secundo, Judæos & alios ea Scripturæ loca perperam intellexisse.

AB iis Scripturæ locis ordiendum, quibus Judæi Phylacteriorum usum præceptum & institutum arbitrantur.

HORUM autem primum, maximeque celebratum, jam sæpius in medium protuli. Rei tamen præsenti convenit, ut locus integer hic etiam apponatur. Sic itaque locum, mutuatis *Vulgati* verbis, Lectori reddo; [a] *eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis*, &c. *Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos. Scribesque ea in limine & ostiis domus tuæ.* In horum etiam frontalium patrocinium, ejusdem libri caput 11. v. 18. citare solent; *ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris: & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate.——scribes ea super postes & januas domus tuæ.* Eodem collimare sentiunt *Exod. 13 9. 16.* ubi verba non prorsus absimilia reperiuntur. Judæi phylacteria quæ dixi (capitis, manus, & ostii) locis jam dictis instituta fuisse, non dubitanter affirmare solent. Nec diffitendum est, eos e Christianorum cœtu nonnullos opinionis suæ patronos invenisse. Uni vero (quod sciam) *Grotio* media quædam sententia placuisse videtur; Phylacteria nempe januæ, locis quæ dixi præcepta fuisse; sed frontis & manus appendices, usui tantum & interpretationi Scripturæ sinistræ tribuendas. Hanc sententiam de frontis & manus phylacteriis animo suo sedisse, pateat ex annotatis ad *S. Mat. 23. 5.* ubi hæc habentur: *sunt qui Exod. 13. 9. & 16. & Deuteronomii 6. 8.* phylacteria *putant imperari; neque nova ea est opinio: nam & Josephus ita sensit, & Justinus in Colloquio cum Tryphone. Mihi tamen id nondum persuadent, & consentientem habeo Hieronymum*, &c. Apertum est interim, auctorem eundem ostii phylacteria divinitus instituta censuisse: nam illi [b] Prophetæ loco [*post ostium -- posuisti memoriale tuum*] lucem allaturus, hæc habet; *Tutela quædam simulacra, -- idque in illa ipsa ædium parte, ubi præcepta Dei poni debuerant, Deuter. 6. 9. 11. 20.* sed quicquid sit, Judæi Moderni phylacteriorum omnium originem e Mosis quæ dixi verbis arcessendam sentiunt. *Moderni* dixi, nec inconsulto: Judæos enim antiquiores, non a *Mose* tantum, sed etiam *Salomone*, phylacteria sua petiisse, liquidum erit, si nonnulla *Proverbiorum* loca cum phylacteriorum circumstantiis clarioribus attente conferantur. Huic rei exempla sequentia locum & fidem afferent.

[c] FILI *mi, ne recedant ab oculis tuis præcepta mea:* Ex hoc loco, Judaice, *i. e.* xxvi v;

a *Deuter. 6. 6, 8, 9.* b *Jes. 57. 8.* c *Prov. 3. 21.*

ἐντὸν

ϕυτὸν intellecto, manasse putetur, quod Judæi *Tephilin* eorum, demissius & inter oculos quasi medios alligata gererent, &, ut in oculos incurrerent, omni ratione curare solerent. Hisce consentanea [a] *Buxtorfii*, de phylacteriis agentis, verba: *Oculis sursum inversis*, frontalium *nodum superne de fronte pendentem singulari cum devotione intuentur* Judæi. *Ante omnia vero pia etiam illis affigunt oscula, & ambobus illa impingunt oculis, —ut vere & indubitate illorum oculis observentur.* Neque hic se continuit religio Judæorum circa Tephilin occupata: nam, observante [b] Buxtorfio, *priscis temporibus, quum Judæi munditie & sanctitate adhuc illustres erant, phylacteria per totum diem in capite gestabant;* quoad nempe [c] *Romanum Imperium* Judæis phylacteriorum gestatione severius interdixisset, & decrevisset, ut Judæus, cum illo capitis ornamento conspectus, statim capite plecteretur. Hac autem continua phylacteriorum gestatione, Judæi monito illi Salomonis satis observantiæ dedisse sibi videbantur.

[d] CUSTODI *legem & consilium: & erit vita anima tua, & gratia faucibus tuis*, vel uti vertunt Græci, καὶ χάρις ᾖ περὶ σῷ τραχήλῳ, *& gratia sit circa collum tuum.*

VERBIS hisce, Judæorum sensu captis, mos ille cujus antea memini, principia debuisse putetur, Phylacteria ad vitam conservandam & morbos pellendos adhibendi.

HIC etiam Scripturæ locus (ni fallat conjectura) Judæis ansam dedit lora Phylacteriorum capitibus alligandi, ut, antrorsum flexa, collum [e] ambirent, eique decorem (uti visum est) non vulgarem adderent. Ita morem habuisse, cuivis appareat, ad [f] imaginem Judæi Phylacteriis instructi oculum reflectenti.

[g] DABIT Sapientia *capiti tuo ornamentum gratiæ, & corona* vel diademate *decoris proteget te.*

CUM hoc Scripturæ loco consentit mos ille Judæorum, Phylacteria capitibus ipsorum sic [h] alligandi, ut antiqui diadematis aut coronæ formam imitari viderentur. Erat in Regum antiquiorum corona vel [i] diadema, tænia vel fascia quædam (nunc purpurea, nunc alba, nunc aurea, nunc cœrulea,) caput circumambiens, quæ sub imum collum in nodum ligabatur. Huc alludit [k] *Silius Italicus*, apud quem Rex *Syphax* Scipionem hospitio accipiens,

Induitur chlamydem, regnique insigne vetusti
Gestat læva decus: cinguntur tempora vitta
Albente, ———

Inde factum quod hoc insigne regium, diadema, ἀπὸ τοῦ διαδεῖν h. e. *a circumligando, revinciendo*, dictum fuerit. Horum diadematum aut vittarum regiarum formam, Hebræorum fascia coriacea capiti circumposita tam proxime referebat; ut, si regum veterum diademate cinctorum [l] imagines intuearis, vix dixeris, an Reges illi phylacteria gesserint, an Judæi diademata.

[m] FILI *mi, conserva præcepta patris tui* —— *liga ea cordi tuo jugiter,* —— *cum ambulaveris, deducent te, in jacendo custodient te,* &c.

LOCI hujus auctoritate nixi, veteres Hebræi membranulis hisce, capitibus & ostiis eorum annexis, virtutem φυλακτικὴν ascribere non dubitarunt. Nam [n] *Menasseh B. Israel, R. Jehudam mezuzam* (ita phylacterium postibus affixum vocant) *Artabano* Persarum regi, in ἀντίδωρον gemmæ valde pretiosæ, misisse refert. Cum autem Rex, doni vilitatem causatus, miraretur; respondit *R. Jehuda, donum suum longe majus atque excellentius esse Regis gemma: quoniam gemma opus erat custode, qui eam servaret, Mezuza vero non item: quandoquidem hæc dominum servat, ac tuetur a plurimis incommodis.* Hoc autem confirmasse dicitur verbis hisce Salomonis, *in ambulando deducet te, in jacendo custodiet te, & cum expergefactus fueris, ipsa alloquetur te:*

[o] FILI *mi serva mandata mea & vives,* —— *Liga legem meam in digitis tuis.*

HIC locus occasionem dedisse videtur alii non minus insigni τῶν Tephilin circumstantiæ. Nam Judæi, phylacteria manus induentes, non tantum curabant, ut eorum lorum ad anteriorem usque manus partem descenderet, adeoque [p] præcepto prædicto satisfieret; sed & id curabant religiosi homines, ut ad ipsos digitos pertingeret, & circa eos, digitum præcipue me-

a *Synag. Judaic.* c. 4. p. 136. b Ubi sup. c *Talmud. Tract.* de *Sab.* cap. 4. fol. 49. 1. d *Prov.* 3. 22. Vid. *Prov.* 3. 3. & *Prov.* 6. 21. e *Prov.* 6. 21. f Vid. sup. pag. 1204. g *Prov.* 4. 9. h *Pharisæi —scribebant in membranis —decem verba Legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capitis facientes*, S. Hieron. in *Mat.* 23. 5. i V. *Selden. Tit. Honor.* P. 1. cap. 8. k L. 16. v. 241. l Ap. *Seld* ub. sup. m *Prov.* 6. 20, 21, 22. n Lib. 3. de *Resurrect.* c. 1. o *Prov.* 7. 2, 3. p *Et ligabis ea quasi signum in manu tua.* Deut. 6.

SECT. I. dium ter volveretur; ut nempe (ni fallat conjectura) huic præcepto sapientis observantia debita tribueretur.

[a] LIGA *eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.* Ut huic etiam præcepto manus phylacterium accurate responderet, eo ingenio parata sunt omnia, ut ejus lorum ad extremos digitos extenderet; & nodus ejus (brachio sinistro alligatus) e cordis regione staret, adeoque cuspide suo acutiore illud quasi pungeret, ut ad orationem fervidius effundendam excitaret, eique legis inclusæ memoriam imprimeret & inculcaret. Manus enim phylacterium (ut ad id muneris accommudatius esset) ad formam hac imagine repræsentatam componebatur.



SUPRA citata Salomonis verba multis olim Phylacteriorum circumstantiis instituendis occasionem dedisse, dubitari nequit; cum inter Sapientis verba (literaliter accepta) & phylacteriorum (quas dixi) circumstantias tantus consensus intercedat, cum etiam apertissime constet, circumstantiis hisce nullum e Scriptura colorem afferri posse, nisi locos adductos speciem & prætextum aliquem iis præbuisse censeamus. Sat scio, cirerioris ævi Judæos existimare, phylacteria (formaliter spectata) a sæpe citatis *Pentateuchi* locis originem accepisse; circumstantias autem præcipuas, traditioni Mosis ad posteros propagatæ, vel majorum suorum institutioni, principia debuisse. Cum autem Judæi tot seculis a phylacteriorum suorum origine remoti sint, & monumentorum suorum antiquiorum jacturam fecerint; nil miri habet, eos rituum multorum, phylacteria spectantium, originem oblivioni tradidisse; adeoque ritus eos ad originem maxime claram & illustrem referendos existimasse.

DOCENDUM est proximo, Judæos loca jam dicta, quibus phylacteriorum usum & circumstantias astruere solent, perperam interpretari, & ab eorum sensu genuino toto cœlo aberrare. Nil opus est autem ut res tam aperta & oculo cuivis (nisi forte Judaico) clara mihi multum negotii faciat; cum præsertim Capite superiore totus in eo fuerim, ut ostenderem loca illa nihil præsidii phylacteriis afferre quæ e *Deuteronomio & Exodo* produci solent, sed ea Judæos ad sensum commentitium & hypocrisi suæ consentaneum detorquere. Quæ vero superius adducta sunt, eo firmiora censeantur, quod iis in locis nihil de lege vel illius sectione aliqua in *Totaphoth* aut memorialibus describenda præceptum extet; nec dicatur ibi, *facito tibi*, vel *fiant Totaphoth* aut *Phylacteria;* sed *erunt illa* [beneficia scilicet & instituta mea] *tibi in memorialia.* Nec quicquam iis in locis, de tot membranulis, nodis, loris, cellulis, & hujusmodi aliis ad phylacteria conficienda curiose parandis, vel oculi lyncei percipere possunt. Deinde, si quis ad loci illius e [b] *Deuteronomio* vulgo citati scopum diligentius attendat, facile percipiat, Deum nihil aliud ibi populo suo præcepisse, quam ut præcepta cordibus imis infixa gererent, nec unquam legis suæ memoriam ex animo discedere paterentur. Postquam enim id [c] mandati dedisset, ut leges ejus in intimo corde reconderent, & eas ad memoriam suam mane & vesperi revocarent, sensum illum locutione quadam proverbiali & gradatim surgente sic ad vivum exprimit; *alligabis ea* [præcepta mea] *in signum manui tuæ, & erunt pro* Totaphuth *frontalibus inter oculos tuos, dein inscribes ea postibus domus tuæ, & portis tuis.* Horum autem verborum sensus huc redit: "qui negotii alicujus meminisse volunt, signum ejus aliquid manibus eorum apponendum curant. Quum autem hujusmodi signum, usu quotidiano familiare factum, animo gestantis elabi possit; alii טוטפות appensa quædam inter oculos, ad corporis motum agitata, gestant, ut hæc animum afficiant, & rem aliquam in memoriam redigant. Quoniam vero difficile sit, hujusmodi memoriale semper inter oculos appensum aut agitatum ferre, nonnulli rem postibus & ostiis suis inscribi curant, cujus oblivisci nolunt; cum vix possibile sit, ut quis rei semper in conspectu positæ non recordetur. Volo itaque ut præcepta & beneficia mea non minus tenaci & constanti memoria habeatis, quam signum manibus alligatum, vel rem a fronte pendentem, adeoque semper in oculos incurrentem, imo quam negotium aliquod domus vestræ postibus aut ostiis inscriptum, cuivis ingredienti patens."

A MOSE ad Salomonem, loca scilicet e *Proverbiis* adducta, jam transeat sermo. Ea vero Judæos antiquos non minus inscienter interpretatos fuisse, non est cur dubitemus. Quis enim, cui sani quicquam, opinari potest, loca illa sensu tam crasso & literali capienda, quo ea Judæi Veteres accepisse videantur? cum præsertim in libro *Proverbiorum* invenian-

a *Prov.* 7. 3. *Exod.* 13. 9. b Cap. 6. 6, 7. 8, 9. c V. 6, 7. *Jes.* 49. 16.

tur,

tur, in quo figuratum & παροιμιῶδες loquendi genus expectari debet. Sed nil opus est ut hisce diotius immoremur, cum Judæi recentiores ea loca sensu saniore capienda sentiant, & ea vix unquam ad phylacteriorum suorum circumstantias asserendas afferant. Si quis enim de earum origine quæstionem moveat, id responsi promptum & paratum habent, Deum nempe de minoribus hisce legem oralem in *Sinai* dedisse, perpetua traditione ad posteros propagandam. SECT. II.

SECT. II.

De Causa Phylacteriorum altera, Nonnullis nempe Gentium moribus in Ecclesia Judaica propagatis.

UT causa Phylacteriorum altera penitius intelligatur, usui erit, rem totam, exordio altiuscule petito, declarare. Sciendum itaque, morem illum, amuleta & phylacteria collis, manibus, & qoandoque portis, affigendi, apud Ægyptios, Chaldæos, Græcos, aliasque gentes antiquiores increbuisse. Cum autem Judæi, e longo cum gentibus hisce commercio, in hujusmodi περιάπτων & φυλακτηρίων usum propenderent; eorum Magistri veteres membranulas quasdam Dei præceptis inscriptas & nomine *Totaphoth* aut φυλακτήρια dictas, instituerunt, easque, vice chartularum & περιάπτων omnium magicorum, fronti & manibus alligandas populo proposuerunt; ut istis instructus & intentus populus, quasi pio artificio, ab Ethnicorum amuletis & phylacteriis avocaretur; nec laminas aut chartulas characteribus ethnicis & magicis exaratas, de collo suspenderent, aut brachiis alligarent. Ut hæc assertio mea clarior & fidei facilior evadat, hæc tria mihi probanda sumo; Primo, Phylacteriorum & amuletorum usum perantiquum fuisse, & ioter gentes exteras olim longe lateque propagatum: Secundo, Jodæos olim animos suos amuletis illis addixisse, & eorum usum inter eos plurimum invaluisse: Tertio, Usum illum Phylacteria hæc Judaica instituendi occasionem, & pene oecessitatem attulisse.

PROBANDUM est primo, Phylacteriorum & amuletorum usum, perantiquum fuisse, & inter gentes exteras olim longe lateque propagatum. Hæc autem pensi mei pars operam non adeo sedulam aut molestam postular. Nam,

(1°.) PHYLACTERIORUM aliquorum usum perantiquum fuisse, non facile dubitandum est. Nam *inaures*, in historia *Jacobi Patriarchæ* memoratas, *Genes. 35. 4.* [a] *S. Augustinus*, [b] *S. Chrysostomus*, [c] *Albinus*, [d] *Sanctius*, [e] *Grotius*, alii, de religionis impiæ phylacteriis interpretantur. Atque huic interpretationi coloris aliquid affert ipsa vox Hebræa לחשים [f] *inaures*, a radice לחש orta, quæ *mussare*, *incantare*, vel *aliquid magice insusurrare*, denotat. Pronum itaque videtur opinari, primum inaures non tam aurium ornamenta fuisse, quam amuleta vel muoimenta, contra incantationes & imprecantium verba. Hæc observatio [g] *Sanctii* verbis occasionem fecit: *quod* itaque *necessitatis*, *aut potius superstitionis gratia susceptum est*, *adhiberi cœpit ad ornatum: sicut alia plurima contra fascinum olim instituta*, tandem *in ornamenti atque elegantiæ honorem adducta sunt*. Sed hac de re, summe licet probabili, non est quod anxie laboremus, cum harum vanitatum usus isti idololatriæ coævus fuisse, & ab eodem fonte manasse credatur. Nam a [h] *Beroso* & *Alexandro Polyhistore* scriptum est, noonullos ex Arcæ reliquiis bitumen abrasisse, quo πρὸς τὰς ἀποτροπιασμὰς, *ad malorum aversiones* utebantur. Deinde, cum phylacteria & amuleta ioter gentes omnes idololatriæ deditas in usu versarentur; non potest non videri verisimile, idola & idolorum phylacteria Epocham simul & Auctorem eundem habuisse.

(2°.) NON minus extra dubium est, amuletorum & phylacteriorum usum inter gentes exteras olim longe lateque propagatum fuisse. Nam, ut sermo meus ab Ægyptiis ordiatur, illi (a Chaldæis forsan) τῶν περιάπτων doctrinam & usum propensis affectibus acceperunt, *cum tanto superstitionis augmento* (si [i] *Kirchero* credimus) *ut vix esset puer*, *homo*, *brutum*, *quod non hujusmodi fanatica deliramenta sibi appensa haberet: Quæ paulatim* (inquit) *ad vicinas Ægypto gentes propagata*, *Arabiam*, *Græciam*, *Babyloniam*, *deinde totum infecit Latium.* Verbis hisce momenti oonnihil affert [k] *Martini de Roa* testimonium: *Indi*, *Persæ*, *Medi*, *Babylonii*, *Romani*, *ipsi etiam*

a *Quæst.* III. in *Genes.* col. 404. Tom. 3. Part. I. b *Homil.* 59. in *Genes.* 35. p. 575. Tom. 4. *Ed. Ben.* c *Quæst.* in *Gen.* d *Comment.* in *Jer.* c. 17. n. 7. e *Annot.* ad *Gen.* 35. 4. f *Jes.* 3. 20. g *Comment.* in *Jes.* cap. 3. n. 39. h V. *Bochart. Geog. Sac.* lib. I. c. 3. col. 17. i *Oedip. Ægypt.* Tom. 2. P. 2. p. 446. k *Singul. Script.* P. 2. L. I. cap. 2.

SECT. II. *Hebræi, ac fere omnes gentes, amuleta sua, periapta, sive phylacteria, habebant; malorum, ut putabant, averruncatoria.* Ut summatim loquar: vix ulla gens erat, quæ phylacteria & amuleta sua non habebat & magni æstimabat: & vix ulla res erat, cui Veterum superstitio virtutem & fidem amuleti non tribuebat. Nam [a] *Celsus*, Deos & Heroas ejus summis laudum præconiis efferens, *quid recenseam*, inqoit ille, *eos qui lustrationes docuerunt & incantationes pellendis morbis arcendisve? —— Et præter hæc, in vestibus, numeris, lapidibus, plantis, radicibus, amuleta diversorum generum?* Si quis plura de generali hoc & late diffuso phylacteriorum usu scite cupiat, per otium videat, quæ de eo scripsere, [b] *Casaubonus*, [c] *Martinus Delrio*, [d] *Caussinus*, [e] *Bulengerus*, [f] *Julius Richelius*, aliique.

PROBANDUM est proximo, Judæos olim animos suos amuletis & phylacteriis illis addixisse, & usum eorum in ea gente plurimum invaluisse. Hoc autem fidei consentaneum videri debet, quod Hebræi phylacteria & amuleta diotios & pertinacius quam alia pleraque superstitionis ethnicæ monumenta retinuisse videantur. In historia nempe [g] Machabaica memoriæ proditum est, ἱερώματα τῶν ἀπὸ Ἰαμνείας εἰδώλων reperta fuisse sub tunicis militum Judaicorum qui prælio cum *Gorgia* inito ceciderunt. Eo vero nomine res quædam idolis illis consecratæ [portiunculæ forte sacrificii, vel ipsius idoli, vel alicujus [h] donarii] animo superstitioso, non avaro surreptæ, notari videantur. Nec alienum est a vero, milites illos rebus iis vim quandam adversus tela & vulnera inesse credidisse; adeoque, cum in aciem descenderent, eas, amuleti seu phylacterii loco, sibi sub tunicis alligasse vel occultasse. Atque inde forte, singulari Dei providentia factum est, ut hi soli lethalibus hostium ictibus objicerentur; ut cæteri, exemplo tam diro moniti, fiduciam eorum, non vanis hisce Gentium præsidiis, sed Domino exercituum collocarent. Exemplum huic affine memoriæ mandavit [i] *Martinus Delrio*: nam, de ligaturis & schediasmatis φυλακτηρίων agens, *norunt*, inquit, *Franci, cum superioribus annis --hæreticorum Germanorum examina in Franciam irrupissent, & a Duce* Guisio *strenue debellata fuissent; hujusmodi schediasmata collo cæsorum fere omnium appensa fuisse reperta ab iis qui cadavera spoliarunt.* Atque hæc interpretatio loci illius Machabaici (nam eo sermo revertitur) eo probabilior habeatur, quod amuleta non raro e rebus idolo alicui sacratis aut oblatis conficerentur. Ita morem antiquitus habuisse, probabiliter intelligendum est ex istis quæ in [k] *Schemot Raba* a Magistris adducuntur: *Piaculum esse sanari re ulla ad idololatriam spectante: ut si dicant, cape ex eo quod adoleverunt idolo: aut sumito aliquid ex luco consecrato, unde conficias membranulam e collo pensilem, atque sanaberis; ne accipito.*

SED misso textu illo apocrypho, ad magis aperta [l] *S. Chrysostomi* verba transeo, quibus Christianos infirmos ad Judæorum synagogas spe remedii se conferentes, *in hunc* modum affatur: *pollicentur remedium, & ideo ad illos* curro: ἀνακαλύψω αὐτῶν τὰς μαγγανείας, τὰς ἐπῳδὰς, τὰ περιάμματα, τὰς φαρμακείας, *patefacito illorum imposturas, incantationes, amuleta, veneficia. Neque enim alio modo videntur mederi.* Et, paucis interpositis, *quam veniam*, inquit, *impetrabimus nos, qui--ob febriculam, aut leve vulnus*, τρέχομεν ἐπὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ τοὺς φαρμακοὺς καὶ γόητας εἰς τὰς οἰκίας καλοῦμεν τὰς ἑαυτῶν; *Procurrimus ad synagogas, & veneficos ac impostores in ædes nostras accersimus?* Ex hisce liquet, Judæos, ætate *S. Chrysostomi*, magicam quandam medicinam, ope amuletorum & περιάπτων, exercuisse. Neque est cur *S. Chrysostomo*, quamvis eorum adversario, fidem habere detrectemus, cum ex ipsis Judæorum scriptis constet, eos amuleta & ligaturas ad morbos & dæmones propulsandos antiquitus usurpasse. Nam in [m] *Bav. Bathra*, inter alias hyperboles quibus egregiam Zaccaidis scientiam ad cœlum tollunt, de eo dicitur, *quod non vacarit a studio textus sacri, & Mischna, & Talmud* --- ושיחת שדים *& conversationem cum Geniis*, id est explicante Scholiaste, להשביעם ולעשות קמיע לרפואה *ad adjurandum illos, & faciendum schedam experimentalem*, aut amuletum, *pro sanitate.* His addere debeo [n] *Maimonidis* illa, אי זה הוא קמיע מומחה זה שריפ' לשלש' בני אדם *Quodnam est amuletum probatum? illud quod sanavit tres homines.* Vix opus est ut alia testimonia ad hanc veritatem firmandam in medium feram, cum extet publice [o] libellus Judaicus, שמוש תלים *usus Psalmorum* dictus, ubi *e singulis fere Psalmis-characteres certo artificio eliciti* sunt, qui *membranæ caprinæ in-*

a Apud *Origen.* cont. *Celsum.* pag. 301. b *Not.* in *Ælium Spartian.* p. 716. c *Disq. Magic.* l. 1. c. 4. *Qu.* 4. d *Observat.* ad *Hor. Apol. Hierogl.* p. 201. e Adv. *Magos* l. 2. c. 41 f Lib. de *Amulet.* g 2 *Mac.* 12. 40. h Ἱερώματα, θυσίας θεῖας, θαυμασιαί i *Disquisit. Mag.* L. 1. c. 4. *Qu.* 4. p. 129. k Ap. *Voisin.* de *Theolog Jud.* l. 1. c. 5. p. 101. l *Homil.* 6. advers. *Judæos* p. 681. Tom. 1. *Ed. Ben.* m Cap. 8. fol. 134. col. 1. n *Tract.* de *Sab.* cap. 19. §. 14. o Citant. *Schickard.* in *Bechin. Disp.* 1. §. 10.

scripti,

scripti, nescio quibus malis mederi traduntur. Nec aliod habuit Auctor ille *facinoris sui patrocinium* **Sect. II.**
præter antiquam Gregalium suorum consuetudinem: כי לא חרש הוא׳ ובבר היה לעולמים וגו״ *non enim res nova est,* ait ille, *sed dudum omnibus seculis usitata, in ore virorum bonorum & integrorum, qui vixerunt ante nos.* Neque Judæi Psalmos tantum, sed & alios textus sacri locos, *ad magicos abusus & superstitiones detorserunt;* eosdemque, *vel metallo vel pergameno inscriptos, variis calamitatibus, infortuniis, incendiis, olim objecerunt.* Horum amuletorum exempla [a] *Schickardus* & [b] *Hottingerus* curioso Lectori suppeditabunt. Hanc consuetudinem, amuleta quædam malis occurrentibus objiciendi, Muhammedani κυνοζήλια quadam suam fecisse videntur. Nam, teste [c] *Scaligero, S. Johannis* Evangelium ἐν περιάπτοις gestant, & חמאיל vocant [d] *Schickardus* etiam alia amuleta, collis equorum suorum affixa memorat, quæ contra malorum incursum noo parum valere somniant.

Argumentis hisce, testium fide nixis, ratio ipsa firmitatis & fidei non parum præbet. Gentium enim omnium fide receptum erat, mala omnia propulsandi virtutem appendicula illa sacra non parum commendare. Hoc & ipsa eorum nomina [alexicaca, alexipharmaca, præbia, amuleta, phylacteria] testantur; hisce nugis indita, quod mala omnia depellere, prohibere, amoliri, & eorum gestatores, a morbo, fascino, malo genio, salvos conservare crederentur. Hisce consentaneum est, quod Dii Phœnicum, puppibus suis tutelæ vel amuleti causa collocati, [e] *Pataci*, a בטח *batach*, confidere, salvum esse, dicerentur; quod nautis tutelæ esse, iisque securitatem & *salvum* quasi *conductum* præstare viderentur. Cum itaque gentium phylacteria & amuleta spem salutis & sanitatis gestanti tam certam facerent, Judæos ea cito recipere & arcte retinere voluisse dubitari nequit; cum præsertim in alias omnes Ethnicorum vanitates affectu tam prono ruerent, & iis usu & commercio tam frequenti jungerentur. Judæos olim sic animatos fuisse credibilius habeatur, quod Christiani veteres, a gentilismo nuper conversi, phylacteriis & amuletis suis tam pertinaciter adhærerent. Hinc enim factum est, quod tot Canones in conciliis extent, quibus hujosmodi vanitatum osus acriter inhibetur; & quod [f] pii viri, in multis scriptorum suorum locis, in eos qui sibi περίαπτα ritu Paganorum annectebant, vehementer invehantur. Tandem etiam eum locum in hominum animis & moribus occuparunt hujusmodi περίαπτα & phylacteria, quod *S.* [g] *Chrysostomus* eorum omnium contemptum cum ipso martyrio conferre non dubitarit. Illius verba, notatu non indigna, sunt hæc: ἐνόσησε (τὸ παιδίον;) οὐκ ἐποίησε περίαπτα, μαρτύριον αὐτῇ λογίζεται· κατέθυσε γὰρ τὸν υἱὸν τῇ γνώμῃ· *Ægrotavit* filiolus? *non fecit amuleta* sancta mater: *reputatur ei martyrium, mente enim sacrificavit filium.* Si itaque Judæorum animos e Christianorum vulgarium ingenio moteque spectare liceat, facile credatur, eos etiam magno phylacteriorum studio ductos fuisse, iisque pretium non vulgare statuisse.

Tertio: Pensi mihi dati ratio jam postulat, ut ostendam, Phylacteriorum usum, non tantum inter Ethnicos sed etiam Judæos (e familiari Gentium vicinarum usu) plurimum obtinentem, phylacteria Judaica instituendi, eaque in amuletorum & ligaminum Ethnicorum locum substituendi, causam præbuisse. Solebant enim gentes (ut rem clarius exprimam) sacros quosdam characteres, aut schedas literis quibusdam inscriptas, aut imagmes parvulas circumferre, quas ad omnia mala propulsanda valere se persuasos haboere. Cum itaque Judæi ingenio essent in gentium mores & instituta propensiore, verisimile est admodum Ecclesiæ Judaicæ præsides, Gentium ligamina in Judæorum *Totaphoth* commutasse; & populo auctores fuisse, ut a schedis quibus portiunculæ Legis inscribantur, potius quam magicis characteribus aut rebus idolo sacratis, tutelam & salutem expectarent. Ad hanc autem sententiam, utpote veritati consentaneam, inclinat animus, quod, si Judæorum & Gentilium ligamina sacra conferantur, ea circumstantiis præcipuis maxime convenire reperiamus: nempe,

(1°.) Nomine: utraque nempe nomine φυλακτηρίων vulgo dicebantur. Quamnam autem aliam nominis illius membranulis hisce Judaicis imponendi caosam excogitare possimus, nisi quod locum φυλακτηρίων ethnicorum occuparent, & homines (e sententia gestantium) a malorum incursu conservarent? Sat scio non paucos existimare, Judæorum frontalia inde nomen φυλακτήρια reportasse, quod Legis memoriam aut scripturam conservarent: at nullam veri speciem babet, Hellenistas vocem sacram, *Totaphoth*, & alia quævis ejusdem sensus vocabula, repodiare voluisse, & φυλακτήριον (vocem nullibi nisi in scriptis ethnicis

a In *Tarich*, pag. 53. & 80. b Lib. cui tit. *Cippi Hebraic.* p. 168, 169. c *Elench.* c. 8. d Ub. sup. p. 80. e *Bochart. Geogr. Sacr.* l. 2, c. 3. f V. *Jul. Richelt.* de amulet. p. 23, 24, 26, 27. &c. g In *Epist.* ad *Colos.* c. 3. *Hom.* 8.

SECT. II.

inveniendam] ad frontalia illa denotanda seligere; modo Legis recordationem, finem eorum unicum aut præcipuum esse credidissent. Creditu difficile est, eos nomen illud (φυλακτήριον) rebus illis imponere voluisse, nisi quod eas originis ethnicæ fuisse, & in vicem φυλακτηρίων ethnicorum venisse, pro certo habuissent.

(2°.) VIRTUTE: nam qui Gentium phylacteria gestabat, contra fascinum & Dæmonis ἀντιτεχνίας satis munitus habebatur. Postquam enim [a] *Horus Apollo* φυλακτήριον Ægyptiorum descriptum dedisset, continuo addit, οὕτω γάρ φασιν οὐδὲν τῶν δαιμονίων ἐφάψεσθαι· *nam ita* munitum, *nullum Dæmonem invadere posse dicunt*. His affines erant annuli & sigilla magica, quæ, [b] *Luciano* teste ad Dæmones pellendos valere credebantur. Veteres etiam Judæi frontalia sua vi quadam ad fuganda Dæmonia pollere censuerunt. *Inde* verba illa, [c] *necesse est ut recitentur phylacteria vespere domi* בשביל להבריח את המזיקין *ad fugandos Dæmonas*.

(3°.) GESTANDI modo: nam Gentium amuleta, collo, capiti, vel brachio, tam frequenter alligata gestabantur; quod linguis pene omnibus in usu sit, amuleta nominibus *ligandi* significatum habentibus appellare. Nam in lingua Chaldæa. קמיע *amuletum* vel scheda certis literis notata, & collo valetudinis aut fortunæ singularis causa appensa, a קמע *ligare* derivatur: Græcorum περίαμμα *amuletum*, ab ἅμμα *vinculum*, (quod scilicet alligari solet) deduci creditur: notum est etiam Latinos, amuleta, ligaminum, nodorum, & [d] ligaturarum nomine denotare solitos. Arabibus סחר & אסחר est *ligare veneficiis, fascinare*. Apud [e] Græcos etiam καταδεῖν, καταδεῖσθαι, & κατάδεσμοι, inter vocabula magica numerantur. Nam apud [f] *Eusebium* nefarii quidam δαίμονας καταδέσμοις τισὶν ἀπειρημένης γοητείας, *dæmones, quibusdam artium vetitarum ligamentis, assessores sibi adsciscere* dicuntur. In quem locum hæc annotavit eruditus Valesius, *Proprium est vocabulum artis magicæ*, κατάδεσμοι. Inde factum quod [h] *Artemidorus* φαρμακείας καὶ καταδέσμους una memoret, & *Synesius* conjungat ἐπῳδὰς καὶ καταδέσμους καὶ ἐρωτικὰς καταναγκάς. Judæi phylacteria gestantes, hunc morem ethnicum studiosius observasse videantur. Quamvis enim Lex nusquam præcipiat, ut ea manibus aut frontibus eorum alligarent; phylacteria sua, non alligata, sed tantum appensa, circumferre, pro religione semper habebatur.

(4°.) MATERIA externa: nam Gentium phylacteria constabant plurimum e loris aut ligulis coriaceis, quibus collum aut brachium constringebatur. Huic assertioni fidem facit [i] *Laertius*, ita de *Bione* graviter ægrotante loquens,

Καὶ γραῒ δῶκεν εὐμαρῶς	*Etiam anus cantionibus*
Τράχηλον εἰς ἐπῳδήν,	*Collum libenter præbuit,*
Καὶ σκυτίσιν βραχίονα	*Persuasusque brachia*
Πεπεισμένος ἔδησε.	*Coriis alligavit.*

Quem locum [k] *Salmasius* (quod Criticis usu venit) in pejus correxit, dum κύτεσι *pelliculis*, pro σκυτίσι *coriis*, scribendum dixit. Solebant enim artium curiosarum magistri, pelliculas ad morbum aut veneficium arcendum, ægrotanti coriis alligare. Atque inde natum videtur adagium illud Atticum, quod [l] *Erasmo* crucem fixit, *coriaceum auxilium*, de auxiliis infirmis & spem ludentibus (qualia plerumque se probant amuleta) usurpari solitum. Huc non obscure probant [m] *Hesychii* illa: Σκυτίνη ἐπικουρία· Αττικοὶ ἐπὶ τῶν ἀσθενέστων βοηθημάτων· Apud Judæos etiam more veteri receptum est, membranulas eorum phylactericas σκύτεσι, vel coriis e mundi animalis pelle dissectis, sibiipsis alligare. Has autem λημνίσκους τῶν βιβλίων (uti vocat *S. Chrysostomus*) *ligulas coriaceas*, e quibus membranæ illæ dependebant, Pharisæi præter morem latas & conspicuas [n] faciebant, ut cæteris sanctiores videri, & a singulari Legis studio famam & gloriam aucupari possent.

(5°.) GENTIUM & Judæorum phylacteria non minus in materia interna conveniebant. Gentibus enim solenne fuit, coriis illis pelliculam aut membranulam, κύτος dictam, περίαπτα vel amuleti loco, brachio seu collo suspendere vel alligare. Hoc nos docebit [o] *Tatianus Assyrius*, sic Græcos alloquens: πάθος οὐκ ἔστι δι' ἀντιπαθείας ἀπολλύμενον, οὐδὲ ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασι θερα-

a *Hieroglyph.* 24. b In *Philopseud.* pag. 833, 834. c *Talmud. Hieros.* in *Berac.* fol. 2. §. 4. d V. *Martin. Lexic.* ad voc. *Ligare*. e V. *Harpocrat.* ad verb. καταδεῖ. f *Orat.* de *laud. Constat.* c. 13. p. 755. g *Annot.* p. 283. D. h *Oneirocr.* lib. 1. cap. 79. i Lib. 4. p. 110. E. k Male scribitur καὶ σκυτίσιν· *Salmas. Plin. Exerc.* p. 524 D l *Adag. Chil.* 4. *Centur.* 7, 27. m Ad vocem Σκυτίνη. n *S. Mat.* 23. 5. o *Orat.* ad *Græc.* cap. 28.

πεύεται·

ἀνύεται. *Nullus affectus per occultam rei alterius dissensionem tollitur, nec insanus aliquis curatur amuletis, aut pelliculis appensis.* Idem e verbis [a] *Dioscoridis* de *dipsaco carduo* eliciamus: οἱ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κύστιν ἐνδεόμενοι, καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἰᾶσθαι τεταρταϊκοὺς θεραπεύουσι *Capitis vermiculi, pellicula* vel membranula *illigati, & collo brachiove circumligati, febre quartana laborantes sanare perhibentur.* Ideoque Gentes amuleta sua portatilia maximeque celebria, e σκύτεσι & κύστεσι *coriis* & *pelliculis* (divisis aut conjunctis) fecisse videantur. Moris hujusce magici [b] *Gerson* memoriam obscuriorem retinuisse censeatur. Cum enim in eo esset ut Magorum errores enumeraret, eos opinari notat, *quod pergamenum virgineum aut corium leonis, & similia, habeant efficaciam ad cogendos vel repellendos dæmones, ministerio artium* magicarum. Atque hac in re, phylacteriorum Judaicorum materia cum phylacteriis ethnicis maxime conveniebat: nam hæc etiam e loris quæ dixi coriaceis, & membranis aut pelliculis confecta fuisse, notum omnibus qui phylacteria illa intus & in cute norunt.

SECT. II.

(6°.) PHYLACTERIA Judaica cum ethnicis forma etiam externa congruebant. Apud Ethnicos enim usu receptum erat, amuleta sua, tanquam sacratiora quædam Deorum signa, in capsula vel pellicula recondita circumferre, quæ & Κύστη dicebantur. Hisce congrua Cl. [c] *Menagii* verba: *Κύστη est pellicula cui includitur amuletum, sic dicta ob vesicæ similitudinem.* Solent etiam Judæi membranas suas phylactericas, non tantum in nodo, cellula, vel capsula e corio facta, sed & altera pellicula vel membranula, involvere vel occultare. Assertionis hujusce fides [d] *Buxtorfii* testimonio nititur: *Judæi manuum Tphillin facturi,* aliquot *Scripturæ loca in membrana---describunt, & in pelliculam instar digitalis concavam includunt, & crasso simul compacto corio assuunt.*

(7°.) JUDÆORUM & Gentilium phylacteria non minus in forma interna conveniebant. Sic enim e *Schindlero* & *Buxtorfio* describitur קמיע amuletum ethnicum: Est, inquiunt, *scheda vel membrana parvula, certa scriptura, literis, aut characteribus notata, quæ, valetudinis aut singularis fortunæ causa, collo vel pectori appendebatur.* Hæc firmari videntur a *Balsamone*, sic φυλακτηρίους, in *Canone synodi in Trullo, 61.* memoratos explicante: φυλακτήριοι, *hoc est remediorum seu amuletorum præbitores, dicuntur, qui eis qui a se decipiuntur, vincula quædam ex sericis filis contexta (quæ & κεγγλα dicuntur) præbent, quæ aliquando falsa quædam alia,* &c. His accenseri possunt Ἐφέσια γράμματα, membranulis inscripta, de quibus apud *Menandrum* παιδίῳ hæc habentur;

> Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ
> Λέγων ἀλεξιφάρμακα ———
>
> *Hic* Ἐφέσια γράμματα, *malorum averrunca,*
> *Nuptias facientibus recitans, circumambulat.*

Judæorum etiam phylacteria, si formam spectemus, membranulæ fuere, literis [non Ephesiis quidem, sed) sacris, nempe Legis sectiunculis inscriptæ, quibus etiam Dei vel Angelorum nomina nonnonquam addebantur.

(8°.) PARANDI & consecrandi ritu: nam Gentium phylacteria, uti nos docet [e] Kircherus, *erant remedia contra omnium malorum occursus præservativa, dæmonis ope instituta, & variis mirisque modis, ritibus, & ceremoniis consecrata.* Neque hac in re Judæi a Gentibus diversi abiere: nam tot ritus περιέργους & ceremonias operosas in phylacteriis suis adornandis observarunt, quod ipsum loquacem *Fabium* delassare valeant. Qui vero ritus eos cognoscendi studio tenetur, [f] *Fagium* & [g] *Buxtorfium* adeat.

(9°.) PERFICIENDI modo: Gentes & Judæi, phylacteria facientes, amice conveniebant. Gentes enim, haud raro, membranas ad malorum aversionem comparatas, in pellibus consutis aut apte concinnatis gestabant. Sic enim *Anaxilas* describitur apud [h] *Athenæum* καὶ πρὸς τούτοις ἐν σκυταρίοις ῥαπτοῖσι φορῶν Ἐφέσια γράμματα καλά· *Literas præterea Ephesias, scitas sane, in consutis pellibus gestans.* Id moris a Judæis phylacteria concinnantibus observari solet: cum enim schedulæ quas dixi membranaceæ, sacrarum literarum loca nonnulla continentes, confectæ fuerint; corii vel pellis crassioris divisiones aut cellulas religiose consuunt, ut membranulæ ibi repositæ tutius & fidelius asservari possint.

a Περὶ ὕλης ἰατρικῆς lib. 3. c. 13. b *Tractat. de Errorib. circa Art. Magic.* Art. 19. c *Not.* in *Laert.* lib. 4. p. 108. d *Synag. Judaic.* cap. 9. e *Oedip. Ægypt.* T. 2. P. 2. pag. 445. f *Comment.* in *Exod.* c. 13. g *Synag. Judaic.* cap. 9. h L. 12. p. 548. D.

SECT. III.

Ex iis quæ jam dixi facile deprehendat quispiam, Judæorum Gentiumque phylacteria, quoad notæ præcipuæ circumstantias, apte convenire. Summam itaque probabilitatem præ se ferr, eorum phylacteria a Gentium amuletis & phylacteriis ansam & exemplar accepisse. Cum enim die media clarius sit, Deum de plurimis hisce phylacteriorum circumstantiis, nihil in Lege præcepisse; quid proclivius est creditu, quam quod ortum traxerint a Gentibus, & a media Græcia vel Ægypto, una cum phylacteriis, ad Judæos venerint? Nam Judæi veteres, ad morum præcipue Græcorum vel Ægyptiorum imitationem, vel metu, vel insita quadam vanitate, vel usu longo, non raro ferebantur. Sat scio, Judæos alia omnia sentire solitos: asserunt enim illi nugarum archi-tecti, Deum de circumstantiis hisce plerisque legem oralem Mosi tradidisse, eamque perpetua multorum seculorum traditione ad seipsos integram devenisse. Quis autem sana mente donatus, opinari potest, Deum titulum Græcum, *φυλακτήριον*, in Sinai *τοῖς Tephilin* imposuisse? Quis etiam, nisi fidei præcipitis, induci potest ut credat, Deum rebus tam exiguis vacare voluisse, ut eorum materiam & formam, parandi ritus, gestandi modum, nodus, cellulas, aliasque minutias instrueret? Multo consultius est opinari, hæc olim, una cum phylacteriis ipsis, ad Judæos e Gentium moribus advenisse; Judæos autem, utpote rudes antiquitatis, eorum originem ad montem Sinai retulisse, ut eorum ignorantiam honeste dissimularent, & phylacteriis suis mendacio tam splendido gratiam & fidem conciliarent.

SECT. III.

Occurritur argumentis contra jam dicta militantibus.

PHYLACTERIA non a Deo præcepta fuisse, sed a Scriptura perperam intellecta, & usu Gentium inter Judæos antiquiores invalescente, principia petiisse, satis (nisi mihi faveam nimis) e supradictis innotescit. Ad hanc autem sententiam convellendam omnes proculdubio vires intendent Judæi, & nonnulli forsan alii, quorum præjudicia altius infixa nullum examini locum reliquerunt. Mihi itaque proxime incumbit ut præcipuis eorum objectionibus pro virili satisfaciam.

Obj. 1. HARUM prima sit hæc: Judæi nominatissimam [a] illam *Deuteronomii* legem, & alias ei cognatas, in phylacteriorum suorum patrocinium allegare solent. Et nullam aliam eorum originem, præter Dei legem (scriptam nempe vel oralem) agnoscunt ipsi, nec eorum Majores (quod scimus) unquam agnoverunt. Rationi vero maxime convenit, ut Judæi legum patriarum sensum, & morum suorum originem, penitus intelligere censeantur; eosque leges eas ad phylacteriorum usum asserendum, toties adducere noluisse, nisi Patres eorum, a remotissima frontalium origine ea locis jam dictis instituta censuissent, & ea fide posterorum suorum animos imbuissent.

HÆC Objectio duplici responso diluatur: (1°.) Judæi veteres, qui nempe duobus aut tribus seculis Domini nostri tempora præcessere, non videntur Legis quæ dixi loca de phylacteriis intellexisse. Nulla enim mentio phylacteriorum, in Exemplari Vet. Testamenti Græco vel Hebraico, post datam Legem inveniri potest. Lxx horum phylacteriorum ne vel fama accepisse videntur: iis enim in locis, ubi Chaldæus uterque תפלין habet; illi nec *Tephilin*; nec *Totaphoth*, nec *φυλακτήρια* posuere: cum tamen acutiores oculi traditionum aliarum Judaicarum vestigia in eorum translatione facile deprehendant. Quis autem fidei tam facilis est, ut existimet, Lxx maxime celebria frontalium nomina tacite prætermittere, & *ἀσάλευτον* [b] omnibus in locis, eorum vice substitutere voluisse; si Judæi veteres *Tephilin* iis in locis instituta censuissent, eaque omnibus illis tunc temporis innotuissent? (2°.) Modo Judæi Veteres locis iis sensum literalem assignassent, eosque de capitis & manus appendiculis intellexissent; causa mea nihil inde detrimenti pateretur. Argumentorum enim quæ superius adduxi luce patet, Judæos locos eos perperam interpretari, eosque tantum ad ingenii sui fœtus [phylacteria nempe] fovendos & patrocinandos aliquatenus accommodare. Neque hoc ab antiquo gentis usu alienum est: nam, observante [c] *Seldeno*, *frequentissimum* est *apud Talmudicos, morum suorum superinductorum atque in legis sacræ-sepem seu munimentum humanitus receptorum rationes, e sacri sermonis contextu aliquo verbisque, non velut ex instituto sed exemplo aut analogia aliqua, petere.* Hoc

a Cap. 6, 7, 8. b V. Lxx. in *Exod.* 13. 16. *Deut.* 6. 8. & 11. 18. c De *Synedr.* l. 1. c. 7. p. 122, 123.

nemo

nemo eis paulo assuetior ignorat. Idque sæpe ita fit ut audacius multo quam par est verba ipsa in ejusmodi morum confirmationem in longe alium præter genuinum pericochæ sacræ sensum distorqueantur. Et mos hic inter Talmudicos, tanquam [illegible] quiddam, obtinuisse videatur. Monet enim [a] *Petavius*, Hebræorum magistros nugacissimas suas traditiones Salvatoris *tempore*, e Scripturæ *verbis, non minus stolide quam pertinaciter* elicuisse. SECT. III.

SECUNDO: non nemo forsan ex adverso regeret, id nullam veri speciem præ se ferre, quod nempe Judæi, sacri quicquam, multo minus amuletum & phylacterium, a Gentilismo mutuati sint. Phylacterium Diaboli signum est, & hominis in illius tutelam & custodiam traditi symbolum & sacramentum. Et vix quicquam odiosi nominis habuit Ethnicorum religio, qood Sancti Patres & antiqua Concilia nigro carbone tam frequenter notant. Obj. 2.

ABSIT a me ut quidquam sinistri de tota Judæorum gente suspicarer. Mihi facile persuadeo, longe plurimos phylacteria illa, non amuleti sed monimenti loco habuisse, eaque more quidem Ethnico, sed animo Judaico, (nempe ut se Legis observandæ monerent) sibiipsis alligasse. Prout Israelitæ gemmas & inaures, quibus Ægyptii forsan ad cultum Dæmonis exornandum olim utebantur, in usum & ornatum Tabernaculi seponebant; ita & pii e Judæis, phylacteria, Dæmonis olim signa & symbola, in Legis *μνημόσυνον* & animi Deo devoti testimonia commutasse censeantur.

TERTIO: sat constat, Ethnicos phylacteriis eorum magnam contra morbos & malos genios potestatem asseruisse, & ea, tanquam tutelaria quædam Numina, secum perpetuo circumgestasse. Si itaque Judæi phylacteria sua e Gentilium moribus accepissent, proculdubio non minus eorum usum quam nomen & figuram retinuissent: & nonnulli saltem e Judæis phylacteria sua, ritu paganico, ad mala arcenda & bona sibi concilianda usurpassent. Non potest autem ulla tanti peccati suspicio in gentem tam sanctam cadere. Obj. 3.

JUBET equidem charitas, ut è Judæorum gente plerosque criminis hujus immunes perstitisse credamus; cum præsertim e supra dictis appareat, nonnullos e Judæorum Magistris, eos qui phylacteriis ad bonum aliquod corporale consequendum, aut malum arcendum, uti solent, inter præstigiatores & apostatas a Lege numerasse. Interea loci, satis e jam dictis & postea dicendis intelligatur, Judæorum nonnullos phylacteria sua, quasi magica quædam amuleta ad bonum aliquod obtinendum aut malum averruncandum, sæpius adhibuisse. Atque inde factum est forsan, quod *S. Hieronymus, Isidorus Pelusiota,* & *S. Chrysostomus*, de Judæorum phylacteriis agentes, ea cum *parvulis* illis *evangeliis* conferant, quæ superstitiosæ mulieres, ad mala aliqua amolienda, collo appensa gestare soleant. Et [b] Auctor imperfecti operis in *S. Matthæum*, de hoc argumento loquens, *puto*, inquit, *quod, illorum tunc Scribarum & Pharisæorum exemplo, & nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorum confingunt & scribunt, & alligant sibi; quæ non intelligentibus linguam Hebraicam quasi metuenda videntur. Sic ergo & hi vani sunt, sicut illi fuerunt.*

QUARTO: longe distat a veri similitudine, Ecclesiæ Judaicæ Præpositos phylacteria illa in usum tam sacrum & communem recipere voluisse, si a phylacteriis ethnicis originem accepissent; ne populus, una cum insignibus illis superstitionis ethnicæ monimentis, superstitionem ethnicam hauriret & exerceret; aut verba Legis amuleti loco gestans, illius virtutem, non *in sensuum intellectu*, sed *literarum figura*, sitam esse somniaret. Obj. 4.

RESPONDEO: quamvis hæc, & alia vitia, e phylacteriis in Judæorum religionem receptis nasci possent, & revera nascerentur; nemo tamen mirabitur, Ecclesiæ Judaicæ præfectos ea populi rudioris mori & ingenio permisisse, qui cum animo suo reputaverit, quam longe lateque superstitio illa phylacterica seculis illis rudioribus propagata fuerit. Tunc enim (quod monui supra) vix ulla gens erat quæ amuleta & phylacteria in usu & pretio non habebat, & vix ulla res erat, cui hominum superstitio amuleti virtutem & fidem non tribuebat. Est itaque facile creditu, pestem in vicinia tam late grassantem Judæos infecisse, & eorum medullis inhæsisse; atque ideo Præpositos suos hoc eorum infirmitati dedisse, ut phylacteria quidem, sed Dei legibus (non magicis characteribus) inscripta gererent; adeoque paulo tolerabilius quam cæteræ gentes ineptirent. Res hæc exemplo uno & altero clarior evadet & credibilior. Cum sub nascentis Ecclesiæ tempora, Gentiles non pauci, ad Christi fidem haud ita pridem conversi,

[a] *Animadv.* ad *Epiphan.* p. 31. [b] *Homil.* 43. p. 932.

 non-

SECT. III.

nonnullas veteris Gentilismi reliquias adhuc retinerent, & (inter mores alios Gentilismum olentes) amuletis & ligaturis ad morbos, aliaque mala, propulsandos uterentur; rei Christianæ præsides, ut novitios suos a moribus istis sensim & suaviter avocarent, pio quodam artificio usi sunt; iis enim auctores erant, ut contra Dæmonis incursum se crucis signo munirent, &, ad μεγαλαλγίαν avertendam, Evangelium, amuleti vice, capiti apponeretur. Fidei meæ obsidem adduco [a] *S. Augustinum*, nonnullos ætatis suæ novitios sic alloquentem; *cum caput tibi dolet, laudamus si Evangelium ad caput tibi posueris, & non ad ligaturam cucurreris. Ad hoc enim perducta est infirmitas hominum, & ita plangendi sunt homines qui currunt ad ligaturas; ut gaudeamus quando videmus hominem in lectulo suo constitutum, jactari febribus & doloribus, nec alicubi spem posuisse, nisi ut sibi Evangelium ad caput poneret: non quia ad hoc factum est, sed quia prælatum est Evangelium ligaturis.* Episcopi veteres eodem pene ingenio usi sunt, ut gentiles fide Christiana nuper imbutos ab amuletis ethnicis, usu longo confirmatis, avocarent. Rem totam [b] *Baronii* verbis referam: *cum suis infantibus Gentiles bullas, re turpicula consignatas, ad avertendas fascinationes — collo appenderent; ad eas abolendas, placuit — e sacris ceris bullas confici, quas Agni Christum præ se ferentis imagine insignitas geniti in Christo gestarent.* Arte non absimili usi videntur ii, qui nonnullis ante Salvatoris adventum sæculis, Ecclesiæ Judaicæ præfuere. Cum enim perciperent populum; (e longa cum Ægyptiis, Chaldæis, Græcis, aliisque, societate) phylacteriis animos addixisse; laminis etiam & chartulis e gentilitia superstitione petitis contra malum impendens se munire didicisse; quo mores illos (haud statim abolendos) ad pietatem transferrent, & ad Legem aliquatenus accommodarent; veterum phylacteriorum loco, populo membranulas Scripturæ portiunculis inscriptas, frontibus & atriis suis affigendas indulsere; quibus, tanquam per signa quædam, se in Dei solius clientelam sua omnia tradidisse, Eumque unum ipsorum & domuum suarum custodem accepisse profiterentur. Hæc omnia veritati propinquiora videantur, quod e superius adductis appareat, Hebræorum phylacteria amuletorum ethnicorum ὑπολείμματα non pauca retinuisse; Judæos tamen ad Scripturæ sacræ (sed perperam intellectæ) præscriptum ea componere & accommodare studuisse.

Obj. 5. QUINTO: ad sententiam meam evertendam, nonnulli forsan & hunc arietem adhibebunt: vix fidem admittit, Judæos phylacteriis eorum virtutem & sanctitatem tam eximiam tribuere, & zeli singularis famam ex eorum dilatatione quærere voluisse: modo humanitus instituta essent, & Seniorum solummodo traditione niterentur.

AT hæc objectio sententiæ meæ vim tantum amicam offert, eamque firmat magis quam frangit. Nam vel inde colligere est, phylacteria (non Deum, sed) traditionem & usum auctorem habuisse, quod locum primarium in religione & affectu Judæorum obtinuerint. Solebant enim fœtus proprios arctis ulnis amplecti, & zelo affectuque majore [c] Seniorum traditiones quam ipsa Dei præcepta prosequi. Ut verbis meis accedat fides, nil opus est ut ab argumento præsente longe abeam: nam apud [d] Talmudicos legis loco traditur, *qui dicit, non sunt phylacteria, ad transgrediendum verbum Legis, immunis est:* qui vero, quod *sint quinque* Totaphoth *vel capsula* ad membranas conservandas, *ad addendum verbis Magistrorum, reus est.* Neque *Magistrorum verba* & traditiones obsequio & honore eo minore dignas habuerunt, quod ritus originis ethnicæ quandoque præciperent & cohonestarent. Eos enim ritus multos ex Ægypti, Chaldææ, Græciæque religionibus accepisse, & ad cultus divini ministerium accommodasse, jam dicta & statim dicenda fidem indubitatam faciunt.

Obj. 6. SEXTO: nonnulli forte nobis adversi dicent, nil causæ esse, cur Gentium περίαπτα vel amuleta Judæorum phylacteriis initium dedisse censeantur; cum Judæi non minus a Gentium moribus quam personis semper abhorruerint, & nullos unquam Ethnicorum ritus in sacrorum suorum classem admittere dignati fuerint.

HÆC equidem non minus falso quam frequenter a nonnullis asseruntur. Nam ex instantiis hoc in libro & [e] alibi adductis innotescit, Judæos gentium mores haud paucos nullo licet præcepto cohonestatos, paululum ab antiquo mutatos, admisisse & in usum sacrum convertisse. Iis tamen omnibus hanc unam subjungere libet, ne præsenti Argumento plane defuisse videar: Judæis antiquioribus in more fuit, Dei nomen in carne exarare, ut eo signo se servos uni Deo quasi mancipatos esse testarentur. Hoc docet [f] *Maimonides* ubi ait, אם היה שם ▭ כתוב על בשרו *Quod si quis in cute sua exaratum habeat nomen Dei*, &c. Quæ verba sic [g] *Vorstius*

a *Tract.* 7. in Cap. 1. *S. Johan.* col. 246. Tom. 3. P. 2. b Ad *An. Christ.* 58. n. 76. c *Mat.* 15. 3. 6. *Gal.* 1. 14. d In *Cod. Sanhed.* cap. 10. §. 3. e V. *Libr.* de *legib. Hebr. ritualib.* passim f Lib. de *fund. leg.* cap. 6. §. 7. g *Not.* ad *loc.* pag. 80.

illu-

illustranda censuit: *morem hunc incidendi literarum notas cuti a Gentilibus derivatum esse observat Maimonides in* Avoda zara, *ubi inquit,* כתובת קעקע *Scriptura stigmatis, de qua dicitur in* [a] *Lege, erat, cum quis incideret carnem suam, & locum incisionis repleret fuco, atramento, vel aliis coloratis notis; & fuit hæc consuetudo Gentilium stigmatizantium semetipsos in honorem idolorum.* Cum itaque gentes vicinæ morem illum tuerentur, haud absimile est vero, Judæos stigmata quædam, in Dei honorem, sibimetipsis inussisse; partim ne gentibus zelo cedere viderentur, præcipue vero ut superstitionem in religionem converterent, & populus, Dei nomine signatus, eo minus ad nova aliqua stigmata in cute, more Gentium, facienda propenderet. Cum itaque conspicuum sit, Judæos hunc aliosque ritus e Gentilium usu in mores cultusque suos recepisse; verisimile videri debet, & phylacteria gestandi morem (paululum reformatum) e superstitione gentilitia in Judaismum transiisse. CAP. V.

CAP. V.

De Usu & Intentione Phylacteriorum.

PHYLACTERIA instituendi causam aut occasionem, temporum vetustate pene deletam, in lucem paulo clariorem protulisse videar. Eo me jam ducit rerum series, ut eorum usus & intentiones expediam, & eas etiam ex Antiquitatis arcanis eruam.

PRIMO itaque, eo consilio instituta sunt Phylacteria, ut monimenti cujosdam sacri locum & usum obtinerent; quæ nempe Judæorum oculis semper obversarentur, eosque beneficiorum & præceptorum divinorum frequenter admonerent. Judæos antiquiores eo consilio ligamenta illa circumgestasse docent [b] *Josephi* illa, *ὅσα τε τὴν ἰσχὺν ἀποσημαίνειν δύναται τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν, φέρειν ἐγγεγραμμένα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ βραχίονος· ὡς περίβλεπτον πανταχόθεν τὸ περὶ αὐτοὺς πρόθυμον τοῦ Θεοῦ quæ & potentiam & Dei erga ipsos benignitatem indicant, circumferenda sunt inscripta in capite & brachio, ut undiquaque conspicua sit Dei erga ipsos benevolentia.* Refert etiam [c] *S. Hieronymus*, ex Hebræorum traditione, *Babylonios magistros — decalogum scriptum in membranulis capiti circundare* solitos, --- *ut semper videant quæ præcepta sunt.* Hic usus fidem accipiat etiam e verbis Domini, *Mat. 23. 5.* ubi Pharisæos eorum fimbrias & phylacteria juxta æstimasse, & utraque pari cum religione vel ostentatione dilatasse legimus. Deum autem fimbrias eas tanquam memorialia quædam Legis instituisse, explicate dicitur *Numer. 15. 39. & erit vobis in fimbriam, & videbitis eam, & recordabimini omnium præceptorum Domini, ut faciatis ea.* In hunc finem Deum phylacteriorum etiam gestationem præcepisse, Judæi collegisse videntur e Legis verbis quibus tota frontalium religio nitebatur: Idem enim quod *Exod. 13. 9.* לזכרון *in memoriale*, vers. 16. לטטפות *in frontalia*, inter oculos apponi dicitur.

SECUNDO: hujusmodi phylacteria signi locum, & usum habuere, quibus Judæi se Dei cultui Legisque studio impense deditos & devotos indicarunt. Nam Phylacteria quidem lata & conspicua gestabant Pharisæi, ut a Judæorum plebe; ipsa vero phylacteria, ut à Gentium colluvie discernerentur. Hinc apud Judæos antiquos in [d] legem abiit, לא יצא האיש בסנדל המסומר ולא בתפלין ולא בקמיע *non egreditur vir* (Die Sabbati) *cum calceis clavatis, cum phylacteriis, neque cum pittacio*, nempe quod Sabbatum signi vice datum esset, & sola Sabbati observatio, hominis Legis studio devoti, sufficiens indicium haberetur. Hinc etiam decretum est olim, [e] *ne prætereat quis Synagogam, dum illic oratur,* ——— *Siu autem*, inquit, *affixa habeat phylacteria, præterire permittitur, eo quod ista testentur eum studiosum esse Legis.* Ex eadem causa venisse videtur, quod non minus phylacteria quam fimbrias studiose dilatarent, quod nempe utraque *σημαντικὰ τῆς αὐτῶν πολιτείας* (quod de fimbriis dicit [f] *Epiphanius*) existimarent.

TERTIO: in hunc finem etiam instituta videntur Hebræorum phylacteria, ut in amuletorum & *περιάπτων* ethnicorum locum succederent, & Hebræorum animos *ἐκ φυλακτηρίων* magicorum usu sejungerent & avocarent. Illa scilicet amuleta & phylacteria, collis, manibus, & portis, ad malorum averruncationem, affigendi consuetudo, apud Chaldæos & alios e vicinia

a *Deut. 14. 1.* b *Antiq. Jud. l. 4. c. 8. p. 163.* c *Comment.* in *Ezec. 24.* d *Buxtorf. Lexic. Talmud.* in voc. קמיע e *Maimon.* in *Tephilah. c. 6.* f Lib. 1. *Adverf. Hæref. 15. p. 32.*

CAP. V. populos invaluerat. Cum antem Judæi, e congenita mentis humanæ superstitione, & longo cum Chaldæis usu & conjunctione, in hujusmodi vanitatum amorem & usum inclinarent; ne forte Gentium phylacteria, vel chartulas aut laminas characteribus ethnicis exaratas, sibiipsis alligarent; Synagogæ magistri veteres membranulas quasdam verbis Legis inscriptas, & nomine *Totaphoth* excogitasse, easque, vice phylacteriorum & chartularum omnium magicarum, fronti manuique devinciendas, instituisse videantur. Ut autem eo firmior evadat hujus sententiæ fides, iis quæ jam adducta sunt, hoc unum subjungam argumentum: Hellenistæ, (uti constat ex Evangelio) nomen illud φυλακτήριον τοῖς *Tephilin* Judæorum vulgo tribuebant. At φυλακτήριον proprie est περίαπτον, amuletum ad malum aliquod everruncandum, ἀποτρόπαιόν τι· Eo sensu venit apud [a] *Dioscoridem*, qui, de lapide selenite loquens, ait, ἀντὶ φυλακτηρίου περιάμματι αὐτῷ αἱ γυναῖκες χρῶνται *phylacterii, vel amuleti, vice eo utuntur fœminæ*: & statim [b] postea, de variis Jaspidum generibus agens, λέγονται δὲ πάντες, inquit, εἶναι φυλακτήρια περίαπτα καὶ ὠκυτόκια, μηρῷ περιαπτόμενοι· *omnes pro amuletis gestari, & femori alligata partum accelerare, traduntur.* Vox hæc eandem notationem ferre videtur, modo laudato *Concilii* in *Trullo* Canone, quo communio Ecclesiæ omnibus interdicitur qui solent ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, *facere quæ dicuntur phylacteria.* Nihil autem probabilitatis habet, Hellenistas omnes nomen illud, phylacteriorum ethnicorum proprium, appendiculis hisce sacris imponere voluisse; nisi quod ea locum φυλακτηρίων ethnicorum occupare, pro certo crederetur. Aliis argumentis haud opus esse sentio, cum per se credibile sit, Ecclesiæ Judaicæ præpositos membranas illas, nomen & imaginem phylacteriorum ethnicorum præferentes, & Legis portiunculis inscriptas, populo circumferendas ideo concessisse, ne aliter, superstitione credula & sequaci moti, laminis & amuletis magicis, ad Paganorum morem, uterentur.

QUARTO: Judæi nonnulli frontalibus hisce non tantum emuletorum vulgarium locum sed & virtutem tribuebant, iisque tanquam munimentis contra mali cujusvis (animæ vel corporis) incursum utebantur. Quantum ad animæ mala avertenda valere credebantur, e [c] *Talmudicorum* verbis intelligitur: כל מי שיש לו תפלין בראשו ומזוזה בפתחו וציצית בבגדו מובטח לו שלא יחטא *Quicunque habet Tephilin in capite suo, & Mezuzam in janua sua, & Zizith in vestimento suo, munitus est contra peccatum.* Nec phylacteria sua virtute minore ad male corporis averruncanda pollere censuerunt. Nam quærenti in [d] *Gemara*, מאי טוטפת *quid est Totaphoth?* Respondet *R. Joseph* חומרתא דקטיפתא *alligamentum abscissionis:* h. e. exponente [e] Buxtorfio, *membrana sacra collo appensa, ad abscindendum periculum ab hoste vel invido.* Hisce fidem paulo firmiorem conciliat [f] *S. Hieronymi* testimonium: postquam enim Judæorum תפלין pittaciola Decalogo inscripta nuncupasset, addit, *Pittaciola illa Decalogi, phylacteria vocabant, quod quicunque habuisset ea, quasi ob custodiam & munimentum sui haberet. ---- Hoc apud nos superstitiosæ muliercula, in parvulis Evangeliis, crucis ligno, & istiusmodi rebus (quæ habent quidem zelum Dei, sed non juxta scientiam) usque hodie factitant, culicem liquantes & camelum deglutientes.* Vox autem *Pittaciolum* aut πιττάκιον (quod obiter moneo) chartam pecoream, διφθέραν *pergamentum*, notat. Et *Moschopulus*, hujus vocis originem referens, pag. 135. πιττάκιον, inquit, δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων (σημαίνει) ἀφ' ὧν ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν· *Pettycia Dorice dicuntur minuta illa e pellibus segmenta unde nos Pittacia nominamus.* Vox itaque *Pittaciolum* membranis hisce phylactericis adamussim convenit. Sed ad callem me recipio, a qua paululum deflexit sermo. Hic forsan admiratio non exigua Lectorem tenebit, & causas sollicite quæret, unde profectum esset ut tota pene Judæorum natio eo cæcitatis & superstitionis deveniret, ut membranulis hisce φυλακτηρίων titulum & virtutem tribueret, iisque ad semetipsos potius quam Legem custodiendos uterentur? Expediam paucis: ni me fallit conjectura, vel superstitionis hujus origo & incrementum ad tres causas revocari debet.

(1^{a}.) HARUM prima & præcipua est crassa & supina Scripturæ interpretatio. Παρερμηνείας hujus exempla nonnulla supra memoravi. Iis itaque sufficiat verba [g] *Maimonidis* addidisse: וכל הרגיל בתפילין מאריך ימים וגו' *Quicunque assuescit Tephilin, is producit dies suos: juxta id quod dicitur Deut. 11. 21. Ut multiplicentur dies vestri.* Præ cæteris autem Scripturæ locis, superstitio hæc ex interpretatione crassa & absurda *Deuter. 6. 8, 9.* causam & prætextum accepisse putetur. Cum enim legissent ea verba, והיו לטוטפות *& erunt appensa vel ligata inter*

a Lib. 5. de *mat. medic.* cap. 159. b Cap. 160. c V. *Buxtorf. Synag. Jud.* c. 9. d In *Tract. Schabbat.* fol. 57. col. 2. e *Lexic. Talmud.* in voc. טטף f *Comment.* in *Mat.* 23. g *Tractat. de Tephil.* c. 4. §. 26.

oculos:

oculos: Judæi, lapsu temporis, in eam sententiam venisse videntur, Deum eo in loco *ligaturam*, id est, *amuletum* instituisse, & eorum Totaphoth non tam in signa & monimenta, quam sacramenta & munimenta, iis concessisse; quibus itaque non minorem virtutem adversus morbos, dæmonas, fascinum, & alia mala, quam Gentes *περιάπτοις*, ligaminibus, & characteribus suis, inesse censuerunt. C A P. III.

(2°.) HUJUSMODI superstitionem Judaicam ad Diabolum, tanquam causam promoventem, non injuria referamus. Nam seculo quovis id egit vetus ille serpens, ut sub honesto schemate religionis imposturam faceret. Solet enim Scripturam per semetipsam prodere, nomina sacra in usum magicum convertere, & fiduciam Deo soli debitam ceremoniis quibusdam religiosis astrictam detinere. [a] *Paulus Fagius* itaque, postquam quatuor illa loca membranis Judaicis inscribi solita enumerasset; consulto subjungit, *hæ sunt quatuor lectiones sacræ, quas Judæi suis Thephillin inclusas circumferunt, singulisque diebus capiti & manui alligant, non aliter abutentes illis quam quidam abutuntur initio* [b] *Evangelii secundum Johannem; qui se satis tutos existimant si sacra verba in scheda circumferant, quantumvis interim sceleratam vitam vivant. Ita & miseri Judæi ludunt cum verbo Dei, ut videas Sathanam impostorem in omnibus suis organis sui similem esse.* Neque est, cur quis hæc verba charitate vacua sentiat, cum ostensum sit, haud paucos e Judæis phylacteria sua tanquam signa magica usurpasse, quibus (tacita licet & occulte) Dæmonem ipsum ad opem ferendam invocarunt.

(3°.) QUOD Judæi phylacteria sua in amuleta verterint, Gentium etiam in vicinia habitantium moribus, haud minima ex parte tribuendum est. Iis enim (ut dixi) solenne fuit, schedas characteribus aut literis quibusdam secretioribus exaratas, aut imagines parvulas circumferre, quas adversus omnia mala vim *προφυλακτικὴν* habere sibi facile persuadebant. Cum itaque Judæi in corruptissimos Gentium mores inclinarent, verisimile est, antiquos Ecclesiæ Judaicæ patres, Gentium ligamina in Judæorum *totaphoth*, & eorum *Ἐφέσια γράμματα* in literas sacras commutasse; & populo auctores fuisse, ut e schedis Dei leges inscriptas habentibus, potius quam characteribus magicis aut rebus idolo sacratis, tutelam & salutem expectarent. Hæc autem *pia fraus*, ut usu venit, incommoda graviora secum attulit: nam Judæi, schedas literis sacris exaratas circumferentes, peccati (ut credebant) immunes phylacteriis adversus malorum incursus utebantur, adeoque Superstitio, antico exclusa, per posticum introibat, & late grassabatur.

C A P. VI.

De Phylacteriorum origine & antiquitate.

HORUM originem sic abdidit vetustas temporum, & credula simplicitas qua secula superiora Judæorum doctrinam de eorum origine divina recepere, quod Phylacteriorum principium Argumentum sit, quod conjecturas tantum obscuras & incertas admittere censeatur. Hoc vel inde satis intelligitur, quod tot sententiæ de Phylacteriorum origine & antiquitate inter auctores obtinuerint. Negotii præsentis erit, earum nonnullas explicare, & earum momenta in lance rationis explorare.

HARUM autem prima, quæ plurimorum animis insedit, ea est, quod Deus, una cum reliquis legibus, mandatum de phylacteriis hisce gestandis dederit, ut Hebræis semper ante oculos obversarentur, & inde hebetes eorum animi in Dei & Legis suæ memoriam sæpe reducerentur. In ea sententia stetisse Veteres & Modernos haud paucos, eorum verba supra citata fidem haud incertam faciunt.

Quis autem, re bene pensitata, se persuaderi patietur, Deum instrumenta tot loris, nodis, cellulis, & membranis instructa; eaque non frontibus tantum & manibus, sed etiam portis & postibus domus affigenda, præcipere voluisse? cum præsertim [c] *κράσπεδα* illa, de quibus Domini sermo, ea de causa, nempe ut populi [d] memoriam refricarent, instituerit. Unde [e] *S. Chrysostomus*, de Judæorum fimbriis agens, *ὃ πολλοί*, inquit, *πολλάκις ποιοῦσιν οἱ ἐπιλανθανόμενοι, λίνῳ ἢ κρόκῃ τὸν δάκτυλον ἀποδεσμοῦντες, τοῦτο ὁ Θεὸς ὥσπερ παιδίοις ἐκέλευσε ποιεῖν· Quod obliviosi crebro facere solent, filo linteo vel coccineo digitum strictius ligantes, id Deus ceu infantulis jussit facere. Vittam*

a *Annot.* ad *Exod* 13. 15. b *Δελτία μικρά, τὸν νόμον ἔχοντα· ἐφόρουν τῶν Ἰουδαίων κληρικοί, ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια.* Isid. Pelus. lib. 2. Epist. 150. c *S. Mat.* 23. 5. d *Numer.* 15. 39. e In *S. Mat.* 23. *Hom.* 73. *p.* 772.

CAP. VI. *enim hyacinthinam in extremitate vestis assui præcepit, ut animos & oculos eo advertentes, mandatorum recordarentur.*

SENTENTIA secunda est; Deum phylacteria quidem statim ab exitu ex Ægypto, non autem in oblivionis, sed superstitionis Ægyptiacæ remedium instituisse. Atque hæc sententia virorum non perfunctorie doctorum puncta tulit, quamvis in circumstantiis nonnullis ab invicem discrepantium. Ex iis [a] *Scaliger* imprimis, de frontalium origine loquens, sic sensum ejus exprimit: *ne gentium phylacteriis populus Dei uteretur, quod assueverant facere, dum inquilini in Ægypto servirent, & Ægyptiorum superstitiosis amuletis frontes muniebant; Moses præcepit, ut Decalogum in membranulis, quas πιφυλλίδας vocabant, inscriptum in frontibus gestarent. Hæc sane* Totaphoth *vocantur, Ægyptiaco vocabulo.* In eandem sententiam ivit [b] *Petitus*, dicens, Deum voluisse, *ut Israelitæ Decalogum in membranulis descriptum in frontibus gestarent*, & ut essent *illis vice Ægyptiacorum amuletorum*, לטוטפות *εἰς φυλακτήριον.* Eidem opinioni studuit, eamque paulo explicatius expressit, *Abenephius*, cujus verba [c] *Kircherus* ex Arabia sic in Latium transtulit. *Frequens erat in Ægypto usus phylacteriorum variis imaginibus insignitorum, queis se fortunatos futuros esse credebant; queis adjungebant statuunculas quasdam quasi* Avertentes *nuncupabant: quas nunc in collo, pectore, manibus portare, nunc in angulis domuum, aliisque locis veluti custodes eorum collocare solebant. Quos usus omnes Lex in* Tephilin *&* Mezuzoth *&* Totaphoth *convertit: quæ quidem nihil aliud erant quam coria ex animali mundo, in quibus verba Dei Legis servandæ memoriam continuam suadentis & præcipientis scribebantur; ponebanturque super frontem, & brachia, & postes portarum.* Ab hac autem opinione [d] *Simlerus* haud multum recessisse putetur, asserens Deum, *Deuteron. 6. 8.* allusisse *forte ad ritus gentiles*, ut suos a superstitione revocatos doceret qua ratione ornamenta & signa cultus & reverentiæ divinæ externis illis gentilitiis opponerent. Ethnici *enim inaures ad Deorum* suorum *honorem* portabant, *& alia ornamenta sua quæque significatione. Sic bulla amuletum putabatur invidiæ, & Laribus erat sacrata. Annulus honoris insigne digito gestabatur. Titulus erat insigne sacerdotum Romanorum. Habebant & ædes inscriptiones suas: unde quum quidam suam domum inscripsisset Herculi Alexicaco*, ne quid *mali* eam *ingrediatur; Cynicus irridens quæsivit, & quo Dominus? ita perstringens illius improbitatem.* --- *His* opponi potuit *hæc sententia:* Habent infideles sua *insignia & ornamenta & monumenta*, religiosa: *at* ornamenta & memorialia vestra erunt hæc signa quæ vobis commendo observanda.

NON piget operæ in testimoniis hisce referendis positæ, eo quod opinioni meæ nonnihil adjumenti præbeant. Nam & ipse contendo Gentium amuleta & *insignia religiosa*, Judæorum phylacteriis instituendis occasionem tribuisse; quamvis adduci non possum ut sentiam, Deum de frontalibus illis mandatum aliquod edidisse, vel ea mira illa sanctitate, vel virtute *conservatoria* donasse, quam Judæorum Magistri fingunt. Cum enim Deus sancte promisisset, se pios omnes *ἀπὸ λόγου ταραχώδους, fascino* seu *verbo* quovis magico: [e] *ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, a quovis morbo* & (illius auctore) *Dæmone meridiano* conservaturum; nil opus erat ut novum aliquod *φυλακτήριον* institueret, & gratiam ejus legibus, phylacteriis potius quam cordibus, inscriptis alligaret. Deinde: si Deus *φυλακτήριον* & amuleta illa minora & portatilia, ad Ægypti morem, Judæis indulsisset; proculdubio phylacteria quædam majora, divina virtute donata, populi pertinaciæ concessisset. Nam, si [f] *Kirchero* quicquam credimus, habebant Ægyptii, non tantum *minora & portatilia* quædam amuleta, *collo, pectori, manibus hominum appensa* sed *& majora* nonnulla *& immobili positu solidata*, quæ *in publicis, urbium, templorum*, aut *regionum locis, ad hostium insultus arcendos & ἀντιτεχνίας δαιμόνων πανούργων eludendas ponebantur.* His accedat, quod nullo idoneo testimonio probari potest, vocem *totaphoth* amuleti, phylacterii vel ligaturæ significatum habuisse, ante templi secundi tempora. Quis itaque non videt, *Abenephii* & *Scaligeri* sententiam loco nimis lubrico stare, quam ut ei tuto & fidenter innitamur?

TERTIO: sentiunt alii, phylacteria illa usum tantum & pragmaticam quandam religionem, nonnullis ante Christum seculis, auctorem habuisse. Postquam enim res afflictissimæ Judæorum mores & ingenia paululum correxissent, eodem pene zelo & impetu in ritus omnes mandati alicujus speciem habentes ferebantur, quo eos omnes olim fugiebant & aversabantur. A legis equidem nucleo cultuque spirituali genio semper erant aversissimo: quo vero culpam illam redimerent, in ipso cortice sollicite hærebant, & ritus omnes externos quos Deus vere

a In *Elenc. Trihæres.* cap. 7.
b *Var. lect.* cap. 20.
c *Oedip. Ægypt.* Tom. 1. Synt. 4. cap. 1.
d Not. in *Exod.* 13. 9.
e V. Lxx. in *Psal.* 91. 5, 6.
f *Oedip. Ægypt.* Tom. 2. P. 2. p. 445.

præce-

præcepisset, eos etiam quos præcipere tantum videbatur, pari religione tenebant & observabant. Me quod attinet, hanc sententiam speciosam arbitror, & antiquis Judæorum moribus apprime consentaneam. Cum vero nullam omnino rationem reddat, cur Judæi *totaphoth* in phylacteria vel amuleta quædam sacra converterint, nec plurimas phylacteriorum circumstantias explicare doceat; ab ea, utpote veritatem ne dimidiatam referente, recedendum sentio. CAP. VI.

CUM veritas opinionibus hisce tribus haud adeo propitia fuerit; non erit (uti spero) Lectori prorsum ingratum, si & ipse sententiam meam interseram, *Thesibus* hisce quatuor explicandam. Auctoris sententia.

(1°.) PHYLACTERIA Judaica (quæ nempe nunc in usu versantur) non videntur unius ætatis opus, sed eorum complementum, per gradus quosdam & curiosas multorum seculorum additiones acquisivisse. Non solent enim clariora Superstitionis, magis quam artis, opera statim ad apicem pervenire. Quavis ætate fœtum suum relambit Superstitio, eique formam quotidie magis elegantem inducere conatur. Est enim Superstitio pruritus quidam animæ, qui jam inventis nescit acquiescere: religiosa quædam περιεργία, quæ non minus redundat in superfluis, quam deficit in necessariis. Neque phylacteriorum causæ tantum (superstitio vel hypocrisis) sed etiam circumstantiæ plurimæ, totus insuper apparatus, indicio sunt, ea per gradus quosdam ad formam & perfectionem quam hodie præ se ferunt, ascendisse. Nihil enim veri simile præfert, unam ætatem, tot lora, membranolas, nodos, capsulas, gestandi modos (ut circumstantias alias non facile numerandas in præsenti taceam) excogitasse. Quis credat, unius sæculi *piam matrem* partus tam varios, tamque dissimiles eniti potuisse? In tanta veteris historiæ caligine, difficile (ne dicam, impossibile) est, enarrare, quid hoc, quid illo sæculo, Rabbini phylacteriis antiquis addiderunt. Pleraque hæc obsoleta jam sunt, & in Antiquitatis obscurioris arcanis posita. Neque tamen tenebræ illæ crassiores impediunt, quo minus unam Phylacteriorum circumstantiam percipere possimus, quam secula recentiora vel addidisse vel ratam fecisse videantur. Sic enim [a] Jonathan *Tephilin* ligandi modum & locum designavit: *eritque tibi signum* miraculosum *hoc*, *sculptum & explanatum* in Tephila manus, בגובהא רשמאלך *in altitudine* id est, superiori parte, *sinistræ tuæ*. Atque hisce gemina occurrunt apud eundem *Paraphrasten*, in *Exod.* 13. 16. *Deuter.* 6. 8. & 11. 18. & *Paraphr.* in *Cantic.* 8. 3. Morem tamen alium, ætate *Theophylacti*, inter Judæos haud paucos obtinuisse, Patris illius fides opinari suadet. Sermonem enim de Judæorum phylacteriis habens, *scribebant*, [b] inquit, *in duabus chartulis Decalogum Legis*, καὶ ἐτίθεσαν τὸ μὲν ἓν ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῶν, τὸ δὲ ἕτερον ἐκρέμων ἐπὶ τῆς δεξιᾶς *& ponebant unam super frontem, & alteram super dexteram suspendebant.*

(2°.) PHYLACTERIA Judaica, sub Captivitatis Babylonicæ tempora, rudiora quædam principia sortita videantur. In hanc sententiam, testimoniis & aliis argumentis inductus, inclinat animus. Nam *S. Hieronymi* verba Phylacteriorum originem ad *Babylonios* quosdam *magistros* referre videntur. [c] Refert enim, ex Hebræorum traditione, *Babylonios magistros, Legis præcepta servantes, decalogum scriptum in membranulis capiti circumdare* solitos, *ut semper videant quæ præcepta sunt.* Quid autem *S. Hieronymus* solos *Babylonios magistros*, membranulis hisce phylactericis instructos, memorat; nisi quod illi persuasum esset, aliquos in Babylone doctores populum ad eas gestandas induxisse, & exemplo suo Judæis vulgaribus ad phylacteriorum usum præivisse? Hoc & eo propius est fidem, quod mos ille gestandi phylacteria (vel aliquid eorum loco capiti circundatum) inter Babylonios, & gentes iis vicinas aut eorum imperio subditas, plusquam cætera Judæorum instituta viguisse videatur. Rei hujusce fides sit penes [d] *Hieronymum*, de phylacteriis ita disserentem: *Pharisæi—scribebant in membranis decalogum Moysi*, i. e. *decem verba Legis; complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, —— quod usque hodie, Indi & Persæ & Babylonii faciunt: & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis judicatur.* Quid autem Babylonii, cum vicinis suis, phylacteriorum Judaicorum tam æmuli fuerint, & eorum gestationem in præcipua religionis parte posuerint; nisi quod originem a Babylone derivarint; & magistri quidam, ibi captivi, primi phylacteriorum usum excogitarint? Huic opinioni addictior est animus, quod nulla mentio horum phylacteriorum in exemplari Veteris Testamenti; Græco vel Hebraico, post datam Legem inveniri potest. Nec e scriptis

a *Paraph.* in *Exod.* 13. 9. b *Comment.* in *S. Mat.* 23. 5. c *Comment.* in *Ezek.* 24. d *Comment.* in *S. Mat.* 23. 5.

CAP. VI.

Propheticis quicquam vel fidiculis exprimi queat, unde levissima suspicio, de Phylacteriis hisce Prophetarum seculo cognitis aut gestatis, suboriri possit. Judæi quidem locum illum *Ezechielis*, *corona tua circumligata sit tibi*, de capitis phylacteriis interpretati solent. At notationi vocis פאר quæ [a] *μίτραν* sonat, & toti contextui magis convenit, ut locum illum, de mitra sacerdotali, vel alio aliquo capitis integumento, quam de phylacteriis intelligamus. Mihi itaque, in tenebris hisce constituto, nihil probabilius apparet, quam quod *Legis magistri* quidam *Babylonii* rudiora Judæorum phylacteriis initia dederint. Est etiam temporis illius conditioni consentaneum, ut ita sentiam: cum enim Judæorum natio inter Babylonios, amuletis & aliis artium curiosarum instrumentis addictiores, captiva detineretur; & metus causa subesset, ne & mobile Judæorum vulgus, Chaldæis usu quotidiano junctum, eorum opera disceret, & phylacteria magica Chaldæorum ritu, sibiipsis alligaret; Synagogæ Magistris consultum videbatur, phylacteria quædam Legis portiunculas inscriptas habentia populo gestanda concedere: ut hac in re temporum cautioni velificarentur, & scripta sacra loco characterum magicorum substituerent.

(3°.) JUDÆI, post eorum in avitas sedes *μετοικεσίαν*, phylacteria vetera non parum immutasse, & iis (florente præcipue Græcorum imperio) circumstantias haud paucas addidisse videantur. Huc inclinat animus, 1°. Quod Judæi, notante [b] *Montacutio*, sub ea tempora, *ad Legem ipsam, velut numeris suis — imperfectam, neque ad finem assequendum absolutam, traditionum suarum* ἑαυτῶν quædam *φυλάγματα* consuerent; -- *& non tam Judaismum, quam mixtum paganismo Judaismum, in vetustam religionem Lege præscriptam* induxerent. Hoc eo rationi convenientius arbitror, quod sub id temporis res Judaicæ Græcorum armis fractæ essent, & Judæis multum commercii cum Græcis intercederet. Hoc alibi satis extra dubium posuisse videar. 2°. E multis exemplis superius adductis compertum est, haud paucas consuetudines, sacra spectantes, è Græcorum usu ad Hebræos dimanasse. Probatum est etiam, morum & dogmatum Græcorum studium communem traditionum Judaicarum fontem extitisse. Est itaque communi traditionum Judaicarum origini consentaneum, ut Judæos nonnullas phylacteriorum circumstantias a Græcis accepisse censeamus. 3°. Apud Græcos, pellicula cui amuletum includebatur, [c] *Κύστις* dicta est, & sic ob vesicæ similitudinem quam ferebat appellata. Nec sine observatione prætereundum est, quod lorum compactum aut nodus, cui pellicula vel membranula sacra inclusa jacuit, קציצה & קְצוּצָה a [d] Judæis nuncupetur: ut scil. vocis Græcæ *κύστις*, unde pellicula illa nomen & originem duxit, sonum & memoriam aliquam retineret. 4°. Si quis ad varias Græcorum & Judaicorum phylacteriorum circumstantias advertat animum, ea cognationem & similitudinem propinquam inter se colere facile deprehendat. Hæc autem cognatio causam opinandi non levem præbet, Judæos, sub Græcorum jugo laborantes, phylacteriorum suorum circumstantias aliquas a Græcis mutuatos fuisse. 5°. Momenti nonnihil ad sententiam meam firmandam habet, quod Hellenistæ nomen *φυλακτήρια*, quo Græci sua vocabant amuleta, frontalibus suis imposuerint. At verisimile est, Judæos nomen illud, utpote infame & magicis ligatoris olim frequentius inditum, abominari, & nomen *Totaphoth*, usu Scripturæ sacratum, retinere voluisse; nisi quod, una cum nomine, & rem ipsam a Græcis, tandem victoribus & magistris eorum, accepissent.

(4°.) ÆQUUM videtur opinari, Judæos, sub exeuntis Judaismi tempora, supradicta Scripturæ loca phylacteriis accommodasse; & ex iis (perperam licet intellectis) phylacteriorum circumstantias aliquas immutandi occasionem accepisse. Sub ea nempe tempora, Deus Judæos *εἰς νοῦν ἀδόκιμον*, mentem judicii expertem, tradidisse videtur; adeo ut Scripturæ tantum corticem curarent, & verbis ejus, sensu licet interiori destitutis adhærerent. Inde mille (ritus dicam, an ineptiæ) in cultum Judaicum, tanquam divinitus instituti devenere, quos Deus *nunquam præcepit*, *nec in animum ejus ascenderunt*. Et literalis ista Scripturas interpretandi ratio ita Judæorum studia tunc temporis occupavit, quod Scriptura, a sensu suo germano torta, ritibus tantum inanibus & ipsa nive frigidioribus favere videretur. Hæc eo majorem veri speciem habent, quod eo seculo Judæorum animi, mille malis & infortuniis fracti, crassiores indies evaderent; ipsique sic ingenium cum re quotidie perderent, ut tandem a Majorum indole & acumine plane degenerarent, & animos omnium fabularum & somniorum crassiorum capaces circumferrent.

a Cap. 24. 17. Chaldæus enim מצנפת reddit. & Lxx. *μίτραν* in *Isai.* 61. 10. b *Apparat.* 7. §. 2.
c *Menag.* in *Laert.* l. 4. p. 108. d *Buxtorf. Lexic. Talm.* in voc. col. 2105.

CAP.

CAP. VII.

CAP. VII.

Dissertatio concluditur, uno subjuncto corollario.

AD lucem & firmitatem paulo majorem superius adductis afferendam, hoc unum subjungam corollarium: *Judæorum doctrina de Phylacteriis, præ cæteris religionis suæ partibus, aperta præbet ignorantiæ suæ crassioris argumenta.* Probat enim, Judæos profunda Scripturarum, Linguarum, Antiquitatum Ethnicarum & Traditionum suarum ignorantia laborare.

(1°.) SCRIPTURARUM: nam inde Judæos, Scripturas nescire, vel plane negligere, perspicue satis intelligitur, quod phylacteriorum suorum usum, materiam, formam, sanctitatem singularem, & alia plurima eodem spectantia, ad Deum auctorem referant, eaque omnia in Legis tabulis instituta dicant. Nihil enim de Lege, vel illius Sectione aliqua in Totaphoth aut memorialibus describenda & frontibus alliganda præceptum extat. Nominatim unum illum, & cuivis e Judæorum vulgo notum, [a] *Deuteronomii* locum, opinioni contrariæ nihil opis afferre, luculentis argumentis ostendisse videar. His addo, quod olim vulgo moris esset, amicorum, (quandoque Deorum) quos honore præcipuo colebant, [b] effigies, signa, vel phylacteria, in frontalibus, armillis & annulis, (aut frontium, brachiorum, & manuum ornamentis) cælata gerere; quæ scilicet homines, eorum memorias unquam deponere minime paterentur. Ad hunc morem (ni falli contingit) alludit ille *Deuteronomii* locus: hunc enim sensum præ se ferre videtur: "Beneficia & præcepta mea, memoria non minus fida & recenti teneri volo, quam "memorialia quævis, hominum brachiis, frontibus, aut manibus appendi solita, ne amici vel "Dii (quorum effigies aut signa ferunt) eorum animis unquam excidant aut elabantur.

(2°.) [1] JUDÆI, de phylacteriis agentes, non minus Linguarum, Hebraicæ nempe & Chaldaicæ imperitiam produnt. Nam Judæorum Magistri docent, quatuor domunculas aut capsulas, totidem schedarum repositoria, comparari, & phylacteriorum loris annecti debere. Hæc autem doctrina nullo solidiore fundamento nititur, quam quod *Totaphoth* vox divisa sit & peregrina: *nam*, inquiunt, *in Europa* טט tat *duo*, פת pat in *Africa duo significat.* Hæc autem vocis hujus originatio, non pueris tantum placuit, & iis qui Hebraice hiscere nesciunt, sed primæ notæ Rabbinis: eam enim eruditus [c] *Mayerus*, in *Talmude*, *Kimchio*, *R. Salomone*, Auct. *Baal Turim*, & *Baal Aruch*, inveniri refert. In hujus autem etymologiæ refutatione morari nolo, ne nugas loco aliquo habuisse videar. Haud absimilem linguæ Chaldaicæ ignorantiam produnt Hebræorum magistri, dum vocem תפלין qua frontalia sua notari solent, *preces* reddunt; & proinde Phylacteria, instrumenta quædam precatoria, vel inter precandum usurpanda, docent. At vero vocem eam, non a פלל *oravit*, arcessendam esse, ex idiomate Syrorum constare potest. Nam in eo, dudum observante [d] Fullero, *punctis subjectis Tephela plane habetur, non Tephilla sicut in Thargum mendose scribitur, & a Judæis recentioribus proferri solet.* His addi potest, quod תפלה *precatio*, in plurali תפלות rite format, non תפלים aut (quod idem est) תפלין.

(3°.) VULGARIA Judæorum dogmata de Phylacteriis, eos antiquitatum ethnicarum rudes & ignaros indicant. Si enim in Antiquitatibus Græcis, aliisque, vel mediocriter essent versati, & quanta cognatione veteres Ethnicorum mores cum hodiernis suis institutis συγγενικῶς conjunguntur, intelligerent; non ea oris fiducia asserere vellent eorum omnia a monte *Sinai* ad Majores & a Majoribus ad semetipsos, perpetua traditione descendisse. Modestiæ alicui locum concederent, & suspicio aliqua suboriri posset, Majores suos [metu vel more ductos] ritus quosdam a Græcis aut aliis accepisse, & ad cultum suum accommodasse.

UT ad præsens Argumentum paulo propius accedat sermo: modo Judæi rerum antiquarum usum aliquem haberent, pronum esset intelligere, phylacteria & amuleta, schedis aut laminis exarata, ubique gentium olim obtinuisse; & eorum virtutem imaginariam plurimum ad conciliandum Ethnicismo amorem valuisse; neque iis tam incredibile videri posset, Majores suos a moribus ubique receptis aliquid contagii contraxisse, & eorum phylacteria Græcam

a *Deut.* 6. 7, 8. b *Cantic.* 8. 6. *Rev.* 7. 3. & 13. 17. *Jer.* 17. 1. *Jes.* 49. 16. *Genes.* 35. 4. c *Philolog. Sac.* P. 1. c. 3. d *Miscel.* lib. 5. cap. 7.

1 Vid. cap. 2. de *Nominibus Phylacter.* Sect. 1. sub fin.

CAP. VII. originem æque ac titulum habuisse. Sunt autem historiæ, præsertim ethnicæ, cognitione plerumque destituti; ideoque omnia a Majoribus tradita, tanquam ancilia quædam cœlo delapsa, amplecti solent. nec de phylacteriis e Gentium usu desumptis vel per somnium cogitant. Ex ea rerum antiquarum imperitia profectum est, quod eas quas dixi Legis portiunculas solis membranis aut pelliculis inscribendas doceant, easque inter statuta Mosi in *Sinai* data fidenter referant. Nam [a] *Varro* (qui & *Plinium* assentientem habet) *membranas Pergami repertas* tradidit, ad pensandam chartæ penuriam, quam Ptolemæus, æmulatione ductus, subtraxisset. Inde vero *Varroni* & *Plinio* nonnihil fidei conciliatur, quod מגלה *Volumen*, *Jerem.* 36. 2. memoratum, non διφθέρα, sed χαρτίον (a materia proculdubio chartacea, qua constabat) a Græcis interpretibus appelletur. Et (quod me penitius movet) modo Versionem Græcam diligentius intueamur, vocem χάρτης & χαρτίον sæpius inveniamus; διφθέρα vero non nisi semel, pro pelle scil. animalis ad tegendum tabernaculum parata, nunquam autem pro re aliqua literarum notis inibi exarandis usurpetur. Est itaque suspicioni locus, membranas Mosis ætate recentiores fuisse & χάρτην (corticem Ægyptiacæ arboris, scripturæ capacem) seculis illis antiquioribus usum chartæ habuisse. Non diffitendum quidem, [b] *Guilandinum*, [c] *Brissonium*, alios, speciosis testimoniis ex *Herodoto*, *Diodoro Siculo* & *Josepho* petitis, originem *Ptolemæo* multo antiquiorem membranis probabiliter asseruisse. At vero, cum *Varro* & *Plinius* eas *Pergami repertas* expresse tradant, est sane cur paululum in dubio hæreamus, nec cæca & præcipiti Judæorum fiducia membranas ipso Mosis ævo cognitas, & Mosem, in phylacteriis conscribendis, membranis usum fuisse censeamus.

(4°.) E JUDÆORUM circa phylacteria placitis intelligendum est, eos morum & traditionum suarum causas prorsus ignorare. Rem hanc uno & altero exemplo manifestam faciam: apud Judæos more veteri receptum est, eorum phylacteria, manui tantum sinistræ, altiuscule etiam & e regione cordis, appensa gerere. Multum autem hic sudant Judæi, ut moris hujus antiqui causam eruant, cujus in Scriptura ne vel umbra reperitur. Refert [d] *Aben-Ezra* R. Mosem sacerdotem observasse, יד *manum*, in Scriptura plerumque sinistram denotare, & locos aliquos adducere, in quibus ita usurpatur. Addit autem *Aben Ezra*, ודברי הקבלה חזקים ואין צריכין חזוק *Sed verba Kabbala*, i. e. traditionis, *firma sunt, nec confirmatione indigent.* Atqui hic plerique Judæorum, ad commune illud asylum ignorantiæ, Majorum nempe traditionem se recipere solent. At credibilius est, morem illum eandem cum ipsis phylacteriis, crassam scilicet & literalem Scripturæ figurate loquentis interpretationem, causam & originem habuisse. Sic enim se habent [e] Legis verba, quæ Phylacteria præcepta sentiunt: *& erunt verba illa quæ Ego præcipio tibi hodie, super corde tuo: & ligabis ea in signum super manu tua*, &c. Cum itaque cor ad sinistram vergat, pulsus suos versus superiorem sinistræ partem dirigens; Judæi antiqui phylacteria in altitudine sinistræ liganda decreverunt, ut essent quasi super *cordibus suis*; adeoque verba legis in iis exarata cor pungere, & super eo quiescere, viderentur. Atque hac ratione religiosi homines maximo legis perimplendæ studio ducti credebantur.

ALIA traditionum Judaicarum, phylacteria spectantium, exempla proferre possem, quas Judæi a *Sinai* fluxisse sentiunt; quæ tamen e Scriptura (sensu crassiori capta) vel e Gentium antiquiorum usu aliquo tolerato dimanarunt. Hæc autem in præsenti consultus prætereo: vereor enim, ne Lector, in hoc Argumento, me nimium fuisse, & de rebus haud adeo magni momenti sermoni justo longiori indulsisse, censeat.

a Ap. *Plin. Hist. nat.* l. 13. c. 11. b Lib. de *Papyro*: *membro* 6. c De *Reg. Persic.* lib. 2. p. 275.
d In *Exod.* 13. 9. e *Deuter.* 6. 6, 8.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

ABstinentia a Cibis. vid. Cib.
Adadus, quis; & nominis origo 29
Adonidis festi ceremoniæ, quæ 575
עד *donec*, rem nunquam futuram indicat 1028
Adulteria, apud Ethnicos frequentissima 34
Ægyptiis religionem mysticam in usu fuisse, & philosophiam, per symbola, per animalium figuras, &c. traditam ante Mosis ætatem 212
Ægyptiorum, aliorumque mysteria, qualia 29
Ægyptiorum disciplina sacerdotalis in causa erat, quare variæ gentes ad Ægyptum iter faciebant 44
Agriculturæ Zabiorum ritus, quales 339
Ἄγγελος, vocis origo 1008
Ἀγυιεμὸς, quid 773
Ἀγυιεὺς, quare Apollo sic dictus 1159
Ἀκροθίνια, quæ 589
אל & ב particulas esse ejusdem momenti 928
Alagabalus, quis 555
Alath, quid 1130
Ἀλαλαγμὸς, quid 1106
אלילים idola quare sic dicta 93
Ἀλεξίκακοι, Hercules ita dictus 1083
Ἀλήθεια, simulacrum ita dictum, sacerdotis Ægyptiorum fuisse ornamentum 1008
Alhashada, quid 1060
אלה quid 752
Allah Cobar, vociferatio apud Turcas, quo tempore 824
Alilat, Luna apud Arabes quare sic dicta 811
Ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων vid. Apost. Decret.
Allegoriæ, quæ culpandæ, quæ admittendæ 126, 127, 223
Allegoriæ & typi Legis. vid. Mysteria
Allegoriarum abusus 214, 219, 220, &c. 559
Allegoricus docendi modus, Pythagoræis & Platonistis erat in usu 221
Altaris terrei extruendi, sensus 311 Ratio 313
Altaris e lapidibus asperis extruendi, rationes vulgo datæ 316. Causa genuina 318. Quare lapides secti in Altaris fabrica prohibentur, cum Templum ex lapide dolato strueretur 320
Altari gradus quare prohibiti 324. Rationes falsæ Ibid. Auctoris sententia 325. Ratio legis expressa 330 Implicita 332
Altaria, statuæ & luci, quare diruenda 342. Rationes Legis, a parte Dei Ib. gentis Israeliticæ, Legis Mosaicæ 343 Seculi, Altarium ipsorum 344
עמר quid 875
אמרין quid 991
Ἀμφιδρόμια, apud Græcos, quæ 62
Ἀνάθεμα, quid 1057

Anchialus. vid Martial.
Angeli, potentiæ titulis donati, in V. & N. Testam. 846
Animal. vid. Cib.
Animalia ἑτερόζυγα, non commisceri, Legis sensus 539. Ratio 540. Circumstantiæ ritus vetiti 541
Antiochi, in Judæos tyrannis 132
Anubis, quare latrator dictus 573
Ἀπαρχαί vid. Primitiæ
אפיקומן quid 716, 717
Ἄφετα ζῶα quæ 1052
Apidis & Vituli Aaronici cultus, fere idem 21
Apidis nomen, unde 848, 859, 876
Ἀποπομπαί, quid 1064
Apollonis nomen, unde 1008
Apostolici Decreti, *Act.* 15. 20. rationes falsæ 594. &c. veræ, cur ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων, πορνείας, &c. Gentibus proselytis prohibentur 600, &c. Sanguinis esum illicitum ex hoc Decreto non patet 622
Ἀποτρόπαιοι, Apollo quare sic dictus 1083
Apparatus. vid. Sexus
Aqua purificationis. vid. Vitula rufa
Aqua Zelotypiæ, quare Judæis concessa 655
Aqua pura, marina, & separationis, apud Judæos vid. Purificat.
Aqua calida, ad mortuos lavandos, quare Veteres utebantur 1141
Aqua purgatrix. vid. Baptismus
Aqua & ignis, puritatis Hieroglyphica, apud Ægyptios 211, 1191
Aquæ libationis morem, Israelitæ unde acceperunt 1098
Aquæ aspersio. vid. Purificat.
Arare bove & asino, prohibitionis sensus 534. Ratio 535. Rationes quorundam 536
Arca, quid 829
Arcam formaliter spectatam, a Gentium Cistis derivari 830 &c. Finaliter spec. ab eadem origine 842
Arca & Cherubini, quare conjuncti 876. &c.
Arcam & Cherubim, vices gerere Josephi cistæ feralis, & bovis, simulacri ejus 880
Arseria aqua, quid 1100
Aries, apud Ægyptios, animal sacrum 294
Ἀῤῥηφορία, festum Atheniensium, quare ita dictum 832
Ἄσηρα quid 508
עשה facere & sacrificare notat 757
אשם quid 751
אשרה quid 506
Asino arare. vid. Arare
Astarte, in Historia sacra עשתרות dicta 738
Atys aut Atydis, nomen Solis 336
און quid 957
Ἀὐλητρί, qui 1135
עזל quid 1041

Azazel. vid. Hirc. Emissar.
Ἀζίζος. numen Syrorum 849

B.

Baal, & Bel, Dæmonis & Regis nomen 237, 361. Baalim, qui 512 1100, 1149. Per Baalem jurare, quid 31
בר quid 684
Bætyli, aut Bætylia, Lapides uncti & coronati, ita dicti 444
Βαιοφόροι, quid 1114
Baliarenses Christiani, qui 278
במה & במות vid. Excelsa
Βαπτισμὸν ἀπὸ νεκροῦ, qualem Hellenistæ vocant 1152
Baptismus pœnitentiæ, apud Hebræos, & Bapt. regenerationis, apud Hellenistas, quid 1191
Baptismus ad initiationem & munditiem, quid 1180. Judæos ante adventum Domini, Proselytos Baptismi ritu in Ecclesiam cooptasse 1180. Circumstantias Baptismi Judæorum & Christianorum easdem esse 1181. De Baptismi initiationis origine, variæ sententiæ 1183. Sententia Auctoris 1184. Toto corpore ablui, apud gentes exteras, mysteriis initiatos solitos fuisse 1185. Corporis ablutione peccata tolli, Ebionæos credidisse, & Judæos 1187. Hujus erroris origo 1188. Turcas hodiernos ea esse sententia. Ibid. Judæos lotione uti ad sanctitatem animæ 1189. Mohammedem ritum illum a Judæis; Judæosque a Græcis, aut quibusdam Pythagoræis accepisse Ib. Judæorum lotiones ad innocentiam testandam, a Gentibus petendam esse 1191
ברא quid 88
Barbæpilos, Gentes vellere vel fecare, in solennitate funebri 394
ברח quid 1044
בת קול Filia vocis, quid 923
בהמה quid 539
Βεθυλαμίτη γυνή quæ 563
Bel. vid. Baal
Bel Samen, quis 739
Beltha, & Luna, eadem 823
בכורים apud Hebræos, quid 713
בקר Bos quare ita dictus 844. Bos, symbolum terræ, agriculturæ, & alimenti Ib. Boves, quare dicti Triones Ib. Bove & Asino arare. vid. Ar. Bovis nomen, Josepho quare datum 861
Boves, oves & capræ, præ cæteris animalia fuisse altari apta 756
Bractan, lapis apud Turcas celebris 445

C.

Cabirim, Phœnicum Dii 848
כהן apud Arabes, quid 1020
Cajetanus, quare male audiebat inter Pontifices 222
Calatores, qui 89
Calix, quare sanguis novi Fœderis dictus 614

Calvi, sacerdotes Gentilium esse solebant 585
Canis. vid. Stupri
Cantores, Gentilium æque ac Judæorum ceremoniis erant in usu 1105 vid. Music.
Capilli abrasi, æque ac promissi, luctus funebris olim indicium. 583. Capillos votivos, Judæis & Gentibus esse in usu 695. &c.
Caput radere. vid. Tonsura
Caro cruda, quare prohibita in Festo Paschatis 301
Carnem scindere. vid. Luct. funebr.
Carnis incisio, quare prohibita 403 Sensus Legis ibid. & ratio 406
Ceremoniarum Judaicarum causa primaria & secundaria 208. Ceremoniæ multæ Judæis & Ethnicis erant communes 645
Cereris, nomen unde 718
חבר quid 1049
כבא quid 809
Chaldæorum veterum religio, quæ 280
Cham, nomen unde 1008
Chammanim. vid. Hhammanim
כרב Syriace & Chald. quid 844
כרם quid 529
Cherubim, vocis mens varia 844. &c. Cur nomen illud imaginibus Arcæ affixis datum 847. Sententiæ de Cherubinorum formis quædam 850. Vera forma e Scripturis ostenditur 852. Dubium, quod Præceptum secundum spectat, solvitur. Ib. Cherubim simulacra esse multiformis 853. Forma esse præcipue vitulina 854. Formas aliasque Cherubim circumstantias, symbola & simulacris Ægyptiis originem debere 857. &c. Cherubim fuere principales & minus principales. Ibid. 8 9. &c. 873. Arca & Cherubim. vid. Arca. Arcæ Cherubinis instructæ, usus 885. Honoris, quem Israelitæ Arcæ & Cherub. deferebant, 887
כיור quid 1139
Christi nomen, unde 1008
Chijun & Saturnus, idem 667
Cibo secali, viz. pane, ovis, lente, & legumine, Judæos ad exemplum Gentium uti 153. Ciborum & animalium discriminis, sub Lege Mos. usus 115. Discriminis illius rationes falsæ 16. &c. Veræ 121. &c. Judæorum errores de animalium & ciborum discrimine 125. Discrimen illud, fuisse idololatriæ obstaculum 138. &c.
כבם quid 1184
Circumferre, denotat purgare 795
Circuitus sacri, quales Christianis erant in usu 1128. Ritus illius origo. ib. Circuitus Christianis olim vetitus, qualis 1130. Judæis esse mores Circuitionis ritui finitimos 1131. Circuitionum numerus apud Judæos, a Circ. Gentium diversus 134. Circuire sepulchrum, Judæis solenne esse 1155. ad exemplum Ethnicorum 1156. vid Funebr. Rit. Causæ, quare Ethnici tumulos circuibant 1157
Circundare & adorare, idem in S. Script. 1133
Circulus, apud Veteres Dei symbolum 1132
Circumcisio, Patriarchalis & Mosaica, quæ 48 Circumcisionis finis, duplex. Ib. &c. Circumcis. causæ, naturalis, moralis 53. Ceremonialis 54. Circumc. origo 55. &c. Abrahamus, an primus, qui circumcisus erat 59. Circumstantiæ quæ Circumcis. aderant, quales 61 &c. Circ. obstabat idololatriæ 64. Circumcisionem Judæi die Sabbati administrabant 95
Cistæ. vid. Arcam
Cluacina, Venus ita dicta. 1083
כהנים qui 246
כלאים quæ 528
Colobia, quæ 1203
Columna. vid. Mathsebah
Coma. vid. Tonsura
Comasiæ Ægyptiacæ, quæ 1121
Comedere in luctu. vid. Professio
Conjugia, apud Ethnicos esse impura 34
Componere mortuos, vid. Funebr. Rit.
Convestimra Defuncti, quæ 1142
Coriaceum auxilium; unde Proverbium 1220
Κορυβαντιάζειν, quid 614
Cornuum Altaris figura, qualis 676. Rationes falsæ, quare Deus altare cornibus ornari voluit. Ibid. Veræ 678 Cornu seculis antiquis, insigne roboris, honoris, religionis. Ib. Cornua Altarium, Mose antiquiora 679. Cornua bovis, altari devoti, deaurandi mos, Judæis & Gentibus erat in usu 1162. vid. Primitiæ
Coronæ usus, Sacris erat Ethnicorum frequens 839, 1161. vid. Primitiæ
Crinem in orbem tondere, apud Antiquos decorum 392
Crucis usus in Baptismo, unde 47. Crucis signo quare antiqui se muniebant 1224
Crudivorus, quare Bacchus ita dictus 302
Curcellæi sententia, de translatione Sabbati 94
Currus Gentium idololatrici, quales 873
Czamach, apud Turcas quid 1109

D.

Δαῖς, Græcorum festum 1121
Δαδουχεῖν τὰ μυστήρια, proverbium, unde 1115
Dæmoniis, infantes dedicare Ethnici solebant 62
Dæmones sanguine pasci credebant Ethnici 603
Dæmonum tituli, quales 237
Dalmaticæ stolæ, quæ 1203
Δαφνηφορίας pompa, quæ 1115
Decalogus vid. Legem moralem
Decas, numerus, apud Ethnicos magni habitus 729
Decimæ. vid Professio
Decimas, quales Gentes solvebant 720. Quibus 721. Cur decimas, non septimas aut octavas dabant 722. Decimarum solutionem Mose antiquiorem fuisse 724. Hebræorum, decimas Jehovæ solvendi, ratio duplex 726. 727
Decimandi ritus apud Hebræos origo Ib.
Dedicationes, apud Hebræos plures, a Gentibus petitas esse 1195
Dedicationis Festa. vid. Encænia
Δῆλος, quid 1007
Delubrum, quid 866
Denarius. vid. Numer.
Dendrophoriæ solennitas, quare instituta 1112
Deus, quare tot ritus inter Israelitas instituit 642
Dei nomine uti, & in vanum, quid 30
Dei attributa, Mosis ætate, maximi habita, quæ 93
Deorum Ethnicorum nomina, diversa. Ibid.
Deorum Ethnicorum nomina quædam, potentiæ indicia 849. symbola illorum 22
Deos portatiles castris Ethnicorum adesse 665
Deæ Syriæ devoti, quomodo post pollutionem funebrem purgati 188. in Templo tondebantur 696
Dei nomen in carne exarare Judæi antiqui solebant 1224
Deucalion, an primus templorum inventor 893
Diabolus, pollutionum auctor 185. Ejus μεθοδεῖαι, in ceremoniis magicis instituendis 336. An Dei simia, in religionis Gentilis ritibus 661
Διαθήκη, vocis origo 1008
דברי כפרים quare Lex ita dicta 209
דגלי מחנה apud Hebræos, Romanorum aquilis analoga 251
Dies octavus, pueri natalis, quotannis apud antiquos læto convivio celebratus 62
Dies lustricus & nominalis Romanorum, ideo 63
Dies Hebdomadis, ex septem Planetis apud Ægyptios nomen accepisse 38 ex nomine Deorum, apud Europæos Ibid.
Dii boni & mali, apud varias gentes erant 1076
Diluvium, olim fuisse mundi purificationem, Gentes crediderunt 783
Dionysia, quomodo celebrata 304
Divinandi, variæ species lege inhibentur 385. Div. morem per Pythones ætate Mosis, inter Ægyptios & Cananitas invaluisse 431
Divortia, quare Judæis concessa 653
Domata Orientalium quæ, & cui usui inserviebant 382
Dominus Exercituum, quare Deus vocatur 231
Domini nomen, quare Christo datum, sub Nov. & Deo sub Vet. Testam. 253
Domus, quomodo apud Judæos purgata 803

E.

Ebionæorum & Judæorum error de purificatione 1187
Ecclesiam Domini ingredi, quid 110 De ingressu in Ecclesiam sententiæ, falsæ 551. veræ 553. 558. vid. Eunuch.
Ecclesiæ status, Synodi Hierosolymitanæ tempore 622
Ecclesiæ Græcæ & Æthiopicæ mens, de sanguinis esu 623
Ecclesiæ, vocis origo 1008
Εγγαστρίμυθοι vid. Obhoth

Εἰδωλί-

Εἰδωλόθυτα Gentium, quæ 589
Εἰρεσιώνη quid 715, 1114
Ἐκτομὴ Gentium, qualis 60
El & Elohim, quare Deus dictus 237
אלהים ootat imperium Dei 33
237, 849, 870, 943, 961
Ἐλευθέρια, festi pompa, quæ 1163
Ἐναγισμός quid 1135
Encæniis, quæ 1193. vid. Lucern. Eorum solennitates 1194. celebrationis annuæ origo, apud Judæos Ib. & Christianos 1196
Ἐνταφιασταί. apud Ægyptios qui 1143
Ἐφέσια γράμματα quæ 1221
Ἐφέσια γράμματα, verisimile Judæos io literas sacras commutasse 1227
Ephodis duplex genus, Vulgare & Pontificium, quid 933 An Ephode faciendo Michæ & Gideoni mala mens erat 940, 945
Ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα quæ 1144
Epula sacrificalia, Hebræi unde acceperunt 703. &c.
Epula Judæorum Funebria, sepulchrale. & domesticum, quæ 1147. vid. Funebr. Rit. Ep. Sepulc. vel publicorum origo 1148. Ep. Sepulchralis principia, quæ 1149 Gentilium & Judæorum Ep. Sep. similitudo Ib. Luxum & vanitatem Romanorum ad Judæos transiisse 1150. Credibile, Judæorum Epula funebr. privata a Gentibus petita 1151 (Epula istiusmodi Chaldæis, Syris, & Turcis in usu esse, Ib.) finem & materiam esse eandem Ib.
Essenis, lotiones erant quotidianæ totales 1173
Essæorum mores io sacris 774
Ἑτερόζυγα. vid. Animalia
Ἐθελοθρησκεία, quando mala 769
Ethnicorum ritus in sacris erant impuri 178. Dii, utrum ex Hebræorum libris sumpti 738
Eunuchi, Lege ab Ecclesia arcentur 551. Sententiæ de legis sensu, falsæ Ib. vera 553. Rationes legis 554. Legem esse sacerdotum Ethnicorum moribus adversam 555
Evangelium, vocis origo 1008. Amuleti vice capiti apponere, olim mos erat 1224 Initium Evangelii secundum Johan. in scheda circumferebant quidam 1227
Excelsa, Lege prohibita 450 Sensus grammaticalis במה & במות Civilis. Ib. & religiosus 451. Quare Excelsa apud Gentes varia erant, viz. montes 453. & altaria 454 Quare interdicta 455. Excel. naturalia & artificialia quæ 456. Quare Deus Excelsa quædam tolerarit 457. Cur Israelitæ Excelsa tanti fecerunt 459
Excommunicationis ritum, unde Ecclesia Christiana accepit 658
Excubias nocturnas quare Levitæ agerent circa Templum 175
Exequiæ. vid. Funebres Ritus

F.

Fabas, Gentibus fuisse cibum feralem 1154
Fanum, Templum quare ita dictum 911
Fasciæ Sepulchrales, Ægyptiis & Judæis erant io usu 1144
Februatio veterum, qualis 369. Februalis & Februa, Juno quare dicta 1083
Feriæ Romanorum, multiplici operum genere pollutæ erant 89
Fermentum, quare sacris Paschalibus prohibitum 171, 218, 761
Festa septiduana, menstrua, annua, idololatriæ erant obstaculo 157
Festorum Hebræorum origo 707. &c.
Filios, Dæmonibus immolare rebus in adversis solebant Gentiles 366
Flaminicis, sive sacerdotissis Dialibus, scalas ascendere plus tribus gradibus religiosum erat 330
Foci vel Incendii domus, בית המוקד apud Hebræos, quid 1167
Fœderis apud antiquos ineundi, ceremoniæ 235. Renovandi 338 Fœdera non sine sanguinis esu inibant 614. Fœderalia sacrificia. vid. sacr.
Fœminas Altari ministras esse quare Deus non concesserit 331. Fœminarum Cretensium luctus mortuorum gratia, qualis 395. Fœminas Floridæ, maritis defunctis, se undique tonderc. Ib. Fœminarum ad Ostium Tabernaculi congregatio. vid. Tabernaculum.
Fons, seu Piscina Bethesdæ, quare quinque Porticibus instructa 785
Fornicatio. vid. πορνεία & Apostol. Decret.
Fructus trium primorum annorum edere, quare prohibitum 371. &c.
Fructuum omne genus in Adonidis & Osiridis sacris offerebatur 581
Frugum collectarum partem in idolorum Templis comedere, partem ad usus idololatricos separare solebant Gentiles 578. Frugifer Deus, apud Gentiles, quis Ib.
Funebres & sepulchrales Ritus varios Judæi a Gentium moribus acceperunt viz. Tibicinum usum; defuncti lotionem; Linteis cum aromatibus involutionem; Epulum funebre, & Luctus ceremonias; Circuitum Sepulchri; Pyramidum erectionem 1135
Funebris luctus indicia. vid. Tonsura

G.

Gad & Reuben filii, quare contra fratres, altare structo, armis prodeunt 27
Galli, sacrorum ministri, in Rheæ honorem, eunuchi facti 555
Gammadim, sensus Grammaticalis 462 Sententiæ variæ de Gammadim. Ibid. sententia veritati maxime vicina. 464
גרילת Chaldaice, quid 695
Gemmæ Pectoralis summi Pontificis, an responsa dabant 968
Γενέθλιος dies, apud Græcos, quomodo celebratus 62
Gentium opinio de felicitate hujus vitæ 41. Gentium & Judæorum religionem quare Deus voluit ad amussim convenire. 43. Gent. mysteriis initiati, quomodo purgandi 502
Gentiles religionis Christianæ proselyti, non statim omnes Gentilismi ritus abjurare poterant 620. An Judæorum ritus in rebus religionis æmulabantur 661. Instituta sua varia esse pro vario Deorum ingenio 796
Gloria pro fortitudine S. Scriptura utitur 849
גלולים quare idolorum nomen 1129
Genuflexio io nomine Jesu. quid 664
Gradus Altaris. vid. Altar.
Græci, an mysteria & philosophiam suam ab Ægyptiis accepere 55. Sacrorum ritus ex Ægypto petebant 650
Gratia & veritas, quomodo per Christum ventura 208
Guineæ incolarum ceremoniæ idololatricæ, agris cultis, quæ 342

H.

חג quid 703, 709. חגים quæ 1108
חגג quid 1121
Hæretici, an flamma ferroque delendi 253, 254
חלילים quid 1138
Hallel, apud Judæos quid 1115
חרשים quæ 93
חמור quid 543
חטא quid 751
חלל quid 1102
חתן & חתן דמים qui 61
חמנים Hhammanim, significatio & origo 470, 892. Variæ sententiæ, de natura & forma Hhammanim 471 Natura & forma genuina Chammanim probabilis, quæ 473. Usus & intentio Cham. 476. Leges de Hhammanim abolendis, earumque rationes 477
חסיר quid 1030
Hebræorum religio, qualis, cum Deus ex Ægypto eos educeret 647. Illorum cupido, Gentilium mores imitandi 731. ritus quosdam, emendatos tamen, a Gentibus sumptos 749. An statuæ illorum erant symbola Angelorum 956. Hebr. Linguam, Abrahami familiam puram conservasse 955
Heliopolitæ in Veneris Templo prostare solebant 561
Hemerobaptistæ, qui 1174, 1187
Herbas locum in sacris olim habuisse 500
Herculanea, quæ 271
Hermaphroditi, Dei olim habiti 528
Heroas, quali honore dignos Ethnici judicabant 46, 899. Eorum animas circa sepulchra couvolare credebant Gentes Ib.
Herodis Templum admodum erat magnificum 905
Heterogenea, vid. Semen & Vestis
Hieroglyphica. vid. Mysteria, & Cherubim
Hierophantas Atheniensium, in Pontificatus ordinem cooptandos, Eunuchos fieri 555
הלאל Nova Luna apud Arabes, quare dicta 811
Hirci. vid. Seirim.
Hirco Emissario nomen erat Azazel 1039. Sententiæ de significatione & origine vocis Azazel, falsæ 1040. Vera 1041, 1044. Ex hircis piacularibus alter ad Azazel quare ablegandus 106. Judæorum rationes. Ib. Christianorum aliquot 1047. Causæ genuinæ, quæ Ibid. Cur hircus Azazeli devotus ad Desertum missus erat 1048. & ad terram abscissam 1049. Cur hircus vivus ibi relinquendus 1051. Ceremoniæ tres divinitu,

divinitus institutæ, in hirci piacularis emissione 1054. Eudem Magistri Hebræorum instituebant 1055. Expiationis hirci Emissarii origo 1058. Expiatio Judaica cur hircis præcipue præstita 1059. Israelitas Ægypto nuper relicta hircos coluisse 1060. Hinc in festo Expiationis hirci offerendi 1061. Legem illam ad τραγολατρείαν exstirpandam prodesse 1062. vid. Seirim. Cur Expiatio peragenda hircis duobus 1063. Cur expiatio peccati hirco uno mactato, altero in desertum misso, rationes mysticæ 1067. Geminæ 1068. Hirci utriusque oblationis simultaneæ, & illius instituti, causam fuisse duo apud Gentes rerum principia 1070. Cur hirci sanctum duo simul oblati 1076. Cur pares 1077. Cur electio sorte facta. Ibid. Cur hircus emittendus ad ostium Tabernaculi stabat 1078. Cur hircus expiatorius ad Azazel missus erat. ibid. Cur peccati confessio, hirci oblationi addita. Ibid. Cur oblatio illa quotannis celebranda 1079

Historica quædam mysteria fuisse in situum Mosaicorum involucris 217

Historici Gentium, de Israelitis vel nihil, vel falsa scribunt 650

Hœdi coquendi in lacte matris rationes vulgo datæ, quæ 333. Genuina legis illius ratio. 335

חשון quare mensis ita dicitur 824

Holocausta, quare instituta 644

Homicidium, apud Ethnicos frequentissimum 34

Hominis cum bestia mixtura, quare confusio dicta 535

Horus, haud ignobilis Ægypti Deus 305

חרש quid 534

Hosanna Judæorum quid 1115

חכיר quid 175

חשן pectorale, unde vox derivata 922, 950

השענות quid 1112

Humanam naturam perficere Lex Ceremonialis non poterat 647

Hyporchemata Cretensium, quæ 1134

Hyssopi nomine, variæ Herbarum species censentur 498

I.

Ἴλος a Syrorum איל derivatur 56

Idola. vid. Ἀλσγήματα

Idolorum nomina in S. Script. quæ 93. Illorum nomina hominum corporibus fuisse insculpta 4 3

Idololatriæ exstirpandæ causa, media extraordinaria, quæ 123. &c.

Idolothytum, comes erat idololatriæ 601

יהוה nomen Deo proprium 229

יהוה צבאות quare Deus vocatur 231

Jejunia bina singulis hebdomadis quare apud Christianos veteres celebrata 658

Ἱερεῖον quid 613

Jerobeami duæ aureæ Juvencæ, quare erectæ 874. Quare vitulorum formis effingebantur 851

Jethro ante Legem holocausta & hostias offerebat 765

Ignis & Aqua, puritatis hyeroglyphica. vid. Aq. Igne sacro quare Judæi in sacris utebantur 168. Ignis purgatorius Antiquis idololatris erat in initiis 369. Ignem magno honore colebant Idololatræ veteres 370. Persas ignem colere. Ib. Ignis symbolum Solis habitus. ib. Igni vim abstersivam & malorum medelam inesse, credebant Romani 369. Per ignem transire. vid. Molech

Ἱκετηρία, & ἱκετήριοι κλάδοι quales 1117

Imagines Deorum Ægyptii in tentoriis collocabant 663. & in adytis templorum 860. Præsentiæ divinæ symbola credebant Hebræi 943

Immolandi initium apud veteres, a suillo pecoris genere sumptum videtur 127

Immolatio liberorum, quare prohibita 166

Immortalitatem in lucem proferre, Messiæ erat solius 45

Immundus, & immunditia. vid. Professio.

Immunditierum variæ species, sub Lege Mos. idololatriæ obstabant, viz. puerperæ menstruatæ, concubitus conjugalis, lepræ 181. Funeris, somnii, contactus 182. Immunditierum causæ variæ. Ib. &c. Quædam immund. species Judæis propriæ 187 quædam ex antiqua gentium consuetudine fluxisse videntur. Ib. leges de rerum immunditie quare datæ 193. &c.

Immunditiæs rerum & personarum, ritus onerosus 199

Impositionis manuum morem, unde Apostoli acceperunt 658

Incisio carnis. vid. Cat.

Indis occidentalibus, plures esse ritus Gentilismi 229

Infortunia, unde oriri Gentes credebant 42

Inimicitia inter Judæos & Gentes, unde 210

Inscriptiones, altaribus Gentium fuisse insculptas 317

Insignia Deorum Ethnicorum, varia 413

Interpretes Græcos, Alexandrinos, in causa esse, quare Textus Hebræus sæpe intellectu facilior est, quam Græcorum Versio 401

Invinius quis 799

Josephum defunctum Ægyptii colebant 879

Jovis nomen, a Jehovah peti creditur 738

יסוד in S. Scriptura, quid 1098

ישב quid 869, 875

Ileia, quæ 1164

Isaac, vocis origo 1008

Isidis cultorum ritus, quales 406 Isidis & Mercurii ritus fuisse impuros 573. Iidem frugum inventricem credebant Ægyptii 575. Ejus imago, in nummis Ægyptiorum, qualis 858

Islamismus, Religio Mohammedis quare dicitur 136

Israelitas in Ægypto idololatras fuisse 20. &c. Ægyptii morum avidos 661. Illorum status, cum Legem acciperent 41. & ab Ægypto exirent 236. Cultum Ethnicum imitandi ardore abreptos esse 241. 672. & omnes Gentium conterminarum moses imparos 563 Apud Ægyptios, aliosque, hominum genus pessimum audiebant 650. Quibus modis Deus utebatur, ut ad veram religionem redirent 741

Ithyphalli, qui 525

Judæi, quare originis rituum Gentilium ignari 16. Solennitates illorum Sabbaticæ, quales 79 Quare in Deserto quadraginta annis commorati sunt 123. Literarum nescii erant 1119. vid. Phylacter.

Judæorum & Gentium religionem quare Deus voluit ad amussim convenire, vid Gent. Jud. & Ægyptiorum odium mutuum unde 185

Judæos ad Ethnicismum reversos, omnia circumcisionis vestigia abolere solitos 64. Legis mysteria Messiam spectantia nihili facere 213. De mutuum superficie solicitos esse 299. Tam a sensu legis ceremonialis quam moralis aberrasse 570. Christum & Apostolos odio habuisse 661

Judaicæ Ecclesiæ Doctores, Ethnicismi ritus ad sacrorum usum convertere 280

Judices Israelis, potestatem tantum vicariam nacti sunt 230. Quare ita dicti, Ib. Judices apud Tyrios & Phœnices, quales 233. Illorum officium apud Judæos ibid.

Jugum, vocatus Lex Mosaica 52

Jumentorum. vid. Animalia

Jupiter, quare Ζεὺς ἱκεσίοσμιος dictus 44

Jurare per Baalem, Malcham, peccatum i.e vitulum Samariæ, quid 31. Per Templa Tonantis. vid. Martial. Jurare Judæis erat in usu, in colloquiis 32. Jurare per res aut personas a. per amasios viz. eorum capita, crines &c. Ethnici; per nummos Byzantii; per liberos, Judæi, solebant 634

Jusculo carnis suillæ comedendo, Ethnicisse Dæmoni devotos testabantur 137

Justorum solutio, quid 1135

Juvenca. vid. Vitula

Juvencula, quare in valle mactanda. 322. & in valle aspera 323. & a Jugo aliena Ib.

K.

קבלה quid 209

קבר apud Arabes antiquos, Luna aut Venus ita dicta 849

בני קדם qui 281

קדם quid 915

קדש separationem quamcunque notat 73. De sanctificatione & pollutione dicitur 531. קדש & קדשה *Deut.* 23. 7. quales. 563, 592. 612.

קנה de Creatore dicitur 87, 88.

קרבים quare sacerdotes sub V. Test. dicti 246

קרבן sacrificium quodvis notat 762

Karaitas inter & Rabbanitas dissidium de Novilunii principio, unde 810

Καθαρμὸς & καθαρτισμὸς & κάθαρμα quæ 773, 787. vid. Purificat. Katharmûn origo & usus 1198. Καθάρσιος, Jupiter quare sic dicitur 1083

Καθέδρα sacrificium Adoni oblatum, sic dictum 581

קמיע

קמיע quid 1220, 1221
Καταφόρια. festum quale 717
Καταδεῖν, καταδεῖσθαι & κατάδεσμοι inter vocabula magica numerantur 1220
Κειρίαι fasciæ, quare ita vocantur 1144
קציצה sive קצוצה quid 1230
Κίνες quid 1210
Κορυβαίζειν quid 614
Κραδηφορία quid 1116
Κύνες quid 1221, 1230
Κωμαστήρια quæ 832. 838. 877
Κῶμον (ἐπὶ) βαδίζειν quid 717

L.

Laban, an fuit idololatra 961
Lac, in quo hædus coctus, cuinam usui apud Gentes inserviebat 338
Lacte in Libationibus Ethnici utebantur 759
Laceratio genarum, Lege XII. Tabularum prohibita 404
לחש quid 1217
Lacus probationis, apud Indos erat 656
Lætitiam festis Judæorum adesse, quare jubetur 710
להט Angelum instar flammæ notat 956
Lana. vid. Vestis
Lapides impoliti. vid Altar.
Latrocinia, apud idololatras frequentissima 35
Lavare corpus aut manus ante preces, sacrificium, & introitum in Templum, Judæis mos est; quæ Lege non jubentur 788. &c.
Lavacra, publica & privata erant Judæis 785
Lautiæ, quæ 1178
Lectis incumbentes, epulari solebant veteres 704
Lectisternii apud Romanos ceremonia 1125
Legem ceremonialem & moralem, idololatriæ abolendæ causa datam 24, 28
Legem ritualem, Judæis onus fuisse 196. &c. Quo respectu 201. &c.
Leges Mosaicas, non sine ratione Deus instituit 1. Illarum rationes dignas esse, quæ sedulo exquirantur 6. &c.
Legis ritualis, ratio primaria & secundaria, quæ 19, 208. Legis sensum mysticum & literalem esse credunt Judæi & Christiani 209. Hinc inter Hebræos discrimen Legis scriptæ & Oralis Ib. De Legis Mos. arcanis, variæ hominum sententiæ 216 Legis Typi & Allegoriæ vid. Mysteria
Leges quasdam, seculi moribus accommodatas esse 196. Haud paucas Zabiorum moribus oppositas 284
Lens & Legumen. vid. Cib. Feral. Legumen quare Pythagoras prohibuit 1154
Leonticis sacris Initiatis, ceremoniæ quænam erant 1192
Lepidotum, inter pisces sacrum credebant Ægyptii 130
Lepores, inter fercula delicatiora ponebant Antiqui 116
Lepra, regionis Orientalis morbus 134 Quare Judæos tam immundos reddidit 186
Leproso, templa Gentium ingredi fas erat 187
Λεσβιάζειν aut λεσβιάζειν quid 614
Leviticæ Tribus, privilegia 1033
Lex Mosaica, quomodo Dei honori & reverentiæ singulari prospexit 166 Quomodo rebus sacris honorem vindicabat 169. Idololatriæ obstabat, Gentes & Israelitas separando 97. vid. Separat. Quare Israelitis data fœderis nomine 234
Libamina, Deorum esse cibum, Ethnici & Christiani crediderunt 750
Libellus repudii, quare sub Judæorum tempora necessarius 654
Liber fœderis, quare Leges Mos. vocantur 234
Liberorum immolatio. vid. Moloch.
Ligna sabbato colligens, quare morti addictus 71
Lingua Coccinea, quare capiti hirci emissarii alligata 1055
Linum. vid. Vestis
Linigeri, sacerdotes Ægyptii dicti 684
Linteis cum aromatibus involvere. vid. Funebr. Rit.
Linteo, quo Christus circumcinxit se, cum Discipulorum pedes lavaret, quod nomen dedit Tertullianus 684
Loca sacrorum officiis devota, quare idololatriæ erant obstaculo 142. Respondetur objectioni, de sacrificiis ubique locorum oblatis 146
Locorum sacrorum (tabernaculi & templi) honori, quomodo Lex prospiciebat 175
Λόγιον quid 922
Lotionis Defuncti, apud Judæos origo 1139. vid. Funebr. Rit. Gentes defunctorum corpora abluisse 1140 Gentes & Hebræos in defunctis lavandis, moribus simillimis usos esse Ibid.
Lotiones. vid. Purificat.
Lotiones quibusdam Sectis Hebræorum esse quotidianas, & totales 1174. Illarum origo. Ib. Judæos & Ethnicos Lotionibus illis usos esse ad peccata expianda 1175. Judæis quibusdam Lotiones esse partiales, ante prandium. Ib. quas a Gentibus accepere 1176. Gentiles & Judæos ante & post cibum manus abluisse 1177. Sæpe etiam inter prandendum. Ib. & 1178
Lotiones ante sacra, diu ante Mosis ætatem frequentes erant 791
Lotionis sacerdotalis circumstantia, unde originem suam accipere videtur 792
Lucernas accendere Festis diebus, gaudii erat indicium Ethnicis & Christianis 1120. & Judæis in Sabbatis, Encæniis aliisque Festis. ib. Judæi morem illum unde acceperunt 1121
Luci juxta altare Domini plantari prohibentur 506. Luci Ethnicorum, quales. Ib. Quare tanto in honore apud illos habentur 508. Templi loco apud antiquos Patres inserviebant 511. Diis inferis Ethnicorum & Heroibus defunctis proprii erant. Ib. Juxta altare positi, erant prostibula, & loca idololatriæ devota. 512, &c.
Luctus funebris, quare sacerdotibus Judæorum prohibetur 173. Luctum funeb. apud Gentes fuisse acerbum 402
Luctus funebris Judæorum ceremonias, viz. comam & carnem scindere aut lacerare, ab Ægyptiis esse petitas 1152. Apud Carthaginienses, Græcos, & mulieres Bulgaricas easdem esse ceremon. 1153
Lunam, quare Gentes colebant 43. Reginam cœlorum illam vocabant 370
Lunæ cursus. vid. Neomen.
Lustrare & περιέρχεσθαι. idem 1157.
Lustratio. vid. Purificatio

M.

Macedones Aulici, qua de re accusant Judæos 125
Magi, Dæmones consulentes, quare solitudines petebant 1049
מחיר quid 570
Mahometes. vid. Mohammedes.
Maimonides, primus Zabiorum ceremonias in lucem protulit 144. Studium ejus in Legibus explicandis, quæ Zabismo repugnant. 275
Mala temporalia, quare Deus minatus 41
Per Malcham jurare quid 31
Malis Diis, quare Gentes sacrificia offerebant 1071
ממזר Mamzer apud Interpretes, quis 105. Vocis proprietas, quæ 106 LXX. quare Mamzer vertunt, ἐκ πόρνης, vel ὁ ἐκ πόρνης 108, &c. Quisnam Mamzeres ab Ecclesia repelluntur 110 Quare Mamzer ad generationem decimam arcetur ab Ecclesia Domini 112
Mandata utriusque Tabulæ, ad idololatriam abolendam instituta esse 29, &c. Quare Deus in Tabula secunda sex præcepta esse voluit, non plura 34 Quare sex illa, non alia 35 Quare mandata utriusque Tabulæ adeo conjuncta 37
Manes, qualem religionem condidit 280
Mannæ tria miracula, sabbati confirmatio 91
Manus imponendi ritus, quare apud Judæos tam frequens 1054
Martem, quare fœminæ virili veste indutæ colebant 527
Martialis Distichi — Ecce negas jurasque &c. mens quænam 627, &c. De Juramento per Templa Tonantis sententiæ falsæ 628. sententia diversa, & ratio cur Martialis illud nihili fecit 630 sententiæ variorum de Anchialo 631. Auctoris opinio 632 Anchialus, an nomen sit proprium vel appellativum Ibid. Quis eo nomine, Martialis puer, an alius aliquis intelligendus est 633. Quid sit jurare per Anchialum 634. Quare Martialis hujusmodi juramentum aliis præferendum censuit. Ibid.
Maschith quare Lege inhibetur, sententiæ falsæ 434. Genuina mens vocis Maschith 437. Maschioth erant principales, & minus principales 438. Lex intelligenda est de principalibus. Ibid. Usus & intentio lapidis Maschith 439. Maschijoth etiam minus principales sunt interdictæ 442. Quare

Quare Maschith specialiter lege inhibetur 445. Rationes nominum Hebræorum, Maschith & Maschithoth 447. Græcorum, σκηνὸς & σκηνώμα. 448
Matrem cum pullis capere, quare Ethnici mandabant 42. quare Deus Lege prohibuit 334
Matrimonia cum Judæis contrahere, quare noluerint Gentiles 64
מצבת sententia de sensu vocis, falsæ 514. Vera 515, 9.6. Qualis Matsebah lege vetita 516. Veterum columnæ sacræ, civiles, profanæ, quæ Ibid. Columnarum finis & usus, figuræ, quantitas, qualitas, situs, quales 517. Legis de Matsebah occasio 518, & veræ causa 519. Quare Deus abhorruit a statua vel columna juxta altare posita 521
Mellis oblatio, quare lege prohibita, rationes aliorum 345. Causæ Legis veræ 346. &c. 761.
Melle, libaminis loco, Gentes utebantur 759
Mendes, nomen Deo Pani datum 1060
Menis, quis 759
Menses, Deorum nominibus insignire solebant Europæi 88
Mensium initia, Gentiles paucos a novilunio auspicatos esse 824
Mercurius, vid. Isis
Mercurii Trismegisti theologia, de statuis aut simulacris 870, 965. An Pœmandrum & Asclepium scripsit. ibid.
Meretricibus apud Judæos, an sit interdictum vectigal templo so vere 167
Mesta, festum rusticum Hispanorum, quale 334
מרות quid 548
מקדש quare dicitur palatium Regium 245, 249
Μιμάρκιον quid 615
Mincha, quid 757, 763
מנחש quis 386
Miracula Manoæ. vid. Man. Miracula Christi, quare Judæi nihili habuere 92. Quare plurima in Ægypto & Deserto edita 224
Misraim, Ægypti nomen, unde 295
Mithræ religioni devotis, morem esse per multum aquæ natandi 1186
Μνίζαρον lapis qualis 445
Mohammedes, unde religionem suam conflavit 133. Purificationes ejus, unde 190. Quare Sabius dictus 278 Quare nomine Zabiorum Chaldæis, aliisque dedit 281
Mohammedanos, S. Johan. Evangelio amuleti loco uti 1219
Molocho, Chaldæorum & Ægyptiorum liberi devoti erant 62. Variæ sententiæ de nomine Molechi sive Molochi 360, 666. Auctoris sententia 361. Transire per ignem Molecho, quid 176, 303. Gentes antiquiores liberos suos immolasse 364. Quandoque per ignem traduxisse 365. Liberorum immolatio quare vetita 366 & Lib. traductio per ignem 368. Tabernaculum Moloch. vid. Tab.
Monarchia Dei, naturalis & civilis, quæ 226
Montes, quare olim loca sepulturæ 382. Sacras ædes in montibus extructas fuisse 909
Mores & vestes, apud omnes Gentes conjunctissima fuisse 548
Morticina, Gentilibus Proselytis non fuisse interdicta 593. Quare Judæis interd. Ib.
Mortui Compositio. vid. Comp.
Mortuorum animas evocando, quali ceremonia Magi utebantur 378. Animas illorum circa sepulchra sua vagari credebant Veteres 382. & cibos illis esse necessarios 579. Mortuo dare decimas & primitias, quid. Ib. vid. Professio
Mortuos quosdam, in Deorum ordinem cooptatos fuisse 580
Mosaica instituta, fuisse umbram Evangelii 208. Mosaicorum rituum partis maximæ origo, quæ 974
Moses, statum futurum verbis mysticis tradidit 43. Ejus ætate, omnia Deorum plena 180. Literaturæ Ægypti hieroglyphicæ peritus 210. Quare vix ulla mentio de Mose in Gentilium Scriptis 285. Quare in Monte sepultus 382. An Moses & Typhon Ægyptius idem erat 504
Mosis faciem, revera cornutam esse, credidit Hieronymus 679. Mosis nomen unde 1008
Muli, apud Hebræos magno erant in usu & pretio 541
Mulieres Idolo sacræ, quare prostibula erant 565. Mul. Asiaticæ, quomodo pudicitiam probare solebant 657
Mundum esse æternum, articulus Ethnicismi erat primarius 66 Chaldæorum religionis fundamentum 280
Munera, Deum hominemque placare, credebant antiqui 763
Murem, apud Asianos, primas inter februa & lustrationes habuisse 137
Musicæ usus, in Judæorum Sacris unde ortus 1101. Musicam vocalem & instrumentalem Gentilium ceremoniis in usu esse, priusquam auctoritatem a Judæis accepisset 1102
Mylittæ ritus, quales 562
Mysteria quædam, adumbrata fuisse Legis institutis; probatur testimonio scripturæ 208. Judæorum 209 & Christianorum. ibid. Quare typis & umbris, allegoriis & figuris &c. plurima erant involuta. ibid. &c.
Mysteriorum usus, sub lege 212. Quædam erant cœlestia 215. Philosophica 216. Evangelica. Ib. Ethica 217. Historica 217
Mysteria Gentium, plerumque lucifuga fuisse 157. a conspectu vulgi quare remota 843

N.

נא quid 300
Naaman Syrus, quare altare e terra tantum sancta sibi fieri voluit 46
Nabathæi, unde orti 283
נחש divinationes varias notat 385
Ναζιραῖοι qui 665
Ναὸς βασιλέως palatium Regis quare ita dicitur 245
נשא quid 664, 888
נשא שם Dei scil. quid 31
Nasica, apud Romanos, quare Corculum dicitur 1011
נטל quid 1176
נטע quid 508
נצב quo sensu Scriptura utitur 875
Nazaræorum capillos votivos, ad morem Ethnicorum, fuisse intonsos 695 Quo tempore votum illud concepisse videntur Judæi. ibid. Expleto voti tempore, quibus ritibus crines Deo offerendi sunt 696. Nazir. tonsura. vid. Tonsur.
Naziratus leges, ritum fuisse onerosum 200
בן הנכר filius alienigenæ, quis 107
נצירים qualia loca 1049
Neomeniæ Judaicæ, quales feriæ 804 Communes aut menstruæ, speciales aut annuæ, quæ. Ib. Communes a Gentibus derivari. Ib. probatur (1.) ex antiquitate Neomeniarum 805. (2.) Tempore Novilunii celebrati, viz Lunæ phasi 806. Judæos a φάσει Neomenias inchoasse. Ib. Antiquorum duplicem esse Novilunia putandi rationem. Ib. Neomenias juxta phasin indicendi incommoda 808 (3.) Defectu Legis quæ Neomenias observandas non præcepit 809. (4) Gentilium ingenio & usu 811. (5.) Explicandis Neomeniarum circumstantiis, viz. Cur multæ victimæ in Novilun. oblatæ 813. cur hircus oblatus 814. cur preces effunderentur. Ib. cur Hebræi tuba canerent 816. cur Neomeniæ tam hilariter agerentur. Ib. (6.) Rituum similitudine apud Judæos & Gentes in Noviluniis 818. Testimonia quædam Judæorum & Christianorum 819. Neomenias speciales aut annuas a Gentibus originem ducere 820
Νηφάλια quæ 1099. νηφάλιοι βωμοὶ quales Ib.
נורוז Neuruz, quare dies festus apud Persas 821
נדה qualis apud Judæos fœmina 100
Nicolaitarum hæresis, qualis 612
Nilum, quare Ægyptii colebant 43
Noachi tempore, an discrimen animalium institutum 119
Noachidarum Præcepta, quæ 594. Synodi Apostolicæ præcepta, eadem sunt 595. in præcepta illa Adami vel Noachi filiis ante Mosis tempora data erant. Ib.
Noachus, quales animalium species offerebat 756. Probabile eum primum, Mincha loco panem obtulisse 757. illum, Ogygem dictum fuisse, Ib. Sponte sua, non præcepto divino, sacrificasse 767
Nominis impositionem, comitem fuisse circumcisionis 63. Origo hujus ritus Ib.
Nomen Dei, in Mandato tertio, quid 91. Nomen Ejus polluere, quid 176
Nomina pluralia, cum Dei nomine conjuncta, apud Hebræos abundantiam & excellentiam denotare 1032. Nom. propria frequenter, appellativa rarissime, in V. T. composita esse 1042
Nudipedalia, Judæorum sacerdotibus esse inter Sacra 1166. Unde mos ille

ille 1167. Nudipedalium tria genera fuisse. viz. civilia, superstitiosa vel magica, & religiosa 1169. Religiosa esse ordinaria & extraordinaria 1170. Horum omnium origo 1171.
Numina, qualia Gentes colebant 43. Ethnicorum, loco alicui affixa esse 313. Sacrificia quæ, illis oblata 365. Mortuorum nomine in Scripturis innotescunt 579. Illorum imaginem in mensa poni solitam 589. Simulacra illorum Cistis inclusa esse 837. Plaustro imposita circumferri 838
Numina gentium, quo modo erant præsentia 655. Illorum ornamenta 662. Quare Ægyptii quædam in Deserto colebant 669
Numeri denarii perfectio, & apud gentes antiquos usus 34, 722, 229. Septenarium & denar. quare Deus in festis commiscuit 162. Septenarii perfectio 497
Numeri plurali, pro singulari utitur lingua Hebræa 931

O.

Obelisci Ægyptii, quales 442
Obhoth, & Obh, quæ 418. An voces sunt Hebraicæ vel Ægyptiacæ 420. Cur LXX bis vertunt Obh & Obhoth, θελητὴν aut θελητὰς, sæpissime, ἐγγαστρίμυθον 421. Cur Spiritus fatidici Obh & Obhoth in S. Script. dicuntur 424. An vestigia nominis Obhoth, aut voces synonymæ in aliis Scripturæ locis reperiuntur 425. Ritus consulendi OBH, ejusque respondendi modus 428. respicere ad Obhoth, quare prohibetur 431
Obscœnæ partes, quare sedes circumcisionis 53
Obscœna, quare ita dicta 614
Octavo die, de circumcisione quare Judæi soliciti erant 62
Ogyges. vid. Noachus
Οἰωνίζεσθαι quo sensu LXX utuntur 385
Olei perfusio, consecrationibus Hebræorum erat in usu 802
Omophagia, fuisse in Bacchi honorem 909
Operimentum sabbati, quid 78
Ὀφιολατρεία quibus gentibus erat in usu 427
Ophion, quare ita dictus 385
Oppedere, quid 816
Oracula, quare Gentibus concessa 651. Quare Judæis Ib. Gent. fuisse Orac. ante Mosis ætatem 911
Oraculum Templi. vid. Templ.
Ὡραῖα festum quale 714
Ordalia Christianorum, quæ 657
Orgia Bacchi, quæ 301, &c.
Oriens, idololatriæ & artibus curiosis initium dedit 281. Orientis filii in S. Scriptura, qui Ib.
Orientalium domus. vid. Domata
Orientales, literas quasdam Hebræas mutare solent 959
Orientem, quare mundi faciem anteriorem, Judæi vocant 915
Osiridem, bovis nigri specie colebant Ægyptii 504. In festo ejus luctus mulierum, qualis 575. Mors illius origo Ib. Osiridis sacra, Ægyptios ritu lugubri coluisse 580
Osiris, quis fuerit 666
Osculis, Deos & Reges accipere Gentes solebant 237
Ὀσχοφορία quæ 1112
Ὠσχοφόριον quid 1116
Ὀθόνη quid 1144
Ova, cibum Judæis aliisque feralem fuisse 1153
Οὐλοχύται quæ 760

P.

Pacificorum sacrificiorum origo 765 vid. sacrif.
Παίζειν quid 611
Palatium regium. vid. מקדש
Palmarum Dominica, quæ 1114
Panis sacrificiis aderat. vid. sacrif. Fermentatum, quare Deus a sacris suis abesse jussit 310. Quando & quare permisit 349
Panis oblatio, quare Mincha dicitur 757
Panem & vinum, epulis sepulchralibus Jud. & Gent. adesse 1150
פנה quid 427
פנים quid 856
פרח quid 483
פרע quid 582
Paschatis festum, quare institutum 158 finis ejus duplex. Ib. & 159. Ritus & ceremoniæ ejus cui usui inserviebant. Ib.
Paschatis circumstantiæ, Zabiis erant oppositæ. viz. agnus masculus mactandus 294. (2.) ne quid ex agno paschali crudum ederetur 300. Quare usus carnis crudæ vetitus in Paschate 302. (3.) agnum paschalem non coctum sed assum comedi 305 Quare agnum coquere prohibetur ib. cur Deus assari voluit 306. &c. (4.) agni caput cum cruribus & intestinis edere. 309. Ratio hujus circumstantiæ. Ib.
Pastor, quare Ægyptiis abominatio 129
Patæci, Dii Phœnicum, quales 1219
Patrum, pene omnium sententia de sabbato 83
Patres Ecclesiæ Christianæ quomodo Judæos Proselytos nacti sunt 658
Patriarchalis, & Mosaica circumcisio, quæ 52
Patriarchæ, an sabbatum observabant 74 Quare sacrificia Deo obtulerunt 769
Pauli votum quale, tonsis capillis 698
Peccatum Samariæ, & jurare per illud, quid. vid. Jurare
Pectorale Judicii, quare Pontifici soli concessum 233. Quale erat 928
Pecudes perfectæ, quare offerendæ 168
Pediculus, ne inter linum esset & carnem, quare Hebræorum sacerdotes adeo soliciti erant 688
Pehoria cultus, qualis 332. Quis fuit. Ib.
Pentecostes festum, cui usui inserviebat 160. Festum erat ἀπαρχῶν 712
Peregrini intra portas, qui 91
Περὶ, vocibus ad lustrationem spectantibus præponitur 795
Περίαμμα quid 1220
Περίδειπνον quid 1148, 1151
Perikonius, Bacchus ita dictus 667
Περιστέλλειν mortuum, quid 1142
Perjuria quæ, apud Gentiles pro nihilo habita 33
Persæ, quare ad Ægyptum iter fecerunt 44. In Excelsis sacrificabant 144. Neminem imperare volebant, corpore mutilum, vel natura infirmum 173. Religio & philosophia illorum erat mystica 211. Honore fere divino Reges colebant 237. Residuis victimæ partibus ad ceremonias quasdam utebantur 310. Quomodo diem anni ineuntis celebrabant 821
Personarum sacrarum honori, Lex Mosaica prospiciebat 173. vid. Sacerdot.
Petrus, vocis origo 1008
Phallagogia, quæ 54
Pharaonis filia, quare ad fluvium se conferebat 779
Pharisæus, quis Judæis dicitur 124
Pharisæi, quare a moribus Romanis alieni 289. Muliebribus palliolis utebantur 523. Quidam Χριστιανίζοντες, Gentilibus spem adimebant 597
Philosophiam, quare Apostolus cum elementis mundi conjunxit 216
Philosophi, quare ad Ægyptum se conferebant 650
Phœnices, quare ad Ægyptum se conferebant 44. A turture & columba religiose abstinebant 123. Illorum Judices, quales 213. In Cypro multas illorum colonias fuisse 525
Φοινίζειν quid 614
Φῶτα Judæorum festum, quid 1123
Phylacteriorum Judaicorum capitis & manus, materia & forma, quæ 1202, 1216. Nominis Hebraici, Totaphoth, origo, & triplex notatio 1205. Significatio genuina vocis Tephilin 1206. Rationes nominis Græci, φυλακτήριον, falsæ 1207. Auctoris opinio 1209, 1226. Nomen alterum ἀνάλεκτα unde. Ib. Phylacteria a Deo non oriri 1210, &c. Sed ex Scriptura perperam intellecta 1214. & nonnullis Gentium moribus 1217.
Judæorum & Gentium ligamina sacra, circumstantiis conveniunt præcipuis 1220, 1222. Usus & intentio Phylact. 1225. Judæi quare membranulis suis Φυλακτηρίων titulum & virtutem tribuerunt 1226. De origine eorum variæ sententiæ 1227. Auctoris sententia. 1229. Judæos non intelligere Scripturas, Linguas, Antiquitates Ethnicas, & Traditiones suas 1231
Pilaticia, quæ 1011
Πιττάκιον quid 1226
Placentarum varia genera, sacris Ethnicis in usu esse 757
Planetarum nomina septimanæ diebus imponendi, mos unde 88. Apud Ægyptios oomina, quæ 667
Platonis doctrina, de rebus mundanis & cœlestibus, quæ 216
Plebs Hebræorum, qua spe freta, obedientiam Legi præstabant 43
Pleonasmi, apud Hebræos frequentes sunt 1036
Πλεονέκτης & idololatra, mutuo gaudent sensu 35
Plenilunia, apud Idololatras veteres sacra

cra esse 155. Duo vel tria quare Hebræi celebrare solebant 828
Plurali, singularis loco, quare Hebræi utuntur 1009
Plutarchus, quare Sabbatum a σαββάζειν ducit 79
Πνικτόν quid 593, 615, vid. Apost. Decret.
Pœnorum veterum lingua, Hebraicæ cognate 312
Pollucere, quid 721
Pollutiones per idola. vid. ἀλισγήματα
Pompa, quæ 1164
Pontificii, quare Pentateuchum allegorice interpretantur 2.2. Templis suis quare tanta sunt ornamenta 907
Pontifex, quare solus Sanctum sanctorum ingredi posset 167. An solus audiverit responsum Urim 950. Urim gestando, quomodo typus Christi 1014
Pontifices, aut eorum vices gerentes, quare individui castrorum comites 1026
Porcum, apud antiquos cibum salubrem, & suavissimum haberi 116. Judæos maxime detestari 131. (Turcas etiam hodiernos. Ib.) Odii illius causa latet Gentiles & Christianos plurimos 133. Rationes veræ 135, &c.
Porcus primum locum nactus est, in Gentilismo crebruit, sacrificiis, mysteriis magicis, festis, & pactis 136
Πορνεία quid 591. Vid. Apost. Decret. Πορνείας varia erant exempla, in Gentilium Sacris 614
Pot, Ægyptiis idem quod dominus 881
Potentia, quare Dei attributum sub V. Test. 848
Παγγία quæ 1221
Precibus, purificatio præmissa. vid. Purif.
Præcepta ritualia, quare data 214
Præceptum, apud Judæos, aliorum fundamentum, quid 28. Quartum, an sua natura morale 82. An Legis naturæ pars 83. Præcepta primæ Tabulæ, cui usui inserviebant 84. Tertii, intus 91. Quartum, an necessitatem infert Sabbati Christiani in perpetuum celebrandi 94. Materia ejus, finis, occasio 95. Forma 96. Oeconomiæ Mosaicæ soli accommodum. Ib.
Præceptum magnum, apud Judæos hodiernos, quid 1120
Præficæ, quæ 1135, 1137
Præparationis, Judæorum ad sacra, origo 787
Præsentia Dei sensibilis, quare Judæis concessa 654
Preces Gentilium, quare oblatæ 43 Prima anni neomenia factas, Diis gratiores esse credebant 822
Preces, sacrificiis addere, an Lege mandatur 764
Precatoria Sacrificia. vid. sacrif.
Pretiosa, sponte offerri ad Tabernaculum extruendum, quare Deus jusserit 645
Priapi statua, qualis 332. Asinos illi oblatos fuisse 755
Primitiarum oblatio, quare annexa festis Paschatis, Pentecostes & Tabernaculorum 165
Primitiæ, vid. Professio. Quare sacerdotibus Hebr. datæ 174. Primit. vox, sibi vult, πρωτότοκα, πρωτογεννήματα, & ἀπαρχαί 713. Quare tot leges sunt, de primitiis Deo solvendis 714. Gentes antiquæ, quare primitias Diis offerebant. Ib. Gentium usum, legi de primitiis occasionem dedisse 715
Primitia ad Hierosolymam ferendia, Judæos ritus quosdam ab Ethnicis accepisse. viz. victimæ Coronationem, deaurationem cornuum bovis altaribus consecrati. tibicinis pompam præcedentis cantus. primitiarum coronationem. pompæ in primitiis deferendis solennitatem 1161, &c.
Primus dies hebdomadis, quare Dei sacris devotus 94
Principum Orientalium domus, splendidissimas esse 246
Principatus & Pontificatus, quo tempore conjunctus 1024
Principium rerum, quare Moses memorat 87. Duo fuisse, bonum & malum, credebant Gentes 388, 1070, 1076
Privilegia, Judæorum genti concessa, quæ 651, &c.
Profana mulier, apud Hebræos, quæ 563
Professio triplex, post oblatas decimas & primitias, facienda. viz. non comedi ex eo in luctu meo. non abstuli ex ira in qualibet immunditia. non dedi ex iis mortuo, unde originem suam acceptam refert 574, &c.
Promissi terrestris, quare sub Lege tam frequens mentio 41. Temporalia tantum, quare clare tradita 44
Prophetas, Deus subinde suscitavit, ad idololatriam præcavendam 225
Prophetæ, quare raro locuti sunt a Josuæ ad Davidis tempora 1026
Prophetiæ, Gentilibus erant ante Legem 651. Quare Judæis concessæ, & Ecclesiæ Christianæ denegatæ. Ib.
Profectæ, vel Profitiæ, quæ 589
Proselyti, quo modo in Ecclesiam Judaicam cooptati. vid. Baptism.
Proselyti Justitiæ, & Portæ, qui 91, 594 Proselyti Judæorum, vitam agebant legum Mosaicarum vinculis solutam 26. Sabbatum observare tenebantur, Proselyti Justitiæ 91
Proselyti incircumcisi nomen, apud Judæos, quid 593
Πρωτογεννήματα vid. Primitiæ
Πρωτότοκα vid. Primitiæ
Psalmos, ad superstitiones magicas Judæi detorserunt 1219
Ptolemæus Philopater, quare Judæos apostatas Liberi insigni notari jussit 413
Pudenda, in mysteriis Gentium religiose habita esse 54
Pudicitiæ violatæ præmia, Diis Gentium & eorum Sacrariis oblata esse 564
Puerperii pollutio, ex antiquorum ceremoniis in Hebræorum legem transiit 187
Purgatio per ignem, apud gentes erat in usu 368
Purgandi ritus, Orientalibus erat ante Mosis ætatem 781
Purgationes quales Ecclesiæ primitivæ Patres in rebus dubiis permiserunt 657 Aqua factas, triplici ratione Hebræos celebrasse 795
Purificatio ad initiationem, expiationem, sanctitatem vel regenerationem, & purgationem. vid. Baptism.
Purificationes, sive Hebræorum καθαρμὸς ordinarios materialiter spectatos a Gentibus derivati 774, 775. Formaliter & finaliter spect. 778, &c. Purif. ad munditiem ante Mosen extitisse 785. & ad cultum 788. Modaliter spect. e Gentium usu sumptas esse 795. Sacerdotum Hebr. extraordinariæ, unde 798. & vulgarium Hebræorum 801. Purif. publicæ, rerum scil. sacrarum & civilium, quomodo peractæ 802
Πυρῶν festum, apud Argivos anniversarium erat 1181
Pygmæi. vid. Gammadim
Pyramidis Ægyptiæ cujusdam figura, qua is 326. Cui usui inservit. ib.
Pyramides & Obelisci, Soli dicati erant 474, 517. vid. Mattebab
Pyramides erigere in defunctorum honorem, Judæos a Gentibus didicisse 1158. vid. Funebr. Rit.
Pyramidum originem esse ignotam. Ib.
Pythagoras, quare circumcisionem subiisse dicitur 59. Quare fabas discipulis suis interdixerit 117. Sua omnia, unde hausisse creditur 186
Pythagoræi, a quibusdam cibis abstinebant 124. Eorum abstinentiam a carne & vino, S. Paulus damnat 214
Pythagorici, res parvas magnarum symbola faciebant 221
Pythius & Python, Diabolus quare dictus 385
Python. vid. Obboth.

Q.

Quadrupedes, quales Deus Judæis in cibum dederit 122
Quercus, nomen dederunt variis locis 510
Quies sabbati Jud. qualis 75

R.

רביא vel רוביא Chaldaice, quid 850
רבץ quid 1098
Rachel, quare Theraphim tanti fecerit 695
Radere caput, quare sacerdotes Jud. prohibentur 583
Ramus, gentes antiquæ primitiis offerendis occupatæ, quales ferebant 715
Ramos gestandi ritus, apud Judæos in Tabernaculorum festo, origo 1111, &c.
Ratio recta, sub simpliciora mundi tempora, cultus moralis norma erat 767
Rebellio, quare Idololatria dicitur 253
Regem, quare Israelitæ tanto studio petierunt 241. Regem petendo, peccati qualis rei sunt 244. Absoluta potestate præditum; quare Deus concessit 652
Reges Judæorum, plerique fuerunt Idololatræ 236. Gentilium, eodem in

in honore habiti erant, quo Dii 237. Orientis, qualem potestatem exercebant 244. Gentium, ad omnia sacra liberum aditum nacti sunt 1021
Reges & Reginas, præclare meritos, inter astra ponebant Gentes 668. Quales, cornibus insigniti erant 678. Solia illorum splendida fuisse 872
Regimen Hebræorum, Ægypto relicta, quale 227
Regis prudentis officium, quid 243
Regnum Salomonis, quare regnum Domini 228. Sacerdotale, quare Judæi 233, 236. Israeliticum, quando hæreditarium 240
Religio Gentilium, an vitam futuram spectabat 43. Qualis, nonnullis ante Legem seculis 196. Publica erat stupri & libidinis professio 566
Remphan, Dei Ægyptii nomen, unde 22. Illum, Israelitæ in Deserto colebant 666
Reptilia, Israelitis in cibum data, qualia 122. Lex de reptilibus, onus erat 200
Respublica Israelis, qualis 51
Revelationis modi juxta Judæos, quales 923. V. Test. plerique, tempore Christi redierunt 927
Reverentia, Deo debita duplex quæ 165
Rex totius terræ, & Israelis, quare Deus dicitur 226. Politicus 145, 849. 924. Cœlestis erat 230, 231, 245, 249, 250. Rex & Deus, quare Jehovah sub Vet. & Rex & Dominus, Christus sub N. Test. dicitur 253
Rituum sacrorum Hebræorum, honorificæ circumstantiæ, quæ 177, 178. Mosaicorum, causa primaria & secundaria, quæ 1, 208. Rituum ante Legem plurimorum, causæ variæ 639. Quosdam, in Legem cooptari 641, &c. Rituum Mos. circumstantiæ primariæ, quæ 647. Affinitas proxima inter Hebr. & Ægyptiorum ritus, quæ 649. In rituum similitudine, Gentiles & Judæi quare adeo conspirarent 661. Rationes cur aliqui Gentium ritus in Legem translati sunt, a parte Dei 730. populi 731. gentium exterarum 732. & rituum ipsorum 733
Romani, Dei nescii erant, etiam in precibus 46. Porci effigiem, quare in summitate Templi posuerunt 133. Jus motus in alienigenas, intra Templi septa deprehensos, Judæis permiserunt 225. Rudia & informia, Numinibus gratiora esse credebant 320. De sacris Ægyptiis Judaicisque usbe pellendis solliciti erant 649
Rufa Vitula. vid. Vitul.

S.

סבל quid 888
שערים in S. Script. qui 93
Sabii aut Sabæi, qui 278
Σάβοι Bacchi orgiis occupati, quare dicuntur 716
Sabbatum, quare institutum 33, 47. Signi loco, datum fuisse 65. & solis Israelitis 72. Origo ejus 73. Quare signum erat 88. Ad idololatriam coercendam institui 90
Sabbatum Christianum, quare a die septimo ad primum translatum 94. An necessitas sabbati Christ. observandi, ex præcepto quarto oritur ibid.
Sabbatum Jud. ritum fuisse onerosum 199
Sabbata, quare omnia Judæorum festa ita dicuntur 710
Sacerdotalis tonsura. vid. tons. Sacerd. regnum. vid. Reg.
Sacerdotes, corporis vitium passi, quare sanctuarii ministerii non compotes 177. Quare in Tabernaculo excubias agere solebant 247
Sacerdotibus, quare ante annum vigesimum quintum ministeria sacra obire non licuit 177. Gentium, excisiones in usu esse 555
Sacerdotum honori, quomodo Lex Mosaica consulit 173. Vestes. vid. Vest. Lotiones, unde 738. vid. Purificat.
Sacerdotium, quod competebat uni familiæ, remedium esse idololatriæ 147. Quibus modis 151
Sacerdotale munus, ante Mosis tempora penes erat quemvis privatum 150. Quo jure Melchisedecus, Jethro, Potipher, &c. munere sacerdotis fungi potuissent 151. An primogenito competebat 153
Sacra varia Ethnicorum, unde 46. Ubique locorum celebrata, ante Legem 142. Ii seliarum, quare coram Tabernaculo vel Templo præstanda Ib. Judaicorum & Gentilium affinitas, qualis 214
Sacramenta, ad societatem religiosam, seu veram seu falsam, necessaria esse 50
Sacrificia offerre, ante Mosis tempora, penes erat Patres familias 150, 767. Quare sacrificandi potestas uni familiæ concessa 151
Sacrificia Mosaica, formaliter spectata, Gentium ruditati originem debere 742. Materialiter spect. scil. animata; boves, oves & capras 755. & inanimata; panem, vinum, & salem 757. Finaliter etiam spectata, ejusdem esse originis 762. Sacr. Lege priora fuisse, expiatoria 763 precatoria 764. pacifica 765. votiva, & fœderalis 766. Patriarchalium ratio & origo Ibid.
Sacrificia Mortuorum, quæ 1149
Sanctificatio sabbati, quæ 76
Sacrificiis, purificatio præmissa. vid. Purif.
Sal, Dei & sacerdotum mensæ semper aderat 247. Gentiles æque ac Judæi, quare in sacrificiis sale utebantur 760
Salicum festum, quid 1112
Saltandi ritus, in solennitatibus quibusdam sacris, erat Judæis 1108. Ægyptiis, Syris, &c. 1109. & Turcis Ib. Judæos ritum illum a Gentibus accepisse 1110
Samael, apud Hebræos, quis 1045
Sanchuniathon, vetustissimus rerum Phœniciarum scriptor. 56. Historicorum Ethnicorum antiquissimus 668
Sanctificare, apud Judæos, quid 87. Quo sensu intelligendum, cum de rebus inanimatis dicitur 80. Sensus ejus triplex est 167
Sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum: quare in Oratione Dominica conjunguntur 179
Sanctitas moralis & legalis, quæ 122. Peculiaris quædam erat Judæis 139
Sanctitas Jehovæ, Pontificis fronti inscripta, quid sibi voluit 1032
Sanctuario reverentia præstanda, duplex erat 175
Sanctuarium polluere, quid 176. Ingredi, quare polluti prohibentur 182
Sanctus, quare Deus toties in Script. dicitur 166
Sanguinem, Dæmonum cibum esse, credebant veteres idololatræ 144. Super altari effundi, quare jussit Deus 145. Edere, quare prohibetur 169. Spargere, ritus olim erat fœderalis 235. Magni esse momenti, in ceremoniis idololatricis, & magicis 377. &c. Ad superstitiones ejusmodi abolendas Deus Legem de sanguine statuit 381. A sanguine abstinere, quare primis Christianis interdicitur 594. vid. Apost. Decret.
Sanguinis esus, cultus idololatrici & societatis cum Dæmonibus initæ signum olim habitus 603
Sanguis novi Fœderis. vid. Calix
Saturni nomen, unde 667
Saturnum Circumcisionem instituisse, dicunt Phœnices 55. Quo modo apud eos colebatur 60
Saturnus & Chijun. vid. Ch. Quare dicitur שבתאי 670. Sydus ejus, quare Judæorum genti faustum esse creditur Ib.
שבץ quid 687
שדים vox unde 1049, 1078
שור & כרוב eadem vox est in S. Script. 854
שלח quid 1054
שכם quid 148
שעטנז vid Vestis
שש quid 684
Scorta sacra, gentes habuisse 561. Legem de scortis prohibendis, de sacris intelligi 562
Scortatio. vid. πορνεία
Sculptilia, quare Lege prohibita 292
Secubitus viri, & uxoris, quare Lege jubetur 190
שעירים Seirim, vox unde 350. Præter hircos, Lex, Levit. 17. 7. sibi vult animalia varia; & animalium imagines. Ib. & Dæmones hirciformes 351. vel ulla gentium idola 352. Legis forma, quæ 353. Rationes cur hirci cultus prohibetur, viz. a parte Dei 354. Diaboli 355. Populi Israelitici 356. & cultus ipsius 357
שיח quomodo vertunt LXX 294
Σειραὶ quæ 695
Selenites, qualis lapis 1226
Semina varii generis, sulcis mandare quare Deus prohibuit, 42
Semine mixto vines quare non serenda, rationes quorundam 529. Probabile legem alicui gentium antiquiorum dogmati rituique esse adversam 330

Semicocti esum, quare Deus nullibi nisi in Lege de Paschate prohibuerit 303
Semivit, sacerdos erat Isidis 555
Separatio Judæorum a Gentibus, cui usui erat 97. Moralis, quæ. Ib. Physica, quæ 99. Separationis causæ, Ib. Media 100. Fines, falsi 101. Moralis, usus, viz. abolitio idololatriæ 102. Realis & personalis, ejusdem erat momenti 103. De separatione, Judæorum errores 104. Quare Deus Gentiles a Judæorum cœtu separavit 112
Septenarius, vid. Numer.
Septentrionales, Judæorum sabbatum observare non possunt 70
Septuaginta Interpretes, quare ab Hebræorum Codice tam longe aberrant 381
Sepulchrales Ritus, vid. Funebr.
Sepulchrorum cum lucis, quare frequens mentio in S. Script. 512
Seraphim & Theraphim, dialecto tantum discrepant 923
Serapis, Ægyptiace quis 848, 879, 880, 881. An idem cum Josepho Ibid.
Sethi nomine, Libros plures venditabant Gnostici 282
Sexus utriusque vestium, usus promiscuus quare prohibetur 523. Legem Zabiis esse adversam 524. Rationes Legis, falsæ 526. Veræ 527
Sicinnistæ, qui 1136
Sidera, quare Gentes colebant 22. Septem vaga, significata per septem Templi lampadas 216 Eorum formas imaginibus exprimere, quare Israelitæ prohibentur 292
Signa, quare Deus instituit, quibus ipse a Gentium numinibus distingueretur 46. Signis docere, antiquius esse quam literis 212. Externa, in S. Script. sunt pro ipso cultu 664
Simulacra, quam præceptum secundum prohibet 852. Quænam Gentes amabant 854. In Gentium templis posita, Deorum sedes habita 870. Qualia Israelitæ exoptabant 871. Sacra, omnes Gentes fingebant 946
סכות quid 664, 665.
Sirbes aut Sirbon, vocis origo 1008
Sifoe, quid 695
Sitícines, qui 1136, 1139
Σκηνὴ τοῦ Μολὸχ, quid 665, 673
Σκηνώματα, apud gentes, quæ 22
Σκηνοπηγίας pompa, qualis 1112, 1194. vid. Ramos.
Sociniani, Legis mysteria quæ Messiam spectant, respuunt 213. Illorum error, de ritibus Expiationis Mosaicæ 1059
Solem, quare Gentes colebant 43. Ἐν σκηνώμασι circumferebant 666. eundem esse cum Molecho, Ib. & 370. Ortum ejus adorabant 820
Solennia Gentium, quæ 662
Solium Solomonis, quare solium Domini 228
Solomon, quare Oraculum nunquam consulebat 926. Quare sub illius ætate, Oraculum Urim defecerit 1026
Somnia, Gentibus divinationis genus erant 651
Sor, Ægyptiis idem quod Arca 881
Σωδίριον, quid 1145
Specula tenendi mos, ad Ostium Tabernaculi, unde. vid. Tabernac.
Spiritus fatidici. vid. Obhoth
Spiritum Sanctum, per Prophetas loquentem, afflatum suum ad varia eorum ingenia accommodasse 210
Spiritualia, quare in V. T. sub situum carnalium involucro tradita 210
Spolia hostium Deo consecrandi, apud Hebræos, mos unde 728
Sponsus, Hebræorum puer circumcisionis die quare dictus 61
Sponsores, Baptismi Christiani testes, unde 658
Standi mos, dum Christiani preces conciperent, unde 658
Statuæ. vid. Matsebah, & Altaria.
Statuta Dei non bona, quo sensu intelligenda 25, 662
Στῆλαι & στῆλαι quæ 517
Stellas, quare Gentes colebant 43
Στέμμα quid 1161
Stigmata, quibus Ethnici se Dæmoni devotos testabantur, cuilibet corporis parti imprimebantur 53. Magnatum, & servorum, quæ 408. Militum, Zelotarum, & idololatrarum 409. Stigm. Lege vetita, quæ 410. Illorum forma, generalis 412. Specialis 413. Sedes 414. Stigmata prohibendi ratio 415
Στοιχεῖα τοῦ κόσμου quæ 643
Stupri & Canis pretium, sacris inferri quare prohibetur 564. Prostibuli mercedem, idolis dedicari solitam. Ib. Hinc de stupro Lex 565. Canis nomine, quid intelligendum 569. Pretium Canis, quid 570. Legis caussam, ab Ægypti moribus petendam esse. Ib. Merces prostibuli & pretium canis, quare Lege conjuncta 572
Sues, pro sacris quædam gentes habuerunt 129. In ceremoniis magicis, illis utebantur 338
Suffocatum. vid. πνικτὸν Comedere, fœderis cum Dæmone initi symbolum erat 604
Superstitionis ingenium, quale 492
Sylvanum, quomodo Romani propitium reddere solebant 341
Synagogæ Hebræorum, in viis quando positæ 79
Synodus Hierosolymitana, Gentilibus integram a Lege Mosaica libertatem adjudicabat 599
Syri, quare ad Ægyptum se conferebant 43. A piscibus abstinebant 119. Illorum morbi, quales 134. Festa, & conventus solennes, plurimum celebrari 710

T.

Taa vel Tao, apud Ægyptios, quid 573
Taauti Phœnicum nomen, qui & Thoth Ægyptiis, unde 738
טבל quid 1176
Tabernaculum erat impedimentum idololatriæ. vid. Loc.
Tabernaculi ex ostio egredi, quare ministri prohibentur 176. Fabrica ejus quare splendida 177, 216. Minimas ejus circumstantias quare Deus statuit 214. Quare primo institutum 245. Quare dicitur Tabernaculum Testimonii. Ib. Quare Solomonis tempore desiit 250. Templi vicem præstitit 252
Tabernaculi erigendi causa 663. Tabernacula gentium portatilia fuisse 665. Molechi, quale 673. Inter Tab. Testimonii & Molechi magnam esse affinitatem 674. Ad ostium Tab. fœminæ quare congregari solebant 1090
Tabernaculorum festum, cui usui inserviebat 162. Ramos gestandi ritus in Festo illo. vid. Ramos.
Tabernaculum, quomodo Deum ut Regem spectabat 249. Templi erat exemplar 867. Templum mobile dicitur 897. Quare extructum Ib.
Tabulæ primæ præceptorum, intentio primaria, quæ 84
Talismanicæ sculpturæ, quæ 445
Tanfana, Germanorum Dea 708
Taurus, quare locum in Zodiaci signis tenet secundum 295
Τάφος quid 1148
Ταριχεύειν corpora defuncta, Ægyptiis solenne erat 1146
Τελαμὼν, quid 1144
Τίλαιοι, qui 991
Τελεσφόρος, quis 562, 568
Τελεσκόμενος, quis 562, 568
Templa Tonantis. vid. Martial.
Templum, erat obstaculum idololatriæ. vid. Loc. Locus, Deo sacer 890. Ejus habitaculum 891. Templi origo 892. Gentium Templa Solomonis antiquiora fuisse. Ib. Israelitas Templum suum utrumque sponte fabricasse 896. mobile scil. & fixum 897. vid. Tabernacul. Gentium mores de Templis ædificandis 898. Dei cultores ad Mosis tempora Templa non habuisse 900. Simplicitas illorum, qui primi Templa ædificabant 901
Templum, quare adeo magnificum 903. Locus ejus generalis, quare mons 907. specialis, quare civitas Hierosolymitana 910. Oraculum, in recessu ejus quare positum 910. Sacrarium, quare situm versus Occidentem, & frons, aut vestibulum versus Orientem 912
Templum versus mos orandi apud Judæos, unde petendus 1197
Tempora Hebræorum sacra, erant obstaculum idololatriæ. viz. novilunia, pascha, festum Tabernaculorum, novi anni initia, sabbata varia 155
Temporum observatio quare lege vetita 387. Variæ species, quæ Ib.
Tempus publici cultus, hominum arbitrio relictum est 86
Tephilim, sive Tephilin Hebraice, quæ 1206
Thaddæus, quare Lebbæus dictus 1011
Θαλλοφόροι qui 715, 1112
Θαλύσια, festum Græcorum, quale 714
Thecas argenteas, quales, & quare Gentiles circumferebant 665
Τελετὰς vid. Obhoth
Thensa Gentilium, quæ 665, 673
Theocratia generalis, quæ 226. Dei potestatem inter Hebræos, fuisse Regiam

giam 227. Poteſtatis illius, ſigne 228. Deum Regem fuiſſe Politicum, Militarem 230. Cœleſtem 231. Regiminis illius media, quæ 232. Inauguratio illius Regia, qualis 233. Regiminis, rationes 235. Theocratia, quo tempore orta 239. Quo, deſiit Ib. Abrogationis ejus, cauſæ 241. Eventus 243. Inſtitute Legis qualia Deum ſpectans, ut Regem Politicum 245. Cœleſtem 249. Militantem 250. Theocratia, quomodo obſtaculum erat idololatriæ 252
Theophraſti mendacium, de Judaico ſacrificandi ritu 349
Therapeutarum ſaltationes religioſæ, quæ 1110
Theraphim patris ſui, quare Rachel ſuffurata eſt 671. Vid. Urim.
Theſmophoriis ſacris, Eretrienſium mulieres carnes ad ſolem aſſare ſolebant 308. Mos erat captivorum vincula ſolvendi 1127
תרזת quid 1113
סתרי תורה Quo ſenſu Judæi de Lege dicunt 209
Thoth. vid. Taautus
Thracès, quare ἀνεμιαίμαι dicti 390
Thronus, quare in Tabernaculo & Templo poſitus 248
Θύνοι, Juxta Pleronem, quid 763
Thummim. vid. Urim
Thyrſigeri, qui 413
Thyrſus, inſigne Bacchi 1113
Tibicines, Græcorum, Romanorum & Judæorum funeribus adeſſe ſolebant 1135. vid. Funebr. Rit. Unde, & quo tempore, veriſimile eſt Judæos ritum illum accepiſſe 1136
Tibicinis pompam præcedentis cantus, in primitiis ad Hieroſolymam deferendis, Judæis erat in uſu 1163. Origo hujus ceremoniæ. Ib. vid. Primitiæ
Tiſri menſis (civilis anni caput) quere adeo ſolenniter celebratus 156
Tonſura capitis orbicularis, quare interdicta, ſententiæ falſæ 390. Probabile Lege intelligi tonſuram illam, qua gentes in mortuorum exequiis utebantur 394. Caput neque radere, neque comam nutrire, ſed tondere quare ſecerdotes jubet Ezechiel 581. An Deus Ezechielis ſolius miniſterio hanc Legem dedit 582. Caput radere & comam nutrire, apud Gentes funebris luctus eſſe indicia 583. Deum hos ritus qua funebres inhibuiſſe 584. Rationes vulgo datæ, quæ 585
Tonſuræ Nazaræorum origo 694. Comam alere, Deoque alicui conſecrare ante Moſis ætatem Ægyptii aliique ſolebant. Ib. vid. Capil.
Tonſura Theſeia, quæ 392
Tophet, ubi Judæi liberos immolabant, nomen unde 368
Tomphoth, Hebraice, quid 1205, 1226
Traductio liberorum per ignem, quare tam frequens apud Gentes 368
Τραγελαφεία vid. Seirim. & Hirc. Emiſſar.
Τρέπαιος, Neptunus, quere ita dicitur 1083
Τροποφορεῖν, quid 642
Triſmegiſtus, vid. Mercur.
Tubarum uſus, Gentilium & Judæorum ſacris eras 1105. vid. Muſic.
Τυμβαῦλαι, qui 1135
Τύμβος, quare dictus ἀμφίπολος 1156
Tunicæ ſacerdotum Judaic. ſacræ origo 685
Turcarum ſacri conventus die Veneris, unde 89. A vino quare abſtineot 117. Quasnam carnes immundas habent. Ib. vid. Porc. Ritus illorum de munditie, varii 185
Turturem, non comedebant Ægyptii 130
Typhoni, quare boves rufos immolabant Ægyptii 489. An Moſes Typhone antiquior 504
Typi. vid. Myſteria
צבא Arabice, quid 279
צרוק quid 611
צמר vid. Veſtis
צפירם quid 1072
צאן quid 755

V.

Vacca. vid. Vitul.
Variegandi ars, an Judæis prohibita 545
Vectigal ſolvere Romanis, an Judæos prohibuit Deus 567
Veneficæ, quare Tegulariæ dicuntur 382
Veneris in ſugilletionem, an Circumciſio inſtituta 54. Ejus cultores, quare veſte muliebri ornati 527. Exercitia, maxime flagitioſe 527
Verba duplicata, quare Judæi Legem dicunt 209
Veſtimenta Eſau deſiderabilia, quæ 153
Veſtes ſacræ ſacerdotum Hebr. quare pulchritudine adeo inſignes 174
Veſtes. vid. Sexus
Veſtis virilis & muliebris permutatio, quare prohibita 526. E lana & lino mixta, quare vetita 544. Verborum legis ſenſus, שעטנז & צמר ופשתים Ib. & לא תלבש 545. Legis rationes, falſæ. Ib. Vera, ad Zabiorum ſuperſtitionem avertendam 547. & idololatriam præcavendam 549
Veſtibus lineis ornatos, Gentium, Ægypti præcipue ſacerdotes ſacra celebraſſe 682. Sacerdotum Hebr. veſtes originem ſuam mori illi debere 683
Veſtibus albis defunctos involvere, mos erat Ægyptiis, Judæis, aliisque 1144
Vexilla Iſraelitarum in Deſerto, formis Cherubicis quare inſignita 251, 854
Viæ Amorrhæorum, Juxta Rabbinos quæ 280
Victimæ piaculari, oleum & thus quare non adeſſet 217
Victimarum origo. vid. Sacrificie
Vincti liberandi in Feſto Paſchatis morem fuiſſe Judæis 1125. De origine ejus ſententiæ variæ. ib. A Græcorum moribus petendam eſſe 1127
Vinum. vid. Sacrif. Bibere, quare Aaroni non liceret cum Templum ingrederetur 175. An ſuper menſam Tabernaculi poſitum 247. Libaminis, unde ſumptum 758. Sacerdotibus iotes miniſtrandum ſub pœna capitis interdictum 798
Virilis & fœmineæ veſtis uſus promiſcuus. vid. Veſtis.
Vitæ æternæ præmium, quare Deus Lege non ſtatuit 41. Cœleſtem, Moſes myſtice; Prophetæ, clarius tradiderunt 43. Meſſias, clariſſime 45
Vitulam ad populi totius immunditias expiandas offerri, quare Deus præcepit 485. Quare Vitula, non Vacca, mactanda 487. Cur rufa 488. Cur Jugum non paſſa 493. Cur Eleazaro ſpectante 494. Cur extra caſtra 495. Sanguis ejus cur verſus Tabernaculum ſpargendus 496. Cum Vitula, quare lignum cedrinum, hyſſopus, coccus bis tinctus comburenda 498. Aſperſionis aqua cur e cineribus conficienda 502. Cur Vitula mundos pollueret & pollutos mundaret 503. vid. 777.
Vituli aurei cultus, qualis 21. Forma 654. Cultus illius, effectus 671. Quo conſilio formatus Vitulus, incertum 851. Jeroboami vituli, quales Ib. Aaronis, an Cherubinis ortum debat 860
Umbra Legis. vid. Myſteria
Unctiones Judæorum, quorſum ſpectabant 168
Unctio funebris, Ægyptiis & Judæis erat in uſu 1143
Ungulæ diviſio in Lege, quid ſibi vult 126
Unitati Dei, Diabolus ſub tempora Legis adverſabatur 46
Volucres quales, Judæis prohibitæ ſunt 131
Voluntas Dei ſola, an Legum unquam fundamentum 120. Qualis, de ſacrificiis ſtatuendis 742
Votum ſolvere in Hebron victimarum oblatione, quare Lex Abſalomum vetuis 698
Urim Oraculum, quare inſtitutum 232. Uſus ejus, generalis 922. Specialis 924. Quem locum in Pectorali Urim & Thummim occuparunt 928. Illorum natura & origo 929. Urim ejuſdem naturæ genericæ eſſe cum Theraphim 932. Voces fuiſſe cognatas 953. & Res 963. Talmudicorum aliorumque dogma de Urim & Thum. 967. Rationes variæ ad probandam Auctoris ſententiam 972. Argumenta ſolvuntur 975. Thummim, res erat numero, officio, & nomine ab Urim diviſa 982. ab Ægyptiis orts 983. Objectiones, quæ 990. Uſus Thummim 993. Nominum Ur. & Th. Hebræorum ratio 994. Græcorum 995. Sententiæ quorundam de nominum ratione Ib. Ratio primaria nominis Urim 998. & Thummim 1008. Secundarie 1009. Urim geſtare & conſulere quare Pontifici ſoli datum 1013. An Rex vel ſacerdos plebeius officio illo unquam fungi poterat 1018. Cur ſoli Pontifici Thummim geſtare

gestare concedebatur 1023. Quo tempore defecit Oraculum Urim, & quare 240, 1026. Thummim tua & Urim tua viro sancto tuo, Deut. 33. 8. explicatio literalis 1029. Mystic 1035
Usuræ Legis, sensus 255. Rationes Legis illius erant a parte Dei 259. Gentis Israeliticæ 260. Regiminis & politiæ Hebræorum 262. Regionis illorum 262. Religionis 265. Legum aliarum Hebræorum politiam spectantium 266. Alienigenas usuris onerare, quare permissum 268. Lex de Usuris, an politica, moralis, vel ritualis 270. Christiani an Lege illa devincti 271. An Judæi ad Messiæ seculum tenentur. Ib. Ratio Legis reddi solita, quæ 272. Cur Legis observatores inter homines Dei favore dignos, & fœnori deditis inter peccatores maximos recensentur Ib.

Z.

Zabiorum ritus idololatricos in causa esse, quare Deus leges & ritus haud paucos instituit 195, 275, 284. Illorum nomen, unde dictum 277. Illorum origo & antiquitas 279. Libri 281. Ritus & ceremoniæ 283. Cur Deus tot Leges & ritus instituit eorum moribus adversos 288
זכר quid 312
זרע quid 529
זבח quid 703
זרח quid 928
Zerodast & Zoroaster, idem 279. Duo esse rerum principia docuit 1070
זנונים de quali fornicatione vox intelligenda 352
Ζωολατρεία, an Ægyptiis erat in usu ævo Mosaico 297

INDEX locorum Scripturæ, quæ hoc in Opere fusius explicantur.

Genes.

Cap.	Vers.	Pag.
II	2, 3	86
III	24	956
IV	3, 4	150
VII	2	771
VIII	20	771
	21	763
IX	4, 5	597
XIV	19	87
	20	725
XVII	7	64
XXI	33	510
XXVIII	18	803
	20, 22	726
XXXI	30	943
XXXV	2, 3	672, 779
	4	946, 1217
XLI	42	690
	45	246
XLIII	32	141, 786
XLVI	34	129
XLIX	1	779
	3	153
	6	878
	10	113
L	2, 3	1143, 1146

Exod.

Cap.	Vers.	Pag.
III	5	1167, 1168, 1172
IV	25	61
V	2	46
VIII	26	295, 297
XII	3. 5	294
	9	300, &c.
	21	311
	46	303
	48	1185
XIII	12	147, 370
XV	18, 19	239
	21	1109
XVI	23	87
XIX	4, 6	233
	10	1185
	14	779
XX	3	29
	8, &c.	67, 68, 72
	11	77, 96
	24	311, &c.
	25	315, &c. 642
	26	324, &c. 449
XXII	3	117
	25	260
	31	103, 121
XXIII	18	171
	19	333
XXIV	9, 10	860
XXV	1	897
	5, 6	645
	8	245, 249
	11	839
	16	842
	22	872
XXVI	22	912
XXVII	2	679, 681
XXVIII	2, 40	174
	15	925
	16, 30	928
	30	930, 950, 974
XXIX	4	1184
XXX	18, 19, 20	791
	19, 20	1166
XXXI	13	70
XXXII	1	654, 672, 871, 885
	5, 6	704
	6	611
	17	1107
	18	1102
	19	1110
	23	943
XXXIV	13	342
	13, 14, 15	704
	15	621
	25	160, 218
	26	333
XXXV	5	642
	5, 20, 21, 22	897
XXXVIII	8	24, 1090
XXXIX	22	950
	27, 28	682

Levit.

Cap.	Vers.	Pag.
I	2	642, 743, 755
	9	749
II	1	757
	4, 5, 6	347
	11	345, &c.
	11, 12, 13	761
	14	717
VI	10	682
VII	26	169
X	1	167
	7	176
XI	3	126
	6, 7	130
	21, &c.	193
	36	785
	44, 45	122, 123
		194
XIII	3	147
	45	187
XIV	4, 5, 6	1072
XV	13	774
XVI	5	1063
	7, 8, 9, 10	1039, &c.
	8	1069
	15	1063
	21	1048
	22	1049
XVII	3, 4	142, 308
	3, &c.	616
	3, 4, 5	1048
	5	765
	5, 6, 7	144
	7	349, &c. 1060
	10, 11	169
	13	380, 603, 1073
XVIII	2, 3	738
	3, 4	284
	21	176, 360
XIX	12	30
	19	529, 539
	23, 24, 25	371
	26	145. 376
		385, 387
	27	390, 694
	28	293, 403
	29	562
	30	88
	31	417
XX	1, &c.	367
	2	482
	23	738
	24, &c.	121, &c.

Cap.	Verf.	Pag.
XX	24, 25	144
	25	315
XXI	4, 6, &c. 23	173
	5	582, 702
	18	557
	20, &c.	553
	21, 23	554
XXII	2	170
	31	121
XXIII	40	1112, 1119
XXV	2	75
	7	539
	36	261
	37, 38	259
		264, 265
XXVI	1	433
	4, 5	441
	30	449, 866, 892
	41	50
XXVII	30, 31	727
	32, 33	726

Numer.

Cap.	Verf.	Pag.
V	12, 13	655
VI	1	642
	18	696, 697, 698
X	10	1101
	35, 36	848
XV	30	27
	32, 35	71
XIX	2	483
	9	777
	15	194
XXIII	9	138
	3	386
	24	440
	52	893
XXIV	1	386
XXV	1, 2	332
XXVII	21	925, 979
XXVIII	15	814
XXIX	19	340
XXXI	6	1019
	19	787
XXXIII	52	449

Deut.

Cap.	Verf.	Pag.
I	17	239
	31	642
IV	2	48, 648
	7, 8	641, 654
V	15	68
VI	12, 13	31
	7, 8	1211
	6, 8	1212, 1216
VII	15	42
X	16	50
XI	13, 14, 18, 19, 20	
		1212
XII	13	142, 509
	8	642
XIV	1, 2, 21	103, 121
	1, 2	398, 411, 702
	2, 3	121
	21	506
XVI	1	1152
	21	506
	22	514, 936
XVII	14, 15	241
XVIII	10	364
	14	388

Cap.	Verf.	Pag.
XXI	3, 4	321
	13	1182
XXII	5	523
	6, 7	42
	9	528
	10	534
	11	544
	12	547
XXIII	2	105
	19, 20	255, 266
	1	551
	2	556
	17	561
	18	564
XXVI	13, 14	574
	17, 18	234
XXVII	5, 6	318
	6, 7	705
XXVIII	27, 60	24
XXX	6	50
XXXII	38	47
	33	426
XXXIII	8	1029
	28	99
XXXIV	6	893

Josh.

Cap.	Verf.	Pag.
V	9	51, 61
VIII	31	318
XX	7	78
XXIV	19	166
	23	671

Judic.

Cap.	Verf.	Pag.
I	1	926
II	13	507
III	7	507, 512
VIII	22, 23	227
	27	945
IX	27	705, 716, 1110
XIII	16	744
XVI	13	695
XVII	2, 3	943
	4, 5	939
XVIII	5	960
XXI	19, 21	1109

I. Sam.

Cap.	Verf.	Pag.
II	2	166
IV	3, 7, 8	886
	8	870
VII	3	507
	6	1098, 1100
VIII	5	241
	5, 6	243
	7, 8	242
	15, 16, 17	725
IX	12	908
X	15	1103
	22	1020
XIV	18	926
	32	383
	36, 37, 38	952
XV	23	957
	35	1028
XVI	3	703
XXI	4	798
XXII	14, 15	925
XXVIII	6	964
	7	429

Cap.	Verf.	Pag.
XXX	7	1021

II. Sam.

Cap.	Verf.	Pag.
I	10	230
II	5	1175
III	35	1150, 1151
VI	2, 3	837
VII	5, 6, 7, 12	898
XV	7, 8	698
	30	1169
XXIII	16	1098

I. Reg.

Cap.	Verf.	Pag.
VII	29	856
VIII	8	882
	13, 22	1199
	27	895
	30, 31, 63	1200
	44, 45	1197
	48	1198
XIV	23, 24	507, 512, 562
XVIII	26	765, 1130
	28	407
XXI	27	1169
XXII	19	872

II. Reg.

Cap.	Verf.	Pag.
IV	23	826
V	17	46
IX	17	439
XVII	16	512
XIX	15	845
XXIII	4	506
	7	686
	11	912
	15, 16	511

I. Paralip.

Cap.	Verf.	Pag.
XVI	4	1106
XXII	5	904
XXV	5	816
XXVIII	18	873

II. Paralip.

Cap.	Verf.	Pag.
II	5	905
XXIX	25	1104
XXXI	5	345
XXXIV	3	502
XXXV	7	294
	13	306
XXXVI	8	410

Ezr.

Cap.	Verf.	Pag.
II	63	1028
VI	10	765
IX	1	738

Nehem.

Cap.	Verf.	Pag.
VIII	15	1112
IX	13, 14	73
X	31, 37	729

Job.

Cap.	Verf.	Pag.
I	20	583
IV	16	973

Cap.	Vers.	Pag.
XVI	15	678
XXII	27	766
XXVI	13	1044

Psalm.

Cap.	Vers.	Pag.
V	2	33
VII	7, 8	1133
XVI	4	30, 614
XVIII	11	845, 862
	24	1192
XIX	5	666
XXII	12	859
XXIV	4	30
	7, 8	848
XXVI	6	791, 1129, 1191
		1133
	8	891
XXVII	6	1129, 1133
XXVIII	2	867
XXX	5	1031
L	8	754
	12	380
	13	750
	16	30
LI	16	742
LXIII	2, 3	847
LXVIII	17	910
	24	33
LXXIII	13	1192
LXXVIII	61	847
	68, 69	908
LXXX	1	845
LXXXIV	3	33
LXXXIX	15	1106
XCI	3, 4, 5, 6	1078
	13	426
XCV	4	909
	10	672
XCIX	1	248, 845, 862
CIV	19	155
CVI	28	580
CXVIII	27	677
CXXXIV	2	793
CXLII	7	1133
CXLIV	7, 8	32
CL	4	1111

Prov.

Cap.	Vers.	Pag.
II	16	109
III	22	1215, &c.
IV	9	1215, &c.
VI	20, &c.	1215, &c.
VII	2, 3	1215, &c.

Cantic.

Cap.	Vers.	Pag.
III	7, 8	51
	2, 3	1129

Isai.

Cap.	Vers.	Pag.
I	11, 12	743, 767
	24	876
	26	236
II	6	107
X	10	98
XIII	21	1049
XVII	8	469
XVIII	1	1103
XIX	19	518
XXIX	4	479
XLIII	22, &c.	206
XLIII	23, 24	745
XLIV	5	409
XLVI	1	430
LII	8	439
LVI	3	107, 113
	4, 6, 7	82
LVII	8	312
LXI	1	198
LXV	3, 4	338
	4	137, 1049
	11	759
	16	31
LXVI	1	902
	3	312
	17	137, 338, 1184

Jerem.

Cap.	Vers.	Pag.
II	10	887
III	23	908
IV	4	50
VII	17, 18	825
	22, 23	749
	31	363
IX	17	1138
	25, 26	57
	26	393, 401
XII	9	286
XVI	5, 7	1148
	6	583, 1152
XVII	7	1151
	22, 27	77
XIX	5	361
XXIII	23	1198
XXXI	31, 32	47
XXXII	35	361
XXXIV	5	1145
XLI	5	1152
XLIII	23, 24	199
XLIV	17, 18	44, 812
	19	1091
XLVI	15	848
XLVIII	35	325
	36	1138

Lament.

Cap.	Vers.	Pag.
I	10	107

Ezech.

Cap.	Vers.	Pag.
I	10	251, 844, 856
	4, 5	856
VIII	12	443
	16	912
	17	1117
X	14	844
	20	853, 856
XVIII	5, 6	381
	6	703
XX	10, 11, 12	73
	12	65
	13, 14	662
	20	67
	25	24, 204
	25, 26	152, 206, 184
	26	147, &c.
XXII	26	170
XXIV	17	1148, 1169
XXVII	10, 11	461
XXVIII	14	844
XXXIII	6	439
	25	381, 617
	25, 26	378
XL	2	910
XLIII	17	329
XLIV	6, 7	107
	17	682
	18	689
	20	581
XLVI	9	916, 1132

Daniel.

Cap.	Vers.	Pag.
I	8	591
VI	10	1157
VII	25	155
VIII	10, 11	251

Hos.

Cap.	Vers.	Pag.
II	5, 8, 9, 12	42
	14, &c.	224
III	4	933, 958
IV	14	618
VII	14	407
VIII	12	203, 286
IX	1	42
	4	1148
	10	697
X	5	849

Joel.

Cap.	Vers.	Pag.
III	22	114

Amos.

Cap.	Vers.	Pag.
II	8	705
IV	4, 5	753
V	21, 22, 23	1105
	25, 26	744
	26	22, 664, &c. 883
VI	11	1106

Mich.

Cap.	Vers.	Pag.
I	2	891
	7	564
VI	6	891

Zephan.

Cap.	Vers.	Pag.
I	8	548, 988
II	11	47

Zachar.

Cap.	Vers.	Pag.
VII	5, 6	745
VIII	3	208
X	2	952, 964
XIII	1	785
	6	409
XIV	16	163

Malachi.

Cap.	Vers.	Pag.
I	10, 11	143
	13	203

Tob.

Cap.	Vers.	Pag.
III	14	611
IV	17	1147
VIII	3	1050

Judith.

Cap.	Vers.	Pag.
XII	7	788
XIV	10	50
XV	12	1113

Esther.

Cap.	Verf.	Pag.
	Esther.	
III	8	284
VIII	17	51
	Sapient.	
IX	8	215
X	14	879
XI	15	298
XII	24	ib.
	Eccles.	
XXIV	2	847
XXX	18	1147
XXXIII	3	982
XXXVIII	16	1143
	Baruch.	
I	10, 11	765
VI	28	188, 310
	31	1151
	43	565
	I. Maccab.	
I	12	44
III	48	738
XIII	23	1158
	II. Maccab.	
IV	21	700
VI	2	669
	7	1128
XII	40	1218
	Matth.	
V	20	41
	31, 32	654
	37	32
IX	11, 12, 13	104
	23	1135, 1137, 1139
XI	28, &c.	197
	17	1136
XII	1, 2, 3	75
	5	95
	43	1049
XIV	6	1109
XIX	8	653
XXI	9	1112, 1116
XXIII	5	1202, 1210
		1213, 1225
XXVI	27	614
	10	1142
XXVII	59	1144
	24	1193
	Marc.	
II	27	83
VII	3, 5	1178
XVI	1, 2	1144
	Luc.	
I	59	63
II	21	62, 63
	49	890
XVIII	10	142
XXII	20	614
XXIII	54	1120
	55, 56	1144
XXIV	1	1140, 1144
	Johann.	
I	17	208
	25	1182
III	9, 10	1182
IV	20	142
	23	19
	24	208
V	2	785
X	22	1193
XI	51	1018
	55	801
XVIII	39	1125, &c.
XIX	40	1142
	38, 39	1144
XX	7	1145
	Act.	
II	15	716
VII	43	664, 668, &c.
	47, 48	895
	51	50
IX	37	1139
X	28	108, 124, 191
XIII	18	641
XIV	13	1161
	17	42
XV	10	52
	20	588, &c.
	21	599, 616
	28, 29	623
XVI	16	426
XVII	18	901
XVIII	18	698
XXI	38	649
XXIV	17, 18	793
	Roman.	
I	21	846
II	29	50
IV	11	49
VII	12	25
	I. Cor.	
IV	13	1057
V	9, 10	614
VI	16	892
VII	18	64
VIII	7, 9, 10	605, 705
	13	613
X	1, 2	1185
	7, 14	602, 605
	16	1187
	20, 21	602, 1187
XI	4, 5	620
	Galat.	
III	19. 21, 23	25
IV	3	643, 661
	3, 9	733
V	3	50
	Ephes.	
II	11, 12	51, 111
	15	290
III	10	19
V	6	35
	Philip.	
II	10	604
III	5	112
	Coloss.	
II	8	216
	11	50
	16, 17	84, 214
	20	661
	23	769
	I. Thess.	
IV	13	1136
	I. Tim.	
II	8	788
IV	8	25
	Hebr.	
VII	4	725
	11	151
	16, 18	25
	18	647
	19	41
	Jac.	
I	21	50
	I. Petr.	
II	14	619
IV	4	614
	Jud.	
	11	151
	Apocalyp.	
I	13	688
VII	9, &c.	1117
	15	876
XIII	16	409
	17	413
XIV	1	409
XV	6	688
XVIII	23	1123
XXI	3	892

INDEX Librorum Græcorum, Latin. & Anglic.

A.

ABULENSIS. vid. Toftatus
Achmetes. vid. Artemidorus
Claud Ælianus, de Animalium Natura Gr. Lat. 12mo. *Colon. Allobrog.* 1616
——— Varia Hiftoria Gr. L 12mo. *Salmur.* 1668
Æfchyli Tragœdiæ Gr. L. *Londin.* 1663
Æui Tetrabiblos Gr. ———
Agathæ Hiftoria Gr. L. *Parif.* 1660
Ant. Agellii Comment. in Pfalmos *Parif.* 1611
S. Agobardi Opera, 2. Tom. 8vo *Parif.* 1666
Henr. Aiofvvorth Annot. upon the Pentateuch *Lond.* 1619
Albertus Magnus, de Animalibus *Lugd.* 1651
B. Flac. Albini Quæftiones in Genef. *Lut. Parif.* 1617
Ulyf. Aldrovandus, de Serpent. & Dracon. *Bononia* 1640
——— Dendrologia *Ibid.* 1668
Hier. Aleandri Tabulæ Hebæc. Expofitio. vid. Grævii Rom. Antiq. Tom. 5.
Theoph. Alethæus, de Polygamia 12mo. *Friburg.* 1676
Alexandr. Alenfis, Theologiæ Summa *Colon. Agrip.* 1622
Alexandri ab Alexandro, Genialis Dies 2 Tom. 8vo. *Lugdun. Bat.* 1673
P. Alix de Scriptis Tertulliani 8vo. *Parif.* 1680
Leo Allatius, de Pfellis 8vo. *Rom.* 1634
——— De Engaftrimytho vid. Critics Sacr. Tom. 8.
Jacob. Altingi Differtationes Theologicæ 4to *Groning.* 1671
Henr. Altingi Problemata Theologica 4to. *Amftelod.* 1646
Guilelmi Alverni Epifcopi Parif. Opera *Venet.* 1591
Sixt. Amamæ Cenfura Vulgat. Latin. Ed. Pentateuchi 4to. *Franeker* 1620
S. Ambrofii Opera 2 Tom. *Parif.* 1686, 1690
S. Anaftafii Sinaitæ Quæft. & Refp. Gr. L. 4to. *Ingolft.* 1617
Antiquitates Græcæ Jac. Gronovii, 12 Vol. & Romanæ Jo. G. Grævii, 12 Vol. *Traj. ad Rhen. & Lugd. Bat.* 1694, &c.
Apollioaris. vid. Sidon.
Apollooii Rhodii Argonautica Gr. 4to. ——— 1574
——— Gr. L. 8vo. *Bafil.* 1572
Apollon. Tyan. vid. Philoftrat.
Appiani Alexandrini, Romana Hiftoria Gr. L. 2 Part. 8vo. *Amftelod.* 1670
Luc. Apuleii Opera 4to. *Parif.* 1688
——— Aureus Afinus cum Com. Phil. Beroaldi 8vo. *Bafil.* ———
T. Aquinatis Summa Theolog. *Duac.* 1614
Ben. Ariæ Montani Comment. in 12 Prophet. *Antverp.* 1583
——— Antiquitates Judaicæ, vid. Critic. Sacr. Tom. 8.
Paul. Aringhi, Roma Subterranea *Lut. Par.* 1659
Ariftea Hiftoria LXX Interp. Gr. L. vid. Biblioth. Patr. Tom. 2. & *Oxon.* 1705
Æl. Ariftidis Orationes Gr. *Florent.* 1517
——— Tom. 3. Gr. L. 8vo. *Parif.* 1604
Ariftides Quintilian de Mofica Gr. L. 4to. *Amftel.* 1652
Ariftophanes Gr. L. *Amftel.* 1710
Ariftophon Rhetor. vid. Charift.
Ariftotelis Opera Gr. L. 2 Tom. *Parif.* 1619
Arnobius adv. Gentes 4to. *Lugdun.* 1561
Arriani, Ponti Euxini & Maris Erythræi Periplus Gr. L. cum Scholiis G. Stuckii *Lugdun.* 1577
——— De Expedit. Alexandri, & Hiftor. Judic. Gr. L. *Lugdun. Batav.* 1704
——— Epictetus 8vo. Gr. L. *Col.* 1596
Artemidori & Achmetis Oneirocritica Gr. L. 4to. *Lutet.* 1603
S. Afterii Homiliæ Gr. L. vid. Bibliothec. Patrum Tom. 2.
S. Athanafii Opera Gr. Lat. 2 Tom. *Parif.* 1698
Atheoæi Deipnofophiftarum Libri 15 Gr. Lat. ——— 1598
——— In Deipnof. Animadverfiones Il. Cafauboni *Lugdun.* 1621
Athenagoræ Legatio pro Chriftianis *Parif.* 1636
Auguftæ Hiftoriæ Scriptores 8vo. 2 Tom. *Lugd. Batav.* 1671
S. Auguftinus 10 Tom. *Parif.* 1679, &c.
——— De Civitate Dei cum Comment. Lodovic. Vivis 8vo. *Genev.* 1622
Dec. Aufonii Opera 8vo. *Amftel.* 1671

B.

Fr, Bacoo. Baro Verulam. Sermones Fideles *Franc. ad Men.* 1665
——— De Augmentis Scientiarum 12mo. *Amft.* 1662
Bedæ Opera 8 Tom. *Colon.* 1612
——— Hiftoria Ecclefiaftica *Cantabr.* 1722
——— De Locis Sanctis *Ibid.*
B. Baldvinus de Calceo Antiquo 12mo. *Amftelod.* 1667
Balfamon. vid. Bevereg.
S. Barnab. Epiftol. vid. Patr. Apoft.
Cæfar. Baronii Anoales Ecclefiaftici 12 Tom. *Antverp.* 1610, &c.
——— Notæ in Martyrolog. Romanum *Parif.* 1613
Cafp. Barthii Adverfaria *Franc.* 1624
Cafp. Bartholinus, de Pygmæis ———
S. Bafilii Magni Opera, 3 Tom. Gr. L. *Parif.* 1638
Bafilii Seleucenfis Opera Gr. Lat. *Parif.* 1622
Chrift. Becmani Exercit. Theolog. *Amftelod.* 1643
R. Bellarmini Opera 7 Tom. *Colon.* 1617, &c.
Petr. Belloni Obfervationes *Rapheleng.* 1605
——— De Admirab. Oper Antiq. vid. Thefaur. Gr. Ant. Tom. 8
——— De Medicato Funere *Ibid.*
H. Benzonii Novi Orbis Hiftoria 8vo. ——— 1600
Joh. Bapt. Bellus de Parte Templi Augural. vid. Thefaur. Antiq. Rom. Tom. 5
S. Bernardi Opera, 2 Vol. *Parif.* 1690
Guil. Beveregii Pandectæ Canonum Gr. Lat. 2 Tom. *Oxon.* 1672
Theodor. Bezæ Annot. in Nov. Teftam. *Cantab.* 1642
Bon. Corn. Bertrami Lucubrationes Frankdal. vid Critic. Sacr. Tom. 8.
——— De Republica Hebr. *Ibid.*
Biblia, Anglice
——— Gallice,
——— Germanice
——— Græce, cum Scholiis & Fragmentis Verfionum Aquilæ, Symmachi & Theodotionis 40. *Franequer.* 1709
——— Hifpanice
——— Italice
——— Latine, Ed. Vulgat. vid. Polygl. Walton,
——— B, Ariæ Montani. *Ib.*
——— Seb. Caftalionis *Bafil.* 1563
——— Junii & Tremellii *Hanov.* 1624
Sev. Binii Concilia Gen. Gr. L. 4 T. *Col. Agr.* 1618
Vincent. le Blanc les Voyages 4to. *Parif.* 1649
Pet. Blefenfis contra Perfidiam Judæorum, vid. Biblioth. Patr. Max Tom. 24.
Sam. Bocharti Opera 3 Vol. *Lugd.* 1712
Joh. Bodinus de Republica *Parif.* 1586
——— De Magorum cum Satana commercio ———
Bogan vid. Rouf.
Jacob Bolducii Comment. in Job. *Parif.* 1637
——— De Ecclefia ante Legem 4to. *Parif.* 1630
——— De Oggio Chriftiano *Lugdun.* 1640
Jac. Bonfterii Comment. in Pentateuch. *Antverp.* 1625
——— in Jof. &c. *Parif.* 1631
Marc. Boxhornii Zuerii Comm. ad Plutarchi Quæft. Roman. Gr. L. vid. Græv. Thef. Antiq. Rom. Tom. 5
Joh. Braunius de Veftitu Sacerdot Hebr. 4to. *Amftelod.* 1653
Barnab. Priffonius de Formulis, &c. 4to. *Francof.* 1592
——— De Regno Perfarum, 8vo. ——— 1595
Ægid. Bucherus de Pafchali Judæorum Cyclo *Antverp.* 1634
Gul. Budæi Comment. Linguæ Græcæ *Parif.* 1548
——— Annot. in Pandectas *Lutet.* 1556
Jul. Cæf. Bulenger de Conviviis. vid. Græv. Rom. Antiq. Tom. 12
——— Opufculorum Syftema, 2 Tom. *Lugdun.* 1621
Pet. Bungi Numerorum Myfteria 4to. *Bergom.* 1591
Joh. Buxtorfii Patr. Thefaurus Grammaticus 8vo. *Bafil* 1620
——— Synagoga Judaica 8vo. *Ib.* 1680
Joh. Buxtorfii Fil. Exercitationes 4to. *Bafil.* 1659
——— Differtationes Philolog. Theologicæ 4to. *Bafil.* 1662
Byzantinæ Hiftoriæ Corpus Gr. L. 12 Vol. *Parif.* 1648, &c.

C. Lod.

C.

Lod. Cælii Rhodigini Lectiones Antiquæ *Basil.* 1566
C. Jul. Cæsaris Commentarii 4to. *Cantab.* 1706
Marf. Cagnati Variæ Obfervationes 8vo. *Rom.* 1581
Tho. de Vio Cajetani Comment. in S. Script. 5 Tom. *Lugd.* 1639
Georg. Calixtus. in Acta Apoftol. 4to. *Brunfvig* 1564
Callimachi, Hymni Gr. L. 4to. *Parif.* 1675
Abr. Calovius ad Lev. ——
T. Calphurnius. vid. Grat.
Ægid. Camartus, de Rebus Æliæ 4to. *Parif.* 1632
Gul. Camdeni Britannia, 4to. *Lond.* 1586
—— —Reliquiæ, 4to. *Lond.* 1659
Phil. Camerarii Horæ Subcifivæ 4to. *Roftoch.* 1658
Joh. Cameronis Præl. ad Matth. *Genev.* 1658
Canones. vid. Bevereg.
Theod. Canteri Variæ Lectiones 8vo. *Francof.* 1604
Martian. Capella ——
Capitolinus, vid. Auguft. Hiftor.
Jacob. Cappellus, in Selecta Pentateuchi Loca *Amftelod.* 1689
Lud. Cappelli Annotata & Commentar. *Amftelod.* 1689
—— Exercitatio ad Obfcur. Loc. Zohar. *Ibid.*
—— Hiftoria Apoftolica 4to. *Salmur.* 1683
—— In Acta Apoftol. vid. Critic. Sacr. Tom. 7
—— Templi Hierofol. Delineatio. *Ibid.* Tom. 9
Chr. Cartvvright. Annot. in Exod. 8vo. *London.* 1653
Jo. Bapt. Cafalius, de Veteribus Sacris Chriftianorum ritibus *Rom.* 1647
Ifaac Cafauboni Notæ in Auguft. Hift. Script. vid. Auguft.
—— Exercitationes ad Baronii Annales 4to. *Francof.* 1615
—— Comment. in Perfium 8vo. *Parif.* 1615
—— De Satyrica Poefi Græcorum & Roman. 8vo. *Parif.* 1605
—— Epiftolæ *Roterdam.* 1709
—— Annot. in Evangelia. vid. Critic. Sacr.
Joh. Caffiani Opera *Atrebat.* 1628
M. Aur. Caffidori, Variarum Libr. vid. Biblioth. Patr. Max. Tom. II.
Seb. Caftalio, five Caftel. vid. Bibl.
Pet. Caftellanus, de Efu Carnis 8vo. *Antverp.* 1626
—— De Feftis Græcorum 8vo. *Antverp.* —— ——
Edm. Caftelli Lexicon Heptaglotton. *Londin.* 1669
—— Animadverfiones Samariticæ in Pentateuch. vid. Polyglot. Walton. Tom. 6.
Chr. Caftrus, de Prophetia *Mogunt.* 1616
Catenæ Græcæ
Catullus, Tibullus, Propertius 8vo. *Traject. ad Rhen.* 1680
Nic. Cauffini Polyhiftor Symbolicus 8vo. *Parif.* 1634
—— — Obfervat. ad Horum vid. Hor.
Georg. Cedreni compendium Hiftoriarum, Gr. L. 2 Tom. *Parif.* 1647
Aur. Corn. Celfus de Re Medica *Parif.* 1567
Cenforinus de Die Natali 12mo. *Cant.* 1695
Chariftii Hiftor. Hypomanes. —— ——
Martin. Chemnicii Examen Concilii Tridentini *Francofurt.* 1609
Jo. Jac. Chiffletius de Linteis Sepulchr. Chrifti 4to. *Amftel.* 1688
Johan. e Chokier, Facis Hiftoriarum Centuriæ duæ 4to. *Colon. Agrip.* 1653
Guil. du Choul de Relig. Vet. Romanorum, 4to. *Amftelod.* 1685
Chronicon Alexandrinum Gr. L. 4to. *Monach.* 1615
Chronicon Orientale. vid. Ecchellens.
Chryfippi Presb. Hierofol. Homiliæ, Gr. L. *Parif.* 1624
Dion. Chryfoftomi Orationes Gr. Lat. *Lutet.* 1604
Joan. Chryfoftomi Opera 10 Vol. Gr. L. *Parif.* 1621 &c. & 4 Tom. Gr. Lat. *Parif.* 1721 &c.
M. T. Ciceronis Opera 4 Vol. 4to. *Amft.* 1724
—— —— De Finibus, 8vo. *Cantab.* 1718
—— —— De Natura Deorum, 8vo. *Ibid.*
Ifidor Clarii Scholia in Biblia *Venet.* 1564
Cl. Claudianus 8vo. *Amft.* 1665
Clementis Alexandrini Opera, Gr. Lat. *Oxon.* 1715
Clementis Romani Conftit. Apoftol. & Homiliæ. vid. Patres Apoft.
Philip. Cluveri, Germenia Antiqua *Lugdun. Bat.* 1616
Joh. Coccei Comment. in Job. *Franeker.* 1644
—— —— In minor Prophet. *Lug. Bat.* 1652
—— —— In Ep. ad Hebr. —— ——
Cointi Smyrnæi Paraleipomena, Gr. L. 8vo. *Hanov.* 1604
Columella de re Ruftica, 8vo *Lugd.* 1548
M. Ant. Marf. Columnæ Hydragiologia 4to. *Rom.* 1586
Natal. Comitis Mythologia, 8vo. *Franc.* 1581
Concilia Nicen. &c. vid. Bevereg.
Conciliorum Collectio Harduin. Tom. 1 *Parif.* 1715
Conftitut. Apoftol. vid. Petres Apoft.
Joh. Cotovici Itinerarium Hierofol. & Syriacum, 4to. *Antverp.* 1619
P. Crinitus de Honefta Difciplina, 12mo. —— 1598
Critici Sacri, 9 Tom. *Londin.* 1660
J. Croi. Obferv. in N. Teft. 4to. *Genev.* 1645
R. Cudvvorth's true Notion of the Lord's Supper 8vo. *Lond.* 1670
Pet. Cunæus de Rep. Heb. vid. Critic. Sac. Tom. 8.
Gisb. Cuperi Harpocrates, 4to. *Traject. ad Rhen.* 1687
—— —— Apotheofis Homeri, 4to. *Amftelod.* 1683
St. Curcellæi Opera Theolog. *Amftel.* 1675
Q. Curtius, 4to. *Parif.* 1678
D. Cæc. Cypriani Opera, *Oxon.* 1682
S. Cyrilli Patriarch. Alexand. Opera, Gr. L. 6 Tom. *Lutet.* 1638
—— —— Contr. Julianum, & Juliani Opera, Gr. L. *Lipf.* 1696

D.

Ant. Van Dale de Oraculis, 8vo. *Amftel.* 1683
Joan. Damafceni Opera, Gr. Lat. 2 Tom. *Parif.* 1712
Damian. a Goes de Rebus Hifpan. &c. 8vo. *Colon.* 1602
Jo. Davenant. Expof. Ep. ad Colof. *Cantab.* 1627
Mart. Delrio Difquifitiones Magicæ, 3 Tom. 8vo. *Mogunt.* 1606
Demofthenes, cum Scholiis, G. L. *Bafil.* [1570
Dempfter. vid. Rofin.
Edm. Dickinfoni Delphi Phœnicizantes 12mo. *Oxon.* 1655
J. Cunrad. Dieterici Antiquitates Biblicæ. *Giffæ Haf.* 1678
L. D. Dieu Animadv. in Vet. Teft. 4to. *Lugdun.* 1648
—— —— In Act. Apoft. 4to. *Ibid.* 1634
—— —— In Ep. ad Rom. &c. 4to. *Ibid.* 1647
—— Epift. ad Goil. Bofvel. ——
Jo. Mich. Dilherri Difput. Academicæ 2 Tom. 4to. *Noremberg.* 1652
Diodori Siculi Bibliotheca Hiftorica, Gr. Lat. *Hanov,* 1604
Diogenes Laertius de Vitis, &c. Philofophorum, Gr. L. *Londin.* 1664
Dionis Caffii Romana Hiftoria, Gr. L. —— 1592
S. Dionyfii Areopagitæ Opera Gr. L. Lat. *Par.* 1615
Dionyfius Halicarnaffeus, Gr. L. 2 Tom. *Oxon.* 1704
Dionyfius Periegetes Gr. L. *Londin.* 1688
Dionyfii Thracis Diares. —— ——
Pedac. Diofcoridis Opera Gr. Lat. —— 1598
Jo. Doughteii Analecta Sacra, 8vo. *Lond.* 1658
Jo. Drufii Præterita, 4to. *Francker.* 1612
—— —— Loca Difficilia Pentat. 4to. *Franek.* 1617.
—— Fragmenta Veterum Interp. Græc. 4to. *Arnhem.* 1622
—— Annot. ad Numer. vid. Critic. Sacr. ——
—— Notæ ad Ecclefiafticum, 4to. *Franeker.* 1596
—— Not. ad S. Matth. vid. Critic. Sacr. T. 6.

E.

Nat. Eatonus. de Sabbato 8vo. *Franek.* 1633
Abr. Ecchellenfis Chronicon Orientale & Hiftoria Arabum *Parif.* 1685
Q. Ennii Fragmenta, 4to. *Amftelod.* 1707
Epicteti Enchiridion, cum Comment. Simplicii Gr. Lat. 4to. *Lugdun. Bat.* 1640
S. Epiphanii Opera Gr. Lat. 2 Tom. *Colon.* 1682
M. Sim. Epifcopii Opera Theologica, *Amft.* 1678
Des. Erafmi Annot. in Nov. Teftamentum. vid. Critic. Sacr.
—— Adagia, *Bafil.* 1540

Erpenii

Erpenii Oratio de Lingua Arab. 8vo. *Leid.* 1621
Guil. Estii Annot. in difficil. Script. Loca, *Duac.* 1629
Etbruscarum Antiquitatum Fragmenta *Francofurt.* 1637
Etymologicum Magnum Gr. —— 1594
D. Eucherii Lugdun. Episcopi Opera, vid. Biblioth. Patr, Max. Tom. 6.
St. Eugubini Opera. 3 Tom. *Venet.* 1591
Euripides, Gr. L. *Cantab.* 1694
Eusebii Pamphili Demonstratio Evangelica Gr. L. *Parif.* 1628
——Præparatio Evangelica, Gr. Lat. *Parif.* 1628
——Historia Ecclesiastica & de Vita & Laudibus Constantini, Gr. L. *Cantab.* 1720
Euthymii Zigab. Comment. in 4 Evangelia, vid. Biblioth. Patr. Max. T. 19.

F.

Pet. Fabri Semestria, 4to. *Colon. Allob.* 1616
Georg. Fabricii, Origines Saxonicæ *Jenæ* 1597
—— Roma. vid. Græv. Rom. Antiq. T. 3.
Jo. Albert. Fabricii Bibliotheca Græca Vol. 1. 4to. *Hamburg.* 1708
P. Fagii Notæ in Pentateuchum. vid. Critic. Sacr.
Dan. Fesselii Adversaria Sacra, 4to. *VVitteberg.* 1677
Festus da Verborum significatione, 4to. *Amst.* 1699
Jo. Filesaci Opera Varia, 8vo. *Parif.* 1621
—— De Idololatria Politica & Magica, *Ibid.*
—— Selecta, 4to. *Ibid.*
Jul. Firmicus de Errore Profan. Relig. 4to. *Lugdun.* 1652
C. Valerii Flacci Argonauticon, 8vo. *Antverp.* 1565
L. An. Florus, 8vo. *Traject. Batav.* 1680
Fran. Forerius in Isai. 8vo. *Antverp.* 1567
Jo. Frischmuth de Rege eligendo & deponend. 4to. *Jena.* 1653
Nic. Fulleri Miscellanea Sacra. vid. Critic. Sac. T. 9.

G.

Gabriel. Sionita de Oriental. Urbibus &c. 4to. *Parif.* 1619
Jacob. Gaffarel's Unheard. of Curiosities, 8vo. *London.* 1650
—— Cum notis Greg. Michael. ——
T. Gag's Nevv Survey of the West Indies *Lond.* 1648
P. Galatinus de Arcanis Catholicæ Varitatis, *Francof.* 1612
Galen. de Causis Symptomatum Gr. *Basil.* 1538
M. Gaspar. Epist. Ormutin. ——
Tho. Gatakeri Adversaria Miscellanea *Traject. ad Rhen.* 1698
Pagarinus Gaudentius de Funere Heroum 4to. *Florent.* 1640
S. Gaudentii Episcop. Brixiani Tractatus in varia Scripturæ loca. vid. Bibliothec. Patr. Max. Tom. 5
Aul. Gellius 4to. *Parif.* 1681
Gemini Elementa Astronomica. vid. Peeavii Uranologion
Gilb. Genebrardi Chronographia *Lugd.* 1609
Mart. Geierus de Ebræorum Lucto 12mo. *Francof.* 1683
Γεωπονικά sive de Re Rustica Libri 8vo. *Cantab.* 1704
Alex. Geraldini Itinerarium, 8vo. *Romæ.* 1631
Nicom. Gerasenus. vid. Photii Bibliothac.
Joan. Gersonius de erroribus circa Artem Magicam *Parif.* 1606
Ant. Geufræus de Turc. Relig. & Cæremon. 8vo. *Basil.* 1537
Mich. Ghisseri Comment. in Jeremiam &c. 3 Tom. *Lugd.* 1623
Mich. Glycæ Annales Gr. L. *Parif.* 1660
Jacob. Goar. Rituale Græc. *Parif.* 1647
Tho. Godvvin's Hebrevv Antiquities, 4to. *Lond.* 1678
—— Roman Antiq. 4to. *Lond.* 1680
Fr. Gomar de Origine Sabbati 12mo. *Groning.* 1631
Jacob. Gothofredi Comment in Cod. Theodosian. &c. Tom. 6 *Lugdun.* 1665
Gaspar. Grajari Comment. in Micham. 8vo. *Salmantic.* 1570
Saxon. Grammatici Historia Danica. *Francofurt. ad Man.* 1576
Gratii Falisci Cynegeticon T. Calpurnii Siculi Bucolicon &c. cum Commentariis Jani Ulitii, 12mo. *Lugd.* 1653
Tho. Gravii Annot. in Evangel. Persic. vid. Tom. ult. Walton. Polyglot.
Joh. Greaves's Pyramidographia, 8vo. *Lond.* 1646
Gregentii Disputatio cum Herbano Judæo. vid. Bibliothec. Patr. Græc. Tom. 1
S. Gregorii Magni Epistolæ. *Antverp.* 1615
Gregorii Nazianzeni Opera, Gr. Lat. *Parif.* 1609
Gregorii Nysseni Opera, Gr. L. 3 Tom. *Parif.* 1638
Jo. Gregory's Notes on soma Passages of Scripture, 4to. *Lond.* 1665
H. Grotius da Veritate Religionis Christ. 8vo. *Hag.* 1718
—— Annot. ad V. & N. Test. 3. Tom. *Lond.* 1679
—— De jure Belli & Pacis 2 Tom. *Amst.* 1720
—— De Imperio Summæ Potestat. 12mo. *Lut. Parif.* 1647
—— Votum pro Pace Ecclesiæ, 8vo. —— 1642
—— De Satisfactione Christi, 4to. *Lugd. Batav.* 1617
Jani Gruteri Corpus Inscriptionum 5 Tom. *Amst.* 1707
Rodolph. Gualterus Tigur. in Prior. D. Pauli Epist. ad Corinth. *Tigur.* 1572
Anton. Gubertus de Sponsalibus & Matrimoniis *Venet.* 1584
Melchioris Guilandini Papyrus, 4to. *Venet.* 1572
Guilielmus Parisiensis, vid. Alvern.
Guiney, a Description of. 4to. *Lond.* 1665
Jac. Guther de jure Manium. vid. Græv. Antiq. Roman. Tom. 12.
—— De veteri jure Pontif. Urb. Romæ. *Ibid.* Tom. 5.
Lil. Gr. Gyraldi Opera 2 Tom. *Lugdun. Batav.* 1696

H.

Theodor. Hackspanii Miscellanea Sacra 8vo. *Altdorf.* 1660
Rich. Hacklut's Voyages 3 Vol. *Lond.* 1598
Alexand. Hales. vid. Alef.
Jo. Hales's Sermons 4to. *Lond.* 1673
Pet. Halloixii, Origenis Vita, ——
Henr. Hammondi Opera 4 Vol. *Lond.* 1684, &c.
J. Bapt. Hansenius de jurejurando Veterum, vid. Græv. Thesaur. Antiq. Roman. Tom. 5
Harpocrationis Lexicon in Decem Rhetores, Gr. 4to. *Parif.* 1614
Haymonis Homiliæ. *Colon.* 1536
Rob. Heggi Lect. in aliquot loca Script. 4to. *Lond.* 1647
Jo. Hen. Heidegger. de Libert. a Lege Cibaria. 4to. *Tiguri*, 1678
Fridericus Heinsius de Probat. per Ignem & Aquam, 4to. 1620
Dan. Heinsii Aristarchus, vid. Nonnus Panopolis.
—— Exercitat. Sacræ ad Novum Testam. *Lugdun. Batav.* 1639
—— Crepundia Siliana, 12mo. *Cantab.* 1646
Heliodori Emissen. Æthiopica Gr L 8vo. *Parif.* 1619
Heracliti Epistolæ, Gr. L. *Aurel. Allobr.* 1606
Desid. Heraldi Comment. in Tertullian. Apolog. & Digressiones, 4to. *Lut. Parif.* 1613
Herban. Judæus. vid. Gregent.
Ed. Herbertus de Religione Gentilium 8vo. *Amstel.* 1700
Hermogeniv Rhetorica Gr. cum Comment. Sopatri & Marcelleni, *Venet* 1509
Herodiani Historia, Gr. L. 8vo. *Oxon.* 1699
Herodotus, cum Græc. Scholiis 4to. *Rapheleng.* 1603
Hesychius Presbyter Hierof. in Levit. *Basil.* 1527
Hesychii Lexicon Gr. 4to. *Lugd. Batav. & Roterod.* 1668
P. Heylin's History of the Sab. 4to. *Lond.* 1636
—— Geography, *Lond.* 1665
Hierocles in Pythagor. Aurea Carmina Gr. L. 8vo. *Cantab.* 1709
S. Hieronymi Opera 5 Tom. *Parif.* 1693, &c.
Hippocratis Opera, Gr. L. *Franc.* 1624
Homeri Il. & Odys. Gr. L. 4to. *Cant.* 1711 & cum Notis Eustathii, Gr. *Basil.* 1559, 1560
Nic. Honiger de reb. gestis Turc. sub Solyman 8vo. *Basil.* 1477
Horatius in 4to. *Cantab.* 1711
—— Cum Schol. Acron. 4to. *Basil.* 1555
G. Hornii Origenes American. 8vo. *Hag.* 1652
—— Historia Philosophica, 4to. *Lugd. Bat.* 1655

Horus

Horus Apollo & Caussini Observationes. 8vo. *Parif.* 1634
— Et cum Merceri & Hoeichelii Observat. 4to. *August. Vindel.* 1594
Rod. Hospinianus, de Origine Templorum &c. *Tigur.* 1593
— De Orig. Festorum Jud. Græc. &c. *Tigur.* 1618
Jo. Henr. Hottingeri Thesaurus Philologicus, 4to. *Tigur.* 1649
— Historia Orientalis 4to. *Ib.* 1651
— Analecta Hist. Theol. 8vo. *Ib.* 1652
— Juris Hebr. Leges, *Ib.* 1655
— Exercitat. Anti-Morin. de Pentateucho Samaritano 4to. *Ib.* 1644
— Dissertationes Theolog. 4to. *Heidelberg.* 1660
— Smegma Orientale 4to. *Ibid.* 1658
— Cippi Hebraici, 8vo. *Ib.* 1662
Pet. Dan. Huetii Demonstratio Evangelica *Par.* 1679
Hugo Cardinalis, in Exod. *Col. Agrip.* 1611
C. Jul. Hygenus de Agrorum Limitibus 4to. *Par.* 1554

I.

Jamblichi Vita Pythagoræ, & Orationes, Gr. L. 4to. *Franeker.* 1598
— De Mysteriis, Gr. L. *Oxon.* 1678
S. Ignatii Epistolæ. vid. Patr. Apost.
Inig. Jones Stoneheng Restored, *Lond.* 1655
Fl. Josephi Opera, Gr. L. *Oxon.* 1700
— De Bello Judaico, cum Versione Rufini *Genev.* 1634
S. Irenæus, *Oxon.* 1702.
Isidori Episc. Hispal. Opera *Parif.* 1601
Isidori Pelusiotæ Opera, Gr. L. *Parif.* 1638
Isidori Philosophi Vita, auctore Damascio, vid. Photiï Biblioth.
Isocrates, Gr. L. 8vo. — 1604
Isychius. vid. Hesych.
Julian. vid. Cyril.
Hadr. Junius de Coma 8vo. *Francof.* 1604
— Animadversa *Ibid.*
Junius & Tremellius. vid. Bibl.
Jus Græco-Romanorum Canonic. & Civile 2 Tom. *Francof.* 1596
Justinus Martyr, Gr. L. *Londin.* 1722
— *Parif.* 1637
M. J. Justini Epitome Trogi Pomp. 8vo. *Amstelod.* 1659
Juvenal & Persius, cum Comm. E. Lubini 4to. *Hanov.* 1603

K.

Heinr. Kippingi Antiquitates Roman. 8vo. *Lugd. Bat.* 1713
Athanasios Kircheri Oedipus Ægyptiacus 3 T. *Rom.* 1652
— Obeliscus Pamphilius *Rom.* 1650
— Lingua Ægyptiaca Restituta & Lexicon Copticum 4to. *Rom.* 1644
— Prodromus Coptus 4to. *Rom.* 1636
Conrad. Kircheri Concordantiæ V. Test. Græcæ 4to. *Francof.* 1607
Jo. Kirchmannus, de Funeribus Romanorum 12mo. *Hamburg.* 1605

L.

Lactantius, 8vo. *Cantab.* 1635
Æl. Lampridius. vid. August. Histor.
Cornelius A Lapide, Comment. in Pentateuchum *Antverp.* 1671
— In Hos. *Ib.* 1673
— In Prophet. Minor. *Ib.* 1673
In Sap. *Par.* 1639
Joseph. Laurentii Polymathia *Lugdun.* 1666
Jo. Leonis Africani Descriptio Africæ. 12mo. *Lugd.* 1632
Leo Modena's History of the Jews 12mo *Lond.* 1707
Leonis Magni Opera. vid. Bibliothec. Patr. Maxim. Tom. 7.
Jacob. Leonitius de Cherubinia, 4to. *Amstelod.* 1647
Lexicon Polyglot. vid. Castel.
Libanii Rhetoris Oratio pro Templis, Gr. L. 4to. — 1634
— Declamationes, Gr. L. *Parif.* 1606
Fort. Licetus de Lucernis Antiq. *Utin.* 1652
Jo. Lighfoot. Horæ Hebraicæ in S. Matth. 4to. *Cantab.* 1658
— In S. Johan. 4to. *Lond.* 1671
— In 1 Ep. ad Cor. 4to. *Cantab.* 1664
Ligorius, de Vehiculis —
Luc. de Lindæ Descriptio Orbis, 8vo. *Lugd. Batav.* 1655
Jost. Lipsii Opera 2 Tom. *Lugd.* 1613
— Saturnalium Sermon. Libri duo vid. Græv. Rom. Antiq. Tom. 9.
— Commentar. in Tacitum, *Antverp.* 1617
T. Livius 3 T. 8vo. *Amstel.* 1644
Jo. Lomeierus, de Veterum Gent. Lustrationibus 4to. *Ultraject.* 1681
Ph. Lonicerus de Turcis, &c. *Franc. ad M.* 1578
Jo. Lorini Comment. in Numer. *Col. Agrip.* 1623
M. An. Lucanus De Bello Civili, 8o. *Lugd. Batav. & Roterod.* 1669
Luciani Samosatensis Opera, Gr. L. *Parif.* 1615
Lucillii Epigrammata, Gr. 4to. — 1666
C. Lucilii Satyræ Reliq. 4to. *Lugd. Bat.* 1597
T. Lucretius cum Paraphr. & Animadvers. J. Nardii, 4to. *Florent.* 1647
— Cum Notis Creech 8vo. *Oxon.* 1695
Job. Ludolfi Historia Æthiopica *Franc. ad Mæn.* 1681
— Comment. ad Hist. Æth. *Ibid.* 1691
Nic. de Lyr. Postilla ad Biblia *Duac.* 1617

M.

Æmil. Macer. de Gemmis —
Aur. Theod. Macrobius, 8vo. *Lond.* 1694
J. P. Maffeii Historia Indica, 8vo. *Antverp.* 1605
Hieron. Magii Miscellanea, 8vo. *Franc.* 1604
Olai Magni Historia Gentium Septentrionalium *Rom.* 1555
Mich. Maieri Hieroglyphica, 4to. —
Tho. Malvenda in Pentac. *Lugdun.* 1650
Marcellinus, vid. Hermog.
Am. Marcellinus, *Parif.* 1681
Marini Neopolitani Vita Procli Gr. L. *Hamburg.* 1618
Joh. Marshami Chronicus Canon. Ægyptiacus &c. *Lond.* 1672
M. Ant. Marsilii Hydragiologia 4to. *Rom.* 1605
M. V. Martialis Epigrammata, 8vo. *Lugd.* 1661
— Cum Notis Th. Farnabii 12mo. *Amstelod.* 1654
— Cum Notis Variorum. *Lutet. Par.* 1617
Raim. Martini Pugio Fidei *Lipf.* 1687
Mat. Martini Lexicon Philologicum *Bremæ.* 1613
Petr. Martyr. Comment. in 2 Samuel. *Tigur.* 1575
Andr. Masius, in Josh. *Antverp.* 1574
Maximus Tyrius, Gr. L. 8vo. *Cantab.* 1703
Barth. Mayeri Philologia Sacra, sive Prodromos Chald. 12mo. *Lipf.* 1619
Jos. Medi Opera. *Lond.* 1672
Sixt. Medices de Fœnore Judæorum 4to. *Venet.* 1555
Pompon. Mela de situ Orbis, cum If. Vossii Observat. 4to. *Haga Com.* 1658
Melanthes de Sacrificiis.
Menandri Fragmenta, Gr. L. *Amstelod.* 1709
Menasseh Ben-Israel de Resurrectione mortuorum, 8vo. *Amstelod.* 1636
— Conciliator, 4to. *Francofurt.* 1633
Jo. Steph. Menochius de Republica Hebr. *Parif.* 1648
— Comment. in Biblia 2 Tom. *Col. Agr.* 1630
Joh. Merceri Comment. in Genes. *Genev.* 1598
— In Job. *Lugd. Bat.* 1651
Mercurii Trismegisti Opera Gr. L. —
— Pœmander, Gr. L. 4to. *Burdigal.* 1574
F. M. Mersenni Quæst. & Comment. in Genes. *Lut. Par.* 1623
Paul. Merula, in Ennii Annal. 4to. *Lugdun.* 1595
Joan. Meursii Auctarium Philologicum. 8vo. *Lugd.* 1601
— Græcia Feriata, & Eleusinia, 4to. *Lugdun.* 1719
— De Funere. vid Gronov. Græc. Antiq. Vol. 11.
— Denarius Pythagoricus, *Ibid.* Vol. 9.
— Spicilegia in Theocritum —
Mat. a Michou de Sarmatia. vid. Nov. Orb.
Ant. Milliei Moyses Viator. P. 1. —
Minucius Felix 8vo. *Lugd.* 1672. & *Cantab.* 1712
Franc. Moncæius de Vitulo Aureo, vid. Critic. Sacr. T. 9.
Q. Montacutii Analecta Ecclesiasticarum Exercitationum, *Londin.* 1622
— Apparatus ad Origines Ecclesiasticas, *Oxon.* 1635
— Originum Ecclesiasticarum Pars prior, *Londin.* 1636
— Pars posterior. *Ibid.* 1640
Henrici a Monteacuto Dæmonis Mimica 8vo. *Parif.* 1612
Ar. Montanos. vid. Ar.
Petr. Morestellus de Pompa Ferali. vid. Græv. Rom. Antiq. Tom. 12.

7 Q 2

Alex.

Alex. Mori Not. ad quædam loca Novi Fœd. *Lond.* 1661
H. More's Enquiry into the Mystery of Iniquity *Lond.* 1664
Jo. Morinus de Sacris Ecclesiæ Ordinationibus, *Antverp.* 1695
—— Exercitationes Biblicæ, *Parif.* 1660
Manuel. Moschopulus de ratione examinandæ orationis, Gr. 4to. *Lutet.* 1545
St. le Moyn. Varia facra 4to. 2 Tom. *Lugdun.* 1685
Sim. de Muis Varia Sacr. vid. Critic. Sac. T. 9.
—— Comment. in Psalm. *Parif.* 1630
Seb. Munsteri Annot. in Pentat. vid. Critic. Sacr. Tom. 1.
Wolfgang. Musculi Comment. in Genes. *Basil.* 1600

N.

Jo. Eufeb. Nierembergius, de Origine S. Scripturæ *Lugd.* 1641
Jul. Nigronus, de Caliga 12mo. *Amstel.* 1667
Fl. Nobilius in LXXII Interp. vid. Polyglot. Waltoo. T. 6.
Lud. Nonnius de Re Cibaria, 4to. *Antverp.* 1646
Nonni Panopolit. Paraphras. in S. Joheo. Gr. L. & Heinsii Exercitationes, 8vo. *Lugd. Bat.* 1627
—— Dionysiaca, Gr. 4to. *Antverp.* 1569
Aloyf. Novarini Electa Sacra, *Lugdun.* 1629
—— Schediasmata Sacra-Prophana *Ibid.* 1635

O.

Oecumenii Exeges. in Acta Apost. &c Gr. L. *Parif.* 1631
Hier. Oleaster in Pentateuch. *Lugdun.* 1589
Oppianus, de Venatione, &c. Gr. L. 8vo. *Lugd. Bat.* 1597
Oracula Sibyllina & Chaldaica, Gr. L. cum Schol. 8vo. *Parif.* 1599 & 4to. *Amstel.* 1689
Novus Orbis Regionum, &c. *Basil.* 1555
Oribasii Collectanea & de Virtute Simpl. Medic. Gr. ——
Origenes contr. Celsum, Gr. L. 4to. *Cantab.* 1658
—— Comment. Sac. Script. 2 Vol. Gr. L. *Parif.* 1679
—— Homiliæ Lat. *Basil.* 1571
—— Dialogus contra Marcionites, Gr. L. cum Not. Wetsten. 4to. *Basil.* 1674
—— Φιλοσοφέμενα, Gr. L. vid. Gron. Thesaur. Græc. Vol. 10 ——
Orphei Hymni, Gr. —— 1566
Orus, vid. Horus
Ovidii Opera 3 T. 8vo. *Lugd.* 1663
Gul. Outram. de Sacrificiis, 4to. *Lond.* 1677

P.

Palladius de Re Rustica, 8vo. *Lugdun.* 1449
Pepinius. vid. Stetius
David. Perei Comment. in 1 ad Corinth. *Francof.* 1647
Parthenii Nic. Erotica, Gr. L. 8vo. *Parif.* 1675
Carol. Paschalius de Coronis 4to. *Parif* 1610
Petrus Apostolici Gr. L. 2 Vol. *Amst.* 1724
Patrum Bibliotheca Gr. Lat. 2 Tom. *Parif.* 1624
Patrum Bibliotheca Maxima, 27 Tom. *Lugdun.* 1677
Fr. Patricii Discussiones Peripateticæ *Basil.* 1581
Paulini Episcopi Nolani Opere, 8vo. *Antverp.* 1622
M. Paulus Venetus de Regionibus Oriental. vid. Nov. Orbis
Pausaniæ, Græciæ Descriptio, Gr. Lat. *Lips.* 1696
C. Pellicani Comment. in Biblia, 6 T. *Tigur.* 1536 &c.
Bened. Pererii Comment. in Genes. *Colon. Agrip.* 1606
W. Perkins's Exposition of the Apost. Creed. *Lond.* 1623
Nic. Perotti Cornucopia, *Basil.* 1532
Persius, vid. Juvenal.
Dion. Petavii Theologica Dogmata 8 Tom. *Parif.* 1644
—— Doctrina Temporum, *ib.* 1627
—— Uranologion, sive Systema Auctorum de Sphæra, &c. Gr. L. *Ib.* 1630
Sam. Petiti Miscellanea 4to. *Ibid.*
—— Variæ Lectiones 4to. *Ib.* 1633 & in Critic. Sacr. Vol. 9.
—— Eclogæ Chronologicæ, 4to. *Ib.* 1632
—— Leges Atticæ, *Ib.* 1635
T. Petronii Arbitri Satyricon & Fragmenta 4to. 1629
—— Satyricon 8vo. *Amstelod.* 1669
Phavorini Lexicon Gr. *Basil.* 1538
Philo Judæus, Gr. L. *Parif.* 1640
Philo Byblius & Sanchuniathon de Phœnicum theologia. vid. Eufeb. Præp. Evang. Lib. 1. cap. 10. &c.
Joan. Philoponus, de Mundi Creatione Gr. L. 4to. *Vien. Austr.* 1630
Philostratus, Gr. L. *Lips.* 1709
Phlegon Trall. de Longævis, Gr. Lat. 4to *Lugd. Bat.* 1620
Photii Epistolæ, Gr. L. *Lond.* 1651
—— Bibliotheca, Gr. L. *Rothom.* 1653
J. Pierii Hieroglyphica, *Lugd.* 1626
Laur. Pignorius de Magnæ Deum Matris initiis. vid. Gronov. Antiq. Græc. Vol. 7
—— Mensæ Isiacæ Expositio 4to. *Francof.* 1608
Pii II. Pont. Max. Descriptio Asiæ Europæque, 8vo. *Parif.* 1534
Pindari Opera, cum Græc. Schol. Gr. L. 4to. *Parif.* 1599
Jo. de Pineda de Rebus Salomonis *Lugd.* 1609
—— Comment. in Job. 2 Tom. *Colon. Agrip.* 1600, 1602
Johan. Piscator in Ezechiel, 8vo. *Herb. Nassov.* 1614
—— In Minores Prophetes. 8vo. *Ibid.* 1625
—— In Psalmos, *Ibid.* 1618
Th. Pius, de Divortiis Judæorum, 4to. *Londin.* 1603
Plato de Republica, Gr. L. 8vo. *Cant.* 1713
Platonis Opera, 3 Tom. Gr. L. *Parif.* 1578
Plautus, 8vo. *Lugdun. Bat. & Roter.* 1669
C. Plinii Cæcil. Secundi Panegyricus, 8vo. *Oxon.* 1677
C. Plinii Nat. Hist. 8vo. 3 Tom. *Lugd. Batav. & Roterod.* 1669
R. Plot's Natural History of Oxfordshire *Oxf.* 1705
Plutarchi Opera, Gr. L. 2 Tom. *Lut. Par.* 1624
Edv. Pocock. Notæ Miscellaneæ, ad varia Script. Loca, 4to. *Oxon.* 1654
Amand. Polanus in Ezec. 4to. *Basil.* 1608
Jul. Pollucis Onomasticon, Gr. Lat. *Amstel.* 1706
Polyæni Stratagemata, Gr. L. 12mo. *Genev.* 1589
Polyglot. vid. Bibl.
Pontificale Romanum, *Antverp.* 1663
Porphyrius de Abstinentia &c. Gr. L. 8vo. *Cantab.* 1655
Anton. Possevini Apparatus Sacer, *Colon. Agrip.* 1608
Guil. Postellus de Originibus Etruriæ ——
Pracos. vid. Villalpandus
Jo. Prideaux Orationes Inaugurales, *Oxon.* 1648
Primasius, in Epist. Pauli. vid. Bibl. Patr. T. 1.
Procli Diad. Lyc. Chrestomathia Poetica Gr. L. 4to. *Hanov.* 1615
—— Comm. in Platonis Timæum, Gr. *Basil.* 1534
—— De Sacrificio & Magia, Lat. 12mo. —— 1570
Procopii Cæsariensis Historia Gr. Lat. *Parif.* 1662
Procopii Gazæi Comment. in Octateuchum, Lat. —— 1560
—— In Reg. & Paralipom. Gr. L. 4to. *Lugd.* 1620
—— In Esaiam, Gr. L. *Parif.* 1580
—— De Prodigiis, vid. Spencer
Propertius, 12mo. *Londin.* 1715
Aurelii Prudentii Clem. Opera, 4to. *Parif.* 1687
W. Prynn's Histrio-Mastrix, 4to. *Lond.* 1633
Mich. Pselli Scholia in Oracul. vid. Orac.
—— De Operatione Dæmonum Gr. L.
Claud. Ptolemæi Geographie, Gr. L. *Lugd. Bat.* 1618
Sam. Purchas's Pilgrims, Part. 1. *Lond.* 1625

Q.

Jo. Andr. Quenstedius, de Sepultura Veterum. vid. Gronov. Antiq. Græc. Vol. 11.
M. Fab. Quintiliani Opera 3 Vol. 4to. *Lugd. Bat.* 1720

R.

Radulphi Flaviâcensis Comment. in Levit. *Lugd.* 1677
Radzevili Jerosolym. Peregrinatio *Antver.* 1614
Leur. Ramirez Πεντηκοντάρχος 4to. *Ib.* 1612
Ravisii Epitheta ——

Th.

Th. Reinesii, Inscriptiones Antiqui. *Lips.* 1682
Nic. Remigius de Dæmonolatria, 4to. *Lugdun.* 1595
Fr. Ribera in Ep. ad Hebr. 8vo. *Colon.* 1600
——— De Templo, &c. 8vo. *Antverp.* 1593
Jul. Richeltus, de Amuletis.
Paul. Ricius, de Cœlesti Agricultura, *Basil.* 1587
Andr. Riveti Opera Theologica, 3 Tom. *Roterodam.* 1651
Martini de Roa, Singularia Loca 4to. *Cordub.* 1600
——— Singolarium S. Scripturæ, Pars 2. 8vo. *Lugdun.* 1634
Jo. Rosini & T. Dempsteri Antiquitates Romanæ *Lut. Paris.* 1613
Fr. Rous. & Zac. Bogan. Archæolog. Atticæ, 4to. *Oxon.* 1675
Philip. Rubeni Electa, 4to. *Antverp.* 1608
Fr. Rueus. vid. Fr. Vallesiur.
Rufini Aquil. Presb. Historia Ecclesiastica, *Basil.* 1611
Rutilii Claodii Itinerarium, cum Barthii Animadverf. 8vo. *Francof.* 1623

S.

T. S. Syntagma de Druidum Moribus 12mo. *London.* 1664
Jacob. Saliani Annales Eccles. 6 Tom. *Colon. Agrip.* 1620, &c.
Cl. Salmasius de Annis Climactericis 8vo. *Lugdun.* 1648
——— De Fœnore Trapezitico, 8vo. *Ib.* 1640
——— De Usuris 8vo. *Ib.* 1638
——— De Hyssopo & Cruce — —
——— Plinianæ Exercitationes in C. Jul. Solini Polyhistora *Paris.* 1629
——— Notæ in Dedicat. Stat. Reg. ——
Sanchuniathon. vid. Phil. Bybl.
Casp. Sanctii Comment in 4 libr. Regum, &c. *Antverp.* 1624
——— In Act. Apost. 4to. *Lugdun.* 1616
——— In 12 Prophet. minores & Baruc. *Ib.* 1621
——— In Psalm. 8vo. *Herborn. Nassov.* 1618
——— In Machab &c. *Lugdun.* 1628
——— In Isaiam. *Mogunt.* 1616
——— In Jeremiam, *Lugdun.* 1618
Alex. Sardos, de Moribus & Ritibus Gent. 12mo. *Amberg.* 1599
Jo. Saubertus de Sacrificiis 8vo. *Jen.* 1659
Fr. Seacchi Sacr. Eleochrismatωv Myrothecia, *Amst.* 1701
Jul. Cæsar. Scaligeri Exercitationes Exotericæ, 8vo. *Hanov.* 1620
Jos. Just. Scaligeri, Elenchus Trihæresii N. Serarii 4to. *Arnhem.* 1619
——— De Emendatione Temporum, cum Veterum Græc. Fragmentis *Col. Allobr.* 1629
——— Epistolæ, 4to. *Paris.* 1610
——— Notæ in Eusebii Chronicon cum 3 Libr. Isagogicorum Canonum *Amstel.* 1658
Jo. Scapulæ Lexicon Græco Lat. *Lond.* 1637
El. Schedius de Diis Germanis —— .
Jo. Scheffer de Antiquorum Torquibus. vid. Græv. Rom. Ant. Tom. 12
——— De Re Vehiculari, ——
Wil. Schickardi jus Regium Hebræorum, 4to. *Argent.* 1625
——— Tarich, seu Series Regum Persiæ, 4to. *Tubing.* 1628
——— Bechinath Happeruschim, seu Prodromus Examinis Comment. Rabbin. 4to. *Ib.* 1624
Scholia Græca in Acta Apost. — —
Mart. Schoockii Disquisit. circa Decalogum, 12mo. *Groning.* 1660
Abr. Sculteti Exercitationes Evangelica, vid. Critic. Sacr. T. 6.
Jo. Selden's Titles of Honour, *Lond.* 1631
——— De Jur. Nat. & Gent. *Ib.* 1640
——— De Successione in Bona Defunctorum & in Pontificatum, 4to. *Francof.* 1673
——— De Synedriis, 4to. *London.* 1650, &c.
——— De Diis Syris, 8vo. *Lug. Bat.* 1629
——— Eutychii Ecclesiæ Alexandrinæ Origines 4to. *London.* 1642
——— Analecta Anglo-Britannica, *Ibid.* 1726
——— History of Tithes, 4to. *Ibid.* 1618
——— De Anno Civili Vet. Jud. *Ibid.* 1644
——— Marmora Arundeliana, *Ibid.*
L. An. Senecæ Tragœdiæ, 8vo. *Amstel.* 1662
——— Opera Philosophica, *Antverp.* 1632
Nic. Serarius in Tobiam, &c. *Mogunt.* 1610
——— Opuscula Theologica, *Ibid.* 1611
Severianus Cab. Episc. de Mundi Creatione, Gr. L. *Paris.* 1672
Sulp. Severi Sacr. Histor. 8vo. *Lug. Bat.* 1654
Sextus Empiricus, Gr. L. *Lips.* 1718
Rob. Sheringham de Anglorum origine, 8vo. *Cantab.* 1670
Paul. Sherlng. Antiquitates Hebr. *Lugd.* 1651
——— Anteloqoia in Cantica Canticorum ——
C. Sol. Sidonius Apollinaris, 8vo. *Lugd.* 1552
Silius Italicus, 4to. *Traject. ad Rhen.* 1717
Jos. Simleri Comment. in Exod. *Tigur.* 1584
Gabr. Sionita de Orieotal. Urbibus & Morib. 4to. *Paris.* 1619
Jo. Smith, of Prophecy 4to. *Cambr.* 1673
Tho. Smith de Moribus Turcarum, 8vo. *Oxon.* 1674
Socratis & Sozomeni Ecclesiast Historia, Gr. L. *Cantab.* 1720
Sopater. vid. Hermog.
Solinus. vid. Salmas.
Sophocles, Gr. L. cum Scholiis, *Cantab.* 1665
Sopingius ———
Sozomen. vid. Socrat.
Frederic. Spanhemii Dubia Evangelica, 3 Part. 4to. *Genev.* 1651. &c.

7 B

Ezech. Spanhemius, de Præstantia & Usu Numismatum Antiq. 4to. *Amstel.* 1671. & *London.* 1706
Spartianus. vid. August. Histor.
Joh. Spencer of Prodigies, 8vo. *Lond.* 1665
Theoph. Spizelius de Re Literaria Sinensium. ——
Henr. Spondani Cœmeteria sacra, 4to. *Paris.* 1638
Pub. Statius, Papin. 8vo. *Paris.* 1530
——— Sylvæ. 8vo. *Cantab.* 1651
——— Cum Notis Variorum, 4to. *Paris.* 1618
Erasm. Stella de Borussiæ Antiq. vid. Nov. Orbis.
Prosp. Stellartius de Coronis & Tonsuris. 8vo. *Duac.* 1625
Jos. Stephanus Valentinus, de Bello sacro &c. 4to. *Oriol.* 1603
Hen. Stephani Thesaurus Ling. Græc. *Paris.* 1572
Stephanus de Urbibus, *Amstelod.* 1678
Joan. Stobæi Sententiæ &c. *Aurel. Allobrog.* 1609
Strabonis Geographia, Gr. L. *Amstel.* 1707
Jo. Guil. Stuckii Antiquitates Conviviales, &c. *Lugdun. Batav.* 1695
C. Suetonius, Tranq. *Paris.* 1610
Suidas Gr. L. *Cantab.* 1701
Georg. Sincelli Chronographia, Gr. L. *Paris.* 1652
Synodus in Trullo. vid. Bevereg. Pand. Canon.
Synesii Episc. Syren. Opera, Gr. L. *Par.* 1612

T.

C. Corn. Tacitus, *Paris.* 1608
Tatiani Assyr. Oratio ad Græcos, Gr. L. 8vo. *Oxon.* 1700
Achil. Tatii Isagoge ad Arati Phœnom. vid. Petavii Uranologion
——— De Clitophontis & Leucippes Amoribus, Gr. L. 12mo. *Lugd. Bat.* 1640
Lud. Tenæ Comment. in Epist. ad Hebræos *Lond.* 1661
Pub. Terentius, cum Notis Servii ——
Tertullianus, & Novatianus *Paris.* 1664
Nov. Testamentum Græc. Ed. Mil. *Roterodam.* 1710
Theocritus, cum Scholiis, Gr. 8vo. *Oxon.* 1676
Theodoriti Opera Gr. Lat. 4 Tom. *Paris.* 1642
Theodosianus Codex, *Lugd.* 1566
Theon. Smyrnæi Expositio Mathemat. Gr. Lat. 4to. *Paris.* 1644
Theophrastus, Gr. L. 8vo. *Cantab.* 1712
Theophylacti Comment. in Evangelia Gr. Lat. *Paris.* 1635
——— in D. Pauli Epist. Gr. Lat. *Lond.* 1636
——— In Acta Apost. Gr. Lat. *Colon.* 1567
Herb. Thorndike of Religious Assemblies, *Cambr.* 1642
Thucydides, Gr. L. *Oxon.* 1696
Ant. Thysii, Memorabilia, 12mo. *Lugd.* 1646

Tibul

Tibullus, vid. Catul.
Jacob. Tirini Comment. in V. & Nov. Test. 3 T. *Antv.* 1632
J. Phil. Tomasinus, de Donariis. vid. Græv. Antiq. Roman. Tom. 12.
Alphons. Tostati Abulensis Comment. in Pentateuch. & Regg. *Colon. Agrip.* 1613
Nic. Trigautius de Regno Chinæ, 12mo. *Lugd.* 1639
Trismegistus. vid. Mercur.
Adr. Turnebi Adversaria, 4to. *Aureliopol.* 1604
Franc. Turriani Defensio Canon. Apost. Advers. Magdeburgenses, 8vo. *Lutet.* 1573
——— Explanatio Constit. Apost. *Antverp.* 1578
If. Tzetzis. Comm. in Lycophron. Gr. 4to. *Par.* 1601

V.

Jos. Valentinus ad Mac. ———
Valerius Maximus, 4to. *Paris.* 1679
Henr. Valesii Vers. & Not. in C. Porphyrogennetæ Excerpta, 4to. *Par.* 1634
Fr. Vallesius de Philosophia sacra, & Fr. Ruaus de Gemmis. 8vo. *Lugd.* 1588
M. Ter. Varronis Opera, cum Notis Scaliger. 8vo. *Amstelod.* 1623
—— de Re Rust. 8vo *Lugd.* 1538
Fr. Vatablus ad Jes. & Ezech. vid. Critic. sacr. Tom. 4.
—— Ad Pentat. *Ibid.* T. 1.
—— Ad Psalm. *Paris.* 1556
Fl. Vegetius de Re Militari ——

Polyd. Vergilius de Rerum Inventoribus, 8vo. *Basil.* 1536
Simpl. Verini ad Just. Pacium Epistola, 8vo. *Hagiopol.* 1646
Verulam. vid. Bacon.
Vesalius de Vet. Ægypt. Ritibus, ——
Jos. Vicecom. Observationes Ecclesiasticæ 4 Vol. 4to. *Mediolan.* 1615
Aurel. Victor, 4to. *Paris.* 1681
J. B. Villalpandi & H. Pradi Comment. in Ezechiel. 3 T. *Rom.* 1596
Vincentii Bellovacensis speculum Historiæ 4 T. *Duac.* 1624
Virgilius, cum Notis Servii, 4to. *Paris.* 1532
—— Et 4to. *Colon.* 1620
—— Cum Notis Donati *Basil.* 1536
—— Cum Argumentis, Explic. & Notis Joh. Ludov. de la Cerda, *Lugdun.* 1617
R. Visorii Pseudo-Cherubi destructio ———
M. Vitruvius, de Architectura *Amstel.* 1649
J. Ulitius, vid. Grat.
Jos. de Voisin Theologia Judæorum, 4to. *Paris.* 1647
——— De Lege Divina ———
Gerard. Joan. Vossius, de Origine Idololatriæ *Amstel.* 1668
—— De Physiologia & Theologia. *Ibid.*
—— Etymologicon Linguæ Latinæ, & de Literarum permutatione, *Ib.* 1695
—— De Arte Grammatica *Ibid.*
Dionys. Vossius in Maimon. de Idololatr. *Amst.* 1668
If. Vossius de Sibyllinis Oraculis 4to. *London.* 1685

Jo. Hen. Ursinus, de Zoroastre, Hermete & Sanchuniathone, 12mo. *Norimb.* 1661
—— Analecta —— 1064
—— Quæstiones Biblicæ ——

W.

Ant. Walæi Opera, 2 Tom. *Lugd.* 1643
Jo. Wallisii Opera Mathematica 4to. *Oxon.* 1657
Br. Waltoni Biblia Polyglot. 6 Tom. *Lond.* 1657
Casp. Waser. de Antiquis Nummis Orientalium, 4to. *Tigur.* 1605
Jo. Weemie's Explanation of the Ceremonial Lavvs of Moses, 4to. *Lond.* 1636
M. Fr. Wendelin de Admirandis Nili, 4to. *Cantab.* 1648
J. R. Wetsten. vid. Origen.
Ja. Winder. de Vita Functorum, 4to. *London.* 1663
Herm. Witsii Ægyptiaca. 4to. *Amstel.* 1696
Jo. Chr. Wolfii Bibliotheca Hebræa, 4to. *Hamburg.* & *Lips.* 1715
Olai Wormii Danica Monumenta *Hafn.* 1643
W. Wotton's Miscellaneous Discourses concerning the Scribes & Pharisees, &c. 2 Vol. 8vo. *Lond.* 1718
Jo. Wovveri Polymathia, 4to. 1604

X.

Xenophon, Gr. L. *Lut. Par.* 1625
Jo. Xiphilini Epitome Histor. Dionis Gr. L. ——— 1592

INDEX Librorum Hebræorum, Chald. Syr. & Arabic.

A.

דון יצחק אברבנאל *Don Isaac Abarbanel* Commentarius Hebr. in Legem *Venet.* A. M. 5339
—— In Prophetas priores *Lips.* A. D. 1686
—— De Principio Anni, & Consecratione Novilunii, *Exod.* 12. 2. Dissertatio de Consecr. Novilun. a parte stat Rabbanitarum contra Karraitas. Illi sentiunt Consecrationem fieri debere Juxta Supputationem: hi, Juxta Lunæ visionem. Jo. Buxtorfius Fil. Hebraica Lat. vertit. 4to. *Basil.* 1660. *Abarb.* natus erat *Ulyssiponis Lusitan* A. M. 5197. Christi 1437 Negotiis *Alphonsi* V. aliorumque erat ab Aulicis. Cum cæteris Judæis exul patriam reliquit 1492. *Venetiis* vitam obiit, & *Patavii* sepultus A. D. 1508. Qui plura vult, legat *Bartoloccii* Bibliothec. Rabbin. T. 3. p. 887. & *Jo. Chr. Wolfii* Biblioth. Hebr. p. 627
אבן עזרא *Aben Ezra* Commentarius Hebr. in Biblia: vid. Buxtorf. Bibl. Hebr. *Ab. Ezr.* inter Rabbinorum doctissimos locum nactus est. Commentarius ejus est literalis. Brevis esse laborat, obscurus fit., Natu *Toletanus* *Romæ* vixit A. D. 1146. *Rhodi*, 1156: ibique obiit 1165.
Abh. vel Avodah Zarah: vid. *Misch.* Part. 4. Tract. 8. & *Jad. Chaz.* P. 1. L. 1. Tract. 4.
Aboth Hatummoth. vid. Tahora

Greg. Abul-Pharajii Historia *Dynastiarum.* Dynastia 1ma est, de Sanctis, ab Adamo. 2da de Judicibus Israelitarum. 3tia de Regibus Israel. 4ta de Reg. Chaldæorum. 5ta de Reg. quibus nomen *Magi.* 6ta de Reg. Græcorum. Idololatris. 7ma de Reg. Latino-Romanis. 8va de Reg. Græcorum Christianis. 8a de Reg. Arabum Moslematicis (Mohammedanis) 10a de Regibus Mogul. *Ab. Phar.* erat Medicus Malatiensis in *Armenia Minore*; religione Christianus, ex *Jacobitarum* Secta. Historia est ab Orbe condito ad ætatem suam, *viz.* A. D. 1284. Doctissimus *Edv. Pocock.* Ling. Heb. & Arabicæ apud Oxonienses Professor, Arabica Latine vertit: quibus etiam addidit *Supplementum. viz. Seriem Hist. Orientalis a Greg. Ab. Far. exitu ad sua usque tempora.* 4to. *Oxon.* 1663
—— *Specimen Histor. Arabum*; ex *Dynastiis* sumptum: viz. narratio brevis *originis* & *morum* Arabum: Arab. & Lat. cum *Notis e probatissimis apud* Arabes *Auctoribus* 4to. *Oxon.* 1650
אהרון מבית לוי *Aharon* sive *Aaron e domo Levi*, Barcelonensis *Hachinuch*, *Catechismus*; viz. Legis Præceptorum 613 Expositio; cum *Ritualibus* Judæorum; iis præcipue, quæ *R. If. Alphesi*, *Maimonides*, & *Nachmanides* explicant. *Venet.* 4to. 1691. Auctor obiit, 1292.
Albo vid. *Ikkarim.*
Al-Coran, i. e. *Liber* Mohammedanis *Legendus.* Editionem *Al-Coran*

Al-Coran aliis longe præstantiorem acceptam debemus *Ludovico Marraccio, e Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei*, INNOCENTIO XI. *olim Confessario*. Arabica Latine vertit, *appositis unicuique capiti notis, atque refutatione. His præmissus est Prodromus, in quo Mohammedis vita, ac res gestæ ex probatissimis apud Arabes Scriptoribus collectæ referuntur. Patavii* 2 Vol. 1698

Alfergani, alias *Alfra & Al-Fragani*: sive *Mohammed Ben Ketiri Ferganensis, Elementa Astronomica*. Auctor *Fraganæ* in *Persia* erat incola, A. D. 833. *Jacob. Golius* Arabica edidit cum Versione & *Notis ad res Exoticas sive Orientales*, Geographiam præcipue, illustrandas. 4to. *Amstelod.* 1669

ספר אמנה *Sepher Amanah, Liber Fidei*; viz. *Christiana* contra Judæos *Defensio*: Auctore Judæo Relig. Christianæ proselyto. *Paulus Fagius* Hebraica Latine vertit. *Isnæ*, A. D. 1542

ר׳ יצחק בן עראמה *R. Isaaci Ben Arama* Commentarius Hebr in Legem, cui titulus עקדת יצחק *ligatio Isaaci*, (*Genes* 22. 9.) Philosophico-Theologicus. *Aristotelis* doctrinæ de *mundi æternitate* adversatur: plurima quoque scribit, quæ spectant Ethica: *Venet.* A. M. 5325. Hispaniam exul reliquit, A. D. 1492.

ארבע טורים *Arba Turim*, Liber *Quatuor Ordinum*, Exod. 28. 17. viz. *semita vitæ*, Psal. 16. 11. *docebit scientiam*, Isa. 28. 9. *lapis auxilii*, 1 Sam. 7. 12. *pectorale Judicii*, Exod. 28. 15. His insunt Leges & instituta Judæorum, quæ vel in Gemarah, vel in Scriptis Juridicis extant. Auctor *R. Jacob. B. Ascher B. Jechiel* Germanus, ad Hispaniam iter fecit, & *Tales* Librum scripsit, A. D. 1340. Edit. *Venet* 1522. *Cracov.* 1539, &c.

—— Notæ Marginales, in *Pentateuchum* Cabbalisticæ, quibus nomen בעל הטורים *Baal Haturim*: vid. Bibl. *Buxtorf.*

Aruch. vid. Lexicon. Talm. & Chald.

Avenarius. vid. Lexicon Hebr.

Avodah Zarah. vid. Abhod.

R. Azariah. vid. Meor Enajim.

B.

Baal Haturim. vid. Arb. Tur.

Bbba, sive Bava Bathra. vid. *Mischn.* Part. 4. Tract. 3.

בחיי בן אשר בן חלאו *Bechai Ben Ascher B. Chalajo*, Aragonensis, *Elucidatio Legis* Literalis, Allegorica, & Cabalistica, *Venet.* A. D. 1566. Auctor vixit, 1291.

בנימן *Benjaminis Itinera*. Auctor *Tudela* natus, in regno Navar. Ad plures regiones iter fecit; & scripsit quodcunque vel vidit, vel ab Hispanis fide dignis accepit. *Castiliam* rediit, A. D. 1173. *Const L'Empereur ab Oppyck* Hebraica Latine vertit, Notasque addidit, *quibuscum contextus illustratur, tum errores multi perstringuntur*. 8vo. *Lug. Bat.* 1633

Berachoth. vid. *Mischn.* P. 1. Tract. 1. & *Maimon. Jad. Chaz.* P. 1. L. 2. Tract. 5.

Beth Habbechirah. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 8. Tract. 1.

Biath Hammikdasch. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 8. Tract. 3.

Biblia Sacra Polyglotta, i. e. Textus Originales, Hebraicus, cum *Pentateucho Samaritano*; Chaldaicus, Græcus, Versionesque Samaritanæ, Græcæ LXXII Interp. Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, Æthiopicæ, Persicæ, Vulg. Lat, cum Apparatu, Annotationibus &c. 6 Tom. Edit. *Brian. Walton.* S. T. D. *Londin.* 1687

Biblia Hebraica & Chaldaica, cum Masora (Critica Hebræorum Sacra) & selectissimis Hebræorum Interpretum Commentariis, & Targum, sive Textu Chaldaico; Edit. *Johan Buxtorfio* Linguæ Sanctæ in Academia Basiliensi Professore Ord. *Basil.* 1619

Biccurim, vid. *Misch.* P. 1. Tract. 11. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 7. Tract. 6.

C.

Camus. vid. Lexicon.

Cele Hammikdasch &c. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 8. Tract. 2.

Cethuboth. vid. *Mischn.* P. 3. Tract. 2.

Chaldaica Paraphrasis. vid. Biblia & Targum

Chanuchah. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 1. L. 3. Tract. 10.

חזקוני *Chezkuni*, potius *Chazkuni*, *fortificato me*, (*Judic.* 16. 28.) Commentarius est Heb. in *Pentateuch* literalis & mysticus: & Judæis in usu, ad Lectiones in Synagogis peragendas; Auctore חזקיה בן מנוח *Ghizkijah Ben. Manoach.* *Basil.* 1606

Cibi vetiti. vid. Macaloth Asuroth.

Cilaim. vid. *Mischn.* P. 1. Tract. 4. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 7. Tract. 1.

כוזרי *Cozri*, est disputatio de religione inter Regem *Cozaræorum* Ethnicum, & *R. Isa. Sangarum* Judæum: *R. Jehudah Levita*, Hispanus, circa an. Christi 1140. eam Lingua Arab. in ordinem redegit: eodem fere tempore *R. Jeh. Ab. Tybbon* Hebraice vertit: *J. Buxtorf.* Filius, Hebraica cum versione notisque edidit, 4to. *Basil.* 1660.

D.

דברי הימים *Dibbre Hajamim, Verba dierum*, sive, Annales de Vita & Morte Mosis. *Gilb. Gaulmyn Molinensis* ex MS. Exempl. Hebraice edidit, cum versione & notis; quibus insunt veteris Judæorum sapientiæ quædam monimenta 8vo. *Paris.* 1629

E.

Ebhel. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 4. L. 14. Tract. 4.

El. Levit. vid. Lexic.

Eliezer. vid. Pirke.

Eutychii, *contextio gemmarum*, sive Eutychii (cui nomen Arabice, *Said Ebn Batrick*) *Annales*. Auctor erat natu Ægyptius, religione Christianus: Medicus & Historicus: Theologiæ autem studiis versatus, A. D. 933. Alexandriæ, Patriarcha Sectæ *Melchitarum* erat electus. Annales ejus (ab orbe condito ad sua tempora) quam plurima tenent (vid. Selden. Præfat. ad Eutych. Origines Eccles. Alexandr.) *ad Historiam tum sacram tum profanam attinentia notatu dignissima, quæ nullibi omnino apud scriptores qui prostant, aliosve, quos mihi videre contigit, sive Græcos, sive Latinos, sive Ebraicos, sive Arabicos lecta*. Doctissimus *Pocock* Arabica Latine vertit; *Joh. Seldeno* Chorago, viz. impensis ejus edita 4to. *Oxon.* 1659

F.

Farajius. vid. Ab. Phar.

G.

Gabr. Sionita. vid. Geogr. Nubiens.

David Ganz. vid. Tzemach David

Gaulminus. vid. Dibhre Hajamim

Gemara, sive Commentarius Rabbinorum in Mischn. vid. Talmud

Geographus Nubiensis, est descriptio Septem Orbis Climatum veteris more Geographiæ. De *Asia & Africa* præcipue versatur: Europam (Hispaniam excipias ad quam Auctor iter fecit) breviter depingit. Epitome est Libri cui nomen *Relaxatio animi curiosi*, quem scripsit *Sharif Al. Adrisi*, Jussu *Rogeri* secundi, *Siciliæ* Regis, ad Globum terrestrem explicandum; A. D. 1153. *Gab. Sionita* Literarum *Syriac. & Arab.* Regis Galliæ Professor, & *Joan. Hesronita* earundem Interpres, Arabica Latine verterunt; quibus addunt *Tractatum de nonnullis Orientalium urbibus indigenarumque religione ac moribus*: 4to. *Paris.* 1619

Gerichom. vid. Levi

Ant. Giggeii Thesaurus Ling. Arab. *Mediolan.* 1632

H.

Habbechirah. vid. Beth Hab.
Hachinuk. vid. Aharon
Hackſpan. vid. Nizachon
Hajamim. vid. Dibhre
Hammikdaſch. vid. Biath
Hiſcuni. vid. Chisk.

I.

R. Jacob B. Aſcher. vid. Arba Turim.
Jabimoth. vid. Jebham.

פירוש יוסף אבן יחייא *Piruſch*, Paraphraſis *Joſephi Eben Jachija* in *Danielem*: *Paraphraſis* (inquit *L'Empereur*, qui Hebr. Latine cum notis reddidit) *brevis ac ſuccincta: quia dum Prophetam enarrat, auctor multa iſtius gentis dogmata inſpergit, de providentia Dei, Angelorum in homines imperio, adventu Meſſia, animæ conditione, vita æterna, ac aliis: adeo ut brevem Judæorum Theologiam hinc haurire liceat*; Diſcurſ. ad Lector. 4to. *Amſtel.* 1633.

Jad Chaz. vid. *Maimon.*

ר׳ שלמה ירחי *R. Schelomo*, vel *Salomon Jarchi*; dictus *Raſchi* & *Raſi*: alias, בן יצחק *Ben Iſaac*, ſive *Iſaacides* Commentarius in S. Script. vid. *Buxtorf.* Bibl. Hebr. Vixit circa annum Chriſti 1103. Natione fuit *Gallus*, patria *Trecenſis*. Inter omnes Legis Interpretes habetur princeps, ideo κατ' ἐξοχὴν dictus פרשנדתא i. e. מפרש הדת *Interpres Legis.* Brevis eſt & obſcurus; Hinc ביאורים *Elucidationes* extant in *Raſchi.*

Jebhammoth. vid. *Miſchn.* P. 3. Tract. 1. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 2. L. 4. Tract. 3.

Jeſode Torah. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 1. L. 1. Tract. 1.

עקרים *Ikkarim, Fundamenta*, ſive *Articuli fidei* Judaicæ tres, viz. *exiſtentia Dei, Lex Moſis, præmia & pœna* vitæ futuræ. Auctor *R. Joſephus Albo*, Hiſpanus, *Philoſophus*, ut ſibi volunt Judæi, *divinus*, vixit A. D. 1425. *Venet.* 1612

Ioma. vid. *Miſchn.* P. 2. Tract. 5. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 8. Tract. 8.

Jonathan. vid. *Targum*

יוסיפון *Joſippon*, ſive *Joſephi Ben-Gorionis* Hiſtoria Judaica. Judæi quidem, & Chriſtiani nonnulli ſibi volunt, Auctorem revera eſſe *Flavium Joſephum.* Hæc ſententia eſt *Munſteri*, qui *Joſephum*, mutilum autem *Baſil.* 1541. & *Breithaupts*, qui pleniorem, *Hebr.* & *Lat.* edidit; 4to. *Gotha* 1707. E contra quanto rectius *Scaliger*, in *Elench. Trihær.* cap. 4. qui *recentem admodum fuiſſe* colligit ex verbis *locorum quibus utitur, Tours, Amboiſe, Chinon. Quæ loca poſt* DC. *annos a natali Chriſti adhuc* Turones, Ambaſia, Kainon *vocabantur.* Qui plura vult, legat *Præfat.* doctiſſimi *Gagnier* ad Verſionem ſuam *Joſippi.* 4to. *Oxon.* 1706 & *Wolfii Biblioth. Heb.* p. 508. ex *Bartoloccii. Bibliothec. Rabben.* collect.

Iſchuth. vid. *Maimon Jad Chaz.* P. 2. L. 4. Tract. 1.
Iſſure Biah. vid. *Maimon Jad Chaz.* P. 2. L. 5. Tract. 1.
Iſſure Mitbeach. vid. *Maimon Jad Chaz.* P. 3. L. 8. Tract. 4.

K.

Kelaim. vid. Cilaim
Kiddusch Hachodeſch. vid. *Maimon Jad Chaz.* P. 1. L. 3. Tract. 8.

ר׳ דוד קמחי *R. David Kimchi*, Comment. in Prophetas &c. vid. *Buxtorf.* Bibl. Hebr.

—— ספר השרשים *Sepher Haſchoreſchim, Liber Radicum. Commentarius* ejus apud doctiſſimos optimus audit, quia mentem textus Hebræi literalem & grammaticalem explicat. *Liber Radicum* eſt Pars 2da, מכלול *Michlol* i. e. *Perfectionis*, ſive *Grammatica*, quam prius ediderat: *Venet.* 1552. *Kimchi* natu Hiſpanus, vixit circa annum Chriſti 1190.

L.

R. Levi Barzelon. vid. Aharon

ר׳ לוי בן גרשום *R. Levi fil. Gerſchom*, ſive *Gerſon* Hiſpani, vulgo dictus רלב״ג *Ralbag*, Commentarius in S. Script. præcipue Metaphyſicus. vid. *Buxtorf.* Bibl. Hebr. Arte erat medicus, philoſophia Ariſtotelicus. Obiit *Perpinian.* 1370

Lexicon Arabicum, *Jacob. Golii*, *Lugd. Bat.* 1653
—— Arabicum, cui nomen *Kamus* ſive *Camus*, i. e. *Oceanus*: Auctore *Firuzabio*, natu Perſico. vid. *Ant. Giggeii* Theſaur. Ling. Arab. *Mediolan.* 1632
—— Chaldaicum, Talmudicum, & Rabbinicum, *Johan. Buxtorfii, filii*, *Baſil.* 1639
—— Chaldaicum & Talmudicum, cui nomen ערוך *Aruch*, i. e. *Diſpoſitum Venet.* A. M. 5413. Auctor *R. Nathan Ben Jechiel, Ben Abraham*, Academiæ Romanæ Præſes, obiit *Romæ*, A. D. 1106
—— Hebraicum, *Jo. Avenarii*, *Witteberg.* 1589
—— Hebraicum & Chaldaicum, *Johan. Buxtorfii*, 8vo. *London.* 1646
—— Hebr. ſive Theſaurus Linguæ Sanctæ *S. Pagnini*, auctum opera *Jo. Merceri*, *Colon. Allobrog.* 1614
Hebraicum, *Forerii*
Heb. & Chald. *Joh. Coccei*, ſeu *Cocki*, *Amſt.* 1669
Hebræo-Barbarum, *E. Levita Thisbita*, 4to. *Iſna*, 1541
Hebraicum, *Seb. Munſteri* 8vo. *Froben.* 1564.
—— Heptaglotton, viz. Hebr. Chald. Syr. Samaritan. Æthiopic. Arabic. & Perſic. *Edmundi Caſtelli*, S. T. D. Linguæ Arabic. apud Cantabrigienſes Profeſſore *London.* 1669
—— Pentaglotton, viz. Hebr. Chald. Syr. Talmudico-Rabbin. & Arabic. *Valent. Schindleri*, *Francof. ad Mœn.* 1612
—— Theſaurus Linguæ Sanctæ, *Marc. Marini Brixiani*, *Venet.* 1593

Lulabh. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 1. L. 3. Tract. 6.

M.

Maacaloth Aſuroth. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 2. L. 5. Tract. 2.

Maaſar Scheni. vid. *Miſchn.* P. 1. Tract. 8. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 7. Tract. 5.

מגן הגבורים *Maggen Hagibborim, Clypeus Fortium.* ——

ר׳ משה בן מימון *R. Moſes Ben Maimon*, ſive Maimonides, dictus etiam *Rambam*, ex literis initial. & Moſes *Ægyptius*, quia (*Cordubæ* in Hiſpania quamvis natus circa A. D. 1131.) Ægypti diu Medicus vixit, ibique obiit circa 1208. Quantis laudibus *Maimonidem* ornaruot æque Chriſtiani ac Judæi, neminem fere latet. Judæis in ore eſt, *a Moſe* (Propheta) *ad Moſen* (Ægyptium) *non fuit ſicut Moſes. Doctoris Juſtitiæ; Luminis Captivitatis*, Scripta Rabbinica paſſim mentionem faciunt. *Joſ. Scaliger* & *Iſ. Caſaubon.* idem de *Maimonide* dicunt, quod *Plinius* de *Diod. Siculo*, viz. *primum illum inter ſuos deſiiſſe nugari*: ille, in *Epiſt.* ad *Iſ. Caſaubon.* p. 482. hic, in *Exercit.* contra *Baronium*, p. 438.

—— מורה נבוכים *Moreh Nebbochim, Doctor perplexorum*; cum Comment. *Ephodæi Schem Tobh*, *Venet.* 1551. ubi agitur de phraſibus, Metaphoris, Parabolis, Allegoriis, aliiſque S. Scripturæ difficillimis: Metaphyſicis tamen nimis indulget, quæ Philoſophi Arabici eum docuerant. Hunc Librum *Arabice* ſcriptum, *Sam. Tibbon* Diſcipulus Maimonidis, & *Jehuda fil. Schelomo Charifi* (de quo vid. *Pocock* in *Præfat.* ad *Port. Moſ.*) Hebraice verterunt. *Auguſtinus Juſtinianus*, Epiſcopus Nebienſis Hebr. Latine reddidit, *Paris.* 1520 accuratius autem *Buxtorfius Fil.* 4to. *Baſil.* 1629. Pars hujus Libri Tertia, *Zabiorum* antiquorum Idololatriæ ritus complectitur. Hinc doctiſſimus *Spencer* Leges Hebræorum Rituales explicandi anſam ſibi arripuit.

—— יד חזקה *Jad Chazakah*, *manus fortis*; alias משנה תורה *Miſchneh Torah*, *Duplicatum Legis*: eſt Compendium *Talmudis* Hebraicum: Noviſſima & pleniſſima omnium Editio cum Notis Variorum, prodiit, 4 Part. Fol. *Amſtelod.* 1702. Pars *Jad. Ch.* non minima,

Verſionem

Versionem Latinam acceptam refert doctissimis, *Episcopo de Landaff. H. Prideaux* S. T. P. *De Veil*, aliisque, qui de literis Hebraicis optime meriti sunt. Vehementer quidem optandum est, totum illud opus *Maimonidis* Latioa esse donatum. De hoc autem non desperaodam est, cum clarissimus *Wotton* S. T. P. nos certos fecerit, quendam sibi amicum plura Latine vertisse, qua in medium prodibuot, si otium sibi competat, rebos majoris momenti inpræsentiarum occupato. Vid. illius *Miscellanea*, Vol. 2. p. 278.

——— Præf. io Mischo. vid. Bab. Mosi
——— De Idololatria. vid. Abh. Zae.
——— De Fundamentis Legis. vid. Jesod. Tor.

Meilah vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 8. Tract. 9.

Melachim Umilchamothehem. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 4. L. 14. Tract. 5.

צדה לדרך *R. Menachem Ben Zarach* ר׳ מנחם בן זרח *Tzedah Ladderech*, *Viaticum* : *Genes.* 42. 25. Liber est Juridicus & Ritualis : 4to. *Saviones.* —— Auctor natus erat *Estella*, io regno *Navarra*. Inde Exol ad Hispaniam se recepit, & *Compluti* obiit, 1374.

ר׳ מנחם דריקנאטי *R. Menachem de Rakanati*, vel *Recinensis*, Italici, *Recineti* incolæ, Commentarius io Legem Allegoricos, *Lublin.* 1595. Auctor obiit, 1290.

מאור עינים *Meor Enajim*, *Lumen oculorum*, *Proverb.* 15. 30. Auctor, *R. Azariah de Rubeis*, natus erat *Mantua*, iocola *Ferrara*, sub finem Seculi XVI. Para prima agit, de *Terra motibus* qui contigerunt *Ferrara*, A. D. 1571. Secunda, est Historia *Aristea* de Versione τῶν LXX. Tertia est Historica & Philologica. Auctoe non tantum nd Hebræos, sed Ethnicos & Christianos, viz. *Ciceronem*, *Plutarchum*, *Plinium*, &c. *Origenem*, *Eusebium*, *Augustinum*, *Hieronymum*, aliosque provocat 4to. *Mantua* A. D. 1574

Middoth. vid. *Mischn.* P. 5. Tract. 10.

מדרש תהלים *Midrasch Tehillim*, *Commentarius* Allegoricus in *Psalmos*, *Venet.* A. D. 1546

Mischna. vid. Talmud

Moed Katon. vid. *Mischn.* P. 2. T. 11.

מאיר נתיב *R. Mordechai* (alias *Isaac*) *Nathan* ר׳ מרדכי נתן *Illuminans viam*, sive Concordantia Hebraica. Primus ille inter Judæos hujusmodi Librum scripsit, circa Ao. 1438. exemplo Christiaoorum, quod ipse io *Præf.* fatetur. *Venet.* 1524. & 1564 —— *Basil.* 1581 com *Indice Talmudico*, Aaronis Pisaurensis. *Marius a Calasio* Concordantias Hebr. pleniores edidit, cum Coovenientiis Lingg. *Arab. Syr.* 4 Vol. *Rom.* 1622. Accuratius autem & pleoius prodierunt *Concordantia Jo. Buxtorfii Patr.* Editore filio, *Basil.* 1632

Moses Ægyptius. vid. Maimon.

ר׳ משה בר נחמן *R. Mosis Bar Nachman* Gerundensis Hispaoi, (vulgo dicti *Ramban*) *Elucidatio in Legem* Cabbalistica, *Venet.* 1545 —— Editio ultima prodiit, *Cracov.* 1587. Auctor vixit Seculo Christi 130.

Mosis Vita. vid. Dibhr. Hajim.

באב מוסי *Bab Mosi*, *Porta Mosis*, sive Dissertationes *Maimonidis* suis in varias Mischnæ Partes Commentariis præmissæ, *qua ad universam fere Judæorum disciplinam aditum aperiunt* : Arabice (Typis autem Hebraicis) & Latine editæ : cum Notis doctissimi *Pocock*, *quæ studiorum Rabbinicorum & Arabicorum in genuino S. Scripturarum sensu eruendo, iisque explicandis usum, prolatis exemplis ostendunt, & commendatiorem reddunt.* 4to. *Oxon.* 1655

N.

Nathan. vid. Lexicon. Chald. & Talm.

Nazir. vid. *Mischn.* P. 3. Tract. 4. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 6. Tract. 3.

נצחון *Nitzachon*, alias *Nizachon*, *Victoria* : Liber contra Christianos, Sadducæos aliosque Scriptus ; Auctore *R. Lipman.* A. D. 1399. *Theodor. Hackspan*, *Vinariensis*, Ling. Sanct. Profes. *Altdorf.* Hebraica edidit. *Altdorf.* cum *Apologia pro Christianis adversus Lipmannum triumphantem* ; & *Tractatu de usu Librorum Rabbinicorum.* 4to. *Noriberg.* 1644. Extat *Nizachon* aliud, aotiquius, quod ex MS. Bibl. Argentorat. *Wagenseilius* edidit, cum cæteris ejusmodi scriptis in *Telis Igneis Satanæ*, adjuncta Versione Lat. Alius Liber est *Nizachon*, quem *Matathiam* sive *Matthiam* scripsisse aiunt Judæi.

O.

Onkelos. vid. Targum.

P.

Parah. vid. *Mischn.* P. 6. Tract. 4. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 10. Tract. 2.

Paraphrastes Hierololymitanus. vid. Targum.

Pentateuchus Arabicus, *Erpenii*, 4to. *Lugd. Bat.* 1622. Hanc Versionem Pent. Charactere Hebræo, in Mauritania olim editam, ex Bibliotheca *Jos. Scaligeri* typis Arabicis edidit *Erpenius*, sine Versione Lat. *quod, cum adeo accurate Ebrea veritati respondeat, Lat. versio interlinearis Aria Montani, nullo negotio, applicari ei possit, & Lectorem ducere.* vid. *Erpen. Epist. Dedicat.* & *Walton. Prolegom.* 14. ad *Polyglot.* §. 16.

Persa. vid. Tavvosius.

Pesach. vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 3. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 9. Tract. 1.

Pirke Abhoth. vid. Mischo. P. 4. Tract. 9.

פרקי ר׳ עליעזר *Pirke* (Capitula) *R. Eliezer* : sive Historia sacra aonorum 3400 ab Orbe condito ad *Mardochai* & *Estheris* tempora. Para aotem maxima Fabularum plena est. Editio ultima prodiit, *Cracov.* 1617. 4to. Judæi quidem recentiores magna loquuntur de antiquitate *R. Eliezer.* satis autem constat Auctorem *Pirke* oon ante A. D. 700. scripsisse, ex meotione facta de Imperio Arabico, quod Babylonico, Persico, Græco & Romano componit. Ante illud enim seculum, Arabes taotum dominii non nacti fuissent. Qui plura vult, legat *Morin. Exercit.* L. 2. *Exerc.* 11. cap. 2. & Præfat. *Guil. Henr. Vorstii*, qui Versionem *Pirke*, & Animadversiones edidit, 4to. *Lugdun. Bat.* 1644

Polyglot. vid. Bibl.

Porta Mosis. vid. Bab Mosi

Primitiæ. vid. Biccurim.

R.

Ralbag. vid. Levi

Rambam. vid. Maimon.

Ramban. vid. R. Mos. B. Nachm.

Rasi. vid. Jarchi

Rosch Haschnah. vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 8.

S.

R. Saadias Gaon, Judæus, Vet. Testamentum ex Hebræo Arabice vertit, typis autem Hebr. in usum Judæorum, qui longe lateque diffusi erant per imperia Saracenorum, qui religionem & linguam Arabicam ubique propagaraot. *Gaones*, i. e. *excellentes*, a גאון dicti erant Scholarum Babyloniæ Rectores, quorum dignitas evaonit circa an. Christi 1040: eorumque posteris nomen erat *Rabbini*. Versionis *Saadiæ* Pars tantum, (Pentateuchus) extat. Saadias sæpe Paraphrasten agit, modo *Onkelosum*, modo LXX, modo ingenium suum secutus. Qui plura vult, adeat *Walton*, *Prolegom.* 14. ad *Polygl.* de *Ling. Arab.* &c. §. 15. p. 95. & *Præfat. Pocock.* de variis lectionibus hujus Versionis ; in Polyglot. Tom. ult.

Sacrificia, vid. Zebachim

Saidus Barricides, vid. Eutychius

Salom. vel Selom. Jarchi. vid. Jarch.

Samaritana Versio Pentateuchi vid. Polyglot. *Walton.*

Sanhedrin. vid. *Mischn.* P. 4. Tract. 4. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 4. L. 14. Tract. 1.

Schabbath. vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 1. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 1. L. 3. Tract. 1.

Schekalim. vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 4.

R. Schem Tobh. vid. Maimon.

Schindler. vid. Lexicon

שלחן ערוך *Schulchan Aruch*, *Mensa instructa*: (*Ezech.* 23. 41.) *R. Jos. Karo* Hispani, Compendium Commentarii sui in *Arba Turim*, Ritualis & Juridici, cui nomen בית יוסף vid. *Arb. Tur. Venet.* A. M. 5327. Editio ultima cum Animadversionibus *Mosis Isarlis* & *Mos. B. Levi*, prodiit, *Amstelod.* A. D. 1698. 8vo.

ר׳ אברהם סבע *R. Abraham Seba* Lusitani Ulyssiponensis, Comment. Hebr. in Legem Moralis & Allegoricus, cui titulus *Tzeror Hammor. fasciculus Myrrha* (*Cantic.* I. 13.) *Venet.* A. M. 5327. Auctor vixit Secul. XVI.

Sicli. vid. Schekalim

Sotah. vid. *Mischn.* P. 3. Tract. 5. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 2. L. 4. Tract. 5.

Specimen Hist. Arab. vid. Abul-Phar.

Succah. vid. *Misch.* P. 2. Tract. 6. *Maimon. Jad Chaz.* P. 1. L. 3. Tract. 6.

Supellex Templi. vid. Chel. Hammikd.

Synedria. vid. Sanhedrin.

T.

Sepher Tahorah. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 3. L. 10. & *Mischn.* P. 6. Tract. 5.

תלמוד *Talmud*, Corpus doctrinæ Rabbinicæ, est Jus Civile & Canonicum Judæorum. Lex enim Mosis (ut sibi volunt) est obscura & imperfecta; in *Talmude* autem clara & perfecta. Hinc illis Lex duplex est; una, תורה שבכתב *Lex scripta*; altera, תורה שבעל פה *Lex oralis*. Talmud aliud est ירושלמי *Hierosolymitanum*; aliud בבלי *Babylonicum*. Illud *R. Jochanan* scripsit A. D. 230. & Judæis Israelitis in usu erat. Cum autem pauciores erant Judæi in terra Israelis; cum constitutiones ejus decisionesque erant non adeo perfectæ; auctoritas ejus erat imminuta. *Talmud Babylonicum* Judæis erat, in Babylonia aliisque locis peregrinis commorantibus: constat ex משנה *Mischna* & גמרא *Gemara*. *Mischna* est lex secundaria, quæ traditiones Patrum tenet a *Mose* ad *R. Jehudam*, cui titulus הקדוש *sanctus* & הנשיא *princeps*: vixit *Imperatore Antonino* A. D. 150. Omnium Judæorum sui temporis schedas & chartas collegit, ex quibus scripsit ספר משניות *librum Mischnaioth traditionum*. Hic liber Judæis tam Israelitis quam Babylonicis est Juris Corpus. *Gemara* est Rabbinorum commentarius in *Mischnam*: hinc *Mischna* & *Gemara* conjuncta integrum *Talmud* constituunt, cui nomen *Talmud Babylonicum*; quod absolutum & receptum est, A. D. 500. Editum 10 Vol *Amstelod.* 1646. Editionem *Mischna* optimam 6 Vol. doctissimo *Guil. Surenhusio* acceptam debemus cum suis aliorumque Versionibus, & Notis, & Commentariis integris *Maimonidis* & *Bartenora*, *Amstel.* 1698. &c.

Tamid vid. *Mischn.* P. 5. Tract. 9.

תרגום *Targum*, est Paraphrasis Vet. Testamenti Chaldaica. Originem suam acceptam refert Captivitati 70 annorum Babylonicæ. Judæi enim illo tempore, servorum more, Dominorum linguam didicerunt. Jugo isto excusso, postquam domum redierant, *Ezra* aliique qui a Sacris erant, in Synagogis Scripturas legebant *Hebraice* & *Chaldaice* explicabant. Hoc Judæi & Christiani colligunt, ex *Nehem.* 8. 8. *& legerunt in Libro Legis Dei explanate, & apposuerunt intellectum, & intellexerunt illam lectionem.* Ita loquitur *Talmud* in *Nedarim*, c. 4. fol. 37. col. 2. & in *Megillah*, c. 1. fol. 3. col. 1. *legerunt in libro illo, in Lege Dei*; *is fuit Textus Hebraicus*: *explanate*, *illud fuit Targum.* Hinc *Maimonides* in *Tephillah*, cap. 12. §. 10. dicit, *a diebus Ezra consueverunt habere interpretem, qui populo id interpretaretur, quod Lector in Lege prælegit, ut sensum verborum intelligerent.* Tres notæ insignioris sunt Paraphrases, *Onkelo* in Legem; *Jonathanis Ben Uzielis* in Prophetas; & *Josephi* cui nomen *Cæcus*, in Hagiographa. Alii volunt, *Onkelon* eundem esse cum *Akila*, qui *Antonino* Imperatore, *R. Eleasaris* tempore Proselytus, Targum in Prophetas & Hagiographa scripsit, quod hodierno die non extat: vid. *Schickard. Bechin. Happer. Disp.* 2. & *Helvic.* de *Chald. Par.* c. 2. Alii, *Aquilam* illum fuisse, qui primo Christianus, deinde Judæus Vet. Test. Græca reddidit. *Akilas* autem & *Onkelos* עקילס & אנקלוס nomine diversi sunt: *Onkelo Targum* est in Legem: *Akila*, in Prophetas & Hagiographa. *Onkelon* sub tempore Christi vixisse quidam volunt: vid. *Schickard* & *Helvic.* ub. supr. & *Mercer.* in *Genes.* 2. p. 102. *Aquilas* autem vixit circa An. Christi 130. *Onkelos* Interpretum primas nactus est: Stylus ejus est simplex & Biblicus; instar *Jerem.* cap. 10. v. 11. *Daniel.* c. 2. a vers. 4. ad fin. c. 3, 4, 5, 6, 7. integra. *Ezr.* c. 4. v. 8. ad fin. c. 5. integrum. c. 6. ad vers. 19. c. 7. a vers. 12. ad 27, quæ Chaldaice scripta sunt. De *Jonathane* non tanta lis movetur. Si Judæi vera loquuntur, Discipulus erat *Hillelis* Senioris qui post reditum ex Babylone (vid. *El. Levit.* Præfat. in *Methurg.*) ætatis anno 40 Academiæ Hierosol. Doctor erat, & per 40 annos erat Rector. Jonathanis condiscipulum quidam volunt Simonem illum, qui Christum ulnis excepisse dicitur; & *Gamalielem* S. Pauli Præceptorem. vid. *Schickard.* ub. supr. *Josephus Ben-Gorion* refert, *Herodem in honore supra modum habuisse Hillelem seniorem principem Pharisæorum & Sammas Discipulum ejus. Illi enim ab initio auctores fuerunt consilio suo plebi, ut eligerent Regem Herodem*: vid. Editionem Hebr. & Lat. *Breithaupti.* L. 5. cap. 13. p. 402. & Edit. lat. *Gagneri*, L. 6. cap. 50. p. 213. Hinc sequitur *Onkelon* & *Jonathan.* fuisse συγχρόνους Hillelis & Sammai illius, quorum sententias de variis rebus diversas sæpe narrat Talmud; unde adagium, *esto humilis ut Hillel, & non iracundus ut Sammaius.* De Jonathane audias *Buxtorf.* Fil. Præf. ad Lex. Chald. & Syr. quod *in Prophetis prioribus tum in sermone tum in re satis simplex est. In posterioribus autem, quod obscuriores, paullo liberior, allegoriis quandoque licentius indulgens.* Targum illud in Legem, *Jonathanis* vulgo dictum, est impurum, & fabulis abundat. Vetustatem tantam non sibi vendicare posse constat ex mentione סדרי מתניתא *Partium sive Ordinum Mischnaioth*, viz. Talmudis, (in *Exod.* 26. 9.) quæ ducentis post Christum annis scriptæ erant. Hoc *Targum* loquitur de Urbe *Constantinopoli*, *Num.* 24. 19, 24. Vers. etiam 24. de *Lombardia* & *Italia*; ubi pro למברניא *Lombarnia*, doct. *Bochartus* docet, legendum למברדיא *Lombardia*: *Geogr. Sacr.* P. I. L. 3. c. 5. Unde colligit, scriptum fuisse, *postquam in Italia Longobardi rerum potiebantur*, i. e. *post annum Christi* 570. *aut saltem quædam addidisse Judæos posteriores.* Rationes aliæ ex stylo & fabulis ejus petuntur: vid. *Buxtorf.* in *Abbreviat.* רשב״י Quis fuit Auctor Targum in Hagiogr. (cui titulus *Josephi Cæci*) nondum constat. Varios Auctores præ se ferre videtur. Vocibus plena est, a ling. Chald. alienis, græc. latin. &c. Partem ejus annos post Christ. 500 scriptam ex *Cant.* I. 2. & 2. 19. novimus, ubi mentio *Mischna & Talmudis cum explicatione* facta est. Targum illud in Legem, *Hierosolymitanum*, (quod Judæis Hierosolymitanis in usu erat) Incerti est Auctoris; mancum, & mutilum, & potius Commentarius quam Paraphrasis. Vocibus Persicis, gr. & lat. abundat. Paraphrases quasdam fuisse Christi & Apostolorum ætate antiquiores, colligi videtur ex Passione Dominica, ubi Salvator noster Cruci affixus, non ex Hebraico Psalterio עזבתני sed Chaldaico שבקתני σαβαχθανι exclamat *Mat.* 27. 46. Ejusdem fere momenti est Lectio illa Sabbatica, in Synagoga habita, *Luc.* 4. 16. &c. quæ neque Hebræis neque Græcis convenit. Dubium quidem movetur, quare Ecclesiæ Patres, Ling. Hebraicæ periti, *Epiphanius* præsertim, *Hieronymus*, cui de Versione sua tot lites erant; & *Origenes*, qui Hexapla primum, deinde octopla, (viz. tot Columnarum Biblia ex Hebræo textu, & variis Græcis Versionibus, e regione positis constantia) Targumim tam alto silentio præterirent. Hoc factum, probabile est, quia temporibus illis, Judæi in Christianos maxime sævire solebant, donec Christiani (Imperatoribus Religionis Christ. Proselytus) se suaque

que defendere possent; animi tamen illorum in se invicem adeo acerbi erant, ut Patres Christiani a Judæorum Libris abhorrerent; pauci de Hebræa vel Chaldaica Lingua soliciti erant; Nov. Tast. Græce scriptum, Vetus etiam Græce versum ab Apostolis accepissent; plures Teatum Hebr. corruptum esse credebant; Versionibus Græcis propter *notissimum Lingua Gr.* usum tanta erat auctoritas, ut Hebraicæ Veritati præferrentur. Vid. S. *Augustin. Epist.* 71. & *Hieron. Resp. Ep.* 75. Tom. 2. Persecutiones etiam adeo grassabantur, ut Linguarum studiis vacare vix quemvis penes erat. Christiani in rebus majoris momenti versati, vitæ gaudia futuræ avidi sperantes, pietatis officiis operam dabant, ut mundo *mortui, Deo viverent.*

Jacob. Tawvosus, vel *Tawusius* aut *Tusius* Judæus, ita dictus ab urbe *Tus*, Academia: Pentateuchum *Persice* vertit in usum Judæorum qui in *Persia* commorati sunt. Extat in *Walton. Polyglot.* Tom. 4. Observatu dignum est, hanc Versionem, vaticinium *Jacob* (de Sceptro Judæ auferendo) de *Messia* explicare. Hinc doctissimus *Walton.* contendit argumentum contra Judæos esse insolubile ad probandum Messiam jam venisse. *Prolegom.* 16. p. 102. §. 7.

Templi Suppellea. vid. Chel. Hammikd.

Tephillah. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 2. L. 2. Tract. 2.

Terumoth. vid. *Mischn.* P. 1. Tract. 6. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 2. L. 7. Tract. 3.

Taedah Ladder. vid. Menachem

צמח דוד *Tzemach.* (germen) *Davidis*, est Chronologia sacra & profana ab Orbe condito ad annum 5352, Christi 1592. Auctore *R. David. Ganz.* Pragæ, 1592 4to.

Guil. Henr. Vorstius Hebraica Latine vertit, edidit-que cum Versione *Pirk. Elieser*, & notis; *quibus etiam inserta sunt Hebræorum tam veterum quam recentiorum testimonia de* D. JESU, *nec non de pseudochristis Judæorum.* 4to. *Lugdun. Bat.* 1644

Tzeror Hammor. vid. Abraham Seba

V.

Vacca Rufa. vid. Par. Adum.

Uzielides, five Jonathan Ben Uziel. vid. Targum

Z.

Zebhachim. vid. Mischn. P. 5. Tract. 1.

זהר *Zohar, Splendor:* est Commentarius in Legem Cabbalisticus, (Auctore *R. Schimeon. Ben Jochai: Cremonæ* Edit. cum Commens. Var. A. M. 5319.) Hunc Librum, *Talmude* antiquiorem esse volunt Judæi, quia nullibi vel *Gemaræ* vel *Talmudis* mentionem facit: & in *Talmude*, nomen *R. Schimeon* sæpius refertur: e contra dici potest; quamvis cujusdam *R. Schimeon.* memoria per totum Talmud celebris sit, non tamen *Cabbala* ejus, sed *Decisiones* Juridicæ, & sententiæ in dubiis latæ laudantur. Hinc nihil causæ est quare *Zohar* ad *Gemaram* vel *Talmud* confugeret. Conjecturam faciunt docti *Zohar* prodiisse seculo Christi decimo tertio, quo tempore editus erat Liber ejusdem argumenti & styli, cui titulus מערכת האלהות *Maarecheth haelohuth, Dispositio Divinitatis:* Auctore *R. Peretz.* qui vixit circa an. 1140 *Mantuæ* 4to. 1558. Qui plura vult, adeat *Buxtorf.* De *Abbreviaturis* in ראשי כ *Morin. Exercit.* L. 2. c. 4. &c. & *Wolfii Bibliothec. Hebr.* p. 1134. Editio *Zohar* ultima prodiit *Amstelod.* 1714. 4to

INDEX totius MISCHNÆ, cum nominibus doctissimorum qui Hebraica Latine reddiderunt.

PARS PRIMA, סדר זרעים *Seder Zeraim*, *Ordo Seminum.*

1. ברכות *Berachoth, Benedictiones.* De tempore, loco & circumstantiis, quibus gratiæ & preces Deo offerendæ sunt, qui terræ fructus cæteraque beneficia nobis indulget. *Gul. Guisius, Jo. Ulmannus* *. Hic est ille *Guisius*, quem in omni re Literaria, Orientali præcipue versatissimum, tantis laudibus ornat Doctissimus *Bernardus*, ejusque mortem immaturam (1653. æt. 31) studio deflet amicissimo: vid. *Epistol.* ad *Narcissum Marsh Episcopum Fernensem*; præfix. *Mischna Surenhusii*, P. 1. Ab eruditissimo *Millio* vocatur, *Orientalis, & quidem omnigenæ literatura pro ætate miraculum.* Proleg. in N. T. §. 1509.
2. פאה *Peah, Angulus*, Agri, qui relinquendus est pauperibus tempore messis. *Levit.* 19. 9, 10. & 13. 22. Deut. 24. 19, 20, 21. *Gul. Guisius.*
3. דמאי *Demai, Res dubia:* sive id de quo dubium est an decimæ ejus solvuntur necne. *Idem.*
4. כלאים *Cilaim, Heterogenea:* quæ non junctim serenda; animalia quæ, & vestes quæ, non commiscendæ sunt. *Levit.* 19. 19. *Deut.* 22. 9, 10, 11. *Idem.*
5. שביעית *Schebiith, Annus Septimus.* De Jure Anni illius quo nec seritur nec metitur. *Ex.* 23. 10, 11. *Lev.* 25. 2--7. *Idem.*
6. תרומות *Terumoth, Oblationes*, Spontaneæ, quas de bonis suis quisque separabat, & quasi sacras sacerdoti offerebat, *Exod.* 21. 2. *Idem.*
7. מעשרות *Maaseroth, Decimæ*, primæ, quæ Levitis dabantur; & quales *Num.* 18. 21, 24. *Idem* ad cap. 3. §. 4. & *Gul. Surenhusius.*
8. מעשר שני *Maaser Scheni, Decima secunda*, & *pauperum*, quas Hierosolymis comedere Israelitas oportebat. *Deut.* 14. 22, &c. *Idem.*
9. חלה *Challah, Placenta:* quam mulieres depsentes sacerdoti offerre tenebantur, cum variis ejus circumstantiis. *Num.* 15. 20, 21. *Idem.*
10. ערלה *Orlah., Præputium.* De Arboribus quæ per tres annos primos *præputiata* dicebantur; ideoque illarum fructus esse illicitos. *Lev.* 19. 13, 24, 25. *Idem.*
11. בכורים *Biccurrim, Primitiæ*, quæ, & quomodo in Templo offerendæ. *Ex.* 23. 19. *Deut.* 26. 4--11 *Idem.*

PARS SECUNDA, סדר מועד *Seder Moed.* *Ordo Festorum.*

1. שבת *Schabbath, Sabbatum.* Leges de Sabbato ore traditæ, quæ Scribis & Pharisæis erant in usu, sub tempora Christi. *Sebast. Schmidius.* Doctissimus *Wotton* S. T. P. hanc *Mischnam* una cum illa de *Erubin*, i. e. *misturis Sabbaticis*, Hebr. & Anglice cum notis edidit, 8vo. *Lond.* 17.8
2. עירובין *Erubin, Mixturæ.* De cibo quem vespera Sabbati cujuslibet, loci privati incolæ commiscebant, & simul comedebant: quod fiebat, ne longius a se invicem habitantes, longiore itinere Sabbatum violarent; ac plures die Sabbati convenire possent. *Idem.*
3. פסחים *Pesachim, Pascha.* De Paschatis Festo; de fermento expurgando, de pane azymo; quid vespera Paschatis agendum; de mactando agno Paschali, &c. *Surenhusius.*
4. שקלים *Schekalim, Sicli.* De dimidio Sicli ad expiationem animæ solvendo, *Exod.* 30. 12. &c. Conclave Sanctuarii thesaurarium erat Siclorum, quibus Judæi utebantur, ad sacrificium juga emendum, viz. agnos duos, matutinum & vespertinum; cæteraque cœtus sacrificia & libamina: cum sale, ligno, pane propositionis, Homer, duobus panibus, vacca rufa, hirco emissario, & lingua coccinea. In memoriam solutionis illius, hodierni Judæi quotannis in Synagogis, legunt *Sectionem* de *Siclo, Exod.* 30. *Joh. Henr. Ottho, Joh. Wulferus.* *
5. יומא *Ioma, dies* Expiationis annuæ, ad veniam peccatis populi impetrandam, *Levit.* 16. 29. quo Judæi pœnitentiam variis modis, Jejuniis præcipue testari solebant. Sacerdos etiam septem ante illum dies ad Templum se recepit, ut sanctior evaderet. *Rob. Sheringham.*
6. סוכה *Succah, Tabernaculum.* De Tabernaculorum, sive Scænarum Festo, (*Lev.* 23. 13.) earumque forma: qui quamdiu, quomodo in iis vivere debeat; cum aliis Festi solennitatibus. *Surenhusius.*
7. ביצה *Betzah, Ovum:* ita dictum, quia ביצה est prima vox Libri: alias יום טוב *Jom. Tobh, Dies bonus.* De Rebus, quæ quolibet Festo, præter Sabbatum, licitæ aut illicitæ erant. *Idem.*

8. ראש השנה *Rosch Haschanah, Initium Anni.* De novi anni initio, (in novilunio mensis *Tisri*, i. e. *Septembris*) ejus Juribus & solennirase. *Henric. Houtingias.*

9. תענית *Taanith, Jejuatum.* De variis jejuniis & antiquo jejunandi modo. *Daniel Lundias.*

10. מגלה *Megillah, Volumen.* De Volumine sive Libro *Esteris* quotannis in Synagoga Legendo, in memoriam nefarii illiua *Amanis* consilii, de tota Judæorum gente internecioni danda, & salutis quam Judæi *Esteris* ope nacti sunt. *Surenhusias.*

11. מועד קטן *Moed Katon, Festum parvum.* Ita dicitur *Interfestum*, viz. dies inter primum & octavum medii, qui sacri suns in Festo Paschalis & Tabernaculorum. Sacra quidem peraguntur, sed non omnia opera interdicta. *Id.*

12. חגיגה *Chagigah, Festivitas.* De Festis solennibus quorum mentio est, *Exod.* 23. 17. viz. Paschatis, Hebdomadarum, & Tabernaculorum. quibus adesse omnis masculus ter quotannis tenebatur. *Surenhusius, Joh. Henr. Hottingerus.* *

PARS TERTIA,

סדר נשים *Seder Naschim,*

Ordo Mulierum.

1. יבמות *Jebhammoth, Fratria.* Da fratris absque liberis defuncti uaore ducenda, & ceremoniis calcei exuendi, *Deut.* 25. 5--11. *Surenhusius.*

2. כתובות *Cethuboth, Litera,* vel *Scripta* de Matrimonio: de jure dotis, privilegiis uaorum, officio mariti, Jure virginum & viduarum. *Idem, M. J. F. Faustas.**

3. נדרים *Nedarim, Vota. Num.* 30. De Votis quæ obligant, & quæ non. De iis quos penes est vota facere, quos non. *Ulmannus.*

4. נזיר *Nazir, Nazirаus. Num.* 6. De Naziræis, eorumque voto & separatione, iisque a quibus abstinebant, viz. tonsura, vino, & contactu rei immundæ. *Idem.*

5. סוטה *Sotah, Declinans.* De muliere quæ in suspicionem adulterii venit; quomodo maritus eam probare debeat. De aqua amara, *Numer.* 5. *Jo. Chr. Wagenseilus*; qui Excerpta Gemaræ & Commentarios edidit, 4to. *Altorf. Noric.* 1674.

6. גטין *Gitin, Divortia.* De Divortiis, & Libello Repudii, quomodo scribi & offerri debeant. *Deut.* 24. 1--4. *Surenhusius.*

7. קדושין *Kiddushin, Dicationes.* De Sponsalibus; de modis quibus Sponsa jure acquiritur: da consecratione ejus; & dubiorum decisione quæ matrimonium spectant. *Deut.* 23. 13. *Idem.*

PARS QUARTA.

סדר נזיקין *Seder Nezikin,*

Ordo Damnorum.

1. בבא קמא *Babba,* sive *Bava Kama, Porta prima:* sive Codex Legum Forensium primus, qui agit de *damnis*, quorum vel bestia vel homines in causa sunt. *Ex.* 21. 28, &c. 22. 4, 5. *Constantin. L' Empereur ab Opwick.*

2. בבא מציעא *Babba Metzia, Porta media:* sive Codex Leg. Forens. secundus: *Ex.* 22. 7--15. de rebus scil. inventis, de litibus, deposito, conductionibus, permutatione, elocatione, &c. *Surenhusius.*

3. בבא בתרא *Babba Bathra, Porta ultima;* Codex da Leg. Forens. tertius: viz. de Commerciis, de jure Hæreditaris & Successionis, de Emptione & Venditiane, &c. *Idem.*

4. סנהדרין *Sanhedrin, Synedria.* De Senatu majore, da Judiciis inferioribus, de Judicibus, testibus, & quatuor pœnarum generibus, *lapidatione, combustione, decollatione,* & *strangulatione.* De Israelitis qui vitæ æternæ participes erunt, qui non: ubi plura sunt de Messia, & adventu ejus. *Johan. Cocbus*, sive *Coccejus.*

5. מכות *Maccoth, Pœna.* De quadraginta plagis quæ reis infligi solebant, juxta præceptum, *Deuteron.* 25. 3. Apostoli *Pauli* tempore unam subtrahere mos erat Judæis: 2 *Cor.* 11. 24. *Idem.*

6. שבועות *Schebuoth, Juramenta. Lev.* 5. 4--13. De iis qui ad Jurandum idonei erant, qui non: quomodo Jurent quatuor rerum custodes, viz. Qui gratis custodit, qui petiit custodiam, qui mercedem custodiæ accepit, qui mercede conduxit. *Ulmannus.*

7. עדיות *Edajoth, Testimonia.* Da controversiarum plurium decisione, quæ ex Rabbinorum testimoniis præstantissimorum colliguntur. *Surenhusius.*

8. עבודה זרה *Abh.* vel *Avodah Zarah, Cultus alienus.* De pluribus quæ Ægyptiorum, Græc. & Roman. Idololatriam & superstitionem spectant. *Jo. Peringerus, G. El. Edzardus* *

9. פרקי אבות *Pirke Abboth, Capitula Patrum.* De sententiis, scite dictis apophthegmatis & axiomatis illorum Patrum qui Legem Oralem usque a Mose accepisse, docuisse, & propagasse dicuntur. *Paul. Fagius, Joh. Leusdenus.* *

10. הוריות *Horajoth, Documenta.* De statutis quibusdam Judicum, quomodo servanda sunt; & de pœnis reis infligendis. *Surenhusius.*

PARS QUINTA.

סדר קדשים *Seder Kodaschim,*

Ordo Sanctitatum.

1. זבחים *Zebhachim, Sacrificia;* quæ, qualia, quo tempore, loco, & a quibus mactari, parari & offerri deberent. *Ulmannus.*

2. מנחות *Menachoth, Munera.* De oblationibus variis, *Lev.* 1. & 2. *Surenhusius.*

3. חולין *Cholin, Profana.* De animalibus mundis & immundis, quatenus hominum usui licita vel illicita sunt. *Idem.*

4. בכורות *Bechoroth, Primogenitura.* De jure quod ad homines & animalia spectat primogenita, (*Ex.* 13. 2.) quomodo vel offerri vel pecunia redimi debeant. *Idem.*

5. ערכין *Arachin, Æstimationes.* De æstimatione sive pretio illarum rerum, quæ Deo devotæ erant. *Lev.* 7. *Idem.*

6. תמורה *Temurah, Permutatio.* De permutatione sacrificiorum, Lev. 27. 33. an aliud pro alio offerri sit licitum. *Idem.*

7. כריתות *Cerithuth, Excisio.* De peccatis quæ in seculo futuro Excisionem animæ merentur. *Ulmannus.*

8. מעילה *Meilah, Prævaricatio.* De Sacrorum abusu, & modo criminis expiandi juxta præceptum, *Lev.* 27. 14. *Surenhusius.*

9. תמיד *Tamid, Jage* Sacrificium, quod ex duobus agnis constabat; quorum alter mane, alter vesperi quotidie offerebatur, *Ex.* 29. 38, &c. *Mich. Arnoldus, Peringerus**

10. מדות *Middoth, Mensura* Templi: Ubi leguntur ceremoniæ, quæ in Templo Judæis erant in usu. *Con L' Empereur.*

11. קנים *Kinnim, Nidi.* De avium pullis, quos pauperes offerre tenebantur. *Surenhusius.*

PARS SEXTA,

סדר טהרות *Sex Taboroth.*

Ordo Purificationum.

1. כלים *Celim vasa.* De vasis, instrumentis, suppellectile, vestibus; quomodo pura aut impura censeri, & quomodo purificari debeant. *Lev.* 11. 32, 33. *Surenhusius.*

2. אהלות *Oholoth, Tentoria.* De Tabernaculis sive domibus, earumque partibus, quomodo polluantur & purificentur. *Num.* 19. 11, &c. *Idem.*

3. נגעים *Negaim, Plaga.* De plaga Lepræ, *Lev.* 13. quomodo pollutio ab ea oriatur. *Idem.*

4. פרה *Parah, Vacca* Rufa. De purganda immunditie illa quæ ex cadaveris humani tactu oritur; viz. cineribus combustæ Vaccæ Rufæ utendo, *Numer.* 19. *Idem.*

5. טהרות *Tahoroth, Purificationes* pollutionum minorum, *Lev.* 17. 15. *Idem.*

6. מקואות *Mikvaoth, Lavacra, Lev.* 11. 36. De fossis & conceptaculis aquarum, in quibus tum homines tum mulieres purificationis causa lavant & se immergunt. *Idem.*

7. נדה *Niddah, Menstruata* mulier. *Lev.* 15. 19, &c. Da purificatione mulieris fluxu menstruo, & partus immunditie laborantis. *Idem.*

8. מכשירין *Machschirin, Disponentes. Lev.* 11. 38. De fructibus terræ variis, quomodo per affusionem liquidorum polluantur, aut ad pollutionem *disponantur. Idem.*

9. זבים *Zabhim, Fluxu laborantes. Lev.* 15. De Gonorrhæa sive fluxu hominum nocturno. & quomodo purificentur. *Idem.*

10. טבול יום *Tebhul Jom, Lotio diurna.* De eo qui purgatus, sacrorum non prius particeps factus est quam sol occidisset. Lev. 22. 7. *Idem.*

11. ידים *Jadaim, Manus.* De manibus lavandis, de vasis & aquarum qualitate & quantitate. *Id. Mart. Jac. Ortmannus**

12. עוקצים *Oketzim, Petioli:* quomodo fructuum aliorum contacto polluantur. *Surenhusius.*

Asterisci notant, doctissimorum illorum Versionem *Surenhusii Mischna* Editioni abesse.

INDEX.

INDEX totius JAD CHAZAKAH *Maimonidis*, cum nominibus doctissimorum, qui Partes quasdam Latine reddiderunt.

Pars I. Liber I.

ספר המרע *Sepher Hammadda, Liber* de *Scientia.*

1. יסודי תורה *Jesode Torah, Fundamenta Legis*: ubi agitur præcipue de Existentia & Unitate Dei, de Sanctitate nominis ejus, & Propheta audiendo. *Guil. Vorstius.*
2. דעות *Deoth*, *Canones* Ethici. De præceptis moralibus & physicis, & de variis circa Legem sententiis. *Georg. Gentius.*
3. תלמוד תורה *Talmud Torah, Doctrina Legis*, sive educatio puerorum. *Rob. Clavering*, Episcopus, hodie *Landavensis.*
4. עבודה זרה *Abbodah Zarah, Cultus alienus. Dionys. Vossius.* vid. *Mischn.* p. 4. 8*
5. תשובה *Teschubbah, Pœnitentia.* De natura & ratione pœnitentiæ apud Hebræos. *R. Clavering. Joh. Helpertus, Anonymus Cantabrigiensis.*

Liber II.

ס׳ אהבה *Sepher Ahabbah, Liber* de *Amore.*

1. קריאת שמע *Kirjath Schema, Lectio Schema.* De lectione sacra Textus illius Mosis, *Audi Israel, Deus noster Deus unus* est. *Deut.* 6. 4.
2. תפלה *Tephilla, Preces.* De precibus & benedictione sacerdotali *.
3. תפלין ומזוזה וס׳ תורה *Tephillin umezuzah vesepher Torah.* De Phylacteriis fronti & manui alligandis, de Schedis postibus Januarum affigendis, & de Libro Legis. ס׳ תורה cap. 7, 8, 9, 10. *Jac. Henr. Van Baashuysen* *.
4. ציצית *Tzitzith, Peniculamentum.* De fimbriis sacris. *Numer.* 15. 38. *Jo. Henr. Majus Fil.*
5. ברכות *Beracheth, Benedictiones.* vid. *Mischn.* p. 1. Tract. 1.*
6. מילה *Milah, Circumcisio. Seb. Schmidius, Christian. Waltherus.* *

Liber III.

ס׳ זמנים *Sepher Zemanim, Liber* de *Seminibus.*

1. שבת *Schabbath, Sabbatum.* vid. *Mischn.* p. 2. Tract. 1.
2. עירובין *Erubbin, Mixtura.* vid. *Mischn.* p. 2. Tract. 2.*
3. שביתת עשור *Schebbithath Issur, Cessatio decimandi*, sive יום כפור De Die festo Expiationis. *Lud. Compeiegne de Veil.* vid. *Mischn.* p. 2. Tract. 5.
4. יום טוב *Jom. Tobb, Dies bonus.* De festo vulgari, & interfestis diebus, viz. inter primum & octavum.
5. חמץ ומצה *Chametz umatzah. Fermentatum & Azymum.* De fermento expurgando & massa non fermentata tempore festi Paschatis. *De Veil.*
6. שופר *Schophar, Cornu*, quod in festo Nuvi Anni solet inflari.*
- סוכה *Succah, Tabernaculum.* vid. *Mischn.* p. 2. Tract. 6*.
- לולב *Lulabh, Ramus* Palmæ, quem Judæi Festo Tabernaculorum, huc illuc, sursum deorsum agitant, in signum lætitiæ quam Deus imperavit *Levit.* 23. 40*
7. שקלים *Schekalim, Sicli.* vid. *Mischn.* p. 2. Tract. 4.*
8. קדוש החודש *Kiddusch Hachodesch, Sanctificatio Mensis.* Sive consecratio Kalendarum, & ratio intercalandi: ubi docetur, menses ad Lunæ spatia menstrua, annos autem ad Solis conversionem annuam dirigi: hinc annum intercalarem uno mense esse longiorem. *De Veil.*
9. תעניות *Taanijoth, Jejunia. Jo. Bened. Carpzovius. De Veil.* vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 9.
10. מגלה *Megillah, Volumen.* De Lectione Libri *Esteris.* vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 10*.

- חנוכה *Chanuchah, Dedicatio.* De festo dedicationis Templi *.

Pars II. Liber IV.

ס׳ נשים *Sepher Naschim, Liber* de *Mulieribus.*

1. אישות *Ischuth, Maritatio.* De Legibus Matrimonii. *De Veil.*
2. גירושין *Geruschin, Repudia.* De Divortiis. vid. *Mischn.* P. 3. Tract. 6.
3. יבום וחליצה *Jibbum vachalitzah, Leviri officium, & Extractio.* vid. *Mischn.* P. 3. Tract. 1*.
4. נערה בתולה *Naarah Bethulah. Puella Virgo.* De Virgine vel vi, vel dolo compressa *.
5. סוטה *Sotah, Declinans*, viz. ad adulterium. vid. *Mischn.* P. 3. Tract. 5*.

Liber V.

ס׳ קדושה *Sepher Keduschah, Liber* de *Sanctitate.*

1. אסורי ביאה *Issure Biah, Probibita Coitiones.* De prohibito congressu & incestu. cap. 13, & 14. viz.
- נדה *Niddah, mulier menstruo laborans*; &
- גרים *Gerim, Proselyta. Humph. Prideaux.*
2. מאכלות אסורות *Maacaloth Asuroth, Cibi probibiti.*
3. שחיטה *Schechitah, Jugulatio.* De mactandis animalibus quibus vesci licitum est.

Pars III. Liber VI.

ס׳ הפלאה *Sepher Haphlaah, Liber* de *Separatione.*

1. שבועות *Schebuoth, Juramenta. Just. Christ. Dithmarus. Joh. Frid. Miegius.* vid. *Mischn.* P. 4. Tract. 6.
2. נדרים *Nedarim. Vota.* vid *Mischn.* P. 3. Tract. 3*.
3. נזירות *Neziruth, Naziraatus.* vid. *Misch.* P. 3. Tract. 4.
4. ערכין והרסים *Arachin vacharamim, Æstimationes & Devota.* vid. *Mischn.* P. 5. Tract. 5.

Liber VII.

ס׳ זרעים *Sepher Zeraim, Liber* de *Seminibus.*

1. כלאים *Cilaim, Heterogenea.* vid. *Mischn.* P. 1. Tract. 4.
2. מתנות עניים *Mattanoth Anijim, Dona pauperum.* De portione pauperibus relinquenda. *Humph. Prideaux.*
3. תרומות *Terumoth, Oblationes.* Vid. *Mischn.* P. 1. Tract. 6.
4. מעשר *Maaser, Decima* primæ. Vid. *Mischn.* P. 1. Tract. 7.
5. מעשר שני ונטע רביעי *Maaser Scheni veneta Rebii, Decima secunda & fructus* anni *quarti.* Vid. *Mischn.* P. 1. Tract. 8.
6. בכורים *Beccurim, Primitia*: ubi Cap. 3. docetur quænam ad primitias offerendas necessaria erant, viz. *adductio ad locum*, Hierosolymas: *vas*, canistrum, quo possessor utebatur: *lectio*, Deut. 26. a vers. 5. ad 12. *sacrificium pacificum*: *hymnus*, Psal. 30. 1. *agitatio* primitiarum, Deut. 26. 4. *pernoctatio*, Hierosol. Deut. 16. 7. *J. R. Cramerus, Gustav. Peringerus*, ad Cap. 7.
7. שמטה ויובל *Schemittah vejobbel, Intermissio & annus Jubilaus.* De terræ quiete anno septimo, *Deut.* 15. & anno septuagesimo qui cornu arietino promulgari solebat, Levit. 25. *Joh. Henr. Majus, Matth. Beke, Jos. de Voisin.*

LIBER VIII. *De Veil.*

ס' עבודה *Sepher Abhodah, Liber* de *Ministerio Sacro.*

1. בית הבחירה *Beth Habbechirah, Domus electa.* De figura & forma ædificii Templi.
2. כלי המקדש והעובדים בו *Cele Hammikdasch vehaobhdim bo, Vasa sanctuarii, & ministri ejus.*
3. ביאת המקדש *Biath Hammikdasch, ingressus in Sanctuarium.* De rebus illis quæ impediunt quo minus sacerdotes ingrediantur Sanctuarium.
4. איסורי מזבח *Issure Mizbeach, Prohibitiones Altaris.* De vitiis quæ prohibent Sacrificia offerri.
5. מעשה הקרבנות *Maaseh Hakkorbanoth, Opus Sacrificiorum.* Quomodo sacrificia offerenda sint.
6. תמידין ומוספין *Temidin umusaphin, Quotidiana & Addititia.* De sacrificiis Jugibus, aliisque extra ordinem oblatis. Vid *Mischn.* P 5. Tract. 9.
7. פסולי המוקדשין *Pesule Hammukdaschin, Profanationes rerum sacrarum.* De sacrificiis vitiatis.
8. עבודת יום הכפורים *Abhodath Jom Haccipurim, Ministerium diei Expiationum.* De sacrificiis in solenni Festo Expiationis, *Levitici* 23. 28. vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 5.
9. מעילה *Meilah, Prævaricatio.* Vid. *Mischn.* P. 5. Tract. 8.

LIBER IX. *De Veil.*

ס' הקרבנות *Sepher Hakkorbanoth, Liber* de *Sacrificiis.*

1. קרבן פסח *Korban Pesach, Oblatio Paschatis.* De Sacrificio Paschali. vid. *Mischn.* P. 2. Tract. 3.
2. חגיגה *Chagigah, Festivitas.* vid *Mischn.* P. 2. Tract. 12.
3. בכורות *Bechoroth, Primogenitura.* vid. *Mischn.* P. 5. Tract. 4.
4. שגגות *Schegagoth, Errores* per ignorantiam, *Num.* 15. 27.
5. מחוסרי כפרה *Mechussere Capparah, Indigentes Expiatione.* De illis qui cum inquinamentum sublatum fuerit, sacrificium piaculare offerre tenebantur.
6. תמורה *Temurah, Permutatio.* vid. *Mischn.* P. 5. Tract. 6.

LIBER X.

ס' טהרה *Sepher Tahorah, Liber* de *Puritate.*

1. טומאת מת *Tumath Meth, Pollutio mortui.* De pollutione quæ ex cadaverum tactu oritur.
2. פרה אדומה *Parah Adummah, Vacca Rufa. Andr. Christ. Zellerus.* vid *Mischn.* P. 6. Tract. 4.
3. טומאת צרעת *Tumath Tzaraath, Pollutio Lepra.*
4. מטמאי משכב ומושב *Tumath Mischabh vemoschabh, Pollutio* quæ oritur ex *cubili & sedili.*
5. שאר אבות הטומאות *Schear Avoth Hatumeoth, Reliquia Patrum pollutionum.* De capitibus pollutionum generalibus.
6. טומאת אוכלין *Tumath Ochelin, Pollutio comedentium.*
7. כלים *Celim vasa.* vid. *Mischn.* P. 6. Tract. 1.
8. מקואות *Mikvaoth, Lavacra.* vid. *Mischn.* P. 6. Tract. 6.

PARS IV. LIBER XI.

ס' נזיקין *Sepher Nezikin, Liber* de *Damnis.*

1. נזקי ממון *Nizke Mammon, Damna Mammon.* De damnis rei pecuniariæ.
2. גניבה *Genibhah, Furtum.*
3. גזלה ואבדה *Gezelah vaabhidah, Raptum & deperditum.* De utrisque restituendis.
4. חובל ומזיק *Chobhel Umazzik, Ladens & Casus*: ubi agitur de satisfactione.
5. רוצח ושמירת נפש *Rotzeach uschemirath nephesch, Homicida, & conservatio vita.* De conservatione vitæ homicidæ innocentis.

LIBER XII.

ס' קנין *Sepher Kinjin, Liber de Possessione & Acquisitione.*

1. מכירה *Mechirah, Pactio.* Leges de emendo & vendendo.
2. זכיה ומתנה *Zechijah umattanah, Acquisitio & Donum.* De acquisitione publica, viz. per venationem aut piscationem, & de donationibus.
3. שכנים *Schechinim, Vicini.* De vicinis, & Jure vicinitatis.
4. שלוחין ושותפין *Scheluchin veschothephin, Nuncii & Communicantes.* De nunciis eorumque neglectu & dolo; de Jure Societatis aut commercii.
5. עבדים *Abhadim, Servi.* De servis eorumque servitute.

LIBER XIII.

ס' משפטים *Sepher Mischpatim, Liber* de *Judiciis.*

1. שכירות *Schechiruth, Conductio.* De conductione & mercede danda.
2. שאלה ופקדון *Schalah uphikkadon, Commodatum & Depositum.* De pignoribus.
3. מלוה ולוה *Malvath velovah, Mutuans & Mutuum accipiens.*
4. טוען ונטען *Toen venittan, Actor & Reus.*
5. נחלות *Nachaloth, Hæreditates.*

LIBER XIV.

ס' שופטים *Sepher Schophetim, Liber* de *Judicibus.*

1. סנהדרין *Sanhedrin, Synedrium. Henr. Hottingius.* vid. *Mischn.* P. 4. Tract. 4.
2. עדות *Eduth, Testimonium.* vid. *Mischn.* P. 4. Tract. 7.
3. ממרים *Mamrim, Rebelles.* De Rebellibus & Apostatis.
4. אבל *Ebhel, Luctus.* De luctu mortuis debito, & personis lugentibus.
5. מלכים ומלחמותיהם *Melachim umilchamothehem, reges eorumque bella.*

Melch. Leydeckerus. Cap. 8. 9. 10. de Proselytis portæ, *Humphr. Prideaux.* Cap. 11, 12. de Rege Messia, *Gilb. Genebrardus.*

Asterisci notant Partes illas, quas doctissimus quidam Latine vertit, easque edere statuit, si otium sibi competat, rebus majoris momenti impræsentiarum occupato. vid. *Wotton. Miscellanea.* Vol. 2. p. 278.

F I N I S.